
3 1761 08825056 8



POLYBII

HISTORIARUM

QUIDQUID SUPEREST.

ΠΟΛΥΒΙΟΣ.

POLYBII

MEGALOPOLITANI

HISTORIARUM

QUIDQUID SUPEREST.

RECENSUIT, DIGESSIT,

EMENDATIORE INTERPRETATIONE, VARIETATE
LECTIONIS, INDICIBUS

ILLUSTRAVIT

JOHANNES SCHWEIGHÆUSER,

ARGENTORATENSIS.

TOM. I.

EDITIO NOVA.

OXONII,

EXCUDEBAT W. BAXTER:

IMPENSIS G. ET W. B. WHITTAKER, LONDINI: ET J. PARKER,
ET R. BLISS, OXONII.

MDCCCXXIII.



PRÆFATIO CASAUBONI.

HENRICO IV. FRANC. ET NAVARR. REGI CHRISTIANISSIMO.

SAPIENTES olim viri, DOMINE, quum uno omnes ore memoriam rerum gestarum laudibus in cælum certatim ferrent; eo venere demum, ut dicerent, conditores historicorum monumentorum divinæ Providentiæ ministros in terris agere: porro autem historiam, vim naturamque eam habere, ut homines antea rudes atque idiotas, (ipso enim verbo hoc utuntur) ad capessendos honores, et res sive domi sive militiæ gerendas, idoneos præstare valeat. Ita, si præstantissimorum auctorum stamus sententia, unum hoc literarum est genus, cujus studio sapientia simul parabilis, et prudentia: duo felicitatis, quæ summa potest homini nato privatim aut publice contingere, sola, eaque certissima, instrumenta. Sapientia siquidem est, quæ DEI OPT. MAX. numen docet agnoscere, opera contemplari, potentiam infinitam pari justitia et bonitate junctam, mirari, venerari, revereri: quæ hominem sensu pietatis imbutum humo attollit, et supra cælos evehit. Prudentia vero est, quæ inter bona malaque, utilia et noxia, salutaria et exitiosa, statuit discrimen: sine qua ne intelligi quidem ulla virtus potest: nihil enim adeo bonum, quod ubi hæc abest, non vertat male; nihil adeo malum, quod si hæc adsit, non cedat bono: sola quippe in quolibet rerum habitu servata servat. Prudentia denique oculus est mentis, anima politicæ, reginæ illius omnium humanarum disciplinarum. Ad harum igitur utriusque adeptionem, historiam sui studiosos mirum quantum

adjuvare, excellentium judicio et rerum usu virorum constans semper fuit sententia. Rara omnino et plane magnifica laus hæc est: vera tamen, DOMINE, ac debita, et quæ nihil quicquam trahat ex vano. Nempe historia civitatum regnorumque ortus, incrementa, conversiones, atque interitus commemorat; populorum status, alibi pace florentes, alibi bello afflictos: ad hæc, reges et principes, modo purpura nitentes, in sellis aureis sublimes, majestatis suæ fulgore oculos palam mirantium, clam invidentium præstinguentes, denique superis proximos: modo pullis misere amictos, soliis deturbatos, dignitate omni nudatos, rerum etiam necessariarum egenos, postremo cujus etiam privatorum miserandos. Est qui narret, alibi motu terræ hausta oppida; alibi aquarum repentina inundatione obruta, aut tellure dehiscente absorpta; sedisse immensos montes, visa in arduo quæ plana fuerant. Est qui referat, superbas paullo ante incolarum frequentia provincias, nedum urbes, unius autumni intemperie, et paucorum dierum an mensium morbositate fuisse vacuefactas. alibi subita invasione, alibi diutina obsidione, civitates pereunt. heic flamma, ibi ferro, homines, familiæ, nationes delentur atque exstinguntur. Septentrio in Meridiem, Occidens in Orientem infunditur. Damascenus amnem Bætim, Lusitanus Gangem bibit. Hispanus alterum orbem aperit. est ubi nova surgunt imperia; est ubi antiqua, aut in sese mole sua corruunt, aut aliena vi concidunt. dies, hora, momentum, evertendis dominationibus sufficit, quæ adamantinis credebantur radicibus esse fundatæ. quid multa? hujuscemodi fortunæ varietates omnis omnium gentium, qua vetus, qua recens loquitur historia; humanæ conditionis, hoc est, fragilitatis plus quam vitreæ, testis fidelis; et vitæ hominum, tot casibus quot erroribus obnoxiæ, imago vera. Non sunt ista Dei immortalis opera, quæ in gubernatione hujus universitatis omnipotens ejus dextera a conditu rerum ad hanc diem indesinenter edere non cessat? Aut quisquam negabit, qui hæc narrare, et in unum collecta omnium oculis exponere ordine aggredia-

tur; eum timorem numinis, veræ fundamentum sapientiæ, attendentium animis ingenerare? Jam præmia bonorum, scelestorum pœnæ, qua efficacia legentium animos, ut natura est hominum, soleant movere, ignorat nemo. quo utroque genere exemplorum, omnes Annalium paginæ quum sint refertissimæ; non temere usque eo væcordem reperire sit, qui dum ea legit, oculos cœlum versus non interdum attollat, ac velit nolit exclamet; Est profecto Deus, qui dicta factaque mortalium videt, observat; muneratur, ulciscitur. Vere igitur sapientiæ mater historia: vere ministri divinæ Providentiæ historici: operum quippe scriptores, quorum Deus est factor: judiciorum scribæ, ut sic dicam, et actuarii, quorum Deus est auctor. Enimvero sapientiam quidem historia inchoat, non tamen perficit; ducit enim ad Deum, sed non perducit: quæ quidem, cœlestis mentis et naturæ opera non ex professo rimatur, neque explicat; sed tantum, ubi in illa incidit, cupide ac fide sincera profert in medium et indicat; contenta velut aream ac solum stravisse, cui philosophia et sacra theologia, areto illæ quidem sibi conjunctæ vinculo, sed diversæ tamen scientiæ, suarum deinceps demonstrationum substructiones arte subtiliore et otio majore immoliantur. negotiosa namque et actuosa res est historia, quæque disputantium subtilitates non capiat, non moretur. At prudentiæ et civilis doctrinæ, eadem et fundamenta ponit, et fastigium supremamque manum prope sola illis imponit. Hic utique est campus, in quo historia decurrit; hic scopus, hic finis ad quem se profitetur collimare. Plane, si definitionem admittimus ab antiquis philosophis proditam, prudentia nihil est aliud, nisi multarum rerum memoria, ut usus complurium negotiorum ex quo fit perspicuum, quam sint non dicam affines, sed pene idem prudentia atque historia. Quid namque aliud legitime scripta historia agit, nisi ut res hominum, mores, instituta, gesta, memoriæ commendet? vitam exemplis instruat? caussas, eventus, et modum quo res geri quæque, sive a togatis, sive a sagatis solent, aperiat, narret, et narrando,

cum præsentes tum post futuros doceat? Unde sequitur necessario, eum qui in memoria rerum seriam et diligentem operam posuerit, multiplicis experientiæ fructum, non multo aliter fore laturum, quam si periculum ipsemet fecisset. Est quidem, fateor, illa quæ actu et inter ipsa discrimina colligitur experientia, aliquanto efficacior: sed hæc dos quot aliis, quam magnis, pensatur incommodis? brevitate vitæ etiam longissimæ; raritate occasionum; paucitate rerum, quas in ætate quamvis longa homini contingit experiri; ærumnis et periculis interim adeundis, e quibus emergunt oppido pauci; ad extremum, frustratione finis. quando enim ista longo usu parta et confirmata prudentia utemur? tum, credo, cum rugis aratam faciem frons asperat, corpus parum solidum et jam effœtum senecta dissolvit: quam ætatem vix dandis consiliis aptam, certe magnis facinoribus designandis patrandisque esse ineptam, etiam veteri Græcorum verbo monemur. Itaque Themistoclem, cum annos natus centum et septem moreretur, cum natura expostulasse accepimus; quod tunc egrediendum esset e vita, quando usu longo sapere didicisset. Omnino tria sunt commoda, quæ experimenta politicis afferunt, qui vel in administratione reip. vel in re bellica (hæ sunt partes duæ politici studii;) diu multumque fuerint versati. Primum, quod rationes addiscunt eorum perficiendi, quæ in conciliis publicis aut principum agitari amant, et quæ usus belli postulat. Nam, verbi gratia, qui sit modus urbem corona cingendi, circunvallandi, munitiones exstruendi, stationes collocandi, machinas expediendi, quatiendi mœnia, cuniculos cavandi, fossas complendi, in insidias obsessos eliciendi, inani specie terrendi, postremo irrumpendi; illiterati ignorant, qui neque stipendia ulla fecerunt, neque obsidionibus unquam interfuerunt. sic, metari castra quid sit, locum eligere sibi commodum, hosti inimicum, vigilias disponere, agmine quadrato procedere, aciem instruere, atque eundem exercitum modo latius pandere, modo in angustum coarctare, et aut in cornua, sinuata media parte, curvare, aut recta

fronte explicare, soli inter literarum rudes intelligunt, qui sub Jove frigido aliquando manserunt. hoc primum est usus beneficium; cui par alterum, scientia cavendi; nam difficultates, pericula, et casus rebus gerendis solitos intervenire, usus docet. meminit enim cui dolet. alioquin sexcenta sunt in omni inceptione discrimina, a quibus cavere sibi non potest, qui fuerit eorum, ut Græci dicunt, ἀνεννόητος: inexpertis enim nihil ejusmodi in mentem venit. inde illa vox aliena prudentiæ, et quam turpis semper, tam calamitosa persæpe, Non putabam. Tertium est, agilitas quædam et dexteritas, munia pacis aut belli exsequendi, quæ agendo contrahitur. Horum igitur trium, ut postremum indocilem usus disciplinam desiderat, ad quod nulla historiæ lectio, nulla meditatio, per se, nisi modica saltem accedat exercitatio, potest aspirare: ita duo priora, cur æque bene, atque haut scio an non etiam melius, diligente et attenta præstantium historicorum tractatione, possimus consequi, caussam equidem nullus video. Certe, si multitudo negotiorum, si varietas casuum, si multiplex eventuum diversitas, si cognitio consiliorum omnis generis, et sollers talium observatio, elementa sunt prudentiæ; quin sit prora et puppis doctrinæ politicæ historia, nemo poterit negare. Vult scire caussas aliquis, quæ homines in commune consulere compellant, aut rursus, quæ contractas societates distrahant? quibus institutis, parva Resp. fieri magna queat? quibus moribus, qua peste imperia labefactentur, decrescant, intereant? Historia est, quæ melius ista, quam usus, aut ullus philosophus demonstret. Vult scire, quomodo cum Regibus sit agendum, quomodo cum civibus, cum exteris, cum subditis? qua arte populorum motus aut præcaveri, aut sedari queant? Historia est, quæ sexcentis hæc doceat exemplis. Vult scire, quanto judicio bella sint suscipienda, quo pacto gerenda, quomodo finienda, quæ sint in eo jura servanda? Historia est, quam tuto licet consulat. Vult scire, qua ratione recte legationem poterit obire, in colloquium cum hoste impune descendere, fœderum et pacis negotium sine fraude sua

tractare? Historia est, quæ omnes ritus, omnia conventionum solemnia, omnes paciscentium callidas et veteratorias artes non sinit ignorari. Vult scire, quæ hanc aut illam Rempublicam fata maneant? Historia est, quæ ad divinationem exercendam, et quidem innocentissimam, arte instruit non vana. Vult scire, qua ratione oppugnatio urbis alicujus sit tentanda, qua item defensio sit instituenda; qua forma aciei, quo genere pugnæ, terrane an mari, pedes an eques, planis et apertis, an editis et salebrosis locis melius hostem possit aggredi? Historia est, quam *nocturna versare manu, versare diurna debet.* neque enim exempli documentum deerit, quod imitetur. postremo quæcumque tandem σκέψις politica inciderit, quæcunque in armis molitio, audiat gravissimi Senatoris vocem, et sibi consilium datum putet; *Unde facilius*, aiebat M. Tullius, *quam ex Annalium monumentis, aut res bellica aut omnis Reip. disciplina cognoscetur?* Audiat et virum sanctissimum, Lupum Ferrariensem Abbatem, magnum quondam Galliarum lumen. Hic perturbatis mira confusione rebus in hoc regno, anxium curis, et consilii inopem Regem Carolum Calvum literis solatur, et viam ad salutem istis verbis illi indicat: *Imperatorum gesta brevissime comprehensa, vestræ majestati offerenda curavi; ut facile in iis inspiciatis quæ vobis vel imitanda sint, vel cavenda. Maxime autem Trajanum et Theodosium suggero contemplandos; quia ex eorum actibus multa utilissime poteritis ad imitandum assumere.* o divinum prorsus inventum! o vitæ certam magistram! quæ juveni senectutis illud unicum bonum, prudentiam, confert; nec tamen e tam multis ætatis malæ incommodis, ullum secum adfert. quæ peregrinationis commoda conciliat; mores gentium, regionum situs, opportunitates locorum docet; ærumnas tamen peregrinationis detrahit; periculorum et animi et corporis gratiam facit. quæ scientia militaris disciplinæ non perfundit, sed imbuit; militiæ tamen vacationem et honestam missionem indulget. Quid verbis opus? Historia posteaquam ut magna possimus conari præstitit, præstat etiam

ut velimus. Nam quod disertissimus ille Romuli nepotum, aliique veterum, historiam speculum actionum humanarum appellarunt; recte illi quidem; est enim revera: sed vis naturæque illius quod erat præcipuum, hoc simile dissimulat: neque enim imaginem dumtaxat dictorum factorumque exprimit; verum hoc amplius, arcana quadam naturæ lege, spectatores, dictu mirabile! in actores transformat, et facta gemina iis quæ admirabundi cognoverint, elicit. est igitur historia, speculum quidem, sed vivum atque ardens; cujus oppositu in animis generosorum, quod Q. Maximus, et P. Scipio de se soliti fateri, flamma æmulationis accenditur: ut plurimum caussa vera, fons et origo facinorum omnium laude dignorum. Nam quum nullius non honestæ rei semina animi gerant: hoc quasi fomite efficaciter incitantur; non aliter quam scintilla flatu levi adjuta, ignem suum explicat. *Doctrina sic vim prorogat insitam: rectique cultus pectora roborant.* Legimus in Annalibus, Gratianum Augustum præclaræ indolis adolescentem, et bellicosum, *ad æmulationem lectorum progredientem principum* decus sibi ac gloriam non mediocrem peperisse. At non solus hoc Gratianus fecit: fecerunt idem omnes magni Politici, et Senatores; magni item duces, imperatores ac Reges, quorum hodie facta cum stupore cognoscimus, nomina venerabundi ad aureis admittimus. Nihil dicam de Alexandro Magno, nihil de aliis civitatum Græciæ strenuissimis ducibus; quos in rebus gerendis ab omni genere literarum præsidium petiisse, nemo nescit: Tacebo Achillem, qui a sapientissimo poetarum inducitur, per otium se oblectare meditans *fortia majorum, præclaraque facta canendo.* Silebo reges Syrorum, Persarum, Ægyptiorum, quos Historiæ admodum studiosos fuisse, et literæ sacræ et alia monumenta testantur antiquorum: Pœnos quoque, illam immitem gentem, historias lectitasse, Hannibalem etiam scripsisse; ipsos quinetiam Turcorum Sultanos et legere, et inter armorum fragores consilia aliquando ab historia opportune petiisse, annales ipsorum faciunt fidem. At Romanos rerum do-

minos, qui virtute non minus quam armis populos omnes superarunt, atque orbem terrarum sui juris fecerunt, sine piaculo prætermittere non queam: viros in exemplar omnium magnarum virtutum natos. Romanos igitur proceres licet observare, DOMINE, quum per multa sæcula alias omnes literas ignorarent, philosophiam vero etiam odissent, uni historiæ mirandum in modum fuisse deditos: non quidem ut animi caussa, aut tempori fallendo, aliquam inde oblectationem sibi pararent; multo minus, ut inerti eruditioni ostentandæ, qui multorum hodie est morbus, aliquid in vino aut circulis blaterarent: sed ut omne genus exempla prudentiæ et utilium consiliorum adnotarent, in opera mox, magno Reip. suæ bono, vertenda. Pub. Scipionem Africanum priorem, omnis memoriæ clarissimum ducem, literæ Latinæ quasi datum cœlitus, neque humano satu procreatum deprædicant; qui in prima adolescentia majoremne laudem ob fortitudinem, per quam tot potentissimos hostes devicit; an ob temperantiam et moderationem, per quam cupiditates omnes suas semper domuit, mereretur, fecit incertum. Hic igitur vir tantus, tam admirabilis, si quo genere doctrinæ instructus, arcem veræ gloriæ occuparit, quæramus; reperiemus historiam fuisse, quæ Scipionis *incoctum generoso pectus honesto*, cupiditate bonæ pariter magnæque famæ, et laudabili illa excellentium virorum de quibus legerat, æmulatione inflammavit; et velut e specula nitenti in ardua, facem ostendendo præluxit. narrant enim auctores locupletes, tanti illum Xenophontis Attici historicos libellos fecisse, tantopere eorum lectione fuisse captum, ut eos de manibus nunquam poneret. De Africano sequente, minus id mirum videatur; quem majorum suorum virtutibus simillimum, omnibus belli ac togæ dotibus ingeniique ac studiorum eminentissimum sæculi sui fuisse, produnt scriptores. Extat apud gravissimum historicum C. Marii oratio, qua in nobilitatem Romanam durus Arpinas, et agrestis homo ingenii invehens, inter cætera dicit; illos quum Græcas literas didicissent, postquam Consules essent facti, ubi jam

de provincia et imperio, more ejus Reip. cogitare incipiebant, acta majorum impensiore cura solitos lectitare. Absurde quidem Marius, aut potius stulte; quod institutum cum primis laudabile, maledicti loco putavit objectandum: multum tamen illi vel sic historia debet; quod disertis adeo verbis prudentissimorum senatorum, qui rei Romanæ columina fuere, judicium consentiens super ipsius utilitate, imo vero necessitate, palam fecerit. *Principibus placuisse viris, non ultima laus est.* quid dicam tantopere placuisse? quid dicam talibus tantisque principibus? prudentia enim et belli pacisque artibus, nihil toto Orbe Senatu Romano Sol hic majus unquam vidit. O decus historiæ eximium! Quem porro quantumque fructum sapientissimi Senatores ex hoc instituto suo perciperent; operæ pretium est, tuam nobilitatem, DOMINE, quæ generosa indole ne illis quidem ipsis Romanis est inferior, scire, et hoc loco recognoscere. Fuit Romæ tum temporis inter alia ejus sæculi lumina, L. Lucullus: qui, quod adolescentiam in forensi opera, reliquam ætatem universam in pace traduxerat, laudem imperatoriam nemo ab eo exspectabat. idem tamen Consulatum nactus, ad Mithridaticum bellum missus est a Senatu. Igitur quum totum iter et navigationem consumpsisset partim in percontando a peritis, partim rebus gestis legendis, ait eloquentiæ Romanæ parens, in Asiam factus imperator venit, qui erat Roma profectus rei militaris rudis. Et adjicit idem, tantum imperatorem in omni genere belli Lucullum fuisse, præliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, totiusque belli instrumentis, et apparatu, ut Rex Mithridates post Alexandrum maximus, hunc a se majorem ducem cognitum, quam quenquam eorum quos legisset, fateretur. Hic enim ille est, omnibus sæculis admirandus imperator, qui, ut alia infinita adversus Mithridatem et Tigranem, totius Orientis duos reges potentissimos, fortia facta prætermittam; cum exigua manu militum vix undecim millium, innumerabiles hostium copias adortus, peditum cæcidit ad centum millia; equitum ad quinquaginta; regem regum Tigranem, et

quicquid gladiis jam retusis occidi non potuerat, in pedes se conjicere compulit. Et audebit quisquam negare, vim eam esse historiæ, quod initio dicebamus, ut rudes rerum et idiotas rebus gerendis aptos, et, maximis quibusque muneribus pares valeat reddere? Audebit quisquam studium et operam, quæ gestis majorum cognoscendis impenditur, parum utiliter collocatam dicere? At non ita judicabat Pompeius Magnus; quem in illa tam excelsa fortuna non piguit per literas a Dionysio Halicarnassensi, homine Græco, admodum erudito critico, petere, ut suum de Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Philisto, et Theopompo, Græcorum celeberrimi nominis historicis, judicium sibi exponeret. Non ita judicabat Augustus, felicissimus et maximus omnis memoriæ imperator; qui et legere utriusque linguæ historicos, et in legendo exempla publice vel privatim utilia sectari solitus; eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad urbis magistratus plerunque mittere, prout quique monitionis indigerent; Non ita judicabat ille Deo charus Imp. Theodosius junior, quem auctor non obscurus inter Ecclesiasticæ historiæ scriptores narrat; dum priorum omnium excellenti laude illustrium virorum luminibus, pia et generosa æmulatione conatur obstruere, magnam imperio felicitatem conciliasse. qua, obsecro, secundum opem Dei, arte? *καθότι*, ait historicus, ipsum Theodosium compellans, *τῶν πάλαι κατωρθωμένων Ἕλλησί τε καὶ Ῥωμαίοις τὴν ἱστορίαν ἠκρίβωσας. quoniam omnium quæ sive Græci, sive Romani præclare fecerunt, historiam accurate didicisti.* et mira sunt, nec facile his moribus fidem inventura, quæ de contentione ejus Augusti in hac parte idem commemorat: tempus omne suum inter negocia et studia semper divisisse: diem illis, his noctem attribuisse. Non ita judicabat Imperator Julianus, maximis ille quidem præstans ingenii dotibus, et ea statione dignissimus; verum eo miser atque infelix, quod in tantorum munerum largitorem Deum, ingratus extitit, ac mox ab agnita veritate scelestissime defecit; quem miles ipsius refert, post ardua

et seria terminata, ad procudendum ingenium solitum verti, et ex historia quasi pabula quædam animo ad sublimia scandenti, conquirere. Idem in expeditione Persica civitatem amplam et populosam Pyrisaboram, triplici corona cinctam quum teneret, omnes aleæ casus inter mutuas clades frustra expertus; facinus memorabile Scipionis Æmiliani, quod in Carthagine capienda ab eo editum legerat, imitari et referre constituit. qui conatus, etsi exitum non habuit; quid enim misero illi bene verteret, qui a Deo sciens prudensque sese averterat? illud tamen quod probare intendimus, clarissime confirmat. In eodem genere ponendum est, quod Marcus Brutus, ille Romanorum veteris Reip. ultimus, etiam in castris, etiam inter belli sibi fatalis curas, nobilissimi Annalium conditoris, Epitomen confecit. Cujus diligentiam tertio post sæculo imitans Regina Zenobia, illa quidem non Romana, sed Romanis scriptoribus merito suo celebrata, æternitate nominis dignissima fœmina, Alexandrinam et Orientalem historiam, cujus erat peritissima, in compendium redegit: atque eadem, ne Latinam quidem ignorabat, quam Græce legerat. Quid opus ire per singulos? Semel affirmare possumus, Romanos duces atque Imperatores, quandiu quidem illud imperium suam gloriam obtinuit, adeo diligenter traditum sibi a majoribus historiæ amorem et studium conservasse, ut plerique illorum non solum facerent scribenda, verum etiam scriberent legenda. Itaque de suis aut alienis rebus commentarios composuerunt, Cornelius Sulla, Julius Cæsar, Augustus, Claudius, Trajanus, Hadrianus, et plures alii. Omnium vero sapientissimus atque doctissimus Marcus Antoninus, quem propter assiduam operam studiis navatam, vulgo historici Philosophum cognominant; in libris aureis de vita sua, inter virtutes imperatorias, hanc quoque ponit; facilitatem quandam et animi æquitatem in admittendis probandisque sententiis, quas homines historiæ et priorum sæculorum gnari edidissent. Quippe in summo principe, consilium ab alio sollerter et ex usu excogitatum probasse, non minor laus censenda,

quam in privato excogitasse. Atque ut principum consiliarios in hoc studio exercitatissimos esse debere, ratio manifesta vincit: ita vicissim illos principes plurimus semper est secutus honos, qui literas id genus doctos plurimi facerent, et in consiliis eorum plurimum acquiescerent. Testis esto imperator optimus et laudatissimus Alexander Severus; cui fuit consuetudo, ut quoties de re militari in concilio suo tractaret, literatos duces adhiberet; et maxime eos, aiunt scriptores vitæ ipsius, qui historiam norant; quum quidem subinde requireret, quid in talibus caussis, quales in disceptatione versabantur, veteres imperatores vel Romani, vel exterarum gentium, fecissent. Egregium plane institutum, et rectore tantæ molis imperii dignissimum. Non erat illi satis, quod gesta veterum didicerat, et domi quotidie lectitabat: quod viros omnis eruditionis principes in familiari convictu assidue secum habebat: sed etiam ab iis qui suum participabant concilium, eandem peritiam exegit; etiam inter deliberandum de summa Repub. facta majorum præclara voluit audire et doceri. En adolescentem senilis prudentiæ. en illustre exemplum ab illustri principe editum, omnibus quidem principibus, sed maxime juvenibus ob oculos assidue ponendum. Non prætermisit hanc partem Basilius Imperator, quum præcepta bene imperandi Leoni filio traderet: quin potius historiæ lectionem summo studio commendans, etiam et etiam eum hortatur, ut aliorum labore fruatur ipse sine labore. Annalium enim libros, fideles sibi fore consiliarios; quos non odium, non gratia, non metus, non privati commodi spes aut cupiditas corrumperet; eosdem, vanitatis rerum humanarum testes esse locupletissimos. Possum insuper commemorare multos imperatores, qui aut libris editis, aut ratione alia studium historicum excolendo nobilitarunt. Servatur in locupletissima illa tua, Domine, et vere regia Bibliotheca, Constantini Augusti Porphyrogeniti liber publice adhuc ignotus, quem in filii Romani, jam consortis imperii, gratiam, pius parens scripsit. Sciebat vetus regnandi princeps, ad nego-

tia gerenda in quibus Reipub. salus continetur, illud adprime desiderari, ut ingenia hominum probe nota sint, quibuscum agitur. Sive illi sint subditi, sive amici aut socii, sive hostes; sive in propinquo habitent, sive summotos longius fines colant; multum omnino interest, aut potius, in eo totum, prope dixerim, est positum, ut naturam illorum, mores, instituta, religionis formam, animorum inclinationes, aut aversationes, ne ignores. Idcirco imperator ille, populorum omnium, quibus aliquid cum imperio suo commercii intercedebat, origines, rationes vivendi, belli pacisque instituta, partim usu, partim libris legendis quum accuratissime didicisset; de eo argumento commentarium sane quam doctum et utilem confecit, et filio suo hoc paterni affectus monumentum excellentissimum reliquit. Dignum opus, quod majestatis tuæ jussu publicam aliquando lucem videat: vel eo nomine, quod de inclytis Regibus Francorum, majoribus tuis, DOMINE, maximis principibus, princeps ipse maximus, tam honorifice et scripserit et senserit. de communi enim jure cæterorum Europæ universæ Regum et dynastarum domum Francicam semper excipit: et quum affinitatem Italorum, Germanorum, Hispanorum, atque aliorum diversæ linguæ, et diversi in re pietatis sensus, filio Romano ac nepotibus dissuadeat, et quodammodo interdicat; de Francorum nobilissimis et augustissimis Regibus longe aliud consilium suggerit: namque horum et amicitiam et affinitatem decessoribus suis Imperatoribus Orientis semper fuisse probatam: sæpeque conditiones illos usque inde e Francia petiisse, allatis e superiore memoria exemplis, comprobat. Taceo Mauritium Imperatorem, Leonem VI Porphyrogenitum, Basilii F. et alios ejus ordinis illustrissimos principes, qui tacticos, sive de re militari, libros condiderunt; quum sit tota illa disciplina pars quasi quædam historiæ; certe ita illi conjuncta, ut neque hæc sine illa possit recte intelligi; neque illa sine hac doceri rite queat. cujus nos rei certam fidem faciemus, quando Ælianum, præstantem ejus doctrinæ auctorem, e vetustissimis mem-

branis tuæ Bibliothecæ, tacticis scriptoribus luculente instructæ, emendatum et observationibus nostris serio illustratum, Deo propitio, vulgabimus. Sed neque defuit studio historico imperator, qui illud ipsum in eo moliretur, quod in legitima scientia Justinianus Aug. cum Triboniano suo ante perfecerat. Nam ut hic librorum de jure scriptorum infinita copia offensus, corpus confieri jussit, quod universam Legum doctrinam, intra certos fines cohibitam contineret: sic Constantinus Porphyrogenitus, memorati Leonis, uti reor, filius, quum animadverteret et historicorum scriptorum numerum innumerum circumferri, adeo ut multi sua ætate voluntatem cognoscendi res gestas simul cum spe abjicerent tot volumina unquam perlegendi; conquisitis undique maxima cura et diligentia omnibus ejus generis auctoribus, qui poterant adhuc in Græciæ et Orientis Bibliothecis reperiri, corpus historicum præcepit concinnari, in partes ceu communes quosdam locos LIII tributum, quod politicis hominibus rerum ipsis cognitu necessariarum Thesaurum quendam inæstimabilem, et ut ille ait, pransum paratum, exhiberet. Nimirum ita judicabat sapiens imperator; Senatoribus suis, pacis et militiæ negotia administrantibus; et de curis imperii in sacro suo consistorio una secum deliberantibus, non minus necessariam esse veterum exemplorum, caussarum et eventuum notitiam; quam sit judicibus lites inter Titium et Mævium disceptantibus, juris ac legum necessaria cognitio. Laudo propositum: judicium etiam admiror: neque formam operis, quantum licet ex unguibus leonem, improbo. At quam bene, quam vere Socrati olim post veterem poetam dictum est; bonum et malum, quum prorsus contrariam habere naturam videantur, indissolubili tamen nexu sibi invicem cohærere: ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς, inquit, ἡμμένω δύ᾽ ὄντε, quasi de eodem capite et nodo ambo dependerent. Sæpe igitur ex antecedente caussa mala ortum bonum; at malum multo crebrius e laudabili principio. Sic inter spinas rosa colligitur: sic mel generat fel: sic in medicinæ remediis malignitas quædam naturæ inimica, ut pluri-

mum, latitat. et extrema gaudii luctus occupat. denique lex æterna est, ubi uber ibi tuber. *tanta est rerum discordia in ævo: Et subtexta bonis mala sunt.* Liceat fortasse ad tempus naturam arte et industria sublevare, et ruentem in pejus sufflaminare: cæterum corrigere in totum, nulla vis humani ingenii queat. Inde est quod quæcunque moliuntur mortales, vel cum primis considerati et sapientes, ocyus tardius omnia mutant nomen. Non est petendum aliunde exemplum, quam ex illo ipso Constantini Augusti incepto, quod modo laudabam; nec muto factum. Sed crederetne aliquis ipsum illud consilium, quod a principe esset profectum historiæ amantissimo, inter præcipuas caussas historiæ perdendæ fuisse? atqui ita evenit tamen. Nam ubi semel corpus illud historicum in politicorum usum ab eo concinnatum, versari in manibus hominum est ceptum; e vestigio nobilissimi quique historiæ scriptores antiquiores, (ex talibus utique flores illi fuerant decerpti) pristinam suam dignationem amiserunt; et monumenta æternitati consecrata, tot nobilium ingeniorum, ubi desita sunt legi, etiam describi, quod erat necesse, desierunt. Accessit et pestis alia, Compendiorum et Epitomarum confectio; quod genus scriptionis, ut ad privatum conficientium usum non parvas utilitates habet; ita publice noxium, et magnis scriptoribus semper fuit exitiosissimum. Fuit et tanti mali caussa, studiosorum partim incuria artium honestarum, partim judicium fatali quadam cæcitate depravatum: quorum duorum vitiorum, utrum sit Reipub. literariæ pernitiosius, haut dictu promptum. Sedenim ejus triumphi quem de bonis literis barbaries jam ante aliquot sæcula egit, gloriam magna ex parte avaritia suo sibi jure vindicat. nam quia uberrimi proventus et amplæ fortunæ spes unica e caussidicina affulgebat; omnium ferme ingenia ad studia unius jurisprudentiæ magno impetu sese contulerunt. et quum politicæ philosophiæ pars sit, nobilis illa quidem, sed una tamen inter plures, scientia legum; tantum lucelli amor valuit, et auri sacra fames, ut postquam in scholis hæc regnare cepit,

illico et politica ejus mater, et cæteræ disciplinæ, ejusdem sorores, quas inter omnes una excellit historia, aut exulare inde cogerentur: aut quod longe miserius, solis pueris et sophistis, non ad usum aliquem, sed ad disputandum, vexandæ relinquerentur. Hoc pacto communis multorum sæculorum facta est querela, quam de suo Innocentium IV ferunt habuisse; quum diceret, liberales artes jam in mechanicas propter lucrum fuisse conversas. et aiunt, vehementer illi doluisse, quod jam fere omnes studiosi, intactis grammaticis rudimentis, auctoribus et philosophis, ad leges properarent audiendas: quod studium, quum natura sua sit augustum, quatenus tamen ad æs exit, inter liberales disciplinas vix censeri debere, fuerunt qui contenderent. Quum ergo ex hujusmodi caussis in oriente quidem optimi quique auctores de manibus vulgi tandem essent excussi, totiusque adeo humanitatis studia refrixissent; in occidente vero a multis jam annis meliorum literarum et linguarum, maxime autem Græcæ et Hebraicæ, nomen prope ipsum esset exstinctum; secuta mox est hujus calamitatis consummatio et integra pernities in partibus orientis; quando ab immanibus et Barbaris Turcis capta est Constantinopolis, et totum illud imperium a fundamentis penitus est excisum. tum vero grassari hostis ferus in omnium doctrinarum scriptores; et excellentia monumenta literarum cujusvis generis, atque eruditionis instrumenta, lacerare, discerpere, flammis addicere. Quo quidem tempore divinæ Providentiæ in reliquiis disciplinarum conservandis, certum et manifestum, ut si unquam alias in re ulla, argumentum est editum. Quum enim a pluribus retro sæculis in principum animis toto occidente amor politioris literaturæ et Græci sermonis exolevisset; accidit non sine numine profecto, ut circa illa ipsa tempora Byzantinæ cladis, et paullo ante, summi in Europa viri, et principes generosissimi, hunc veternum, ceu virgula divina tacti, opportune excuterent, et ad bene merendum de studiis politioribus et de linguis, ardore incredibili accenderentur. Prima terrarum Italia ad hanc

palmam occupandam, e diuturno torpore tunc demum expergefacta, sese concitavit, et nationibus aliis per Europam exemplum quod imitarentur præbuit. In ipsa vero Italia, ad certamen adeo gloriosum Nicolaus Quintus Pontifex Maximus, in cujus extrema tempora Byzantini imperii eversio incidit, princeps, quod equidem sciam, signum sustulit. nam et literarum dicitur fuisse intelligentissimus; et, quod res arguit, earum amore erat flagrantissimus. Primus hic illa ætate libros antiquorum scriptorum sedulo conquirere curæ habuit; magnamque earum copiam in Vaticanam intulit: primus cum assiduis hortatibus, tum ingentibus etiam propositis præmiis, ad meliorem literaturam e tenebris oblivionis in lucem revocandam, homines Italos stimulavit: primus, Græcæ linguæ auctores omnis sincerioris doctrinæ esse promos condos qui non ignoraret, ut Latino sermone exprimerentur, vehementissime optavit, et efficere contendit. Est ita natura comparatum, ut in magnorum operum inceptionibus, eorum antevertat cura, quæ esse provisa, ad summam totius propositi plurimum intersit. Ecquodnam igitur literarum genus, renascentibus disciplinis, illius vindicis Musarum auspiciis, primo reduci in vitam cepit? Historia: cujus fuisse hunc Pontificem peritissimum, æquales illorum temporum affirmant. qui primi auctores Græcorum Latinitate sunt donati? historici: nam Herodotum et Thucydidem minister domesticus Nicolai Laurentius Valla, rem sæculo majorem ausus, Romane loqui docuit. An ergo dubitamus, quodnam tantus Pontifex de Historiæ præstantia judicium fecerit? Ego vero non solum magni ipsum doctrinam historicam æstimasse, sed etiam de toto hoc genere scriptorum recte scisse judicare, non dubitanter inde colligo; quod ex omnibus Græcis historicis illum præ cæteris habuit in deliciis, qui ut eloquentiæ laude uni aut alteri priorum fortasse est inferior; ita prudentia et propriis aliis historiæ omnibus numeris perfectæ dotibus, sic excellit, ut pauci e cunctis, sive Græcis sive Romanis, cum ipso mereantur componi; anteponi certe nullus.

Scriptor ille, DOMINE, is ipse est, qui Majestati tuæ nunc a me offertur, POLYBIUS; et a generis splendore, et ab instructu disciplinarum, et a rebus gestis, et ab ingenii monumentis, vir et philosophus nobilissimus: idem pacis, idem belli artibus, idem studiorum laude longe clarissimus; patriæ suæ, Reipub. Achæorum, quondam bonis institutis florentissimæ, cui hujus pater Lycortas diu princeps præfuit, pars maxima: qui Scipioni Africano, a quo deleta est Carthago, a consiliis amicus fuit, et in ea expeditione comes: qui in amicitiis Regum, ducum, procerum, Græcorum, Romanorum, Asiaticorum, Ægyptiorum, quoad vixit, primas tenuit: postremo postquam obiit, Politicis, bellicæ rei studiosis, veræ et legitimæ historiæ amantibus, dum suus literis honos stabat, unice dilectus et probatus. Hunc communi fato omnium excellentium scriptorum, pessime superioribus sæculis acceptum, et in nostra Europa vix de nomine paucis notum, Nicolaus Quintus, vindex ille literarum primus, fecit tanti, ut ejus restituti gloriam ad cæteros laudum suarum titulos voluerit accedere. Itaque partem illius librorum aliquam nactus, ejus in Latinum sermonem transferendæ, viro Græcæ et Romanæ linguæ, ut erat captus ejus ætatis, non ignaro, munus delegavit. Magnificum est ad commendationem historiæ, quod ubi primum literatura melior ex ipsis Orci faucibus incipiebat eripi; omnium prima novæ lucis beneficium experta, cæteras honestas disciplinas ad spem salutis erexit. Magnificum et gloriosum Polybio, quod inter omnes sui generis scriptores, primus indulgentiam principis ad liberationem Musarum sese accingentis, promeruit. Sed nimirum rerum magnarum tardi sunt progressus; raroque tam bene cum humano genere agitur, ut incepta generosa ab iis qui susceperunt inoffenso pede statim ad finem perducantur. Quare etiam Nicolao, Polybii restitutionem molienti, multa sunt oblata impedimenta, quo minus quod optabat posset perficere. Nam quum operis Polybiani, quod nostra exhibet editio, tres sint ratione certa distinctæ partes; unam dumtaxat harum Pontifex

Nicolaus habuit; duas reliquas, in rerum natura esse, ne scivit quidem. Jam ille eruditus Italus, quo ipse usus est interprete, partim sæculi vitio, partim propria culpa, provinciam sibi demandatam, ita gessit male; facile ut appareat, non ob singularem aliquam eruditionem, in Græcis præsertim literis, Polybium interpretari fuisse jussum; sed quia nemo erat qui amplius sciret, velut coclitem inter cæcos captum, qui in vacuam stationem pro tempore substitueretur. Et is erat tamen Polybius, qui propter genus dictionis ac doctrinæ hautquaquam translatitiæ; maxime autem propter summam rei castrensis peritiam, et imperatorium quendam stilum; attentum cum primis, et disciplinæ Tacticæ, totiusque militiæ Romanæ, Græcæ, Macedonicæ, aliorumque populorum peritum interpretem desideraret. Quarum omnium rerum cognitio, quam tenuis ac pene nulla in ætatis illius hominibus fuerit; quantis doctissimorum hominum laboribus e profundo ignorantiæ puteo fuerit postea educta, atque etiamnum educatur, nihil dicere attinet; rem nemini non notam. Quo magis equidem soleo demirari, a tam longo tempore, hoc est ab annis fere CLX, tam erudito sæculo insecuto, tanto doctorum tota Europa virorum numero, nondum aliquem extitisse, qui opus in ipso principio παλιγγενεσίας literarum inchoatum, curaret perficere: neminem esse repertum ad hanc diem, qui si adeo celebris famæ apud veteres auctorem serio perpolire aggrederetur, operæpretium se facturum putaret. Quanquam, non sane defuerunt viri præstantes aliquot, Græci, Hispani, Itali, Belgæ, qui variis modis de Polybio mereri bene conarentur: alii publicandis quæ prius visa non fuerant; alii nonnulla explicando Latine; quidam, selecta operis totius parte, in qua illustranda vires ingenii experirentur. quibus omnibus quum laus multo maxima debeatur; omnes tamen, si quod res est dicere volumus, sitim lectorum exacuere, quam sedare maluerunt. Non etiam defuere, qui in vulgares linguas tantum hujus verterent, quantum Latine expositum inveniebant: si tamen vertere est, Romanæ interpre-

tationis errores sexcentos aliis totidem cumulare; atque interim Græcæ linguæ peritiam in prima libri fronte mentiri. Unicam excipio Germanicam versionem, ab homine longe eruditissimo profectam: sed, quod res arguit, et alia ejusdem scripta testantur, variis semper curis occupato. At universum opus Latinum facere, laceri corporis membra hactenus disjecta et dissipata in unum colligere, atque invicem colligare, rerum aut verborum difficultates explanare, latentes in abdito opes reserare, et quod maxime fuerat optandum, hujus historiæ usum et præstantiam demonstrare, nemo dum eruditorum instituerat. Cedreni, Zonaræ, Simocati, Glycæ, Manassæ, et alii ejus farinæ, sive Græci, sive Latini quam plurimi, legitimæ historiæ, si verum amamus, dehonestamenta, suos assertores invenerunt; Polybius, situ et squallore obsitus, in tenebris jacet; Græce nescientibus parte aliqua tantum sui notus, idque perperam; parte alia, ne sic quidem. ille inquam Polybius, cujus in philosophia doctrinam, in moribus probitatem, in historia prudentiam, Cicero, Strabo, Josephus, Plutarchus, Deus bone, qui quantique viri! et optimus quisque veterum, dilaudant. cujus fidem T. Livius, ille Romanæ longe princeps historiæ, tantopere probavit, ut pene ad verbum libros illius integros verteret, atque iis pro suis uteretur. quem M. Brutus, severus ille morum scriptorumque censor, cui ne ipse quidem M. Tullius satisfacit, adeo est admiratus, ut ejus lectioni propemodum immoreretur: ultimis certe suis temporibus, iisque adflictissimis, ad solatium doloris pariter et magisterium vitæ, historiam illius excerperet, atque in compendium redigeret. quem denique Constantinus Imperator, Corporis historici, de quo antea mentionem fecimus, auctor, senatoribus, ducibus et principibus tam utilem judicavit, ut qui e Diodoro Siculo, Dionysio Halicarnasseo, Josepho, Dione Cocceio, et aliis primæ notæ historicis pauca admodum seligeret, quæ in suum Pandecten transferret; Polybium prope totum describeret, atque operi illi suo insereret. Utinam vero aut illi Augusto ejus incepti nunquam venisset in montem; ea quidem

lege, ut integro hoc scriptore frueremur: aut si hoc nobis carendum erat bono, Corpus saltem ab illo compositum hodie haberemus. Sciremus, quantus civilis prudentiæ, quantus disciplinæ militaris doctor habitus sit olim Polybius. quarum rerum documenta conquirenti undique Constantino, plura multo unus hic suppeditavit, quam cæteri omnes simul, e quorum libris Florilegium illud politicum fuit conflatum. argumento sit, qui solus hodie superest ejus titulus, e tribus et quinquaginta, Legationum Excerpta continens: cui tertiam partem editionis nostræ debemus totam: facili conjectura, quid essemus debituri, si opus universum alicubi inveniretur, atque in publicum ederetur. Enimvero quum dos præcipua, quæ Polybium antiquis commendabat, non in eloquentia nuda et verborum fucatorum lenocinio, sed in rerum politicarum et militarium exquisita explicatione sit posita; cujus gratia viri principes et politici omnes olim in pretio magno eum habebant; quia longe diversa hodie studiorum ratio obtinet, evenit, ut his præstantiam illius parum intelligentibus; verborum et linguæ dumtaxat studiosi, patienter eo carerent. Loqui enim, non vivere, plerique omnes hodie discimus: et historiam, quæ vitæ magistra audit, non ad vitam formandam referimus: sed vel ad linguarum alicujus notitiam, dicendive facultatem augendam, vel ad rerum antiquarum cognitionem percipiendam. atque ut Politicam et moralem Philosophiam, *In qua consilium vitæ regimenque locatum*, aut omnino non docemur, aut non nisi disputandi caussa: sic et historiam, quæ practica quædam philosophia est, non ut utamur discimus, verum ut sciamus; plane iis non dissimiles, qui aurum, argentum et regias gazas parare norunt; artem utendi fruendi partis, neque sciunt, neque vel saltem de ea cogitant: similes item iis, qui sacros aut medicorum libros multa lectitant cura, non ut animo corporive medicinam faciant; sed ut ingenito morbo curiositatis sciendi multa satisfaciant. Quod non invenuste Magistri Hebræorum de Lege Mosis dicunt, cor et corticem illi inesse; non immerito de historia quo-

que usurpetur. Doctrina politica, et scientia militaris, aliaque egregia documenta, quæ legitima historia sui cultoribus affatim subministrat, instar cordis sunt: atque huic parti qui attendunt, cordatos fieri necesse. orationis elegantiam, et antiquitatis notitiam, præ illis, quid aliud nisi corticem appellemus? Sunt sane apud Thucydidem, Xenophontem, hunc nostrum Polybium, dictionis virtutes multæ eæque eximiæ: sunt etiam multa in eorum operibus cognoscendæ antiquitatis cupidis scitu necessaria. si quis tamen propter ista solummodo historias illorum requirit; næ ille cor non habet, neque unquam, per istud quidem studium, habebit: sed merum tantum corticem leget. Quid magis ridiculum, quam Julii Cæsaris Commentarios, divinum opus, et maximarum atque utilissimarum rerum doctrina fœtum, ea solum fine lectitare, ut loqui Latine discamus? aut ut Romanæ linguæ puritatem, et verborum proprietatem observemus? mihi quidem simile facere videmur, ut si quis arboris alicujus præstantissimæ fructibus vesci aspernetur; florum amœnitate se oblectet. Et tamen, qui hodie veteres historicos aut voce viva, aut scriptis suis interpretantur, quid nisi hoc unum curant? quid illi qui dies totos et tempus omne suum transeundis historicorum voluminibus insumunt? quorum ut quisque plurima tenet, ac pectus suum locupletissimam historiæ bibliothecam fecit, ad vitæ officia muniaque obeunda plurimum est ineptus. Desinamus igitur mirari, quid caussæ sit, cur hodie e lectione historiarum nemo eum fructum ferat, quem tulit olim Lucullus: in promptu ratio est; nemo illam ut Lucullus legit; nemo ea fine. Itaque ergo eo studia videmus rediisse, ut qui strenuissimi rerum actores censeri volunt, hi adeo non sint veteris memoriæ studiosi; ut e contrario, etiam contemptum illius ultro præ se ferant. Quid prius querar nescio; historiæ ne vicem, quæ olim in clara versans luce, regum et principum ac nobilium procerum familiaritate intima frui solita; sapientiam et vitæ artem eos docere; dignitatem ab illis accipere: nunc velut naturæ prioris oblita, et ad vitæ actiones facta

inutilis, hominibus privatis, pulverem scholasticum terentibus, et in umbratico otio delitescentibus est derelicta: an potius nobilium adolescentium errorem doleam, qui falsa persuasione ducti, unicum hoc sibi proprie convenientis disciplinæ genus, maximum rerum gerendarum instrumentum, habent contemptui. O quis ille erit, qui opera eadem pristinum historiæ splendorem restituet; et nobilitatem Gallicam ex hoc errore in viam rectam sistet? illa quidem literas non odit; *Non obtusa adeo gestamus pectora Galli:* sed quarum literarum verus in utendo est fructus; quia nullum earum videt usum pene dixerim, merito contemnit. Nihil erravero, si dixero, interesse Majestatis tuæ, Domine, ut generosi juvenes, quos majorum imagines, aut impetus animi, et vivida vis ingenii spondent ad Remp. ituros, errore tanto liberati, studii hujus beneficio utantur, quo ad jussa tua capessenda paratiores et omnibus rebus instructiores accedant. Liberabuntur autem, si persuaderi semel illis potuerit, ut magnum hunc scriptorem in consilium adhibeant; ejus in summa doctrina parem prudentiam, non degustare summatim, sed penitus velint imbibere. Quo maxime opus habent docebit eos Polybius; non solum quam uberes fructus ad rationes vitæ gesta majorum sint ipsis allatura; verum etiam quo pacto percipere illos sint valituri. Est utique proprium hoc eximio huic auctori, quod duo simul pari fere cura agit; ut narret ac moneat. bene ac perspicue narrandi laus, cum cæteris præstantibus historicis illi communis; fideliter monendi, cum paucis: aut ut verius dicam, cum nemine. Nego enim ex universo numero Græcorum aut Romanorum generis hujus scriptorum, vel unicum posse reperiri, qui pari fide et cura duo hæc conjunxerit. quid miremur? personam historici cum assumpsit Polybius, non in totum exuit philosophi. Philosophus enim erat; sed vita, non lingua: operibus, non sermonibus: rebus ipsis, non professione et inani specie. porro ut poetæ fingendo, historici narrando, sic philosophi monendo et præcipiendo vitam hominum corrigere propositum habent.

Jure igitur suo est usus, cum diversa munera in unum conjungens, qua narrando, qua monendo simul humano generi prodesse est conatus. narratio, cognitione rerum variarum lectorem instruit: monitio, prudentia: quæ observatione assidua colligitur caussarum, eventorum et omnium rerum in vita hominum evenire solitarum. Præclare Peripatetici dicunt, generari prudentiam ἐξ ἐπιστάσεως, observando: et fore prudentem quisquis fuerit ἐπιστατικὸς, observandi studiosus: ac vice versa, omnem prudentem esse ἐπιστατικόν. Plena est Polybii historia talium animadversionum; quæ brevi compendio lectorem ad prudentiam recta ducunt, et illius divæ sacris initiant. Mirum vero quo studio, qua sollicitudine, quo affectu id genus monitiones, quoties datur occasio, inserat. Vere philosophum, id est, parentem communem humani generis dicas, qui modo cunctis mortalibus in universum salutaria dictat præcepta; modo privatim hanc aut illam gentem familiarium sibi peccatorum admonet. Sic Mantinensibus, Cynæthensibus, Eleis atque aliis Græciæ populis, pertinentia ad propriam cujusque illorum salutem, dat consilia. Sic Romanos, ut obstinatæ et præcipiti pervicaciæ, sæpe ipsis exitiabili, modum statuant, graviter commonet. Sic Græcos omnes non semel hortatur, ut Romanorum in fide maneant, statum præsentem ne sollicitent; otium quo abundabant, cura publicarum omnium rerum ad victorem populum translata, ceu opportuna occasione utantur ad studia excolenda, non inertium literarum, sed βιωφελῶν, et ad vitæ actiones utilium. Quin etiam apparet, atque hoc ipse non semel testatur, caussam scribendi hujus ingentis quondam operis, vel præcipuam eum habuisse, amorem patriæ; ut contumaces et ad rebellium pronos suorum animos parum adhuc servire assuetos, ad pacis, qua fruebantur, etsi sub alieno imperio, firma et beata, amorem traduceret. Propterea in rebus gestis exponendis id unice spectavit semper, ut Græcis fidem faceret, non fortunæ munus esse Romanorum imperium; sed vera illos virtute id sibi peperisse: frustraque adversus illos arma cogitari,

quos in illa statione ipsa suis quasi manibus virtus collocasset. Et tamen idem hic parientiæ suasor, quandiu spes aliqua restabat posse Romanis obsisti, multo ante patriæ casum prospiciens, nihil prætermiserat, quo posset progressus illorum impediendo, imminentem Reip. Achæorum ruinam aut arcere, aut tardare. Verum fatis omnia ad Romanos trahentibus, rectis suis consiliis Polybius, non tantam gratiam a civibus iniit, quantam bello Persis offensam apud Romanos contraxit: quam mox Romam accitus, longi exilii tædio expiavit. Sedenim, *qui per virtutem peritat, non pol interit*: saluti fuit, claritudo nominis bonis collecta artibus, et illa ipsa quæ adflixerat virtus. Igitur deprecatoribus apud senatum usus Catone Censorio, Scipione Æmiliano, et aliis Romanis proceribus, libertati restituitur Polybius qui libertatis potitus, ubi semel apud se constituisset, nullam Achæis suis, nisi in amicitia Po. Ro. spem superesse, ad colendam bona fide majestatem illius populi conversus, pro sua sapientia suis ipse moribus sibi fortunam finxit. Nam patria quidem ipsius aliquanto post immani sua culpa exitium sibi concivit; bello Achaïco a Mummio deleta, et Achæorum soluto concilio; quum interim Polybius tranquillitate illa frueretur, quam suamet ipse prudentia et admiranda sapientia sibi quæsiverat. Idem, quum in urbe dominatrice multos annos Scipioni, Lælio et aliis ætatis illius viris primariis, privavatim charus vixerit; patribus quoque acceptus, et unice probatus; gratia qua pollebat apud principes Romani nominis, non ad opes sibi struendas, more multorum, est usus: verum in occasionem vertit, partim res magnas gerendi; ut cum Scipione Carthaginis excidium in Africa molienti, comitem sese, et conciliorum laborumque omnium participem præbuit: quo etiam tempore, classe a Scipione accepta, mare Atlanticum scrutandi illius orbis caussa, est circunvectus: partim bene de hominibus, præsertim Græcis suis, merendi. Testimonio sint statuæ cum amplissimis titulis per oppida Græciæ, quod scribit Pausanias, illi positæ. Dicat hoc ipsum et civitas Locro-

rum in Italia, quæ hujus ope immunitatem durissimorum onerum nacta, quorum præstationem ex legibus datæ pacis Romani exigebant, vitam et fortunas omnes suas uni Polybio ferens acceptas, in eo ornando nullum excellentis honoris genus prætermisit. Sed omnia beneficia, quæ a quoquam mortalium proficisci poterant, vicit scriptio hujus historiæ; in eum præcipue, ut modo dicebamus, scopum directæ, quo civibus civis prodesset, ac bonam illis mentem et prudentiam ingeneraret. Fuit omnino in hoc viro naturalis quædam bonitas, et efficax erga omnes homines humanitas. cujus celebratur vox divina, consilium dantis Scipioni suo; quoties foras prodisset, ne domum prius rediret, quam aliquem sibi benefaciendo amicum adjunxisset. O hominem publico omnium hominum bono natum! O dignum maximi cujusque regis aut imperatoris consiliarium! Etenim quum plurimis amicitiis fortuna principum indigeat, præcipuum est judicio sapientium principis opus, amicos parare. Ab hoc igitur fonte, et illud ingens manavit studium efficiendi, ut fructum ex historia sua omnes qui legerent, quam uberrimum perciperent. inde illa tot documenta, tot monita, quibus hoc opus, ceu intertextis gemmis nitet. Quis autem erroris dedignetur monitorem, quem Scipio Africanus, quem multi reges non sunt dedignati consiliorum auctorem? Probitatem vero Polybii, recti honestique amorem, et vitii odium, nemo satis pro merito hominis laudaverit. Uni æquus virtuti, pari tenore opere toto, præclara facta ubique extollit, secius admissa, gravitate quadam censoria, non arguta declamatione ad ostentationem ingenii, carpit et detestatur. Fidem, candorem, integritatem in dictis factisque passim commendans, qui iis utantur, viros bonos pronuntiat; versutos, veteratores, vafros, et dolorum architectos, nusquam non abominatur. Malitiam astutam, quæ fere politicis hominibus prudentia dicitur, tanta severitate, tot locis, tam serio insectatur, κακοπραγμοσύνην vera appellatione indigitans, ut vel eo dumtaxat nomine bonorum omnium amore, studio, ac lectione jugi, sit unus

omnium historicorum dignissimus. Neque tamen is est Polybius, qui supercilium quoddam Stoicum, aut rusticam simplicitatem, ad judicandum de actionibus hominum politicorum afferat. faciunt hoc umbratici quidam Sophi, rerum humanarum imperiti, ac propterea iniqui persæpe virorum magnorum censores, quorum rationes non capiunt. Sciebat homo negotiorum callentissimus, et tanto usu præditus, quid sit discriminis ponendum inter eam quæ simpliciter dicitur prudentia, et περιστατικὴν, cujus consilia, ut necessitate temporum expressa, et sapientes excusant; prudentes vero etiam laudant. atque hæc est, quam solet ipse πολιτικὴν συνυπόκρισιν nominare, quoniam aliud simulatur, aliud agitur: res toto genere diversa ab illa veteratoria malitia, ut in nostris commentariis diligenter exposuimus. Discant igitur ab hoc doctore juvenes studii politici candidati, veram prudentiam et ejus leges; non ab illo Etrusco, in opprobrium religionis Christianæ nato; cui probitas, fides, integritas, atque adeo in Deum pietas; O seculi dedecus! inania sunt sine re nomina; prudentia, ars fallendi; politica doctrina, instrumentum inhumanæ tyrannidis. Discant et qui ad scribendum res gestas animum applicant, præcipuum Annalium munus esse, uni favere virtuti, unum odisse vitium; illam esse legitimam, et æternitate dignam historiam, cui unum bonum honestas; unum malum turpitudo. Sed probitatem hujus viri illa eximia æquanimitas manifestissime arguit, quam in reprehendendis antiquioribus, qui ignoratione non malitia lapsi fuerant, semper adhibet. sic enim errores tollit, ut eorum qui errarint famæ nihil propterea velit detractum. quinetiam gratias illis agere se, plurimumque eos mirari profitetur, quod etsi errassent, tentando tamen et conando viam posteris perveniendi ad verum indicaverint. Scias vera virtute fuisse præditum, qui caussam scribendi solam habuerit, publicam utilitatem, et errores vitæ corrigendi desiderium. Porro amori virtutis studium veritatis necessario semper est conjunctum: neque enim virtus est, cujus non sit origo veritas: nec vitium, quod non a mendacio

sumat initium. Veritas nullius non doctrinæ est fundamentum; veræ sapientiæ mater; legitimæ, nec præposteræ, prudentiæ comes individua; fidei et societatis hominum ancora; omnis boni et honesti, ut aiebat Plato, ἡγεμονίς. Quod si recte attendimus, scire hominum aliud nihil est, nisi posse veritatem rerum contemplari, sive quæ sunt, sive quæ fiunt. qua mente philosophi antiquissimi sapientiam definiebant, ἐπιστήμην τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας. Simillime et historiæ naturam illi demum capiunt, qui sciscunt esse veritatis illarum rerum notitiam, quas mortales gerunt. Græca eruditio τὰ γινόμενα vel τὰ πρακτὰ vocat. Regulam certe unicam, atque adeo animam historiæ veritatem esse, omnes qui de ea sunt locuti consentiunt. Historia, inquit Diodorus Siculus, προφῆτίς ἐστι τῆς Ἀληθείας, deæ veritatis sacerdos est et propheta. Dionysius Halicarnasseus idem; ἱερὰ ait τῆς Ἀληθείας ἡ ἱστορία· qui etiam alibi pronuntiat, veritatem historicam esse totius prudentiæ et sapientiæ principium. quod et ille magnus auctor sensit, qui historiam esse dixit *universæ philosophiæ quasi metropolin.* Sed ut pulchra omnia, quod proverbio dici solet, difficilia sunt; ita veritas historiæ, res omnium pulcherrima, eadem et inventu difficillima est; et postquam est inventa, quominus proferatur in medium, maximas difficultates experitur. quod latet, partim malitia fit hominum; qui prava sua facta sileri, atque hoc pacto ignominiam lucrifacere volunt: partim incuria etiam eorum, qui res gerunt memoria et laudatione dignas. Jam quum propter has ipsas caussas gestorum scriptores nulli labori, nulli ærumnæ, addo et nulli impensæ, quod de Thucydide et Theopompo legimus, parcere deberent, ut veritatem illarum rerum eruerent et assequerentur, ad quarum narrationem sese parant: paucos tamen ab omni ævo sit nominare, qui hujus diligentiæ gloriam ambiverint: plurimos contra omnibus sæculis, qui res parum sibi compertas posteris tradere aggressi, falsa pro veris traderent; alii ignoratione et securitate; alii vitio huic pari credulitate: plures et mentiendi libidine; quos aut turpis spes lucri, aut gratia, aut odium

corruperat. Heic enimvero scriptorem hunc præstantissimum omnes æquos judices demirari convenit. qui studio vera narrandi nullum laborem unquam refugit. nam et in remotissimas oras peregrinatione ob id ipsum suscepta, Asiam, Africam, Europam lustravit: Atlanticum quoque Oceanum navigavit. ut de Hannibalis itinere sibi comperta narraret, Galliam et Alpes visit: ut de Scipionis rebus in Hispania gestis digna fide proderet, Carthaginem novam adiit, loca singula cum cura inspexit. Hispaniæ pleraque oculis usurpavit. quin et linguam Romanam Polybius didicit; atque antiquissima monumenta, quæ vix pauci e Romanis civibus intelligebant, e Capitolina æde ut promere sibi liceret impetrato, in sermonem Græcum transtulit; ac Romanos ipsos proceres suæ civitatis jura docuit, quæ ipsi ignorabant; et Fabius quoque Pictor Senatorii vir ordinis ignoraverat, qui de Punicis bellis scripserat. Ad hæc Polybius, ne nimis antiqua et parum explorata, atque ut ipse ait ἀκοὴν ἐξ ἀκοῆς scribere cogeretur, historiæ quam suscipiebat terminos posuit, suam aut patrum memoriam. multa ergo illorum quæ scribit, præsens ipse vidit; certe nihil scripsit, de quo illos non posset consulere, qui rebus gerendis interfuerant. Adeo qui nullam perfectæ historiæ legem negligebat, illam omnium maximam, quæ vera scribere præcipit, ea fide custodiit, ut liquido constet nobis, non solum rationem ipsum habuisse veritatis, sed etiam toto affectu illam amasse, et religione quadam coluisse. Non est dubitationi relictus locus: ipse suam mentem nobis aperuit; idque verbis gravissimis, quæ merito Brutus, sive quis alius, digna suo calamo judicavit: nos quoque digna censemus, quæ heic describantur: *Existimo equidem*, ait, *naturam humano generi* VERITATEM *constituisse numen maximum, maximamque illi vim attribuisse. Nam quum ab omnibus oppugnetur, atque adeo omnes nonnunquam verisimiles conjecturæ a mendacio stent; ipsa per se nescio quomodo in animos hominum sese insinuat, et modo repente suam illam vim ex erit: modo tenebris obtecta longo tempore, ad extremum suapte vi ipsa vincit, obtinetque, et de men-*

dacio triumphat. En animi veritatis amore stupentis testimonium luculentissimum. Huic autem dicto mirifice congruit tota ejus historia. amorem enim veri, odium falsi sexcentis locis constanter profitetur. Fuit Polybii sententia, scriptori historiæ nihil veritate antiquius esse debere: non ad gratiam, aut odio cujusquam; non respectu ullius, sive privatæ, sive publicæ amicitiæ; non denique ulla charitate erga parentes aut patriam; cujus sanctissimum in terris est nomen; veritatem professum, et ut ipse loquitur, τὸ τῆς ἱστορίας ἦθος ἀναλαβόντα, debere adduci, ut vel latum, quod aiunt, unguem a vero recedat. In cætera quidem vita, ait ille, amicorum esse amantem ac patriæ, laudo: in scribenda vero historia, etiam harum charitatum affectus exui volo: volo uni fidei consuli, et, vel cum dispendio existimationis amici, parentis, patriæ, uni litari veritati. Duram legem! aliquis dicet. sed est tanti veritas; quam tollere, aut per speciem cujusdam ψευδωνύμου prudentiæ, vel mendacii officiosi, violare, tanto majus nescio quid est, quam solem de mundo tollere; quanto DEUS creator omnium, totius veritatis auctor, atque adeo, ipsa veritas, sole major. Hanc legem quum principio operis sibi pariter et omnibus Annalium conditoribus imposuisset; per universam deinceps scriptionem exactissime semper et religiosissime eam ipse servavit: neque fuit quisquam adeo illi charus, cujus gratia libertatem suam et παῤῥησίαν oblivisceretur. Aratum Sicyonium Reipub. Achæorum principem, paullo ante hujus ætatem Græcia omnis erat mirata; virum integritate, industria, rectitudine consiliorum, ac plerisque aliis magni politici ducisque laudibus, præ cæteris æqualibus suis, ornatum. Achæi vero tot beneficiorum ab Arato in suam Remp. collatorum memores, fato functum ad sempiternam memoriam consecrarunt, et omnes heroibus deferri solitos honores ei decreverunt. Hunc talem virum Polybius præcipue videtur suspexisse; quod ex locis plurimis operis istius facile potest intelligi. at non eo secius tamen Arati peccata commemorat; tardum in consiliis excogitandis vocans;

ignavum in rerum inceptionibus; parum firmum ad micantium gladiorum conspectum; salutis sociorum negligentem; auctorem unicum cladis ad Caphyas acceptæ: neque parcit dicere, tropæis illum contra se positis totam Pelopis peninsulam implesse. Philippum Demetrii F. regem Macedoniæ modo laudat, modo virtuperat: et utrumque facit exquisite. judicii vero inconstantiam non semel deprecatur; gravissimasque hujus varietatis caussas, et cum de hoc, et cum de Arato loquitur, profert in medium. Nulli videlicet mortalium ita superos indulsisse, ut non interdum, si minus sæpe, aliud agat, aut male agat. quin humani ingenii eam esse conditionem, ut non solum in diversis virtutibus idem homo appareat alius atque alius: sed etiam in eadem sæpe aliquis sibi sit dissimilis. idem fortis in defendendo; ignavus in aggrediendo: animosus in singulari pugna; cunctator in publica: ad Martem apertum aptus; ad insidias ineptus: audax in terra, trepidus in mari: constans adversus irruentem hostem; pavidus in excipiendo cervo aut apro. Mens præterea unicuique talis, (divinitus Homero dictum) quam in dies singulos Deus suggerit. non igitur personas agentes spectare historicum debere; sed factis orationem suam adæquare. Ut enim Phidias materiam ad statuas, aurum vel argentum ab Atheniensibus sumere solitus, non ipse domo suppeditare; et floridos colores dominus pingenti olim præstabat; sic rerum gestarum scriptores, non faciunt ipsi operis sui materiem, poëtarum more; sed ab iis accipiunt, qui scribenda gesserunt. Ergo etiam optimi quique viri interdum venient culpandi: pessimi quique, rarenter fortasse, at venient tamen nonnunquam laudandi. Eapropter reprehensus a nostro est Timæus, ille historicorum maledicentissimus, quod Agathoclis tyrannorum omnium, quos Sicilia tulit, immanissimi, dotes ingenii et facta laudabilia vel dissimulasset, vel in contrarium detorsisset. an Polybius vir integerrimus tyrannidem Agathoclis probabat? ille vero non magis hunc probabat, quam Aratum oderat. Sed aliud est tyrannidem commendare, aliud egregie fa-

ctorum exempla, a quocunque tandem profecta, sive amico, sive hoste, aut excellentem ingenii præstantiam, non sinere indictam. caussam affert Polybius: quia fallere non minus videtur, qui gesta præterit sciens, quam ille qui nunquam facta fingit. Pari item ratione Sozomenus Ecclesiasticæ historiæ auctor, orthodoxorum hominum contentiones, jurgia, perfidiam multorum, et alios defœdos nævos narraturus, ἐθελοκάκου προαιρέσεως opinionem deprecatur: non enim illa se scribere, quod voluptatem ex talibus caperet; sed volentem nolentem; quoniam infecta reddere quæ facta essent, non posset; quæ gesta autem essent, silere; hoc vero esset veritatem prodere et historiæ legitimæ jura corrumpere. μάλιστα, inquit Sozomenus, τῆς ἀληθείας ἐπιμελεῖσθαι χρεὼν, διὰ τὸ τῆς ἱστορίας ἀκίβδηλον. et iterum, πάντα δεύτερα ποιεῖσθαι τῆς ἀληθείας τὸν συγγραφέα προσήκει. Juvat unum adhuc commemorare candoris Polybiani testimonium, sed insigne. Erat Reip. Achæorum vetus cum regibus Ægypti fœdus; quod cum singulis eorum, modo conditionibus iisdem, modo multum diversis, fuerat renovatum. Accidit Olympiade CXLVIII, ut Ptolemæus Epiphanes, ea de re legatum Demetrium ad Achæos mitteret. Scissa tum erat Resp. illa in factiones duas; quarum alterius principes censebantur Philopœmenes, et Lycortas nostri pater: alterius cum alii, tum Aristænus quidam. Quum parti Philopœmenis amicitia Ægyptii probaretur; fit decretum de renovando fœdere; eaque fine Lycortas ad Ptolemæum mittitur. it Lycortas; redit; legationem renuntiat. Aristænus, qui fœderis simpliciter fieri mentionem audidiret; gnarus plures ac diversas pro temporibus fuisse ejus formulas; petit in concilio a Lycorta, ecquodnam e multis fœdus esset instauratum? ad hanc inimici vocem silere Lycortas, nec quod mutiret invenire. evenerat enim stupenda quadam Philopœmenis atque ipsius negligentia, et consiliariorum Ptolemæi parili stupore, aut, quod potius arbitrer, et verius est, astu, ut totum illud tanti momenti negotium, temere, sine ulla distinctione transigeretur: quod gravissimum peccatum, in

ejus loci præsertim et dignitatis viris, magna et justa utrumque ignominiæ macula aspersit. Hanc historiam Polybius ita narrat, quasi de hominibus loqueretur, nulla notitia sibi conjunctis: qui tamen alterius erat filius; alterum parentis loco semper coluit. sed memor vir summus legis a se rogatæ, maluit in historia veritatis amicum se probare, quam φιλόφιλον aut φιλοπάτορα. Non vivebat, opinor, Lycortas, cum illa filius scribebat: sed si vel maxime vixisset, non fuit Polybio verendum, ne hac ingenua libertate patrem offenderet. Levia ingenia quia nihil habent, nihil sibi detrahi patiuntur: magni viri, et fiduciam magnarum rerum habentes, adeo fidelium historicorum veritate non offenduntur; ut contra, suos ipsi errores et frustrationes generoso animo profiteantur. Hippocratem a suturis capitis fuisse deceptum nesciremus, nisi ipse memoriæ prodidisset. Cæsarem magnum ignominiam ingentem ad Dyrrachium accepisse, et magnis sæpe in tua Gallia, Domine, detrimentis fuisse affectum; nisi ipse narrasset, vix hodie sciremus. nam quæcumque Dio, aut alii scriptores, iis de cladibus scripserunt; præ iis quæ ipse dicit, levia sunt. Quod si memorias veteres replicare voluerimus, solos inveniemus Tiberios, Caligulas, Nerones, Domitianos, Commodos, qui fidei præclaros scriptores, Cremutium Cordum, Livium, Suetonium, Arulenum, Senecionem et his similes, exosos habuerint. Illud vero in hoc auctore eximio, quam eximium et insigne? quod miraculorum commenta et omnem παραδοξολογίαν acerrime insequitur: caussas vero cunctorum gestorum diligentissime scrutatur. nimirum ex eo quod posterius diximus, alterum illud prius nascebatur. propterea enim osor extitit omnium præstigiarum, quas vulgus temporibus priscis mirabatur; quia rerum omnium et eventorum caussas vestigarat: quis autem nescit, antiqua paganorum miracula meras, ut plurimum, fuisse dæmonum illusiones, et humanarum mentium ludibria? Scilicet pro vero credendum, quod toties in aliorum monumentis historicis legimus, sanguine aut lapidibus pluisse; saxum visum voli-

tare; bovem esse locutum, et sexcenta istiusmodi portenta. quid ista? Hannibali et Scipioni Africano præsentem deum affuisse: illi Alpes superare nitenti atque hærenti, viam præivisse; huic Carthaginem novam temere invadenti, aquas maris subduxisse. Eleganter non minus quam vere solet Polybius dicere; scriptores Annalium, qui talia chartis suis illinunt, tragœdias non historias componere. nam ut tragici poetæ postquam turbata sunt omnia, et fabula est impedita, atque ea facta est, quam Philosophus δέσιν τοῦ δράματος appellat; ut exitum inveniant, et spectatores absolvant, deo indigent et machina: sic imprudentes historici, ubi summos duces magna ausa concilio temerario, aut nullo, adoriri fecerunt; postquam ad rerum difficultates est ventum, ut sese expediant, tragico illo subsidio opus habent. Sed et vulgi imperiti caussasque rerum ignorantis opinio erat, hoc divini auxilii commento eorum virorum gloriam mirum in modum augeri, quos omni laude volebant honestare. historicorum autem levissimus quisque aut superstitiosissimus, tenendo et oblectando lectori, mirabilia quam vera narrare præoptavit. est namque humanæ naturæ vitium, rara, inaudita, indicta, et ut ait Isocrates τὰς περιττότητας καὶ θαυματοποιΐας amare. At noster hic, solidissimi judicii vir, ut ista pro frivolis haberet, et contrariam narrandi viam ingrederetur; ille quem exposuimus veritatis amor, et notitia caussarum effecerunt. Qui igitur sciret falso dici primum Hannibalem cum exercitu Alpes trajecisse; quas multo ante non semel Galli, Italiam petentes, cum magnis copiis superaverant; sciret etiam, prudentissimum illum Pœnum priusquam ex Hispania pedem moveret, missis ad Gallos, qui cis et trans Alpes habitabant, legatis; rebus omnibus tanto incepto necessariis providisse; narrationem illius expeditionis miraculorum quidem vacuam, sed summæ prudentiæ plenam instituit. Scipionem quoque priusquam ab Urbe proficisceretur, omnes negotiorum difficultates probe meditatum; non miraculo, sed admirabili quadam prudentia Hispanias domuisse ostendit: et eorum quæ scribit

Lælium Africani assiduum comitem, diligenter a se de singulis interrogatum, testem locupletissimum laudat. Innumera possent alia huc afferri, ex quibus de sincera fide et judicio exquisito hujus scriptoris, planissime queat constare. instar omnium hoc unum esto. Legionem Romanam e quatuor millibus Campanorum compositam, quæ Rhegium insignito perfidiæ exemplo, belli Tarentini tempore, diripuit et occupavit, totam postea a Romanis securi fuisse percussam, scribunt Orosius, Julius Frontinus, ipse etiam Titus Livius, necnon alii. noster contra, CCC dumtaxat eo supplicio affectos narrat. atque ejus sententiam verissimam certissimamque esse clare demonstramus in nostris Commentariis. quid igitur Latinos illos impulit, ut tam liberali mendacio veritatem interficerent, ut cum Tertulliano dicam? granditati videlicet rerum, quas exponebant, non simplici fidei studuerunt. Ut dubitare nemo debeat, Polybione, an aliis qui res easdem diverse prodiderunt, plus auctoritatis sit tribuendum. rara, grandia et miraculosa plerisque illorum tradere posteris curæ fuit; nostro, vera, certa, et fructuosa. delectare illi lectorem suum; noster doctrina civili instruere, propositum habuit. Qui etiam loco non uno profitetur, de voluptate quidem auditoribus paranda, quam scribentium plerique sectantur, non admodum sollicitum se esse: utilitatis vero ad vitam pertinentis, tantam rationem habere, ut ad eam cuncta referat. omnes igitur amœnitates et reficiendo lectori diverticula, in opere tam serio neglexisse; ut uni adhæreret rerum gestarum accuratæ explicationi, et observationibus quæ eodem pertinebant. Propterea historiam suam πραγματικὴν vocans, quod esset tota de negotiis gestis aut bellis; necnon ἀποδεικτικὴν, propter certitudinem narrationum; id se agere ostendit, ac sæpius inculcat, ut velut artem quandam et, ut ipse loquitur, μεθοδικὴν ἐμπειρίαν rerum gerendarum Politicis hominibus concinnet. Quamobrem, sicut verum est dicere, Polybium historiam sui temporis scripsisse; ita non minus verum est dicere, Polybium in historia quam scribebat, praxin politicæ doctrinæ et discipli-

næ militaris exercuisse. Nihil ille, paullo præsertim majoris momenti narrat factum, cujus non afferat et antecedentes et cohærentes caussas cur ita sit factum; aut cur eum habuerit res exitum. simul autem et modum accurate explicat, quo singula fuerint administrata. Hinc illæ non infrequentes digressiones, quibus aut naturam locorum declarat; qua non prius probe cognita, præliorum descriptiones, et similes expositiones, cæcæ, (nam sic ipse appellat,) sint futuræ: aut aliquod theorema politicum ex professo persequitur. Sic libro II caussæ quæruntur mirabilis incrementi Reip. Achæorum. Sic libro IV de miserorum Cynæthensium infelicitate, et ejus caussis, multis disseritur. Sic libro IX de institutione imperatoris, et disciplinis magno duci necessariis doctissime disputatur. Sic libro X ratio tota dandorum signorum per faces, qua multum, idque mirabiliter, usi sunt veteres, non solum exponitur, sed et novis inventionibus ipsius auctoris perpolitur. Sic libro XVII cur phalangem Macedonicam, creditam prius esse invincibilem, et quæ revera talis natura sua erat, Romanæ legiones sæpe vicissent, pulcherrime docetur, ejusque rei caussæ manifestissimæ certissimæque afferuntur. Sic multa passim de officio historici, et legitimæ historiæ natura, inseruntur. Totus quoque liber sextus, digressio quædam est a proposita narratione: sed, Deum immortalem, quam ex usu, quam docta, quam divina! cum qua si componantur omnes omnium auctorum digressiones, nihil simile invenias, nihil ulla ex parte comparandum. Exposuerat prioribus libris Polybius, quomodo Hannibal Italiam ingressus, populum Ro. tribus continuis cladibus ad Ticinum, ad Trebiam, ad Thrasymenum, iisque magnis attriverat, et quarta insuper Cannensi, omnium longe maxima, pene deleverat: eo certe redegerat, ut emersurus ex illo miserrimo statu nunquam videretur. emersit tamen, et cum adversa fortuna aliquandiu luctatus; mox et Hannibalem Italia expulit, et pace cum Pœnis in suas leges facta, ad spem imperii Orbis terrarum sese erexit. Rei igitur stupendæ, et omnibus sæculis inauditæ

caussam eo libro aperit noster: caussa autem erat, ipsa Reip. Ro. forma et scientia bellandi; quæ duo capita sic a Polybio explicantur, ut vel solus ille liber, qui nullo satis æstimari pretio queat, doctrinam, judicium, peritiam pacis bellique artium, et summam auctoris prudentiam arguat. Atque hoc in genere illud cum primis observatu dignum; quanta cura Polybius lectorem suum ad contemplationem verarum caussarum subinde revocet, unde successus sive læti, sive illætabiles manant: quanta item multorum veterum (atque utinam horum tantum) opinionem stultam, de Fortuna pendentium, reprehendat et confutet. Non enim pati poterat tantus prudentiæ magister, in res humanas induci cæcum illud cæcorum hominum πλάσμα καὶ εἴδωλον, ut Democritus vocabat, quod *nullum numen habet si sit Prudentia.* Clamat igitur noster, τῶν συμβαινόντων Τύχην αἰτιᾶσθαι, φαῦλον· Fortunam facere caussam eventorum, amentia est; quippe sapientibus, et qui rectis consiliis utuntur, haut magni Fortunam momenti esse; aut potius Fortunam, quæ nihil sit, nullam intervenire: non enim casibus regi, sed regere magis prudentem casus: mentem, rationem, virtutem, pietatem dominari. Qui si aliquando parum sibi videtur constare, Fortunam ipse quoque nominans, et vim illius agnoscens; non tam sententiæ errorem eum esse; quam loquendi consuetudinem quandam, abunde probatum est in nostris Commentariis. Ubi etiam illorum errorem supinum atque insanum magnum validissimis rationibus confutavimus, qui male de diis et divina Providentia Polybium sensisse, ausi sunt scribere. Adeo homine imperio nihil quicquam injustius. Quid injustius, quam ἀθεότητος a male feriato Politico et Theologastro omnis humanitatis imperitissimo eum virum damnari, qui Arcadiæ patriæ suæ præcipuum decus ponat ἐν τῇ εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ, in pietate erga Deum? qui locis sacris belli tempore non parcere, ultimam sceleris atque immanitatis lineam putet? qui pacis post diuturnum bellum insecutæ, primum et omnium pulcherrimum fructum agnoscat, ædes sacras dirutas aut collapsas instaurare; neglectas divini

cultus cerimonias in usum revocare? qui civitatis bene et legitime ordinatæ primam omnium conditionem ponat, ut in ea religio vigeat? qui magnitudinem imperii Romani, pietati illius populi ferat acceptam? qua quidem usque eo Romanos vult excelluisse, ut etiam superstitiosi sapientum judicio videri possent: verum, quam superstitionem alii vocant, inquit, ea est apud Romanos ὑπερβολὴ pietatis. qui toties bona bonis provenire, malos male perire, bene consulta parum bene interdum cedere παρὰ θεῶν καὶ τοῦ δαιμονίου, Dei nutu atque numine, pronuntiet? qui denique omnia miraculorum commenta ex historia quam πραγματικὴν appellat, quum studio magno eliminet; verbis tamen disertis libro XVI ea miracula, quæ ad firmandam opinionem de deo ejusque potentia, pertineant, et admittat et commendet. Poterantne a misero ethnico illustriora inclinati ad pietatem animi proficisci testimonia? Sed ut melius constet, qui fuerit Polybii sensus, quæ sententia super quæstione tam gravi de rerum humanarum gubernatione; verba Suidæ, hominis Christiani, qui diligentissime illius scripta legerat, heic describam. *Fortuna*, ait ille, *apud Græcos et paganos, est gubernatio mundi sine ulla providentia: aut rerum cursus ab incertis ad incertum, et id quod casu sponteque evenit. at nos Christiani* Deum *omnia administrare confitemur: idque etiam Polybius dicit.* Pudeat nunc eos, qui crimen adeo tetrum tam bono scriptori ausi sunt impingere. Pudeat illum Politicum, qui audire Christianus quum vellet, de caussis conversionum quæ imperiis accidunt, tam infeliciter et absurde pronuntiavit, ad numeros lectorem suum revocans; quam docte et graviter Polybius libro sexto; cum futuram olim mutationem in Romana Rep. cujus florentissimam tunc cum maxime ætatem ipse videbat, centum fere annis prius quam eveniret, verissime prædixit. Post tot tantasque et eas adeo insignes rerum virtutes, facultatem dicendi in auctore tam nobili laudatum ire, pars fuerit injuriæ. in quo nulla quum eloquendi virtus rerum scriptori necessaria desideretur; hoc fundamentum ingentibus illis quas ostendimus superstructum

molibus sic obruitur, vix ut appareat. Non deest, sed non eminet in Polybio facundia. nihil vero est iniquius illis, qui nullam putant esse eloquentiam, nisi ubi nihil est præter eloquentiam. Semper mihi apprime placuit Diodori Siculi sententia, vehementius in historico eloquentiæ studium improbantis. Verborum enim curam nimiam, rerum fere par sequitur incuria. Oratio vultus animi est. ut hic fuerit gravis aut solutus, ita etiam illa vel severa erit vel mollis. Polybii ingenium verbo indicavit excellens auctor Strabo, quum illum appellavit τὸν οὕτως ἐσπουδασμένον ἄνδρα, virum adeo serium, et rebus seriis deditum. nam hoc voluit Strabo. non dubitabunt periti de rectitudine hujus judicii et elogii veritate, qui diligenter expenderint. inest sane in hujus scriptis gratus quidam sine ullo fuco veritatis color, et quod Græci Critici appellant τὸ ἔμπρακτον καὶ τὸ ἐναληθὲς τῶν ἐννοιῶν. Equidem rideam an indigner nescio, quoties apud Dionem Pharsalicæ vel Philippicæ aut similium pugnarum descriptiones lego; in quibus eloquentiæ plurimum, bellicæ vero artis et Tacticæ peritiam nullam penitus animadverto: ut de historicis aliis nihil nunc dicam, ne Dioni quidem ullo pacto comparandis. Dares eadem prælia Polybio describenda. in re eadem, nihil idem diceret: omnia alia et diversa. neque enim eo proposito ad præliorum descriptiones accedit, ut in depingenda negotii facie rhetoricetur: verum ut, ceu Xanthippus aliquis Tacticus, usum ejus disciplinæ in ipsis rebus lectorem doceat. caussas hinc victoriæ, illinc cladis ob oculos ponat. quid in eligendo belli campo, quid in ordinanda acie, quid in subsidiis disponendis, quid in procurrendo concurrendove, aut excipiendo hoste bene aut secius fuerit factum: quis levis, quis gravis armaturæ fuerit usus: equitesne an pedites ad summam operis plus momenti attulerint. Ad harum rerum expositionem si orationem noster adhibuit nullis calamistris inustam, nullis fractam cincinnis, ac ne dilgentius quidem comptam, sed masculam et quodammodo militarem, opus, credo, censorium fecit. Ut poma quædam sunt suaviter aspera;

et in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat; sic in seriis magnisque scriptoribus minus interdum culta dictio, non sine austeritate quadam juvat. Et est sane Polybiana dictio ejusmodi; in qua multa verba, multas observo locutiones in castris natas, et gloriosum illum Martis pulverem, potius quam rhetorum lecythos et pigmenta redolentes. quidni autem? maluit Polybius exercere in agendis rebus quantum habuit eloquentiæ, quam inerti otio sese dare, ut sequeretur, quantum ejus poterat per ingenium consequi. Nam quid aliud ab eo exigas, cui paullo post quam ex ephebis excesserat, legis annariæ gratia facta est a concilio Achæorum, ut negotiis se immisceret, ac legatus in Ægyptum cum patre Lycorta et Arato Arati F. proficisceretur? factum est hoc decretum, circa principium Olympiadis CL[æ] Unus, credo, fuit ex omnibus antiquis Dionysius Halicarnasseus, qui propter dictionis incuriam et minus accuratam verborum comprehensionem, tantum virum impolitiæ notare sustineret. cujus Critici putidæ morositati, sic alibi respondimus, ut æquis judicibus nostrum judicium probatum iri confidamus. Neque tamen nævos, si qui sunt in hoc pulcherrimo corpore, dissimulavimus. nam equidem sicut eos qui maligne scripta aliena tractant, scelestos et publica omnium exsecratione dignissimos censeo; ita qui sine cura discriminis omnia pariter laudant, sine judicio in literis versari, et illa ipsa quæ laudant, cur sint laudanda non intelligere, persuasum habeo. Et fuit quidem felicitatis populi Romani pars non pœnitenda, sempiternæ gloriæ per eum virum fuisse commendatum, qui ipse quoque in eo ornando propriam ingenii gloriam erat consecuturus: sed et Polybii magna prorsus extitit felicitas, in ea tempora incidisse, quæ materiam dignissimam facultate et copia sua ipsi subministrabant. Scitum vetus est; omnium imperiorum, sicut cæterarum rerum humanarum tria esse tempora; primordium, summam incrementi, inclinationem ad interitum. Græci melius, ἀρχὴν, ἀκμὴν, παρακμὴν aut φθοράν. hæc quum natura sint diversa, etiam scriptoribus admodum diversam ad scribendum ma-

teriam suppeditant. Principia, incerta, fabulis involuta, tenuia: semper enim, modo primumque nascentia sunt minuta. postrema tempora, ipsa quoque, sed ex alia caussa, attenuata, et vitiis deformia; utpote exitio propinqua. solum est medium tempus, quod vigoris florem obtineat; sive ad experiundum, sive ad scribendum, aut cognoscendum, pulchrum et optabile. Resp. Romana, ut observat Polybius, si qua ulla unquam alia, omnes temporum diversitates secundum naturæ communes leges est experta. quæ ab obscuris, fabularum plenis, et oppido exilibus profecta principiis, per annos ferme Iↄ cum populis Italiæ perpetuum quasi bellum varia fortuna gessit. Tantæ molis erat Orbi terrarum dare caput. deinde ubi semel pedem extra Italiam extulit, dictu mirabile, quanta cum sua gloria, quanto cum stupore tunc viventium et videntium, Europam, Asiam, Africam, triumphis peragratas, dominationi suæ subjecerit. Hæc fuit et Reip. et virtutis Rom. ἀκμὴ, et præcipuus vigor. quod tempus vulgo historici ad CC usque annum extendunt. sed spatii hujus ultima civitatem sanguine civili fœdatam habuerunt, et luxu, postquam victores Asia capta cepit, multisque aliis vitiis corruptam. Eam partem Polybius non attigit, non vidit: qui ipsam dumtaxat ἀκμὴν τῆς ἀκμῆς, ut sic dicam, et purissimam laudatissimamque partem florentis Reip. Ro. ad occupandum ingenium, singulari felicitate aurei illius temporis, materiam est nactus. Quare historiæ hujus non postrema hæc laus est, quod in parte versetur rerum Romanarum longe nobilissima; sive virorum virtutem spectes, sive publica instituta, aut mores, sive gestorum magnitudinem. Quum autem inter excellentis historiæ conditiones doctissimi veterum hanc cum primis ponant, ut certi intervallo temporis circumscribatur, et a notabili principio ad notabilem finem perducatur; hanc historiæ legem, (ut quidem illis placet) a Polybio mirifice esse observatam, invenimus. Ille principio cum ad scribendum animum appulit, annorum LIII res gestas suscepit explicandas; ab anno primo Olympiadis CXL[æ] et initio belli Punici II ad finem belli

Persici, et regni Macedonici ultimam eversionem. quo spatio affirmat Polybius, et incepisse et consummata esse imperii Rom. incrementa. recte: si modo intelligatur, ut in nostris Animadversionibus est expositum. Gestæ igitur sunt eo temporis intervallo, tot tantæque res, quot et quantæ nullo unquam sæculo pari numero annorum. Ante omnia bellum occurrit Punicum II: bellum, viribus partium, generositate ducum, magnitudine cladium, varietate casuum, eventorum consequentia, omnium quæ ubivis terrarum gesta unquam sunt, maximum. finem hujus initium Macedonici cum Philippo excepit; ob veterem Macedoniæ Regum famam, et Magni Alexandri gloriam, bellum nobilissimum. Secuta sunt, Antiochicum et Ætolicum; illud cum rege Asiæ opulentissimo, et terra marique vi copiarum ingente instructissimo: hoc cum populo omnium ferocissimo, et qui bellandi decus sibi uni vindicabat, seque eo nomine impotentissime jactabat. his interjecta sunt minora jam alia bella cum Insubribus, Boiis, cæterisque Gallis trans Alpes Italiam incolentibus. Postremum fuit Macedonicum alterum cum Perse Philippi F. in quo illa antiqua Macedonum regia, cui aliquando Ἦν Ἑλλὰς αὐτῇ σμικρὸν οἰκτήριον· imo vero, cui capiendæ Orbis terrarum olim parvus erat, exemplo penitus miserando, est exstincta. Tum primum omnes et Orientis et Occidentis nationes attonitæ, magnitudinis Romanæ stupore ceptæ sunt defigi; ac vim ineluctabilem fatorum intelligere, quæ Po. Ro. imperandi honorem deferebat; sibi parendi necessitatem imponebat. Quæ admirabilis rerum universi mundi conversio, Polybium initio impulerat, ut hoc tam memorabili fine historiam suam terminaret: paucis tantum annis insecutæ pacis adjectis; ut quam modis omnibus laudabilis esset forma regendi imperii qua Po. Rom. utebatur, et cunctis quidem omnium sæculorum gentibus, sed præcipue Græcis suis testatum faceret. Ac quoniam non unius tantum populi hujus res peragere instituerat; sed Romani quidem primario; deinde autem et cæterorum totius Orbis populorum omnium, paullo saltem nobi-

liorum; multa de regum Syriæ, Ægypti, Ponti, Cappadociæ, Persidis, aliarumque gentium rebus, ordinem secutus temporum, inseruit, propter quæ, opus suum καθολικὴν ἱστορίαν, quasi, universalem historiam dicas, jure nominat. Est hoc quoque historiæ Polybianæ grande atque insigne decus; quod non de una tantum aut altera natione fuerit instituta; verum de omnibus quæ toto Orbe illis temporibus noscebantur. Cujus generis historia, quum reliquas ejus formas tantum dignitate superet, quantum parte aliqua sui totum est præstantius; iis cum difficultatibus est conjuncta, ut post hominum memoriam perquam pauci fuerint reperti, qui oneri tanto subire auderent; quorum autem humeris onus illud bene sederet, paucissimi. Plane inusitatam animi magnitudinem, et parum vulgo consuetum ingenii modum præ se fert, qui universalis historiæ, qualem Alphonsus X. Castellæ Rex solitus optare, scriptionem πραγματικὴν aggreditur. Proprias vero laudes ejusmodi historiæ, si commemorare velim, nimis longum faciam: et præclare noster hic ea super re nonnulla operis sui initio. Vel illud quantum est, quam admirabile? posse aliquem mortalium, illam Dei ter maximi πολυποίκιλον et inenarrabilem sapientiam, quæ non unam aliquam aut alteram regionem, sed vero mundum universum regit ac temperat, quasi vestigiis persequi, mente capere, et stilo enarrare? quid de populis Orientis, quid tempore eodem de Occidentis divina statuat Providentia; quid vel sublevandis vel premendis ad Aquilonem Austrumve gentibus, eadem decernat. Tot res, tam varias, vel animo posse capere, magnum sit: quid componere inter se, in ordinem digerere, et in unius historiæ faciem concinnare? Hoc demum illud vere est, quod initio dicebamus, ministrum Providentiæ divinæ in terris agere. Polybius igitur, tantis de rebus tam exquisitæ formæ historiam quam moliebatur, ultra illos LIII annos, et paucos alios pacis curam suam non extendebat. qui tamen eo labore perfunctus, novam historiam annorum circiter octo, eorum bellorum quibus ipse, ut plurimum interfuerat, priori sub-

texuit: a principio Celtiberici ad deletam a Mummio Corinthum, et in formulam provinciæ redactam Achaïam: necnon ad Carthaginem paullo ante a Scipione captam, et solo æquatam. Scripserat et de bello Numantino; sed separato a perpetua sua historia volumine, ut auctor est Tullius. Porro universum quod modo exposuimus argumentum, libris XL Polybius fuerat complexus; vel potius duodequadraginta. primus siquidem et secundus, Apparatum ad historiam primario susceptam, non ipsam historiam, continent. Nam quia Græcis hominibus illa ætate res Romanæ, sua memoria vetustiores, parum erant cognitæ, prudentissimus scriptor ex usu futurum putavit, si Reip. illius tempora strictim attingeret, a capta Roma per Gallos duce Brenno, ad primum extra Italiam cum classe transitum: et paullo uberius, a prima trajectione in Siciliam, quando bellum Punicum primum est conflatum, ad Punici II annum primum. quas ille res cum Græcanicis aliorumque populorum ratione temporum congruentibus, in illa duum librorum præparatione comparavit. At quam dolendum, nec sine indignatione summa memorandum, quod auctoris tanti tam excellens opus superiorum sæculorum Barbara ignorantia magna ex parte nobis invidit? Quando id vulnus Reip. literariæ fuerit impositum, difficile est pro certo affirmare. Constantinum Porphyrogenitum, Pandectarum Politicarum ex historiis compositorem, integrum opus habuisse, nullus dubito. Suidæ quoque grammatico, suum illum Centonem contexenti, reor equidem totum Polybium ad manum fuisse. idque satis manifesto e fragmentis potest cognosci, quæ inde collegimus. Nunc, proh dolor! solos quinque primos libros, quales auctor reliquerat habemus: cætera varia manu interpollata ad nos pervenerunt. Tres operis totius partes distinctas editio nostra exhibet. Prima est eorum, quos modo dicebamus quinque librorum. Sequitur altera, Excerpta continens a V fine ad principium XVIII. ipsam, nisi fallor, illam Epitomen, quam Marcus Brutus conficere orsus, non perfecit. qua de re plura nos alibi. Tertia quo-

que pars Excerpta complectitur, sed diversi generis: sunt enim illa ipsa loca laudabilia, quæ viri eruditi, jussu Imperatoris Constantini excerpserunt, ut titulo operis novi XXVIII exemplis Legationum destinato, insererent. Quis satis pro rei magnitudine jacturam hanc queat deflere? Habent quod doleant qui literas Græcas amant, tam bonum ejus linguæ auctorem tam male fuisse acceptum. Habent historiæ Romanæ amatores, tam accuratum illius scriptorem tantum detrimenti esse passum. Habent qui res Syriacas et totius Orientis, regum successiones, defectiones, Satraparum, bella ab Antiochis et Ptolemæis gesta, multorum item aliorum sive Principum, sive civitatium res, hodie sciunt majore ex parte ignorari. Habent etiam illi, qui in Ecclesiastica historia Maccabaïcorum temporum recte capienda, quantum sit hodie difficultatis ex inopia veterum historicorum, non nesciunt: et quantum illi lucis Polybii historia, si integra extaret, foret allatura, ex iis quæ supersunt facere conjecturam scibunt. Omnium vero maxime quod doleant habent, qui gesta majorum eo animo legunt, ut ad vitæ usum illa referant; quique doctrinæ civilis et bellicæ seriam cognitionem præstantissimum historiæ legendæ fructum putant: neque nesciunt, suis potissimum utilitatibus eximium hunc et πολιτικώτατον scriptorem ivisse consultum. At enimvero cui bono amissa deflere, nisi eorum desiderio excitentur generosi adolescentes, ut tanto diligentius quæ restant velint cognoscere, et hoc Dei beneficio perfrui? Desinant igitur inutilium querellarum veræ doctrinæ candidati; et Polybium quem nunc Majestati tuæ, DOMINE, offerimus; non illum quidem integrum, sed qualem tamen nemo adhuc vidit, grati excipiant: quodque pars adeo luculenta excellentissimi hujus auctoris naufragio sit erepta, eo nomine gaudeant, et publicæ rei literariæ gratulentur. Nos quidem totam Polybii Historiam non damus: sed quæ vel in tota eminebant, ea sine dubio damus. Et formam quidem universæ scriptionis, ipsumque adeo auctoris genium, e prima nostræ editionis parte, quæ integra et sine imminutione ulla

notabili ad nos pervenit, licet hodieque cognoscere. Multa studiosi in duobus Præparationis libris invenient, nusquam alibi tam bene descripta; quædam omnino apud nullum alium, neque Græcum neque Latinum, invenienda. Punici primi historiam non plene quidem ibi narrat Polybius; neque enim id agebat; ita tamen, ut hodie in tanta bonorum librorum paucitate, plura de eo bello unus hic quam alii omnes nos doceat. idem de bellis quæ Romani cum Gallis in Italia degentibus gesserunt, est censendum. Libyci vero Carthaginiensium, multis nominibus cum primis memorabilis, historiam uni huic debemus. Reip. Achæorum quondam illustrissimæ, primam institutionem, augmenta, et formam ex eodem Apparatu cognoscimus. Tres qui deinde sequuntur historiæ legitimæ primi, propter subjecti magnitudinem, varietatem ingentem, accuratam ejus tractationem, doctrinæ qua civilis qua bellicæ uberrimam copiam, ut eos magni duces et Politici diligentissime sæpissimeque versent, merentur. Secundæ et tertiæ partis Excerpta, ossa et nervi sunt, carne et cute nudati. decus formæ abest, et illa vivi corporis venustas: unde tamen fructus feramus uberrimos, abunde adest. Mihi quidem videtur M. Brutus, sive est alius, magno judicio usus, in iis seligendis quæ Politico informando erant accommodatissima. Idcirco librum sextum totum paucis exceptis sibi ac nobis descripsit: quod de illius præstantia et utilitate recte judicaret. plane totus ille liber omnibus Principibus, ducibus et Politicis non legendus, sed ad verbum est ediscendus. Legationum Excerpta quam potissimum utilitatem spondeant, ipso titulo profitentur. in eum namque finem fuere confecta, ut viri Politici quorum industria in simili ministerio summi Principes utuntur, documenta inde sumerent, sibi usui futura. Scire quæ sint legati partes, quis usus datæ potestatis, quæ illum circunstent pericula, doctrinæ politicæ pars minima non est. Exposui caussas, DOMINE, cur Rempub. cogitantibus et cum utilitate omnium, suaque laude sive domi, sive militiæ eam administrare cupientibus, Hi-

storia quidem præ cæteris disciplinis studiose sit cognoscenda; e cunctis vero illius scriptoribus, qui vetustatem pertulerunt, Polybius præcipue notus ac familiaris esse debeat. Non erat alienum huic loco, ut inter hunc cæterosque historicos, tam Græcos quam Latinos; quid quantumque intersit, (et interest sane haut parum,) quid inter hanc et illorum Historias sit discriminis, expenderemus. Facit enim ad rem si quid aliud, cum in omni studio, tum in isto non minime, de auctoribus singulis, eorumque scriptis, quid sit sentiendum ex veris principiis statutum habere. Verum quoniam longius jam nescio quomodo oratio nostra est provecta, ea autem quæstio, non adeo facilis, ut paucis queat absolvi; ne plane immemor videri queam, apud Majestatem tuam sermonem habere me, pulcherrimi argumenti, et ad cognoscendum utilioris, quam ad explicandum facilioris, tractatione accurata in præsentia supersedens; illud interim omni asseveratione confirmare nequaquam verebor; non posse aliquem neque Græcum inveniri, neque Latinum ex illo meliore sæculo, nedum e posterioribus, quem non aliqua legitimæ Historiæ laude, aut etiam pluribus, noster hic antecedat. Magnus sane scriptor Herodotus, et sine controversia historiæ pater: sed qui ad πολυμάθειαν et rerum antiquissimarum cognitionem plurimum; ad eam vero quam quærimus prudentiam, non multum sit collaturus. Magnus et vir et scriptor Thucydides: qui a gerendis rebus ad easdem stilo persequendas quum sese contulisset; historiæ ad usum Politicorum scriptæ mortalium, credo, primus, exemplum postfuturis mirandum potius quam imitandum dedit. Sed vir maximus, par ingenio argumentum non habuit. qua quidem re tanto est Polybio inferior, quanto Græcia, hoc est angustus terræ angulus, cæteris omnibus antiquæ οἰκουμένης partibus est minor. ut de obscuritate dictionis Thucydideæ nihil dicam. Magnus Xenophon, et ejus oratio quovis melle dulcior. sed is belli pacisque artes in ficta historia serio docens, in seria et vera, de eo proposito ne cogitasse quidem videtur. Thucydidem ille continuat: verum

ita, ut sit illi dissimillimus. accuratior idem in Anabasi: quæ tamen unius expeditionis narratio est, non alicujus imperii aut potentis Reipub. legitima historia. Magni sunt auctores Diodorus Siculus, Dionysius Halicarnasseus, Josephus. Sed primus ille, in priore operis sui parte fabularem historiam quum persequatur; ne in altera quidem parte, licet præstantissima, eam rationem tenuit, quæ politico informando erat accommodata. aliud enim, non hoc, spectabat. quippe in magna ingeniorum diversitate aliud alii natura iter ostendit. Dionysius Polybii æmulus, a primis Romanorum orsus temporibus, historiam suam eo perduxerat, unde noster, sæculo uno antiquior, suæ principium duxerat. Hunc aliquis cum Polybio putet componendum? qui nullam unquam Reipub. partem attigit; qui exercitibus nullis unquam præfuit; ac ne interfuit quidem, opinor: qui rerum usum experientia collectum nullum habuit: qui historiæ Rom. partem maxime exilem, maxime incertam et obscuram (ejusmodi semper esse primordia antea ostendimus,) in qua se exerceret delegit: qui denique omne suum studium in dicendi paranda facultate posuit. Josephus, populi unius res gestas et casus memorabiles describit; breviter quidem et strictim in Originibus, uberius vero in altera Historia: qui vir eximius, si materiam ad agendum primo, deinde ad scribendum, quanta Polybio obtigit, foret nactus; de dignitate et præstantia scriptionis merito suo dubiam atque ancipitem cum ipso palmam potuit habere. Magnus vel potius maximus Plutarchus: sed qui historiam πραγματικὴν ex professo nunquam scripserit, in hujus comparationem venire non est aptus. multo minus Appianus, qui neque propria multa habet, et rationem propositi toto genere diversam est secutus. Cocceium Dionem inter nobiles Græcæ linguæ historicos possumus recensere: ita tamen ut propter omnia alia potius videatur laudandus, quam propter illa quæ in Polybio admiramur. E veteribus Romanis, qui usque in Græcorum ingeniorum comparationem sunt evecti, magnus omnino auctor est Crispus

Sallustius: sed quem Polybius propter amplitudinem et varietatem subjecti, judicii rectitudinem, doctrinæ copiam qua civilium rerum, qua bellicarum, postremo propter illam quæ Græcis dicitur ἤθους διάθεσις, quæque in historia vel maxime debet spectari, longe a tergo relinquit. quod si veritatem et libertatem judicii hodierna ingenia ferre possunt; is profecto fuit Sallustius, et vita et scriptis, qui omnium libidinum servus, sic aliorum vitiis perpetuo irasceretur, quasi invideret. inde est illud trux et violentum dicendi genus, quo lectorem mirifice interdum afficit, trahit, rapit. omitto dicere de ejus dictione, quam multi veterum valde laudarunt, multi non adeo, quidam vehementer improbarunt. Magnus, Deus bone, auctor T. Livius; lactea quadam ubertate dictionis divinitus facundus; amans virtutum, osor vitiorum, rectus judicii, rerum togæ, rerum sagi, et si non ex usu neque experientia, egregie tamen peritus: denique, siquid judico, hoc solum ingenium (de historicis loquor) populus Rom. par imperio suo habuit. cæterum tantus et tam admirabilis scriptor, ut eloquentia Polybium facile vincit, quod ingenue fateor: ita aliis dotibus a Polybio non obscure vincitur. nam ut de libro sexto nihil dicam, et id genus aliis Polybii digressionibus; et Tacticæ imperitiam est ubi deprehendas; quod nostri Commentarii Polybiani dicent: et in caussis rerum assignandis, a sincero nostri judicio, præ nimia superstitione non raro deflectens, aniles ineptias solidis rationibus, et certis illius demonstrationibus anteponit. illa quoque tam frequens et tam accurata portentorum enumeratio, annon eundem hunc anni illius morbum palam facit? ut non abhorreat a veri fide quod memoriæ proditum est a nonnullis, Gregorium Magnum, Pontificem religionis Christianæ propagandæ studiosissimum, hac tanti scriptoris ridicula superstitione offensum, ex omnibus Bibliothecis ejus historias curasse tollendas. Julium Cæsarem historicorum omnium in suo genere primum et maximum, propter instituti diversitatem prætermitto. Unus adhuc restat Romanorum Cornelius Tacitus, quem in hac con-

tentione piaculum sit omisisse. Hic magni et acerrimi vir ingenii, novæ cujusdam, gravis, concisæ et sententiosæ eloquentiæ genere eximie præditus; si a Fortuna non esset destitutus, quæ dignam ei tanta facultate materiam negavit; quemvis e principibus sive Romanorum, sive etiam Græcorum historicorum videtur potuisse provocare. Nunc quum ejusmodi tempora constet ab eo, præsertim in Annalibus, esse descripta, quibus nulla unquam fuerunt turpissimis vitiis fœdiora, neque aut virtutum steriliora, aut virtutibus inimiciora; cum Polybii Historia Taciti libellos velle comparare, hoc vero fuerit non Tacitum laudare, sed insignitam suam temeritatem propalam vulgare. Nam quid simile, quid ulla ex parte comparandum? non jam scriptores ipsos inter se contendo; quorum alter philosophus insignis fuit, rebus gestis vir clarissimus: alter, ut Romanus, ab omni philosophia alienus, nulla re publice unquam gesta admodum memorabilis: sed de materia amborum loquor; quam nemo sanæ mentis hic præcipue spectandam negaverit. Ut enim Thersites quem Apelles aut Protogenes pinxerit, non eo minus est turpis, quia excellentis artificis penicillo est pictus; quin potius contra, eo magis conspicua est illius deformitas, quo præstantior est quæ effinxit manus: sic improborum scelesta facinora cum a disertis viris sunt descripta, non minus quidem sunt detestanda, sed velut in editiore et illustriore loco posita, magis fiunt insignia. Quid igitur simile? Florem ipsum Romanæ virtutis, et ut dicebamus ipsam ἀκμὴν τῆς ἀκμῆς ejus Reipub. descripsit nobis Polybius: Regulos, Scipiones cum suis Læliis, Fabios Maximos, Marcellos, Paulos Æmilios, Flaminios, Metellos, Mummios, e similes his θεοεικέλους heroas: res domi militiæque gestas, omnium quæ ulla unquam memoria hominum sunt gestæ, maximas: provincias, nationes, regna, ad quæ vix imperii Romani nomen perveneral, stupenda brevitate temporis, imperio adjecta: exempla fidei, fortitudinis, justitiæ, generosæ et altæ mentis adeo insignia, ut præ raritate apud posteros fides factorum laboraverit. Cornelius Tacitus

Tiberios, Caligulas, Claudios, Nerones, Vitellios, non homines, sed humanæ naturæ prodigia, nobis narrat: populum multiplici patientia et fœditate obsequii turpissimum: Senatores, alios meditatis adulationibus gratiam principis captantes: alios sævitiæ dominantis, vel turpiter inservientes, vel sceleste adrepentes; alios etiam infimas delationes exercentes, et optimo cuique exitium per calumniam struentes: plures somno et libidinosis vigiliis marcidos, segnitia sese ab invidia et periculo redimentes: postremo, ad unam rem fortes, mortem sibi consciscendam. Pleni sunt Taciti Annales non facinorum bellicorum, quæ ita raro edebantur insignia; quum non hostis metueretur, verum imperator; ut continuo exercituum otio creditum aliquando sit, ereptum jus legatis ducendi in hostem; sed Senatusconsultorum adulatione novorum, aut patientia postremorum: pœnarum item bonorum, ab iis principibus irrogatarum, qui ipsum si possent virtutis nomen exscinderent. crimina Principum, voluptates, flagitia, incestus abominandi, lamentabiles veneni propinationes, parricidia; aulicorum proditiones mutuæ, criminationes, conspirationes, et similes artes accuratissime describuntur: quarum rerum non tam cognitio potest esse fructuosa, quam exemplum perniciosum. verissime enim de talibus Plinio dictum, parum abesse a docente eum qui narret. Sed Tacitum nascendi sors huic duræ conditioni alligaverat, (qua de re sæpius ipse gravissime queritur,) ut vel silendum ei esset, vel ista scribenda. Tacitum igitur facile nos quidem excusamus: illos excusari non posse judicamus, qui unicum hunc historicum omnibus aliis antepoponunt: unum Tacitum politicis hominibus assidue terendum pronuntiant: unum esse unde Principes et principum consiliarii documenta regendæ Reip. petere debeant. cujus absurditatem sententiæ si vellemus exagitare; facile probaremus, qui ita sentiunt, eos tyrannidis principes hodiernos tacite accusare; vel palam tyrannidis instituta videri velle eos docere. Quid enim Principi, præsertim juveni, lectione illorum Annalium esse queat pernitiosius? Ut bona exempla, si sæpe

ob oculos versentur, proficiunt, etiam non sentientibus nobis; sic mala nocent: paullatim namque descendunt in animos, et vim præceptorum obtinet frequenter legere aut frequenter audire. Sed longius abii quam institueram: redeo in viam et ad Polybium. Hoc igitur scriptore adeo præstante, adeo utili, ne diutius carendum esset generosæ indolis hominibus, qui literarum studium, cum actione rerum amant conjungere; Dei ope, et tuo, DOMINE, qui hæc otia nobis præstas, immortali beneficio; labore vero nostro immenso, et mediocri industria, tandem est effectum. Erant infelicis Polybii membra, quæ superiorum ætatum feritas Barbara fecit nobis reliqua, huc illuc dispersa: nos collegimus, et ad similitudinem unius corporis, quoad ejus fieri poterat, redegimus. Erant pleraque confusa, cæca et miserandum in modum corrupta: nos digessimus, temporum luce illustravimus, et pro copia librorum veterum atque ingenii sanavimus. Quam quidem ad rem iis exemplaribus quæ nobis Bibliotheca tua suggerebat, non ita acquievimus, ut aliunde subsidia non peteremus. Nam quum essem admonitus, penes Serenissimum Principem, Franciscum Mariæ Secundum, Urbini Ducem VI, eximiæ vetustatis codicem Polybii extare; egissemque per literas cum amplissimæ dignitatis viro, Philippo Canaio Fraxineo, tuæ Majestatis tunc temporis apud Seren. Venetorum Remp. Oratori, ut ejus codicis usuram mihi impetraret: adeo non gravate Princeps sapientissimus, et quod jam olim re probavit, harum literarum et doctrinæ Polybianæ peritissimus, quod rogabatur sivit a se auferri; ut literis quas ad me dedit singulari humanitate conditas, diserte significaverit, studio gratificandi Majestati tuæ nihil sibi esse antiquius. Non parum instituto nostro codex ille, quo vix alium antiquiorem hodie putem extare, fuit utilis. Juvit postea aliquid et exemplar aliud Serenissimi potentissimique Principis Maximiliani Boiorum Ducis: quod virorum gravium et amicissimorum nobis opera et favore sumus consecuti. Jam quia erat Polybii sermo, ut hominis Græci, plerisque eorum hodie quibus ipse scripsit, et

quorum præcipue intererat posse illum intelligere, ignotus; neque ab interpretibus prioribus quicquam auxilii poterat sperari; qui neque omnia verterant, et pleraque omnia perverterant: nos ut Romane loqueretur et quidem, si minus ornate, at intelligenter tamen et caste; imprimis ut Græcis Romana congruerent; fide bona operam dedimus. Præterea, quum in ejus libris et multæ et magnæ difficultates reperirentur, quæ lectorem, in Græcis literis rebusque antiquis, præsertim bellicis, minus exercitatum, remorari, et lectionis fructum omnem poterant impedire; nos studio et diligentiæ contentione effecimus, (efficere certe conati sumus,) ut omnes sive rerum, sive et verborum obscuritates tollerentur, omnes remoræ amoverentur, omnia denique plana et facilia redderentur. Quinetiam memores eum auctorem interpretari nos, qui tot locis profitetur, sicut ostendimus, id agere se, ut in historia scribenda artem quasi quandam rerum gerendarum studiosis traderet: ipsi quoque ad istud inceptum hoc proposito atque hoc voto nos accinximus, ut eorum potissimum adolescentium studiis inserviremus, qui ad negotia sese parant. Itaque in horum spem gratiæ parum adhuc usitatum in istiusmodi scriptoribus explicationis genus, absit verbo invidia, aggressi, rationem iis indicavimus, ac veluti præire viam studuimus, quam si ingredi voluerint, certum ex historicis monumentis fructum, et ad rationes vitæ nequaquam pœnitendas utilitates poterunt referre. Sed de Commentariis in hunc auctorem nostris, quorum editionem remorantur hactenus partim molestiæ graves quibus nunc cursus meorum studiorum impeditur, partim figurarum sculptura, quas ad rerum bellicarum illustrationem necessario adhibuimus, alius erit, spero, dicendi locus. Animi interim mei velut pignus aliquod ut exhiberem, quod in illo nostro opere veterum Tacticorum libris plurimum utimur; aureolum ejus generis Commentarium, ab Ænea vetustissimo Tactico scriptum, placuit nunc edere, atque opes tuæ Majestatis, in Bibliothecæ forulis reconditas, et præsentibus et futuris visendas fruendasque proponere. Hunc ego

aliud agens quum invenissem, non statim credidi esse illius Æneæ, quem ante annos minimum mille et nongentos, ætati Aristotelis, Demosthenis et æqualium scriptorum supparem, memoria tenebam vixisse: ubi vero attentior lectio non esse falsum titulum mihi persuasit; inventione libri serio gaudens, et mihi ac literis gratulans, nullis vitiosissimi codicis portentis impediri potui, quominus relictis rebus oblatum casu ἕρμαιον cum omnibus militaris literaturæ amantibus communicarem.

En igitur tibi, Domine, humillimæ observantiæ meæ, et mediocris diligentiæ in curanda provincia quam tua Majestas mihi imposuit, gravissimos testes, Polybium et Æneam: qui duo nobilissimi scriptores, quum et vitam se tibi debere fateantur; et omne id quicquid est, quod ad eos ornandos tuorum unus subditorum contulit, tibi, ut par est, ferant acceptum; tantorum beneficiorum nequaquam fore se immemores aut ingratos, sed tuæ erga omnes homines benignitatis, erga eos qui ingenio sibi auctore famam repererunt, liberalitatis, necnon cæterarum ingentium virtutum, quas dudum in tua Majestate universus Orbis stupet, apud cunctos populos et omnium linguarum nationes vocalissimos se præcones spondent futuros. Dicet Æneas; se militari scientia quondam clarum, per multa deinde sæcula oblivione tam alta fuisse sepultum, ut ne nomine quidem esset notus. quod nunc aliqua saltem sui parte in lucem redierit, quod legatur, totum id regiæ tuæ esse munificentiæ. Dicet Polybius; multum se quidem olim Nicolao Quinto Pontifici Maximo debuisse, qui restitutionem suam et optavit et primus inchoavit: sed melius fata consuluisse, quod sui servati gloriam et decus integrum tibi servarint. Sibi enim augustissimi nominis tui auspiciis, favore et auctoritate esse opus, ut doctrinæ quam affert præstantiam cum aliis, tum imprimis nobilitati Gallicæ tuæ possit approbare. Enimvero, Domine, in hoc tanto armorum silentio, in tam alta pace, qua tot jam annos immortali tuo, secundum omnipotentem Deum, beneficio fruimur; quid est quod nobiles regni tui

adolescentes potius curent, quam hoc genus studiorum? aut quorum auctorum lectioni potius quam horum et his similium otii sui tempora impendent? Est quidem nobilitati tuæ ea ferocia et generositas animi ingenita, ut illo suo impetu ipsum, quod aiunt, cælum diruere posse videatur: eadem tamen nihilo secius doctrina opus habet; sine qua etiam si quid, adjuvante natura, bene fiat, tamen id, quia sicut magnus dux apud Thucydidem ait, τὸ πιϛὸν τῆς ἐπιϛήμης scientiæ certitudinem non habet, ac plerumque fortuito fit, neque plenam laudem meretur, neque paratum semper esse potest. Omnino tutissimum regimen actionum est scientia, et notitia exemplorum; quæ dat animis certum judicium; quæ in manu regulam ponit, ad quam facta sua aliquis exigat; cui credat recta esse quæ fecerit. Ad hanc scientiam, DOMINE, tua Majestas in ipsa prope pueritia, sine longo magisterio, inaudita quadam bonitate naturæ pervenit. quippe adeo felix ingenium et capax recta discendi tibi Deus dederat, ut necessaria documenta ex ore doctorum qui circa te erant, aut lectione librorum, velut in transitu raperes. Alia igitur audisti, alia legisti, in nonnullis etiam operæ plus posuisti. Quid quod Julii Cæsaris libros de bello Gallico, quum spei tuæ Florens Christianus esset admotus, in patrium sermonem illa ætate vertisti? Vidi ipse, vidi, et manibus hisce admirabundus codicem tractavi, qui tuam illam interpretationem continens, tuam et ipsius manu non ineleganter est descriptus. Memini etiam dixisse aliquando mihi tuam Majestatem, Commentarios rerum abs te gestarum, esse tibi inchoatos: quorum perficiendi voluntas, siquando a publicæ salutis curis respirares, non deesset. O faxint utinam superi, et tu velis editione operis illius, tantis rebus gestis partam gloriam cumulare. nam quid dicendo valeas, et sermo quotidianus, et paucæ orationes ex ore tuo dicentis raptim exceptæ, arguunt, inimitabili quodam genere graves, et cum admirabili suavitate parem præ se ferentes majestatem. Eat nunc sui ostentatrix vetustas, et Julii Cæsaris jactet eloquentiam. Cæsari in privatis Laribus nato, in ea civi-

tate educato, in qua ad consequendos honores plurimum vis dicendi valebat, et necessarium hoc fuit a literis præsidium, et facile parabile. Tua Majestas prosatoribus orta Regibus maximis, non ambitu neque suffragatione imperium meruit, sed nascendo. Cæsar ad Reip. gubernacula sero et jam ætate grandis accessit; Tua Majestas, quum jam inde a prima adolescentia in ipsam bellorum civilium flammam incidisset; ubi semel negotiorum fluctibus cepit mergi, nullum exinde tempus, nullum diem, nullam, pene dixerim, horam a gravissimis curis et sollicitudinibus liberam habuit. Nam quis bella a te gesta, quis pugnas, et pugnis numero pares victorias enumerare valeat? quoties tua Majestas cum hostibus acie instructa et collatis signis, dimicaverit, quoties ex itinere et agmen ducens, quoties per aliam occasionem? qua quidem in parte tanta felicitate es usus, ut nullo unquam e conflictu nisi victor redieris: nunquam hostiles acies videris, nisi jamjam vincendas, aut jam per te victas. Magnificum est et longe gloriosissimum, quantum habueris hostium, tantum posse ostendere te triumphorum. At invenient tamen prudentes alia in tua Majestate, quæ potius quam victorias tuas mirentur. Majus enim profecto, quam vicisse est, causas vincendi in se habuisse: in quem finem et quatenus esset vincendum, quomodo victoria utendum, scivisse. Vicit olim Hannibal, vicit Marius, vicit Pompeius, vicit M. Antonius, vicere persæpe multi; quorum postrema primis quum non responderint, scire obvium est, plus illos Fortunæ, quam suæ virtuti debuisse. Non in facto vera laus est; sed in eo quemadmodum fiat. Tua omnia gesta inter se congruunt; omnia sunt una forma percussa. Tibi quod imputet Fortuna nihil quicquam habet. Vicisti, quia in Deo exercituum spem et præsidium pio animo ponebas. Vicisti, quia non solum lacertis, viribus et armis pugnabas, quibus plurimum tui quoque inimici valebant; sed consilio, auctoritate, et caussa, quibus illi rebus tibi pares non erant. Vicisti, quia cunctis perfecti imperatoris artibus instructissimus, adversariis tuis longe præstabas. omnium

castrensium munerum numeros et callebas, et cum erat opus, obibas: laboris, inediæ, algoris, vigiliæ patientia et in excogitandis consiliis sollertia, in exsequendis celeritate, omnes mortales anteibas: locorum opportunitates occupare, in bonis hærere et habitare tuis, tuo tempore locoque prælium facere, hostem in alieno deprehendere, aciem ex usu disponere, et formam ex omnibus convenientissimam illi dare; vento, pulvere, Sole pugnare, admirabiliter noras: in prælium quoties visa res postulare, primus ibas, prælio postremus excedebas: denique consilio dux, exemplo miles eras. Hæ sunt artes, quæ ut vinceres, ut in potestate Fortunam haberes, tibi præstabant. Hæc sunt, quæ magis in te quam tuas laureas, illi mirabuntur, qui non ex eventis, sed ex antecedentibus caussis facta casusque magnorum virorum æstimanda norunt. Jam si urbes enumerare pergam, quas tua Majestas, vel obsidione aut machinis expugnavit, vel corona cepit, vel ingenioso aliquo stratagemate decepit, vel deditione accepit; *Ante diem clauso componet Vesper Olympo.* Ego vero animi tui prope inauditam magnitudinem, non adeo ex iis quas cepisti urbibus posse intelligi contenderim; atque ex iis quas capere quum posses noluisti. Gaudeant sane alii oppidorum eversionibus atque excidiis: augeant inde suæ superbiæ titulos. Tua Majestas, bono humani generis nata, amplificatis non labefactis, ditatis non quassatis, servatis non deletis urbibus, et vult propter ingenitam bonitatem, et potest, propter incomparabilem fortitudinem, pari felicitate junctam, vere gloriari. Sunto igitur Principes alii Poliorcetæ, ut volent: dum tibi, DOMINE, divinum illum et longe gloriosissimum ΣΩΤΗΡΟϹ ac CONSERVATORIS titulum relinquant. Nam cui potius quam tibi hoc cognomen conveniat? qui bellum semper aliorum pace mollius gessisti: qui nunquam non maluisti, fortunæ te pœniteret tuæ, quam victoriæ tæderet: quem universæ Galliæ civitates, et quas cepisti ut servares, et quas non capiendo servasti, salutis suæ auctorem, vitæ, libertatis, et omnium fortunarum uno ore prædicant conservatorem. Ne de aliis

nunc dicam, hæc ipsa urbs, hæc regia tua, et tot provinciarum caput, hæc Justitiæ et Musarum sedes, hic Europæ ocellus, Lutetia tua, illa quidem fidei suos erga Principes semper tenax, sed non semper libera, utroque a te servata modo, utra ex caussa plus tibi debeat, incertum habet. Deum immortalem! quæ fuit illius diei species, quo Urbem necopinantem, tot armatorum millibus stipatus, composito, et modesto ingressus agmine, sine ullo terrore, sine ulla direptione, sine ulla noxa, tibi illam asseruisti, libertatem suam ipsi reddidisti, hostem externum, cujus præsidio captiva tenebatur, sine tumultu, sine cæde, sine sanguine, partim novitate exempli, cui simile nihil ætas ulla unquam viderat, attonitum et stupentem: partim nominis tui terrore perculsum, et virtutis tuæ fulmine afflatum, exire præcipitem, et longe terrarum facessere coegisti! Quis tantæ rei miraculum animo capere, nedum eloqui satis queat? Cujus urbis ruinam omnes timuerant; eam sola lætitiæ significatio declaravit esse commotam. Ut enim vilis calculus decoctus, in smaragdum mutatur; ita miles tuus, etsi longa patientia irritatus, egenus, victor et triumphator; tuis tamen moribus temperatus, tuo exemplo formatus, tua prohibitione cohibitus, Catone abstinentior, Xenocrate evasit continentior et castior. Victorem igitur te Lutetia vidit et obstupuit; ipsa se victam esse non sensit. Urbem tu cepisti; ipsa se captam esse non credidit. nihil enim eorum neque tibi neque tuo exercitui voluisti licere, quæ victori in victos licent. nihil igitur illa eorum est experta, quæ captis oppidis belli jure accidunt. O fortunatum, O auspicem publicæ salutis diem! Panduntur jussu tuo valuæ ædium sacrarum: recta e porta Majestas tua quod in Urbe augustissimum est templum adit: aris advolutus auctori hujus imperii et fundatori Deo Opt. Max. gratias agis: tuum exemplum populus tuus certatim æmulatur: fit concursus undique. quid multa? junguntur cives civibus, et sub uno capite diversa Reip. membra coalescunt: victores et victi pari ambo fruentes gaudio, uno concentu, uno clamore, lacrymis præ gaudio per genas manantibus,

PATREM PATRIÆ te consalutant. O diem ad perpetuam rei memoriam a prudentissimis Ordinis amplissimi Patribus meritissime consecratum! cujus lætitiam, gaudia, gratulationes atque exultationes nemo tanta est vel ingenii copia, vel facundia qui possit enarrare. Adhuc tamen nonnullorum mentes, quos prava consilia et fervida temeritas ab officio longius abduxerant, stimulabat ille metus, ne si in tuo victoris animo, et rerum jam potientis, sensus aliquis præteritarum injuriarum, ut fit, resideret, male sibi foret consultum. Multa illi quidem, de tua benignitate et indulgentia audiverant; sed terrori nihilominus erat commune illud vincentium sive jus, sive error, summum victoriæ fructum in vindictæ licentia ponentium. igitur inter spem metumque ancipitibus cogitationibus fluctuantes, lætari palam, dolere in sinu: modo bene sperare, modo tremiscere. Eloquar an silebo? sed tacere me rei magnitudo non sinit: dicere gestientem verba deficiunt meritis paria tuis. Equidem hoc loco si poeta essem, pectus æreum mihi optarem, centum voces, et linguas in carmina centum; si orator, enthymemata Demosthenis, aut opulentiam Tullii: nunc qui nec poeta sim nec orator, verbis potius utar Johannis Papæ ad Carolum imperatorem scribentis, atque illud audenter dicam; non si omnia sylvarum ligna vertantur in linguas, suffecturas tamen commemorandis clementiæ exemplis, quæ super humanam evecta fidem, in ipsa victoria, aut jam victrix tua Majestas edidit. Claudius quondam Imperator, in Senatu Romano Romuli conditoris imperii admirandam fuisse sapientiam, hoc argumento probavit; *quod plerosque populos eodem die hostes, dein cives habuisset.* At quanto, bone Deus, major fuit tua sapientia, moderatio et clementia, qui etiam inter arma, etiam in acie persæpe, male sanorum civium, et micantium gladiorum mucronibus tuum latus petentium, quam maxime poteras sanguini pepercisti? postea vero quam quicquid fuerat inimicorum devicisses, ipsius victoriæ victor, sic repente præteritarum noxarum memoriam deposuisti, ut non solum victos omnes ea ipsa hora pro civibus haberes; sed

hoc amplius, in pristinos honorum et dignitatum gradus omnes edicto restitueres; multos inter ministeria tua admitteres; multos in amicitiam et intimam familiaritatem tuam reciperes. Qui principem gratiæ locum apud te quum ex illo tempore semper obtinuerint, et nunc quoque obtineant; documento omnibus sunt quam sit tua Majestas in offensis exorabilis, in accipienda satisfactione facilis, in reconciliata gratia fidelis. non enim facile solum, sed etiam semel placari soles. O niveum, O aureum pectus! O animum vere magnum, cui remedium injuriæ, oblivio est, non ultio! O mentem, ut verbo omnia complectar, vere regiam! Post tot victorias, tot inusitatæ merita clementiæ, quum jam omnibus qui ubique sunt mortalibus esset expressa confessio, scire te vincere, scire tuos hostes debellare, scire debellatis parcere; unus restabat scrupulus, qui tuorum animos otii et quietis cupidissimos, non parum angebat; quod an scires gloriæ bellicæ modum statuere, adhuc ignorabamus. Veniebat in mentem, naturæ legem perpetuam hanc esse, ut quibus artibus ingens aliquis decus sibi quæsivit, eas plurimum adamet, eas libentissime exerceat, ab iis ægerrime revocetur. Cogitabant præterea homines, rem unicam esse gloriam, cujus honesta quidem, sed insatiabili avaritia optimi quique Principes, et maxima ingenia teneantur. Te igitur bellicis a puero innutritum, laudibus, ne materia deesset triumphorum, antiqua majorum tuorum jura repetentem, bella ex bellis gesturum, neque aut tibi aut tuis ullam quietem indulsurum. Hi tum vulgi sermones erant, hic timor etiam eorum, qui supra vulgus sapiunt: Nondum videlicet tuarum omnium virtutum plenum jubar refulserat: nondum tua Majestas præstantiam suam totam patefecerat. Ut Sol quoties ab axe altero ad nos accedit, non repente totam sui caloris vim in nos infundit, sed paullatim ex usibus nostris eam dispensat; sic tua Majestas cælestem illam mentis altitudinem non statim, verum temporibus suis et judicio certo exeruit. prodesse enim tuis, non admirationem tui concitare voluisti. itaque ergo quantus esses bellator, quam cle-

mens victor, sciebamus; illud nesciebamus, pacis et belli rationes, natura sua res diversissimas, ex æquo tibi esse notas, et prout tua dignitas, aut tuorum utilitas postularet, hoc aut illam probare. Merito tuo, DOMINE, omnis te ordinis homines ore celebrant, devotione venerantur, amore complectuntur. Tu bello externo, quod credebatur fore multo diuturnius, finem non magis tibi quam viverso nomini Gallico gloriosum, imposuisti. Tu bello civili exstincto, quod metuebatur fore perpetuum, omnes turbas in tranquillum redegisti. Tu pacem, pacem almam, pacem augustam, pacem omnium bonorum largitricem, nobis dedisti. Tu urbes civibus, cives urbibus, cultum agris, honorem sacris reddidisti. Tu vim legibus, judiciis auctoritatem, Ordini amplissimo suam dignitatem, Ecclesiasticis debitam reverentiam restituisti. Tu tranquillitatem domi suas artes exercentibus, securitatem itinerum peregre proficiscentibus, commoditatem navigerorum fluminum commercia agitantibus, certam cuique rerum suarum possessionem præstitisti. Quæ beneficia etsi videntur, et revera sunt maxima; aliorum tamen meritorum erga nos tuorum magnitudine longo superantur intervallo. Annon enim omnibus ante dictis est majus, quod civium animos longinquitate bellorum civilium mirandum in modum efferatos, ad concordiam et amorem mutuum perduxisti; eosque sibi invicem ignoscere, et præteritorum oblivisci, ignoscendo atque obliviscendo docuisti? Omnium vero maximum, præstantissimum, Deo acceptissimum est, quod stabilita civili concordia, ad generis alterius concordiam, cujus desiderio contabescunt boni, primus tu, DOMINE, viam munisti. Et quis scit, an hujus quoque restitutæ gloriam, qua nulla potest major optari, ac ne cogitari quidem, superi piorum votis et suppliciis tandem exorati, Majestati tuæ reservent? Magnum inceptum, arduum, et vix ab humanis viribus sperandum. Sed rerum a te gestarum magnitudinem ignorant, qui alia Majestati tuæ putant convenire incepta, nisi magna, ardua, et a nemine

mortalium præter te exspectanda. Quid? hanc ipsam pacem præstare sartam tectam, inconcussam, inviolatam, alius præter te poterat? aut quum febrem sanasses, quæ Remp. vexabat, parum multa restabant ἐμπυρεύματα tua unius arte et industria curanda? Omitto bellum Allobrogicum e favillis prioris incendii conflatum; quod tua Majestas eodem fere tempore et suscepit et confecit. Venisti enim, vidisti, vicisti. omitto coitiones alias, nullo strepitu, mira vigilantia a te disjectas. Nam ubi semel excelso animo tuo sedit, utilem rationibus tuis, salutarem tuis populis esse pacem; ostendisti ea te esse constantia, ut expugnare tuum propositum nemo posset; ea futuri prospicientia, ut omnes impendentium motuum caussas, priusquam exoriantur provideas; ea virium potentia, ut omnibus prospicias, et invitus cogi ad bellum non queas. Tumultuentur igitur pacis tuæ inimici; moliantur quicquid volent: tam citra Majestatem tuam eorum impetus deficient, quam ipsi infra tuam iram sunt positi. Nemo sibi stulte adeo blandiatur, ut altam hanc animi tui tranquillitatem, rem putet esse precariam, de alieno arbitrio pendentem. Nullum est magnitudinis tuæ certius argumentum, quam nihil posse ei quo instigetur accidere. Sic quum inferior pars mundi in tempestates subinde impellatur; quæ supra Lunam sunt, propinqua sideribus, manent in suo statu, semperque illic serenum est. *Lege deum minimas rerum discordia turbat, Pacem summa tenent.* Quid nunc commemorem, hoc alto pacis tuæ otio quemadmodum utaris, et quibus illud curis impendas? quod quidem tuarum laudum ingens pelagus si semel ingrederer, vereor ut orationi meæ exitum possem invenire. adeo est ea materia ad dicendum benigna. Ostenderem nullam esse Reip. partem, quam non reformaris, non ornaris, ad cujus splendorem non aliquid utile pariter et magnificum excogitaris. Dicerem, literarum studia et pacis omnes artes pæne ex oblivione per te revocatas, nunc cum maxime per te florere: multa insuper artificia in hoc regnum et hanc

regiam, magno tuorum subditorum bono, a te primo esse invecta; et ut suam illis sedem assignares, alteram velut urbem in hac urbe esse exstructam. Enumerarem tot ingentium operum stupendas moles; tot in Urbe, tot ad Urbem, tot per omnes provincias superborum ædificiorum substructiones, partim inchoatas aut jam profligatas, partim omnino perfectas: tot pontes fluminibus impositos, tot vias refectas: portus noviter jussu tuo institutos; flumina fluminibus juncta in usum commerciorum. Referrem qui sit tuæ Majestatis etiam in hac ætate vigor, perpetuo gaudens motu; cui si quando levare animum ab influentium negotiorum cura lubeat, instar cessationis est, lustrare saltus, excutere cubilibus feras, equum agitare, arma tractare. Narrarem denique, rerum gestarum magnitudine, fama prudentiæ, æquitatis et fortitudinis, maxime autem per hanc ipsam pacem, in illud gloriæ fastigium tuam Majestatem esse evectam, ad quod nullum Principem a multis retro sæculis neque vidimus, neque audivimus, ac ne legimus quidem pervenisse. Nam qui locum principem inter Christiani nominis Reges una cum successione hujus regni a Majoribus tuis accepisses; virtute effecisti tua, ut hanc honoris tanti prærogativam, non magis sanguini tuo, quam propriis in Remp. universam Christianam meritis tuis deberi, omnes agnoscant, omnes fateantur. Te principes potentissimi suspiciunt; te Reges latissime dominantes mirantur; ipse cum primis Pontifex Maximus tua amicitia gloriatur. Tibi Serenissima Venetorum Resp. tranquillitatem suam fert acceptam; et cum Pontifice sartam gratiam, tuum interpretatur munus. Te fœderatarum provinciarum Illustrissimi Ordines, suæ libertatis defensorem, suæ pacis conciliatorem, sui imperii protectorem, pleno ore profitentur. Tibi assurgit quicquid ubique mortalium colitur. O salve pacis magne auctor, periclitantium portus, rerum in Europa, salo et errore dudum fluctuantium, unica ancora. Veneror Deum Opt. Max. ut qua benignitate hactenus cum tua Majestate egit, eadem porro

constanter agat. Sis semper domi fortunatus, semper in publicum felix, semper augustus, semper concordiæ suasor idem et vindex, Orbis denique Christiani semper sis arbiter.

AD ÆQUUM LECTOREM

PRÆFATIO EDITORIS

DE EDITIONIS HUJUS CONSILIO ET SUBSIDIIS.

I.

Quænam sint Reliquiæ Historiarum Polybii, *ac variæ earumdem* Editiones.

1. Historiarum, quas *Polybius Megalopolitanus* literis consignatas posteritati reliquit, tantas esse tamque multiplices virtutes, ut, si quod aliud Antiquitatis monumentum, hoc certe, cum ob ipsius argumenti præstantiam, tum ob illustria subsidia quibus ad illud tractandum instructus Auctor accessit, denique ob lucidam religiosamque et lectoribus fructuosam inprimis rationem qua institutum suum est persecutus, maximi sit faciendum; id quidem constanter et olim et ad nostram usque ætatem apud omnes fuit in confesso, qui, quid verum rectumque sit in hoc genere, quid porro insigne atque præcipuum, æstimare didicerunt[a]. Quo magis est dolendum, de *quadraginta Libris*, quibus Res Romanorum omniumque Populorum, qui sua et patrum suorum memoria claruerunt, complexus erat gravissimus Scriptor, nonnisi quinque priores ex infelicibus illis cladibus, quæ a decimo fere post Christum natum seculo Græcas oppressere literas, salvos

[a] Illustriora *de Polybio ejusque Historiis Testimonia* infra colligemus. *De Consilio* interim *et Argumento harum Historiarum*, ac de tota ratione quam in eis conscribendis secutus est Auctor, ipsum audire juvabit exponentem initio Libri primi ac Libri tertii, tum rursus i. 35. et iii. 31 seq.

atque integros evasisse. *Quinque* illi *priores Historiarum Polybii Libri*, postquam medio seculo decimo quinto a *Nicolao Perotto*, Episcopo Sipontino, Latini magis elegantia styli claro, quam Græcarum literarum peritia, in Latinum sermonem essent conversi[b], Græce primum opera Vincentii Orsopœi Onolsbacensis in lucem editi sunt *Hagenoæ typis Secerianis anno* MDXXX, adjecta in fine Perotti Latina versione.

2. *Ceterorum Librorum*, qui integrum olim compleverant opus, nonnisi abscissas ac multis modis mutilas truncatasque, sed ne sic quidem spernendas utique, habemus *Reliquias:* quæ, quo illustriora vestigia continent rerum et ad cognoscendum jucundissimarum, et ad instruendum omnis vitæ usum, privatim atque publice, bello paceque, saluberrimarum, tanto acrius adferunt legentibus molestiusque eorum quæ interciderunt desiderium. Scilicet, præter satis amplum numerum *singulorum Fragmentorum*, quæ apud varios veteres Scriptores, Dionysium Halicarnasseum, Strabonem, Josephum, Heronem illum juniorem, cujus exstat de repellenda Obsidione libellus, Athenæum, aliosque, tum apud Grammaticos, Stephanum Byzantinum et Suidam præsertim, velut e naufragio conservatæ tabulæ reperiuntur; supersunt etiam variæ *collectiones Eclogarum*, plerarumque latius patentium, quæ ex opere olim integro, secundum librorum seriem, excerptæ sunt atque digestæ. Diodorum Siculum taceo, Liviumque: quorum ille multa e Polybio pæne ad verbum, dissimulato tamen (quoad quidem hodie ex ejusdem Diodori reliquiis apparet) auctoris nomine, suæ Bibliothecæ inseruit; hic integros etiam libros, tantum non presso ubivis pede, Latinum in sermonem convertit.

3. *Eclogarum*, quas dixi, vel *Excerptorum*, quæ vulgo vocant, unum genus, incertum quo compilatore quove tempore confectum[c], cum majore parte *Libri sexti* insignes *sequentium duodecim Librorum* particulas (*Epitomas*

[b] Confer infra, sect. iv. n. 9.   [c] Conf. infra, sect. iv. n. 6.

adpellavit Compilator) complectitur. Qua de compilatione sicut nimis magnifice Is. Casaubonus sensit, quum *ipsam illam Epitomen*, quam *a M. Bruto ex Polybio factam* Plutarchus commemorat, *hanc esse* existimavit; atque, sive Brutus fuerit, sive alius, qui eam confecerit, *magno judicio usum esse* censuit *in iis seligendis quæ Politico informando essent accommodatissima*[d]: sic bili paulo magis, quam par erat, indulsisse videri potest Reiskius, vir optimus ceteroquin acutissimusque, in Præfatione ad sua Polybiana[e]; ubi, *Cum locos communes*, ait, *vel pastoribus obvios, ipso in opere Polybii integro lego, magna orationis ambitione venditatos, fero et condono reliquorum præstantiæ. Sed judicio, vel tarditati potius carnificis, quisquis ille fuit, qui Polybium membratim contruncavit, succenseo; qui satius duxerit, tot triviales locos e Polybio enotare, quam insignium rerum gestarum memorias posteritati transmittere. Numeremus in ceteris Polybii infortuniis hanc hominis male feriati stultitiam, cui caput illius adversa sors objecit.* Ista *Excerpta*, quæ nos, ut ab aliis post hæc demum repertis et in lucem protractis distingueremus, *Antiqua* cognominavimus, typis primum evulgata librisque quinque prioribus adjecta sunt *per Joannem* HERVAGIUM, *Basileæ* MDXLIX, hoc titulo: Πολυβίου Μεγαλοπολίτου Ἱστοριῶν βιβλία Ε΄. καὶ Ἐπιτομαὶ ΙΒ΄. *Polybii Megalopolitani Historiarum Libri priores quinque, Nicolao Perotto Episcopo Sipontino interprete. Item Epitome sequentium Librorum usque ad Decimumseptimum, Wolfgango Musculo interprete.* Idem Musculus rogatu Hervagii Versionem etiam Perotti cum Græco exemplari contulit, et passim vel supplevit vel emendavit; quemadmodum ipse in Præfatione profitetur. Editionem, quoad Græcam quidem partem, curasse videtur *Arnoldus Peraxylus* ARLENIUS, qui Dedicationem præmisit.

4. Sed ante hanc Editionem Hervagianam jam particulæ

[d] Is. Casaubonus in Dedic. ad Henr. IV. Regem, Tomo iii. edit. Gron. p. 49 et 51. (edit. Ern. p. 646 et 648.)

[e] Volumine Vto Animadversionum in Græcos Auctores p. 765.

nonnullæ eorumdem Excerptorum, quorum tota collectio tunc primum prodiit, fuerant in publicum productæ. *Fragmentum de Prælio navali ad Chium Philippi cum Attalo et Rhodiis*, (ex Libro xvi. cap. 1—8. nobis cap. 2—9.) *Lazarus* Bayfius, *Venetiis* acceptum, inseruerat libro suo de Re Navali Veterum, qui anno mdxxxvi Lutetiæ Parisiorum prodiit, recusus Basileæ anno mdxxxvii, et Thesauro denique Antiquitatum Gronoviano Tom. XI. insertus. Eodemque *anno* mdxxxvii. *Basileæ ex officina Jo.* Oporini prodiit pars satis ampla *Libri Sexti Polybiani*, quæ in editionibus deinde vulgatis a cap. 17 usque ad extr. cap. 40, et in hac nostra a cap. 19—42 excurrit, Πεϱὶ τῆς τῶν ὁπλιτῶν καταστάσεως, *de Militia Romanorum*, cum Jani Lascaris Latina Versione. Cujus editionis exemplum mihi ad hunc diem nondum contigit videre: lectionibus autem ex illa excerptis usus sum, quas Reiskius Animadversionibus suis in Polybium inseruit. Et ista quidem Oporini editione primum Græce in lucem protractum esse Fragmentum illud Polybianum, traditum ab Ernestio in Præf. ad Polyb. p. 14. et a Reiskio in Animadv. p. 447. video. Quibus tamen dubium movere potuerat, quod Hervagius sive Arlenius in editione Hervagiana Polybii, ubi ad illud ipsum Fragmentum pervenit, p. 180. de *Lutetiana editione* monuit, qua Historiæ Polybianæ *Epitome Sexta*, ut ait, *seorsum per Jo. Lodoicum excusa est.* Quæ ipsa verba postquam Reiskius loc. cit. protulit, de Parisina illa editione nihil plane sibi constare profitetur. Ac ne mihi quidem quidquam amplius de ea compertum est: sed Maittairii Annales Typographicos dum evolvo, Fragmentum illud, de quo quærimus, jam priusquam ulla Polybianæ Historiæ particula Græce esset edita, *Græce et Latine Venetiis* fuisse in lucem prolatum reperio, hoc titulo: *Liber ex Polybii Historiis excerptus, de Militia Romanorum et Castrorum metatione, inventu rarissimus, a Jano Lascare in Latinum translatus; ipso etiam Græco libro, ut omnia conferri possint, adjuncto: Johannes Antonius de Sabio excudebat Venetiis* m.d.xxviiii. *Kalendis*

Martiis[f]. Quare quum Oporinus (ut ex ejusdem Reiskii Præf. ad sua Polybiana p. 775. disco) in Præfatione sua testetur, illud *opusculum ad se missum esse a Jacobo Bedroto*, qui in Schola Argentoratensi bonas literas tum docebat; videndum est, ne non tam manu exaratum codicem dixerit, quam exemplum aliquod sive Parisinæ sive Venetæ editionis. De *Justo Lipsio* aliisque, qui post hunc eamdem Polybianam Eclogam Commentariis suis de Militia Romana inseruerunt, non est hic disserendi locus.

5. Alterum est genus *Excerptorum Polybianorum*, quod ex infelici illo ac bonæ parti præstantissimorum Scriptorum Græcorum exitioso instituto Constantini Porphyrogeniti Seculo X. ortum duxit; qui Græcorum Historicorum opera minutas in partes concidenda, ex istisque particulis eas, quæ præ ceteris maximi viderentur esse momenti, per LIII Titulos sive Locos digerendas curavit. Quo instituto tantum abest, ut tutiori commodiorique ratione posteris traderentur illa antiquitatis monumenta, de quorum interitu solicitus fuerat bonis literis favens Imperator; ut de ipsis illis Eclogis non nisi duo Tituli nostram ad ætatem pervenerint. Quorum unus, qui Ἐκλογὰς περὶ Πρεσβειῶν, id est, *Selecta* vel *Excerpta de Legationibus* continebat[g], sub finem vergente Seculo XVI repertus, curante Fulvio Ursino Romano primum editus est Græce ex officina Plantini *Antwerpiæ* M.D.LXXXII. Quumque major pars istorum Excerptorum ex Polybii Historiis sint ducta, adjecta sunt etiam alia *Polybii Fragmenta* ex variis Auctoribus ab Ursino collecta, tum *Ursini Notæ in Eclogas*, ejusdemque *Emendationes ad Polybium ab Hervagio editum*.

6. Eisdem deinde Eclogis de legationibus Is. Casaubonus præstantissimam suam *Polybii Editionem* auxit, qua quidquid Historiarum hujus Scriptoris ad id ætatis reperiri potuerat, in unum corpus collectum, et partim *ex antiquis libris* partim ex ingenio emendatum, *novaque Versione La-*

[f] Maittaire Annal. Typogr. t. v. p. 169.

[g] Nostro more atque idiomate *des Traités de paix* diceres.

tina et *Synopsi Chronologica* illustratum, in lucem emisit *Parisiis apud Hier. Drouardum*, MDCIX. Quam Editionem Casaubonianam qui cum Fabricio Bibl. Græc. T. II. p. 739. *eodem anno Hanoviæ recusam* perhibent, quod a multis vulgo traditum video, hos lubrico admodum niti fundamento egregieque falli, quum mea nonnihil interesset dispicere quid rei sit, liquido cognovi. Scilicet sunt quidem exempla Editionis Casaubonianæ, ea fere quæ in Germaniam transierunt, (cujusmodi est illud ipsum, ad cujus marginem ego lectionis varietatem ex aliis editionibus et ex codicibus manuscriptis adnotavi,) quorum in titulo nec urbis Parisiorum nec Drouardi nomen conspicitur, sed illorum loco hæc leguntur: *Typis Wechelianis apud Claudium Marnium et Hæredes Aubrii* MDCIX. nullo urbis nomine adjecto. Quumque in Parisiensibus exemplis adjiciantur hæc verba, *Cum Privilegio Regis;* in illis est, *Cum gratia et privilegio Sacræ Cæsar. Majest. ad sexennium*, et versa pagina exhibetur ipsum Privilegium *Cl. Marnio et Joh. Aubrii hæredibus, Civibus et Typographis Francofurtensibus*, (quo magis miror, quod *Hanoviæ* recusum librum volunt) *a Rudolpho II. Imp.* anno 1608 concessum. Ceterum non ovum ovo tam simile, quam hæc Exempla sunt illis, qui Parisios Drouardumque in fronte gerunt. Non modo pagina paginæ, linea lineæ respondet; typorum forma usquequaque simillima atque eadem, eadem in minimis rebus ac prorsus fortuitis errata, idem erratorum index: quin par etiam in utriusque generis exemplis inter quæque verba intervallum; nec in uno exemplo litera ulla vel apice aliquo truncata vel alio modo paululum deformata occurrit, quin in altero pariter eadem eodem plane habitu recurrat. Denique, verbo ut absolvam: eadem omnino editio, eadem in officina, eisdem formis, eodem tempore excusa. Scilicet Casaubonus olim, Genevæ adhuc degens, de Polybii editione egerat cum Wechelianis hæredibus, qui illam suis sumtibus Francofurti suscipiendam ei spoponderant, moxque eo nomine officia etiam nonnulla ad Polybium spectantia eidem præstite-

rant[h]. Postquam vero Lutetiam commigravit doctissimus Editor, ubi Bibliothecarii Regii munere functus est; lætus arripiens oblatam opportunitatem, qua impressioni operis ipse præesse ac singula folia accurate corrigere posset[i], negotium suscipiendæ editionis Drouardo detulit; qui, quum frequens cum Francofurtensibus commercium exerceret, nundinasque illius urbis frequentaret[k], cum Wechelianis hæredibus Polybii causa societatem ea lege contraxisse videtur, ut quæ exempla Francofurtum mitterentur, ipsorum nomen in titulo præferrent. Amplissimis *Commentariis* illustrare Polybium constituerat *Casaubonus;* in quibus, præter alia plurima ad illustrandum Auctorem plus minusve facientia, rationem etiam redditurus erat Emendationum, quas sive ex scriptis libris sive ex ingenio depromtas textui intulit: sed dum nimis multa atque ampla meditatur, in longum primo dilata res est, dein prorsus eventu frustrata. Exigua particula inchoatorum Is. Casauboni Commentariorum, non ultra vicesimum Libri primi caput excurrens, at vel sic tamen justam fere libelli molem complens, post mortem Casauboni Parisiis anno MDCXVII. chartis octonis separatim prodiit.

7. Restabat alter Titulus sive Locus, quem de Constantini Eclogis ex Historicis Græcis ad hunc diem repertum dixi, *Excerpta* περὶ Ἀρετῆς καὶ Κακίας, *de Virtutibus et Vitiis* complectens; inter quæ rursus bene multa, minime spernenda occurrebant, quæ ex Polybio ducta erant. Ista Excerpta HENR. VALESIUS ex Codice *Peiresciano, cum Versione Latina* eruditisque *Adnotationibus* edidit *Parisiis* MDCXXXIV, adjecta etiam nova collectione *Fragmentorum Polybii,* ex variis Auctoribus conquisitorum.

8. Itaque rursus JACOBUS GRONOVIUS, quum a bibliopolis Amstelodamensibus ad curandam, quam parabant, *novam Polybii editionem* admodum juvenis esset invitatus, paratam a Valesio materiam invenit, qua suam illam editionem ditaret, quæ *Amstelodami* MDCLXX tribus volumi-

h Vide Casauboni Epist. 69, 119 et 120. ad Bongarsium.

i Casaub. Epist. 562, 567.

k Idem, Epist. 526, 632, 636, 637.

nibus forma octava prodiit. Ceteroquin ad ipsam *Casaubonianam* per omnia (leviusculas quasdam correctiones si excipias, rarissimis nonnullis locis partim Græco contextui, partim Latinæ Versioni adlatas) ad verbum expressa est *Gronoviana* hæc *editio:* ditata tamen, præter Excerpta Valesiana, Is. Casauboni inchoato olim Commentario in Polybium, tum Merici Casauboni Notis, ex Isaaci patris potissimum adparatu excerptis, et Ursini ad Legationes Notis, Palmeriique in Polybium Exercitationibus, denique adjectis ipsius *Jac. Gronovii in Polybium Notis;* quibus partim loca nonnulla vel corrigere ex conjectura vel illustrare tentavit, partim Casauboni versionem Latinam hinc inde supplevit aut emendavit, ad locum etiam unum et alterum in Excerptis Antiquis Lectionem ex Ms. Codice Leidensi depromsit. Ursini Emendationes Editioni suæ adjicere consultum non duxit Gronovius.

9. Post Valesiana Excerpta de Virtutibus et Vitiis nihil amplius, quod sciam, ex Polybio ductum, quod hactenus latuerit, in lucem fuit protractum, nisi *Fragmentum* illud, satis quidem notabile, *de Obsidione Ambraciæ*, quod idem *Jac. Gronovius*, absoluta jam Polybii editione secum a Valesio communicatum, *Dissertationi Epistolicæ in loca quædam T. Livii*, quæ Tomo secundo Livii Gronoviani adjecta est, pag. 65 et seq. inseruit. Excerpserat illud Fragmentum Valesius ex eodem Codice Regio, e quo jam ab Is. Casaubono, qui *Librum manuscriptum Anonymi Tactici* vocat, fragmenta nonnulla Polybiana fuerant in medium prolata. Est autem HERONIS *junioris* Libellus *de repellenda obsidione*[1]*;* qui postmodum cura Thevenoti inter *Veterum Mathematicorum, Athenæi, Apollodori, Philonis, Heronis et aliorum Opera* editus est *Parisiis* e Typographeo Regio MDCXCIII. Sed ad emendandas ex codicibus manuscriptis easdem Historiarum Polybii reliquias, quæ jam erant in publicum evulgatæ, subsidii nonnihil partim superiori etiam seculo depromtum est, *Lectionibus Poly-*

[1] Ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης ἀντιτάσσεσθαι, καὶ οἵοις ἐπιτηδεύμασι πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ταύτην ἀποκρούεσθαι.

bianis MS. Codicis Augustani a *Joh. Henr. Bœclero Argentorati* exeunte eodem anno M.DC.LXX. in lucem emissis, quo ineunte Gronoviana prodierat editio[m]; partim hac nostra ætate, *Lectionibus Codicis Bibliothecæ Universitatis Tubingensis* Tubingæ editis anno MDCCLXXVIII. a *Reussio* Viro clarissimo, tunc Bibliothecæ Tubingensis, nunc Gottingensis Custode. Quorum subsidiorum illud, quod ex Augustano Codice petitum est, simul ad Libros quinque priores Polybii, simul ad Excerpta antiqua ex XII sequentibus Libris pertinebat; hoc, ex Tubingensi, nonnisi ad eadem Excerpta inde a Libro septimo spectabat. *Editio* autem Polybii *Gronoviana repetita* est *Lipsiæ anno* MDCCLXIV, tribus voll. schedis octonis, *cum Præfatione* Jo. AUGUSTI ERNESTI, qui Lexicon etiam Polybianum sive *Indicem Græcorum verborum* adjecit.

II.

De ratione atque conditione SUPERIORUM EDITIONUM POLYBII, *præcipue quoad* GRÆCÆ LECTIONIS CONSTITUTIONEM.

Priusquam de consilio dicam, quod in hac nostra procuranda Editione Historiarum Polybii sumus secuti, consentaneum videtur, ut, *Quid de ratione atque conditione superiorum Editionum, præsertim quoad Græcæ Lectionis sive Textus*, quem vocant, *constitutionem, ad hunc diem fuerit compertum, et quid in eisdem a Viris doctis merito desideratum esse videatur*, paucis exponamus. Sic facilius judicare æquus Lector poterit, satisne causæ fuerit, novi quidpiam in hoc genere moliendi.

1. Et OBSOPŒI quidem Editionem, quam eamdem HAGENOENSEM pariter adpellare licebit, ex uno scripto Codice esse confectam, qui ab Jac. Ottone Ætzelio, cau-

[m] Idem HENR. BŒCLERUS nostrâs, decimo septimo anno priusquam Gronoviana prodiret editio, de *nova Editione Polybii Casauboniani*, cui accederent Supplementa Peiresciana atque alia, cogitaverat; jamque Argentorato dimiserat specimina aliquot foliorum ad exemplum Casaubonianum elegantibus typis expressorum; ut docet ipse in Lectionib. Polyb. p. 177 sq. Sed successu caruit illud institutum.

sarum oratore, quem Norimbergensem fuisse dicunt, Editori fuerat communicatus, satis ipse Editor in Præfatione declaravit. Nam quod locis nonnullis, eisque oppido paucis, lectionem in margine posuit discrepantem ab ea quam contextus habet; non video sagacissimo Reiskio quid acciderit, hinc inferenti, *necesse esse, plures Polybii Codices ad manus ei fuisse, e quibus excerpserit illas in margine adscriptas varietates lectionum*[n]. Poterat enim cogitari, quod Ernestio judice *in promtu* erat[o], *idem fecisse Obsopœum, quod ceteri qui ex uno libro ederent scriptorem veterem, h. e. quæ vel manifeste vitiosa essent, vel ei tum viderentur, pro facultate correxisse, et quæ correctiones certæ viderentur, in textum intulisse, ceteris, in quibus dubitatio superesset, in margine positis.* Quibus tamen verbis nollem idem Vir doctissimus hæc subjecisset: *nam aliter intelligere lectiones marginis qui possumus, cum uno codice usum constet?* Quasi vero non potuerit Editor discrepantes illas lectiones eodem etiam modo in ora scripti libri, quo usus est, adnotatas reperire: quod sane in quam plurimis antiquis codicibus, sive a diversa manu, sive ab eodem librario, passim factum videmus[p]. Habet autem illa princeps editio cum omnibus, quæ ex uno veteri libro, in illis præsertim renascentium Græcarum literarum incunabulis, ductæ sunt, hoc commune, ut innumerabilibus cujusque generis erroribus atque maculis scateat; aliis quidem levioribus, et facile detergendis; sed sane quam plurimis ejusmodi, in quibus eluendis vel exercitatissimum ingenium frustra fatigetur. *Ipse codex* Obsopœi, e quo si hodiernum consuli et secundis curis tractari posset, multi haud dubie errores, qui in illam editionem irrepsere, felicissime tolli possent, *quo pervenerit, nesciri* conquestus est Reiskius[q]. Ceterum fides ac diligentia et dexteritas Editoris haud obscuræ

[n] Reisk. in Animadvers. in Polyb. p. 276 sq. Idemque in Præf. ad sua Polybiana, p. 772 et 774.

[o] Ernesti in Præfat. ad Polybium p. xiii.

[p] Eaque ratione omnes, quas Obsopœus in margine habet, lectiones ex ora unius ejusdemque Codicis ductas esse, ipsa Codicis inspectio nos docuit. Conf. infra, sect. iv. n. 1.

[q] Præf. ad sua Polybiana, p. 772.

videntur: et quod si præsertim locorum cogitemus intervallum, quo prohibitus est ne dirigere typothetæ laborem corrigereque errata ipse posset; mirari sane subit, quod non multo magis etiam male affecti Libri illi Polybiani primum tunc in publicum prodierint; simulque intelligitur, non nimis misere depravatum fuisse Codicem, unde illos depromsit Obsopœus. Quare etiam non paucæ lectiones in hac editione reperiuntur probatissimæ, et ex hac in Basileensem transierunt, a quibus temere deinde discessit Casaubonus: rursusque multa passim probarum lectionum vestigia supersunt, paululum quidem obscurata, quæ, non satis perpensa, deserens idem vir doctissimus, longius interdum et a verbis et a sententia auctoris aberravit. Quorum generum ex utroque bene multa loca opportune sunt a *Joh. Jac. Reiskio* in *Animadversionibus in Polybium*[r] adnotata, qui haud raro veram germanamque scripturam, vel ex ipsa hujus Editionis lectione, vel ex veri vestigiis quæ illa servaverat, Polybio sagacissime rectissimeque restituit.

2. In HERVAGIANA sive BASILEENSI *Editione* quid sit præstitum, ARLENIUS in *Præfatione ad Diegum Hurtadum Mendozam, Cæsaris* (Caroli V.) *apud Paulum III. Pont. Rom. legatum*, his verbis exposuit: *Libros quinque priores, quorum editionem ante annos aliquot docto viro Vincentio Obsopœo debebamus, jam ad manu scriptos codices collatos, una cum sexto propemodum integro damus, multo tum castigatiores, tum alicubi plenius instructos. Quibus ex domestica Tua bibliotheca duodecim consequentium librorum Epitomen (quam a Corcyra, ex doctissimi senis Jani Moschi libraria supellectile nactus eras) nunc primum adjecimus.* Quosnam vero ad manuscriptos Codices exemplum Obsopœi fuerit in usum Hervagianæ Editionis collatum, quum aperire non dignatus sit Arlenius, lucem deinde aliquam afferre potuit Epistola *Codici Augustano* a Xysto Betuleio, Scholæ Augustanæ per id tempus Rectore et

[r] Volumine quarto Animadversionum ad Græcos Auctores.

Bibliothecario, præfixa, quam in Lectionibus Polybianis retulit Bœclerus p. 164. Cujus hoc est exemplum: *Xystus Betuleius candido Lectori S. Cum hoc Codice contulimus illud exemplum, quo usus est Hervagius in editione Polybiana. Facta est hinc accessio ad illam editionem minime pœnitenda. Quæ autem in Hervagiano exemplari, quod hoc nostro melius erat, auctiora inveniebantur, Marginibus his nostris annotavimus*[5]. . . *Nostra post collatione in transferendo usus est W. Musculus, cum Tiguri exularet. Facta est collatio in hyeme anni* 1548. De aliis codicibus manuscriptis, præter Augustanum, cum quibus (ut indicare videtur Arlenius) collatum fuerit exemplum Hervagianum, nihil compertum est. Sed ne certum quidem est, plures fuisse adhibitos. Nempe moris olim fuit, *manuscriptos Codices*, perinde ac si plures essent, in titulis præsertim librorum jactare, ubi non nisi unus fuerat in usum vocatus. Sic memini Hœschelium, virum minime ceteroquin vanum, cum Appiani Historiam Illyricam ex codice Augustano ederet, unico quem viderat atque noverat, similiter in titulo scribere *e Codd. MSS. Reipubl. Augustanæ.* Ceterum si quærimus, quid vel quale sit, quod ex Augustano illo codice profecerit editio Basileensis; ex Bœcleri Lectionibus Polybianis intelligere licet, bene multas probas atque verissimas inesse Codici illi Lectiones, quas nec in contextu expressit editor Basileensis, nec in margine adnotavit: ex collatione autem Basileensis cum Hagenoensi editione adparet, in corruptas quidem Lectiones plerumque consentire utramque; nec tamen ita raro ab Hagenoensi Basileensem, subinde quidem recte atque merito, sed non minus sæpe perperam atque prava ratione discedere; mox quidem nulla lectionis varietate in margine notata, mox scriptura manifeste vitiosa in contextum recepta, melioreque ad oram libri relegata, mox rursus eadem ora apertissimis erroribus onerata, ubi de veritate lectionis, quam cum Obsopœo tenet Contextus, nulla poterat dubitandi caussa subesse.

[5] Vide infra, art. iv. n. 2.

Quod autem *plenius alicubi instructos* in hac editione libros priores Arlenius dicit, id pertinet ad insignem aliquam lacunam, quæ, cum in Obsopœi editione Libro I. cap. 19 sq. fuisset, in hac ex Augustano codice suppleta est: ac nescio, an etiam *Libri sexti Epitomen* respiciat, quæ et initio et in fine multum auctior est apud Hervagium, quam fuerat apud Oporinum. Sed undenam illud initium et finem Epitomæ sextæ habuerit Hervagius, ex proprio-ne codice manuscripto, an ex solo Augustano[t], non declaravit Arlenius. Nam de *Mendozæ* quidem Codice, e quo ceterorum Librorum Epitomæ ductæ sunt, ita disserit, ut satis intelligatur, illum a *septimi* demum *Libri* Epitome initium sumsisse[u].

3. Eximie haud dubie et præclarissime de Scriptore nostro FULVIUS URSINUS promeruit. Nam sicut per se maximi momenti et plurimæ utilitatis sunt Eclogæ *de Legationibus*, quas illi debemus; sic in eis emendandis illustrandisque, et cum Livio conferendis, cum doctrina hujus viri atque industria, tum præsertim ingenium, singulariter elucet. Certe quum Codex manuscriptus, quem ab Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi missum acceperat, infinitis pæne mendis (quod et ipse profitetur, et ex ejus Adnotationibus satis adparet) esset corruptus; longe maximam monstrorum illorum partem, veluti divina quadam arte, felicissime sustulit Fulvius, ac veram Polybii nobis restituit scripturam. Sed merito in eodem viro reprehendit Reiskius[x], quod, *qua plerumque usus est cautione, ut sui codicis mendas fideliter atque diligenter indicaret, eadem non ubique voluit uti.* Nam quum fieri non posset, quin in tanto Emendationum ex mera conjectura adhibitarum numero multæ essent, quæ specie quidem aliqua sese commendarent, sed longe etiamnum abessent a vero: (cujus

[t] Loco, quem superius citavimus, videtur significare Arlenius, totam Epitomen sextam *Parisiis apud Jo. Lodoicum* fuisse excusam: quod si ita est, (quod mihi hactenus non liquet,) hinc primum eam sumsisse putandus fuerit Editor Basileensis.

[u] Confer quæ de *Codicibus MStis Excerptorum antiquorum* dicentur in Præfatione Tomo secundo hujus Editionis Polybii præmittenda.

[x] Præfat. ad Polybiana, p. 779 sq.

generis complures ab Reiskio notatæ sunt, in quibus *aut sana*, ut ait ille, *ultro vitiavit Ursinus, aut vitiosa in pejus mutavit;*) quoties quidem in Adnotationibus indicavit Editor ipsam codicis scripturam, toties de pretio emendationis judicium facere eruditus lector potest; sed ubi nihil aliud nos docere dignatur, quam *se locum istum ex ingenio emendasse*, quod haud ita raro Ursinus facit, tum quidem nullam nobis facultatem judicandi, Ursinum-ne an Polybium legamus, relinquere voluisse videtur. Sed vel sic tamen subinde satis adparet, minus feliciter emendata esse ejusmodi loca; quamquam melius nihil tentare ipsi possimus, quandoquidem codicis lectionem, qui veri fortasse vestigia monstrare nobis poterat, ignoramus. Similis est ratio *Emendationum in Polybium Hervagianum* ab eodem Ursino editarum; quæ sicuti numero sunt plurimæ, neque ad leviora solum editionis Hervagianæ sphalmata, sed ad graviora etiam quæque vulnera Polybio a librariis inflicta pertinent, sic pondere atque momento pleræque excellunt ac maximi utique sunt faciendæ: quemadmodum et Casaubonus fecit, in bene multis presso pede Fulvii vestigia secutus. Istarum igitur Emendationum nonnullis quidem notam adjecit Ursinus, qua monet *ex vetere scripto libro* esse ductas; ad aliasque complures monuit, suo *ex ingenio* esse prolatas: sed longe maxima pars, et in his multæ, quæ unde ductæ essent plurimum nostra intererat non ignorare, nullam adjectam notam habent; quo fit, ut incerti, quid de illis statuendum sit, hæreamus[y].

4. Is. Casaubonus, quum jam ante annum MDXCIV ad recensendum Polybium et nova editione illustrandum adplicuisset animum[z]; præclare intellexit, absque codicum subsidio manu exaratorum vix posse quidquam, quod operæ esset pretium, in eo genere confici. Itaque plenæ sunt ejus Epistolæ ad amicos atque fautores precum et hor-

y Conf. infra, sect. iv. n. 7.

z Vide ejus Animadvers. in Suetonii Tiberium cap. 65. et conf. Epistolam 21. ejusdem Casaub. ad Bongarsium, datam mense Decemb. 1694. et Dedicationem Suetonii ad Philippum Canaium a Fraxinis.

tationum, quibus subsidia hujusmodi ab illis flagitavit[a]. Nec spem eventus fefellit. Quinam autem sint *Codices Manuscripti, quorum in recensendo Polybio copia fuit Casaubono*, docet ipse his verbis[b]:

In prima Parte (id est, in quinque prioribus Libris) *usi sumus libro Regiæ Bibl. elegantissime descripto, sed manus recentissimæ: cui parilem dono dedit nobis olim vir nobilis Antonius Verderius Lugdunensis, sed in quo tres postremi libri deerant*[c]. *His duobus vetustior est sæculo uno vel altero, quem nacti sumus e bibliotheca Serenissimi Principis, Bavariæ Ducis*[d].

In secunda Parte (id est, in Excerptis Antiquis) *usi sumus libro MS. Regiæ Bibliothecæ non admodum bonæ notæ. Item vetustissimis membranis, Epitomen continentibus librorum XVII primorum, e bibliotheca Seren. Principis, Urbini Ducis*[e]. *Suggessit et V. Cl. atque doctiss. Franciscus Pithæus exemplar hujus partis MS. quod deprehendimus esse illud ipsum, unde Basileensis editio fuerat desumpta. Accessit postea aliud e libraria viri ampl. Jo. Jacobi Memmii. His duobus simile est tertium, quod nuper edito jam Polybio suggessit ultro e ditissima sua bibliotheca Ill. Card. D. Joyeusius, Rothomagensis Archiepiscopus*[f].

In tertia Parte (id est, in Excerptis de Legationibus) *multa emendavimus nec pauca supplevimus e codice MS.* περὶ Πρεσβειῶν *viri eruditissimi Andreæ Schotti; qui etiam fragmenta quædam e Theodosii Parvi Excerptis descripta ad nos misit; quæ tamen vulgata prius fuerant, verum aliis locis, quædam etiam in II. parte. Eorumpse excerptorum tomum primum invenimus in splendidissima librorum supellectile . . . Jacobi Augusti Thuani. Certe in prima fronte ejus libri erant hæc verba, etsi diversæ manus,* Ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν, Θεοδόσιος ἐστὶν ὁ μικρός. *de quo plura in Commentariis*[g].

[a] Vide Epist. 50, 65, 69, 89, 93, 95, 103, &c. et Dedicationem Polybii ad Henr. IV. Tomo III. edit. Gron. p. 57. (ed. Ern. p. 654.)

[b] Post Præfationem, Tomo III. edit. Gron. p. 82. (edit. Ern. p. 324.)

[c] Quales sint illi codices, infra videbimus sect. iv. n. 11, 12.

[d] Vide sect. iv. n. 1.

[e] Eumdem Codicem in Dedicatione Polybii his verbis laudavit Casaubonus: *Non parum*, inquit, *instituto nostro codex ille, quo vix alium antiquiorem hodie putem extare, fuit utilis.* De eodem uberius infra dicemus sect. iv. n. 6.

[f] De his Codicibus disseremus in Præfat. Tomo IIdo præmittenda.

[g] Conf. eamdem Præfat. Tomi II. nostræ editionis.

His igitur præsidiis munitus Vir doctrina atque ingenio excellens, quum in superioribus Editionibus essent *pleraque*, ut ait in Dedicatione ad Henricum Regem[h], *miserandum in modum corrupta; nos*, inquit, *pro copia librorum veterum atque ingenii sanavimus.* Ac sane, quantum sit, quod eruditæ atque sagaci hujus Editoris industriæ debeat Polybius, nulla est pagina, ac præsertim in Excerptis Antiquis quæ vocavimus, quæ non abunde declaret. Sed vel sic plurima superesse loca oppido manca aut mendosa, quæ vel ex melioribus codicibus, si qui consulerentur, vel probabili etiam conjectura emendari possent; multa item a Casaubono esse mutata atque in alienum plane sensum detorta, quæ vel recte erant posita in superioribus editionibus, vel multo leviori ac diversa prorsus indiguerant medicina, et luculentis et frequentibus exemplis Reiskius in suis ad Polybium Animadversionibus demonstravit. Tum vero quoniam, ut jam supra monui, nescio qua causa dedignatus est doctissimus Editor principem Obsopœi editionem in consilium advocare; passim factum est, ut manifesta errata editionis Basileensis vel intacta relinqueret, vel aliena ratione mutaret. Denique quum optandum utique fuerit, ut priores præsertim quinque libri (e quibus, quoniam soli sunt quos integros habemus, et stylus Polybianus et tota hujus Scriptoris ratio potissimum debet cognosci) singulari præ ceteris cura ex optimis Codicibus essent emendati; sane non nimis lætabile est quod de scriptis libris, quorum in hac parte copia fuit Casaubono, ipse declarat. Nam codicem Regium, quo usus est, *recentissimæ manus* fuisse profitetur: et quum simul ait, *elegantissime fuisse descriptum;* intelligi poterat, esse eumdem codicem, quem ab Aug. Vergerio Calligrapho, decimo quinto demum anno post editum ab Obsopœo Polybium, in ipsa urbe Parisiorum descriptum esse, ex Catalogo MStorum Bibliothecæ Regiæ discimus. Alterum vero Codicem, qui non nisi duos priores Polybii Libros continet, quem dono sibi datum

[h] Pag. 57. ed. Gron. p. 654. ed. Ern.

narrat Casaubonus, non melioris fuisse notæ, haud obscure significavit. Denique de Bavarico Codice ita frigide loquitur in Dedicatione ad Henricum Regem[i], ut facile intelligatur, parum ex illo profecisse Casauboni editionem, sive quod parum in illo subsidii fuit, sive quod negligentius eum tractavit Editor, aut quod serius accepit. Quæ cum ita sint, quandoquidem plurimum tamen differt Casaubonianus Contextus a Basileensi, consequens erat, ut suspicaremur, et pauca et dubiæ auctoritatis esse, quæ in prioribus quidem quinque Polybii libris *a manuscriptis codicibus* accepisset Casaubonus; longe vero plurima partim e sua *conjectura,* partim ex Ursini ingenio (quem in bene multis, ut supra docui, secutus est) fuisse a docto hoc Editore mutata. Ceterum et in his prioribus libris, et in reliqua omni Casauboniana Polybii recensione, id certe requirebatur, ut, quid meræ conjecturæ debeatur, quid scriptorum librorum, quibus usus est Editor, testimonio confirmetur, docerentur Lectores. Atque id ipsum quidem cognoscere discernereque, plerisque saltem in locis[k], nobis liceret, si institutos a Casaubono Commentarios haberemus. Sed quum nec id, quod de illis Commentariis in lucem est editum, ultra vicesimum libri primi caput progrediatur, et oppido pauca sint huc facientia, quæ posthac Mericus Casaubonus ex schedis paternis supplevit[l]; superest, *ut,* quemadmodum Reiskius ait, *quæ Polybii oratio hodie, a Casaubono inde, inter manus doctorum hominum versatur jactaturque, nulla certa nitatur auctoritate vetustorum codicum, sed in sola Casaubonini nominis dignitate conquiescat*[m].

[i] Tom. iii. edit. Gron. pag. 57. (p. 654. edit. Ernesti;) ubi sic: *Juvit postea aliquid et exemplar. seren. principis Maximiliani Boiorum ducis.*

[k] Non ubique id curaturum fuisse Casaubonum, intellexi ex inchoatorum Commentariorum fragmento quod editum est: in quo ad loca nonnulla, ubi ex mera conjectura, eaque non necessaria, a lectione, in quam scripti libri cum editis consentiebant, recesserat Casaubonus, nec lectionem, quam deseruit, memoratam video, neque quidquam de facta mutatione monitum.

[l] In *Notis in Polybium,* quæ Gronovianæ editioni primum adjectæ sunt: ubi subinde etiam conjecturas nonnullas, quas in contextum quidem non receperat Isaacus pater, sed in versione Latina tamen expresserat, ex ejusdem schedis Græce protulit.

[m] Reisk. Præf. p. 786. Conf. eumdem ibid. p. 784 sq. et Ernest. Præf. p. xvii. sq.

5. Gronoviana *Editio*, quamquam et accessiones ad illustrandum Polybium minime spernendas exhiberet, et in titulo hæc etiam verba gereret, *Jac. Gronovius recensuit;* tamen, ut monuit Ernestius[n], utque res ipsa declarat, *eo non pertinuit, ut Textus ad scriptos et editos libros recenseretur et corrigeretur, quod debet esse primum.* Atque id ipsum perspeete intelligens *Gronovius*, tantum abfuit, ut in prima illa Polybio navata opera adquiesceret, ut protinus inceperit et in peregrinationibus paulo post susceptis librorum manuscriptorum subsidia solicite circumspicere, et omnis generis materiam atque præsidia sibi parare, quibus instructus emendatiorem posset Polybium in lucem producere, si *novam* hujus Scriptoris *editionem* procurare licuisset. Itaque Londini, quo statim post absolutam Polybii editionem profectus est, ex exemplo editionis Basileensis quo usus erat Is. Casaubonus, (eodem, e quo jam nonnulla depromserat Mericus filius in Notis a Gronovio editis) multiplicem observationum ad Polybium pertinentium materiem, ab eodem Casaubono congestam, atque in ora illius exempli simul cum Lectionibus Codicis MSti Urbinatis adnotatam, descripsit[o]. *Indicem* etiam *Græcitatis Polybianæ*, ab eodem, ut videtur, Isaaco Casaubono inchoatum, et a filio Merico continuatum atque perfectum, ex Casauboniano ad Polybium Adparatu accepit[p]. Tum Oxonii manuscriptos nonnullos codices, de quibus inferius dicam[q], excussit, et discrepantes Lectiones ad oram exem-

[n] Præfat. p. xviii.

[o] Omnes istas Adnotationes, ex *Ora Basileensi* (sic enim cum Merico Casaubono adpellare brevitatis causa licebit) descriptas, in singularem libellum in forma octava retulit Gronovius, in cujus fronte hæc scripsit: *Editionem Polybii Basileensem, Is. Casauboni manu conscriptam, et Bibliothecæ Oxoniensi donatam, mihi commendavit Mericus Casaubonus, ut ad Bibliothecarium curarem. Quod feci, descriptis antea marginibus, atque in hunc fasciculum collectis. Londini a.* 1670. *Jacobus Gronovius.*

[p] Is Index hodie compactus est cum Tomo tertio exempli Polybii Gronoviani Bibliothecæ Lugdunensis. Paginæ in eo referuntur ad editionem Casauboni. Accedit supplementum, non compactum, *Polybiana Peiresciana*, ut fert inscriptio, comprehendens, id est, Indicem Græcorum verborum in Excerptis de Virtutibus et Vitiis occurrentium; cujus paginæ ad editionem Henr. Valesii referuntur.

[q] Vide sect. iv. n. 12. et Præfat. Tomi II. nostræ editionis.

pli suæ editionis adscripsit. Parisiis dein ex illo codice Regio, qui olim ipsius Is. Casauboni fuerat, et duos priores Polybii Libros continebat, Lectiones excerpsit, et ad ejusdem exempli suæ editionis marginem, una cum Bœcleri Lectionibus ex Augustano codice excerptis, adnotavit. Ceterum eadem in urbe in Henr. Valesii familiaritatem admissus, de locis vel corruptis vel difficilioribus Polybii subinde cum docto illo viro disseruit, et ab eodem Fragmenta nonnulla ad Polybium pertinentia, ex Heronis libro de repellenda Obsidione excerpta[r], accepit. Florentiæ porro in Italia ex tribus vel quatuor codicibus manuscriptis, partim ad quinque priores Libros, partim ad ceterorum Excerpta, lectionis diversitatem enotavit, atque in alio exemplo suæ editionis, diverso ab illo, quod supra commemoravi, consignavit. Denique et domum reversus, idemtidem Polybii studium resumens, variarum observationum sylvam, ad emendandum vel illustrandum hunc Scriptorem pertinentium, ac supplementum Notarum in Polybium olim a se editarum, vel exemplis suæ editionis adscripsit, vel in peculiares schedas digessit. Qui *ADPARATUS GRONOVIANUS AD POLYBIUM*, quum diu in obscuro latuisset, tandem cura et opera Davidis Ruhnkenii Celeb. Viri haud ita multos ante annos in *Bibliothecam publicam Universitatis Lugdunensis Batavæ* est illatus: cujus ex Bibliothecæ thesauris idem Vir Illustris, postquam consilium nostrum de Polybio ad veterum Codicum fidem recognoscendo emendandoque cognovit, pro singulari sua humanitate, ac juvandarum ornandarumque harum literarum liberalissimo studio, quidquid est quod ad Polybium a *Jac. Gronovio* collectum reperiri potuit, ultro nobiscum communicatum voluit, atque totius illius Adparatus usum fidei nostræ commissum.

6. Lipsiensis *editio*, quæ *Jo. Augusti* Ernesti celebre nomen in fronte gerit, et nitida satis est, et usu commoda,

[r] Conf. sect. i. n. 9.

et ab operarum erratis diligenter purgata. In erudita Præfatione, qualis ab illo Viro exspectari poterat, multa notatu digna, quæ ad Polybium spectant, opportune monentur. Lexiconque Polybianum, sive Index Græcorum verborum, quamquam multa, quæ adnotari merebantur, frustra in eo quæras, nonnullaque haud satis feliciter sunt exposita, alia denique ex mendosa Lectione, quæ vulgo circumfertur, inserta sunt, plurimam tamen habet utilitatem : verissimaque laus est, quæ eidem in inscriptione tribuitur, multa Polybii loca in eo emendari, explicari illustrarique. De *Græco* vero *Polybii Contextu* Latinaque Versione si quærimus : quum nullum aliud fuerit consilium, nisi ut Gronovianum renovaretur exemplum[s], quod ipsum ex Casauboniano erat expressum; ipse Præfator laudatorque hujus Editionis Ernestius satis graviter de eis rebus verba fecit, quæ et in Græco et in Latino Polybio, qui ad hunc diem in manibus hominum versatur et in illa Editione repetitus est, desiderantur; luculenterque demonstravit, quam vehementer esset optandum, ut Scriptorem hunc novo studio ex scriptis Codicibus aliisque præsidiis corrigendum expoliendumque aliquis susciperet[t]. Quam operam quum idem Ernestius a Petro Wesselingio, cui Diodorum Herodotumque instauratos debemus, aut ab huic simillimo viro navatam Polybio olim cupivit[u]; perspecte vidit Vir doctus, quali patrono vindiceque dignus esset nobilissimus Scriptor. Ac sane, si quem virum ita et ab ingenio et a doctrina instructum, qualem Ernestius itemque Reiskius Editorem voluerant esse Polybii, suscipientem vidissemus illud negotium; nos quidem, conscii nostræ mediocritatis, idem audere numquam in animum induxissemus. Nunc, quum deserta jaceret provincia, postquam operam nostram Appiano nuper præstitam haud inutilem rei literariæ æquis æstimatoribus visam esse intelleximus, Polybio similem ferre opem, quoad nostræ vires paterentur, decrevimus. Ac quoniam non modo ad id tempus, quo

[s] Vide Ernest. in Præf. p. xi.
[t] Ibid. p. xix. seq. et p. xxiii.
[u] Ibid. p. xix.

jam multum in hoc incepto eramus progressi, sed et ad ipsum hunc diem, nihil de cujusquam consilio eamdem capessendi provinciam accepimus; fortiter institutum nostrum sumus persecuti, de quo nunc paucis exponemus. Nam quæ *Oxoniæ* jam dudum prela exercet *nova Polybii Editio*, quæ superiori anno in lucem debuerat prodire, eam *et in Græco Contextu et in Latina Versione* nihil nisi *Ernestinæ*, id est, Casaubonianæ atque Gronovianæ *Editionis esse repetitionem*, pridem per Tyrwhittum doctissimum humanissimumque Virum, cujus obitum Græcis præsertim literis funestum paulo post Musæ omnes deflerunt, certior eram factus. Ceterum satis habeo exploratum, discrepantias quidem atque aberrationes omnes duarum principum Editionum, Hagenoensis et Basileensis, tum Lectiones Codicis Augustani a Bœclero editas, Emendationesque et Conjecturas Ursini, Gronovii, Reiskii, omnia promiscue et nullo selectu Contextui subjecta exhibere Oxoniensem illum Polybium; ex manuscriptis autem Codicibus, præter illas quas dixi Augustanas Lectiones, nihil accessisse, quod vel ad dijudicandum vel ad emendandum Textum Casaubonianum valeret.

III.

Novæ HUJUS EDITIONIS *præcipuum Consilium.*

Nos igitur in suscipienda hac opera, quam Polybio dicavimus, cum alia quidem nonnulla commoda spectavimus Lectorum; tum vero hoc præcipue sumus secuti, ut *ex Veterum Librorum maxime auctoritate, et,* sicubi illa deficeret, *ex probatissimis doctorum Virorum Conjecturis emendatissimum,* quoad fieri posset, ac nativæ suæ puritati integritatique restitutum, *quidquid Historiarum Polybii superest,* daremus. Cum quo simul illud voluimus esse conjunctum, ut materia suppeditaretur facultasque omnibus, qui tractandorum Scriptorum Græcorum usum aliquem haberent, ut *de tota ratione ac constitutione Textus Polybiani,* quem exhiberemus, et de singulis ejus partibus, per se ipsi facere judicium possent.

Ad istud igitur consilium pertinere hoc primum nobis visum est, ut *et inter se conferrentur superiores Editiones, et ad Codicum manuscriptorum normam*, tam eorum ipsorum (quatenus liceret) quibus usi essent priores Editores, quam optimorum quorumque aliorum, *diligenter exigerentur.* Cujus laboris duplicem fore fructum intelleximus: unum, ut in superioribus editionibus quid ex vetustis Libris ductum sit, quid ex Editorum ingenio sive in melius sive in pejus fuerit mutatum, denique quid vel ex operarum etiam errore vel alio quodam casu irrepserit, planius possemus discernere: alterum fructum, ut ex diversarum Lectionum copia, quas veteres subministrarent Codices, seligere liceret quæcumque persanandis ac restituendis locis, quæ ad hunc diem corrupta vel defecta vulgo legebantur, inservirent. Quandoquidem vero facile adparebat, multa superfutura loca, quibus non nisi ex conjectura, plus illa minusve certa aut evidenti, remedium possit adferri; conquirendum simul adnotandumque putavimus quidquid esset, quod doctorum Virorum sagacitas, sive ex instituto id agentium, sive in transcursu, ad emendanda male habita Polybii loca protulissent: eisque virorum doctorum conjecturis quin nostras adjiceremus, si quæ occurrerent quæ insigni aliqua veri specie vel ipsa evidentiæ luce commendabiles viderentur, non duximus dubitandum.

Ceterum istum diversarum Lectionum et Emendationum ex conjectura prolatarum adparatum nonnisi tamquam ad spectaculum producere, et corruptissimam interim quamque aut invitis manuscriptis temere invectam Lectionem, utut parata adesset medicina, intactam tamen in Contextu relinquere, exiguæ res utilitatis semper nobis visa est; qua neque dignitati Scriptoris, in quem curam suam contulerit Editor, neque Lectorum usui atque commoditati satis esset consultum. Itaque ad instituti nostri caput atque summam eam, quam paulo ante significavimus, hoc ipsum porro vel maxime pertinebat, ut, ubicumque et manifeste corruptum visum esset id quod in Casauboniano

Contextu invenissemus, et simul aut certa aut valde probabilis visa esset Emendatio, quæ vel ex scriptis Libris vel ex conjectura rationibus criticæ artis nixa suppeteret, ibi *Emendationem illam*, proscripto errore, *in Contextum adoptaremus:* atque multo etiam magis, ut, ubi temere vel Is. Casaubonus vel priores Editores discessissent a veterum librorum vera aut vero proxima lectione, ibi, rejecta intempestiva correctione, quæ interdum a Scriptoris sententia prorsus aberrabat, Polybio quod suum esset postliminio restitueremus.

Sed ut de ratione, qua in emendando constituendoque Textu Polybiano essemus versati, eruditus quisque Lector per se ipse judicare, atque, ubi opus videretur, meliora certioraque ad expoliendum hunc Scriptorem facilius seligere exquirereque posset; intelleximus, *omnem Lectionis varietatem* ex superioribus editionibus atque ex manuscriptis libris excerptam, nec non *Conjecturas* pariter *virorum doctorum* illas, quæ speciem aliquam haberent, nec a nobis in Contextum essent adoptatæ, in medium tamen esse proferendas. Atque id quidem rectissime commodissimeque ita nos facturos fuisse poterat videri, si omnem nostrum ex eo genere adparatum infra Contextum statim oculis Lectorum subjecissemus. Quod duabus de causis non fecimus. Prima, quod tanta sæpius erat variarum Lectionum et Conjecturarum adnotandarum copia, ut in his prioribus Editionis nostræ voluminibus, quibus Textum Polybianum cum Latina Versione continua serie exhibere placuit, nimium spatii fuissent istæ notationes occupaturæ. Altera causa, quod ne sic quidem satis consultum intelleximus usui atque commoditati Lectorum. Namque disturbat inter legendum et obruit promiscua discrepantium Lectionum Emendationumque multitudo oculis Lectorum subjecta; neque fere aliam vim habet, nisi ut, dum omnia profunduntur, et in his multa non necessaria, nec per se quidem magnopere utilia, plerumque etiam reliqua, quæ attentionem utique merebantur, aciem effugiant legentium.

Itaque *discernenda duo genera* duximus *Notationum, ad varietatem Lectionis aut ad Emendationes ex conjectura propositas spectantium.* Nam quum et discrepantium Lectionum et Conjecturarum unum genus sit ejusmodi, ut, quamvis vel per se veri aliquam speciem habere possint, vel alia quacumque de causa adnotari mereantur, tamen nec cum illa Lectione, quæ in Contextum recepta fuerit, probabili ulla ratione possint conferri, neque dubitationem ullam de illius veritate debeant cuiquam lectorum movere: nec hoc quidem genus abesse debere putavimus ab ea editione, quæ copiosam materiam ad judicandum de tota constitutione Textus Scriptoris exhibere profiteatur; sed neque opus esse, nec admodum ex usu rati sumus, ut hujus generis Notationes inter legendum oculis constanter subjectas habeat lector Polybii. Quare satis esse duximus, si hoc genus Notationum *Commentariis* nostris et *uberioribus Adnotationibus,* quæ *separatim duobus voluminibus* huic Editioni adjicientur, inseratur; ubi simul, quoad quidem opus fuerit visum, causæ exponentur, cur Lectio, quam in Contextu exhibuimus, citra dubitationem fuerit præferenda, et cur diversæ lectionis aut conjecturæ nulla fuerit ratio in constituendo Textu habenda.

Sed *aliud* est *genus discrepantium Lectionum,* quibus tantum inest momenti, ut *in eis fortasse ipse Editor dubius fuerit,* aut dubius esse quodammodo debuerit, sint-ne ipsæ per se amplectendæ, et in Contextum, rejectis æmulis, adoptandæ? aut, an insint eis vestigia saltem (obscurata quidem illa, sed sagacioribus fortasse aut doctioribus non prorsus obscura) aliarum Lectionum, quæ cum his, quas probaverit Editor, de principatu utique possint contendere? Eodem pertinent *Lectiones quamvis manifeste corruptæ veterum Codicum in eis locis, quæ ex Conjectura sunt ab Editore emendata.* Nam quamvis evidens videri possit Emendationis adhibitæ ratio; tamen, quoniam usu venit subinde, ut vel oculatissimus sagacissimusque lubricam veri speciem pro ipsa veritatis luce arripiat; cogitare semper debebit Editor, fieri posse, ut vel minus, quam sibi visum fuerit,

corruptus sit locus; vel ut in alia orationis parte, de cujus integritate ipsi nunc non succurrit dubitare, cubet mendum; vel ut longe diversam ab ea, quæ nunc ipsi unice necessaria videtur, requirat medelam. Similiter inter conjecturas a viris doctis ad ea loca propositas, quæ vel sana judicaverit Editor vel diverso modo emendanda, sunt Conjecturæ ejusmodi, quas negari non potest insigni veri specie esse præditas et dignas utique quarum ratio habeatur. Igitur quidquid nobis innotuit sive discrepantium Lectionum sive Conjecturarum, quod ad alterum hoc genus pertinere visum est, id ita adnotandum putavimus, ut *quaque pagina simul cum Contextu nostro Polybiano oculis Lectorum statim subjiceremus.*

Atque ut interim, dum uberiores nostræ Adnotationes prodierint, planius intelligatur ratio, quam in *selectu horum brevium Scholiorum faciendo* tenuerimus; paulo etiam enucleatius Leges eas, quas hujus rei causa nobis ipsi præscripsimus, exponemus. Scilicet 1°. Ubicumque aut scripti Libri aut aliqua superiorum Editionum exhibebant Lectionem, quæ, cum a nobis in Contextum non fuerit recepta, tamen vel per se insignem aliquam speciem veritatis habere, vel probabilis alicujus Lectionis continere vestigia videri poterat: ibi eam Lectionem continuo infra Contextum adnotavimus, ut in promtu atque ad manum esset Lectori, si cui ea magis arrideret. 2°. Ubi dubiosam aut etiam manifeste vitiosam Lectionem in Contextu retinuimus, quoniam non succurrebat evidens aut satis commoda emendatio, quæ in prioris Lectionis locum ipsi Textui inseri mereretur; ibi et varias Codicum aberrationes, si quæ erant, quamvis mendosas, plerumque adscripsimus; quippe in quarum una aut altera fortasse clariora veri vestigia deprehendere perspicacior aliquis aut doctior Lector posset: et Conjecturam simul unam aut alteram, quæ præ ceteris tolerabilior videbatur, adponendas duximus; ut, qui minus essent exercitati, aliquid saltem, quod teneat, haberent. 3°. Ubicumque ex Conjectura, sive nostra, sive aliena, emendatus est Contextus noster: ibi semper et hoc

ipsum statim adnotavimus, *ex Conjectura emendatum* esse locum, et Lectionem superiorum Editionum scriptorumque Librorum infra Contextum, ut e vestigio de emendationis ratione judicari quodammodo posset, adposuimus; paucis passim locis exceptis, ubi nimis prolixum fuerat omnes atque multifarias librorum aberrationes expromere, quæ in plenioribus Adnotationibus proferentur.

Contra, ubi ex veterum Librorum auctoritate restituimus emendavimusque loca, quæ in superioribus Editionibus corrupta aut defecta legebantur; ad ea loca, quoties lectio, quam ex MStis Libris adscivimus, ejusmodi nobis esse visa est, ut de ejus veritate nulla dubitandi ratio probabilis superesset, nihil infra Contextum adnotavimus, et mentione facienda lectionis oppido mendosæ aut alienæ, quam ex meliorum Codicum auctoritate proscripsimus, turbare attentionem Lectorum noluimus. Itaque nemo putet, nullibi esse Textum Polybianum, qui adhuc vulgatus erat, in hac Editione a mendis purgatum, aut lacunas suppletas, nisi eis in locis, ad quæ in brevibus illis Scholiis varietatem aliquam videant adnotatam. Neque vero miretur Lector, si in eisdem Scholiis varietates interdum notatas invenerit ejusmodi, quæ per se exigui videantur esse momenti, ut ad sententiam quidem parum intersit, utram Lectionem amplectamur: meminerit enim, eam ipsam ob causam esse istas discrepantias simul cum ea Lectione, quam in contextu expressimus, oculis legentium subjectas, quoniam, cum veram atque genuinam Auctoris scripturam exhibere, quoad fieri posset, voluissemus, vel dubii nos ipsi fueramus, utra esset verior, vel ab erudito Lectore probabili ex ratione dubitari aut judicium nostrum prorsus improbari posse suspicabamur.

Ceterum in omnibus illis Notationibus Contextui subjectis pariter et *inutilem prolixitatem et obscuram brevitatem evitare studuimus.* Lectiones codicum, Conjecturasque virorum doctorum et nostras, ubi ex legibus præscriptis usus videbatur poscere, adnotavimus: causas, cur earum alias probaremus, alias minus, non adjecimus; quas ple-

rumque per se facile perspiciet eruditus Lector, et, qui scire desiderat, in Commentariis expositas inveniet. Sed quæ adnotavimus, ea ita posuimus, ut neque, ad quem locum pertineret quæque notatio, neque qua in re inesset discrepantiæ aut conjecturæ cujusque vis atque ratio, obscurum esse posset. Notas etiam, quibus varios Codices, Editiones, aut nomina Virorum designavimus, noluimus esse ambiguas aut ejusmodi ut in eis describendis nimis proclives essent operarum typographicarum errores.

IV.

Subsidia Codicum Manuscriptorum, *quibus usi sumus in emendandis* quinque prioribus Polybii Libris.

1. Codex Bavaricus.

In *prioribus quinque Polybii Libris*, qui integri ad nos pervenerunt, postquam duas principes Editiones, Hagenoensem et Basileensem cum Casauboniana doctus noster amicus Joh. Georgius Dahler diligenter nostri causa contulisset; præter spem opinionemque accidit, quod olim in recensendo Appiano nobis contigerat, ut manuscriptos Codices eosdem, quibuscumque usi essent superiores Editores, tractare recognoscereque liceret. Quæ res sicuti sola per se multum quidem abfuit ut ad emendandum pro desiderio nostro Polybium sufficeret, sic maximum tamen adtulit adjumentum et ad rectum judicium de Textu, qui adhuc fuerat vulgatus, faciendum, et ad tollenda quam plurima omnis generis menda, quæ vel ex primis Editionibus (in quas partim errore aut festinatione Editorum, partim etiam operarum culpa irrepserant) in Casaubonianam propagata erant, vel ab ipso demum Casaubono, dum errores corrigere studuit, fuerant invecta. Primus igitur Codex, quem excussi, et cum exemplo Casauboniano, ad cujus oram Lectiones priorum editionum et lectiones Augustanæ Bœcleri erant adscriptæ, accurate contuli, *Bavaricus* ille est, quem jam ipse Is. Casaubonus, ut supra vidimus, in manibus habuerat; cujus ejusdem codicis usura per Serenissimi Electoris Palatino-Bavarici indulgentiam in sex

menses nobis fuit concessa. Modico volumine, cujus spissitudo duos vix transversos digitos æquat, continentur *Historiarum Polybii Libri quinque priores*[x]: (quorum primus inscriptus est Πολυβίου Μεγαλοπολίτου Ἱστοριῶν πρώτη.) tum Ἡρωδιανοῦ Ἱστοριῶν libri octo: denique Ἡλιοδώρου Αἰθιοπικῶν libri decem: omnia ab initio ad extremum ab eadem manu, tam nitidis quam minutis calami ductibus, tersissimis in membranis descripta. Ætatem definire non ausim: scriptura Seculum XIV. videtur prodere. Medio sec. XVto Constantinopoli in occidentem delatum fuisse codicem, fidem facit id quod in postrema membrana non sane ipsius Calligraphi manu, sed illius qui tunc codicem hunc possidebat, scriptum est his verbis: αὕτη ἡ βίβλος ἠνέχθη ἐκ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως μετὰ τὴν ἄλλωσιν (sic, pro ἅλωσιν) ταύτης. ἔστι δ᾽ ἐξ . . . Quæ sequebantur, de industria erasa sunt. Paulo vero inferius, in eadem pagina, hæc leguntur, quæ rursus ab alia manu ac fortasse aliquot annos ante superiora scripta sunt, quo tempore postremum Constantinopoli Concilium præsentibus tribus Patriarchis A. C. 1540 habitum est[y]: Πάντων ποθούντων προστρέχου πρὸς τὴν πόλιν, ὅπου πανάγιοι τοῦ θεοῦ λόγου παῖδες ἔστησαν εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης. Ὁ ἐν πολέμοις νικητὴς, καὶ ἐν κινδύνοις ἰατρός· ὑπὸ τροχῶν καὶ μαγγάνων χεῖρας ἐξέτεινας μεγαλομάρτυς τοῦ Χρίστου Γεώργιος. διόπερ ὑπὲρ ἡμῶν δυσώπει τὸν κύριον.

Ex dono *Joachimi Camerarii, reipubl. Norimbergensis Medici*, Anno 1577 in Serenissimorum Bavariæ ducum Bibliothecam pervenisse hunc codicem, docet inscriptio quæ in fronte libri legitur. Quod ubi vidi, cum meminissem Norimbergensem perhiberi Ætzelium illum, e cujus Codice manuscripto Obsopœus anno 1530 eosdem quinque priores Polybii libros primum vulgaverat; subiit animum cogitatio, esse fortasse *eumdem ipsum Codicem, quo usus olim Obsopœus esset; ex quo adeo, tamquam unico fonte,*

x In impresso *Catalogo Græcorum MStorum Codicum Bibliothecæ Sereniss. Bavariæ Ducis*, No. CXCVII. perperam perhibetur, *octo* inesse huic codici *libros Polybii*.

y De quo conf. Cave in Scriptorum Ecclesiasticorum Historia Literaria ad istum annum.

ducta fuerit princeps Polybii Editio. Eamque cogitationem mox ipsius Codicis cum Obsopœi Editione curatius instituta collatio ita confirmavit, ut nullus dubitandi locus relinqueretur. Quo cognito, tantum abfui, quin cessandum a labore aut negligentius pergendum in excutiendo hoc Codice putarem, ut, non secus ac si nemo ante nos eodem fuisset usus, ad ejus præscriptum ab initio ad finem, quam diligentissime potui, exegerim Contextum ad hunc diem vulgatum. Ac tanto quidem dignior erat hic Codex, qui de novo solicite et curatissime excuteretur, quod a diligente utique atque docto librario scriptus, et a probo exemplo transscriptus est: ita quidem, ut compluribus in locis haud dubie vera genuinaque Auctoris scriptura hoc codice nobis conservata sit, ubi reliqui omnes, qui quidem nostram ad notitiam pervenerunt, vel depravati sunt vel lacunis laborant. Ac licet eximia et fide et industria atque doctrina Obsopœum, quum ex unico hoc Codice Polybium vulgaret, partibus Editoris functum esse cognoverim; tamen, præter plurima loca in quibus operarum puto culpa ab exemplari discessum est, haud pauca etiam deprehendi, in quibus ipse Editor sive per festinationem, sive quod Codicis scripturam parum nonnumquam intellexit, a vero aberraverat. Itaque si Is. Casaubonus hunc codicem, qui ei ad manus fuerat, cum Hervagiana saltem editione (quoniam Obsopœanam excutere non dignatus est) accuratius contulisset; plurima profecto in illo erat inventurus, quæ ad emendandum Polybium valebant in ejusmodi locis, quæ nunc vel intacta reliquit doctissimus ille Editor, vel ex ingenio in aliam partem quam veritas tulerat mutavit.

Lituræ vel nullæ omnino insunt libro Bavarico, vel oppido paucissimæ. Locis nonnullis discrepantem lectionem eadem manu vel superscriptam alteri lectioni vel in margine notatam exhibet: quo ex genere sunt eædem illæ Lectiones, quas in ora suæ editionis expressit Obsopœus[z].

[z] Conf. quæ supra dicta sunt sect. ii. n. 1. In una quidem earum Lectionum, quæ in ora cod. Bav. adnotatæ sunt, mirum quid accidit diligentissimo aliâs et haudquaquam sane indocto illi Editori. Nam quum lib.

Ceterum nolim dissimulare, nonnullis in locis, sed eis sane haud frequentibus, Lectionem, quam exhibet hic Codex, ex docti viri conjectura nobis visam esse prognatam, sive is ipse fuerit scriba codicis, sive antiquior aliquis Literator, qui suas Conjecturas illi exemplari, e quo derivatus est Bavaricus codex, intulerat. Verbi causa, lib. ii. cap. 61, 6. ex mera utique conjectura, eaque parum felici, insertum pronomen negans οὐδὲν ab eo videtur, qui vocabulo ἐμποδὼν aliam sententiam, quam quæ ibi obtinet, subjecerat: quare negationem, quam ignorant ceteri codices, ejicere e contextu non dubitavi. Sic iv. 25, 6. quum verbum συνανασώσουσι, quod recte conservarunt veteres membranæ Vaticanæ, corruptum fuisset et in συναντήσουσι mutatum; Criticus noster, videns non convenire cum hoc verbo ea quæ sequuntur, pro εἴ τινα scripsit εἰς ἣν ἂν, quod ex cod. Bav. expressit Obsopœus: quo facto, alius deinde vir doctus (quem Casaubonus secutus est) intelligens particulam ἂν subjunctivum modum requirere, κατέχουσιν porro in κατέχωσιν mutavit. Similiter iv. 65, 2. cum in veteribus libris mendose scriptum fuisset γενόμενος δὲ τοῦ στρατοπέδου, quod non dubito quin ex γέμοντος δὲ τοῦ στρατοπέδου corruptum sit; corrector ille, aliam conjecturam sequens, posuit γενομένων δὲ τῷ στρατοπέδῳ. Omitto alio, de quibus suis locis disseretur.

2. Codex Augustanus.

Jam, ut in Hervagiana Editione, quam pro basi suæ recensionis posuit Casaubonus, quid ex manuscriptis Codicibus esset ductum, quid contra sive conjecturæ Editoris sive operarum errori ortum deberet, certius possemus judicare, *Augustanus* ille consulendus *Codex* erat, qui, ut supra docuimus[a], cum editione Obsopœi in usum Hervagianæ olim fuerat collatus. Quamquam enim eumdem Codicem rursus cum editione Casauboniana jam pridem Bœ-

iii. c. 10, codex Bav. in contextu daret οἷόν τε εἶναι, in ora autem libri poneret Γρ'. ἦν, Obsopœus, aliud tunc animo agens notam Γρ'., quæ γράφεται significat, particulam γὰρ designare ratus, οἷον τε γὰρ ἦν edidit.

[a] Sect. ii. n. 2.

clerus nostrâs contulit, Lectionesque ex illo excerptas publici juris fecit; tamen satis eram experimento edoctus, longe aliam vim habere, si Editori liceat ipsi suis oculis lustrare veteres Codices, atque si Lectionibus uti cogitur ab alio quamvis docto diligenteque viro excerptis. Itaque postquam hunc Codicem beneficio Amplissimorum ex Senatu Augustano Virorum, qui Bibliothecæ publicæ præfecti sunt, et clarissimi *Mertensii* Bibliothecarii benevolentia, sum consecutus; sedulo totum Librum denuo perlustravi, eumdemque eorumdem Virorum indulgentia ad hunc usque diem ad manus habeo, et idemtidem in locis dubiis rursus inspicio atque consulo. Eoque minus pœnitere nos debuit laboris in hujus pariter codicis excussionem impensi, quod bene multas Lectiones in eodem inveni haud dubie probas aut ad verum propius, quam vulgata Lectio, accedentes, quæ vel prorsus præteritæ erant a Bœclero, vel parum recte enotatæ.

Codex est Bombycinus, satis eleganti manu minutis characteribus conscriptus, ita ut uno volumine, majori quidem forma, sed modicæ ceterum molis, simul cum quinque prioribus Polybii Libris Excerpta etiam ex reliquis Libris a sexto ad decimum octavum, ab eadem manu descripta, contineantur. Quod ipsum singulare ac proprium est huic Codici; quum ceteri omnes, quotquot hodie supersunt codices Polybiani, vel solos quinque Libros integros vel sola Excerpta complectantur: nam Mediceus, de quo infra dicetur, uno quidem pariter volumine omnia eadem cum Augustano comprehendit; sed ab alia manu scripta Excerpta habet, ab alia Libros quinque integros. Augustanus noster haud dubie in eorum fuerat numero librorum MStorum, quos anno MDXLV Venetiis de Antonio Eparcho, Episcopo Corcyræo, octingentis nummis aureis emendos curasse Senatum Reipubl. Augustanæ Reiserus refert, in Indice MStorum Bibliothecæ Augustanæ. De fatis ejusdem Codicis, ab Turcis ablati, nescio quid narrabat inscriptio recentiori Græco idiomate primo folio inscripta, cujus quidem pars consulto obliterata est. Ætas

libri eadem fere, quæ Bavarici: sed familia diversa. Certe bene multis in locis a Bavarici exempli Lectione dissentit, ac sæpe quidem meliorem in partem. In margine rarissimas habet Lectiones a Contextu discrepantes, ab eadem manu adnotatas. Ceterum passim hoc vitio laborat, ut simili verborum vel initio vel exitu deceptus librarius ex uno versu in alium inferiorem aberraverit: quo ex errore quæ natæ sunt orationis lacunæ, eas ex Obsopœi Editione deinde supplevit vel Xystus Betuleius vel is cui ille hoc negotium commiserat[b]. Neque tamen omnium istarum lacunarum culpa in ipsam hujus Codicis scribam, satis ceteroquin accuratum, est conferenda; sed major certe pars ex vetustiori exemplari, ut mox videbimus, est propagata.

3. Codex Regius A.

Cum priori parte Augustani Codicis, quæ quinque priores Polybii Libros continet, plerisque in locis, ubi a Bavarico ille dissentit, convenit *Codex Regis nostri Christianissimi, No. MDCXLVIII.*, quem cum ceteris Codicibus Polybianis ex Regia Bibliotheca, intervenientibus Cel. Brunckii nostri amicissimis officiis, ad nos in usum hujus Editionis miserat Bibliothecæ Custos Clar. Bejot, vivis interea temporis insigni literarum amicorumque jactura ereptus. Multum hic Codex, quem *Regium A.* insignivi, differt ab illo Regio Codice, quo usus Casaubonus est, de quo deinceps dicemus. Foliis chartaceis non amplius duobus et octoginta, sed eis formæ longe maximæ, quam Regalem appellare consuevimus, quinque illos integros Polybii Libros comprehendit. Manu *Cæsaris Strategi* exaratum videri, monuit vir doctus, qui hunc Codicem in Catalogo Codicum Græcorum Bibliothecæ Regiæ recensuit: puto, quod ex aliis Codicibus nota ei manus fuerat illius Calligraphi[c]. Cum quo consentit, quod de Codice Po-

[b] Juvenilis ea manus est, ac fortasse adolescentis illius, *Joh. Rhemi*, Abusiani, cujus opera in conferendo hoc Codice usum se esse ait Xystus Betuleius in Epistola Codici præfixa, quam ex Bœcleri Lectionibus supra commemoravi sect. ii. n. 2.

[c] *Cæsarem Strategum*, Lacedæmonium, versus finem seculi xv. complures scripsisse Codices, quorum ma-

lybii legimus, qui in Bibliotheca Dominicanorum S. Petri et Pauli Venetiis exstat ab eodem Cæsare Stratego scriptus, in cujus Codicis fine monetur, *eumdem Strategum similem Codicem scripsisse Florentiæ*[d]. Namque Codicem hunc Regium, de quo agimus, *olim Mediceum* adeoque Florentinum fuisse, docet idem Catalogus Bibliothecæ Regiæ, quem paulo ante commemoravi: neque vero alius Florentiæ exstat Codex Polybii a Cæsare Stratego scriptus. Jam quod ad Contextus Polybiani spectat conditionem, cum Augustano quidem Codice ita propinqua cognatione conjunctus est hic Regius, ut a communi utriusque stirpe neuter nimis longe videatur esse remotus. Sed passim tamen Regius, quamquam Augustano junior, melioris aliquanto notæ esse mihi visus est, et paulo pressius insistere vetustioris communis exemplaris vestigiis. Ac licet plerasque lacunas, quibus subinde laborat Augustanus, cum eodem Regius hic communes habeat; utpote quibus exemplar, e quo ductus est uterque, jam fuerat fœdatum: tamen subinde in ipso Contextu idem Regius accurate expressos exhibet versus nonnullos, qui in Augustano, a prima manu omissi, ex Obsopœi demum editione ad marginem adscripti sunt: verbi causa III. 111, 1. V. 78, 5. Nonnumquam etiam ei Lectioni, quam cum Augustano communem hic in Contextu habet, ab eadem manu superscripta illa Lectio est, quam Bavaricus expressit: (veluti illo ipso loco, quem ex lib. IV. c. 65, 2. paulo ante[e] citavimus:) ut videatur in vetustiori etiam exemplari eadem sive Lectio sive Conjectura pariter fuisse adnotata.

4. Codex Vaticanus.

Est in *Vaticana Bibliotheca*, præter alios Codices Polybianos, unus omnium qui hodie supersunt antiquissimus,

xima pars habetur in Biblioth. Regia, et in Biblioth. Dominicanorum Venetiis, docuit Montfaucon in Palæogr. Græca p. 96 et 82.

[d] Vide eumdem Montfaucon in Bibliotheca Bibliothecarum Manuscriptorum T. I. p. 479. Idque ita haud dubie intelligi debet, ut vel alter istorum Codicum ex altero, vel uterque ex eodem tertio exemplari fuerit a Stratego descriptus.

[e] Sect. hac iv. n. 1.

No. CXXIV. signatus; quem Vir Doctissimus ac de Polybio nobisque meritissimus, JOSEPHUS SPALLETTUS, cum Editione Hervagiana diligentissime contulit, Lectionesque inde excerptas, pro singulari suo bonas Literas juvandi studio, benevole nobiscum communicavit. Exaratus est Codex optimo stylo in membranis prægrandibus CCCIV, duabus in quaque pagina columnis. Nomen scribæ in fine adjectum legitur, et dies, quo absolutus labor est, his verbis: Πολυβίου Ἱστοριῶν Ε΄. Εὐτυχῶς χρῶ. Ἐγράφη χειρὶ Ἐφραΐμ μονάχου. μηνὶ ἀπριλλίωι[f] ε΄. ἰνδ. ε΄. Anni nota, nescio quo casu, vel non adjecta est, vel hodie nusquam comparet: neque scribæ illius nomen aut ætas aliunde, quod sciam, nota est. Ceterum antiquum sane esse codicem, cum ex literarum ductibus, tum ex reliqua libri conditione ac forma adparet. *Antiquissimum* vocavit Montfaucon in Bibliotheca Bibliothecarum T. I. p. 4. Circa Seculum undecimum esse exaratum judicavit Spallettus noster. Quidquid sit, certe alios omnes codices Polybianos, quotquot supersunt, qui priores quinque libros integros continent, ætate longe post se relinquunt Vaticanæ istæ membranæ. Quare quum et in tribus Codicibus, de quibus ante dixi, et in duobus aliis, quibus usus est Is. Casaubonus, pariterque in Ursini codice, haud procul ab initio libri primi duobus locis inessent hiatus illi, qui in editione Hagenoensi et Basileensi conspiciuntur et in Contextu Casauboniano nonnisi ex Ursini ingenio expleti sunt[g]; cupidus inprimis sui cognoscendi, eisdem-ne lacunis antiquæ hæ membranæ similiter essent fœdatæ. Et cognovi, non fuisse illas ab hujus labis contagio immunes.

Sed nemo idcirco suspicetur, esse fortasse primas has membranas, quas illa pestis invaserit, ut ex hoc deinde exemplo reliqui omnes nostri codices sint derivati. Neque

[f] Sic constanter *iota* in diphthongo ῳ non subscripsit ille librarius, sed pro antiquo more ad latus vocalis ω adposuit.

[g] Vide lib. i. cap. 2, 7 sq. et cap. 3, 3. Confer Is. Casauboni Comment. ad ea loca.

enim in his membranis exesum aliquid aut vetustate corruptum in illis locis est, ubi sunt isti hiatus; sed spatia, quæ sunt vacua relicta, satis indicant, ex vetustiori exemplari labem esse propagatam. Et vero reliquorum Codicum collatio docet, multo vetustius Vaticano hoc Codice fuisse Exemplar illud, quod pro communi omnium nostrorum Codicum fonte sit habendum. Etenim Bavaricus Codex, ut jam supra innuimus, complures habet probatissimas Lectiones, quæ in Vaticano depravatæ reperiuntur, et alias nonnullas lacunas, quibus ille laborat, rectissime explet. Augustanus vero et Regius, quos mutua cognatione arctissime inter se conjunctos esse dixi, cum Vaticano multo quidem frequentius atque constantius, quam cum Bavarico, conspirant, atque illius familiam propius utique attingunt; nec tamen ad ejusdem exemplum sunt descripti: quippe qui passim, partim in probatis Lectionibus, partim in depravatis, contra Vaticanum stant a partibus Bavarici. Ex quo intelligitur, per diversos canales atque variis temporum successionibus ex communi Fonte derivatos esse hos Codices omnes quos nobis fortuna servavit[h]. Eoque majorem necesse est fuisse illius vetusti Exemplaris ætatem, quoniam eo tempore, quo ex illo describi cœperunt illi Codices, qui veluti stirpes nostrorum sunt habendi, jam situ ac vetustate fuerat exesum; quo factum est, ut illarum lacunarum contagium, de quibus supra dixi, ad omnes pervenerit. Sed non solum antiquitate venerabile fuisse necesse est illud vetustissimum et commune Codicum nostrorum exemplar, verum etiam probitate præstitisse: quandoquidem conferendo inter se varias Lectiones codicum, ex illo fonte derivatorum, satis emendatus Polybius prodire potest. Videturque idem vetustus Codex passim variantes Lectiones sive ad marginem sive intra lineas habuisse adnotatas; unde pars earum varietatum, quæ hodie in Codicibus nostris reperiuntur, originem duxerint. Sed quemadmodum lacunarum illarum contagium ex isto fonte

[h] Confer quæ infra n. 6. de Codice Urbinate dicentur, et n. 8. de Suidæ Codice Polybiano.

ad reliquos omnes Codices manavit; sic et variæ aliæ labes, quibus jam infectus idem ille fons fuerat, rivos omnes, qui inde ducti sunt, pervaserunt. Quo factum est, ut quamvis diversarum familiarum Codices, qui ad ætatem nostram pervenerunt, nimis multis tamen in locis in scripturam manifeste corruptam veluti conjuratione quadam consentiant: unde latus etiamnum Emendationum ex conjectura tentandarum campus est relictus.

Ad *Vaticanum* nostrum Codicem ut redeam; sicut ex omnibus, qui hodie supersunt, est antiquissimus; sic plurimis in locis, ubi ceteri corrupti sunt, vel illibatam plane nobis servavit veritatem, vel non ita longe a recta via aberravit, quin veri vestigium attentus Lector satis etiamnum facile internoscere possit.

5. Codices Florentini.

In *Adparatu Gronoviano ad Polybium*, quem adparatum singulari Illustris Ruhnkenii beneficio debeo[i], est exemplum Editionis Gronovianæ, cujus margini in quinque prioribus Polybii libris adscriptæ sunt discrepantes Lectiones ex duobus *Codicibus Florentinis;* quarum Lectionum pleræque nulla adjecta nota codicis distinguuntur, aliæ vero litera F. aliæ litera L. insignitæ sunt. Illorum Codicum alter (ut intellexi ex eis quæ ad finem libri quinti notavit Gronovius) est *Codex* ille membranaceus *Bibliothecæ Benedictinorum beatæ Mariæ Florentinæ*, Anno 1417 exaratus, quem postea laudavit Moutfaucon in Palæogr. Græca p. 76 sq. rursusque in Bibl. MStor. T. I. p. 415. Alter *Codex* est *Bibliothecæ Laurentianæ Mediceæ*, qui anno 1435 ex superiori descriptus est; de quo, præter eumdem Montfauconium in Palæogr. p. 79. et Bibl. MStor. p. 375. n. IX. consuli potest Bandinius in Catal. Biblioth. Laurent. T. II. p. 628. Ex istis duobus Codicibus Jac. Gronovius Mediceum hunc prius, quam alterius notitiam habuisset, tractaverat ac cum sua editione diligenter contu-

[i] Vide supra, sect. ii. n. 5.

lerat. Deinde, ut comperit alium esse in Abbatia Benedictinorum codicem, atque etiam ex eis quæ in fronte illius codicis leguntur intellexit, ex eodem codice Benedictinorum descriptum esse Mediceum, denuo ad illum non minori cura excutiendum sese accinxit. Et in hac quidem collatione, si qua in re discrepare deprehenderet apographum ab exemplari, ad lectionem ex apographo jam adnotatam adjecit literam *L.* id est *Cod. Laurent.;* alteri vero Lectioni, quam nunc demum ex exemplari enotabat, adjecit literam *F.* id est *Cod. Florent.;* ubi consentirent inter se codicis utriusque lectiones ab impresso discrepantes, ibi lectioni ex altero codice jam adnotatæ nullum signum adjecit. Quod per has ambages ductus est Gronovius, qui haud dubie, si in Florentinum illum prius incidisset, alterum vix fuerat inspecturus; id hactenus in Polybii cessit commodum, ut collatio ista (quam haud vulgari cura institutam esse credi potest ab eo viro, qui Polybium jam ipse ediderat, et alteram moliebatur emendatiorem editionem) tanto exquisitior certiorque fieret, quoniam iterato est instituta. Nos vero, uti par erat, aberrationes apographi negligentes, utrumque codicem pro uno censuimus, quem *Flor.* insignivimus.

Ac sane maximum nobis ad emendandum Polybium quam plurimis in locis subsidium opera ista Gronoviana erat collatura, nisi jam ex aliis bonæ notæ codicibus plerumque enotatas habuissemus easdem probas Lectiones, quas e Flor. adnotavit Gronovius. Scilicet, ubi a Bavarico recte discedunt Augustanus et Regius A., ibi cum his plerumque consentit Florentinus: cum Vaticano autem adeo constanter et usquequaque (quatenus quidem ex excerptis utriusque Lectionibus judicare licet) conspirat, ut vix dubitari posse videatur, esse illum ex ipsis illis Vaticanis membranis transscriptum. Neque tamen, quod Vaticani codicis Lectiones Spalletti beneficio in manibus habui, eam ob causam parum mihi usui fuerunt Gronoviana hæc ex Florentino excerpta. Quamquam enim summa cura fideque ex Vaticanis membranis quidquid memorabile vi-

debatur excerpsit præstantissimus noster Spallettus; fieri tamen nullo modo potest, quin vel oculatissimi diligentissimique viri aciem fugiat subinde Lectio, aut eidem negligenda videatur, quæ Editori quidem neutiquam indifferens erat futura. Atque ita usu venit, ut, quemadmodum nonnulla a Spalletto adnotata sunt, quæ prætervolavit Gronovius, sic multa rursus idem Gronovius excerpserit, in quibus quidem initio, quoniam nihil a Spalletto vidi commemoratum, dissentire Florentinum a Vaticano putaram; deinde vero, postquam de eisdem locis denuo recognoscendis compellassem eumdem candidissimum Virum, cognovi amice inter se utrumque codicem conspirare. Quo sit, ut in reliquis etiam locis, ubi probabilem aliquam Lectionem ex Flor. a Gronovio excerptam vidi, quæ est a Spalletto prætermissa, tamen plerumque vix dubitandum putaverim, quin eadem in Vaticanis pariter membranis legatur. Tantum vero abest, ut doctissimo Viro, qui singulariter prorsus de Polybio nostro meritus est, incuriam aliquam isto nomine imputatam velim, ut lubens meritoque profitear, et fidem et diligentiam et sagacitatem humanissimi Viri sæpenumero me hoc ipso maxime esse admiratum, quod discrepantias etiam eas, quæ per se quidem exigui prorsus momenti videri poterant, at nos tamen ad verum inveniendum mirifice interdum erant adjuturæ, plerumque non neglexerit. Ceterum mihi quidem ipsi, postquam Augustanum codicem satis accurate excussisse mihi visus eram, deinde, ubi cognatum illius Regium tractare cœpi, sæpe etiam tunc accidit, ut in hoc animadverterem Lectiones ex Aug. a me non enotatas, quas tamen in eodem Augustano, ubi denuo illum inspexi, perspicue inesse deprehendi. Lectiones autem Florentinæ a Gronovio, et Vaticanæ a Spalletto excerptæ, eo magis etiam adcommodatæ erant ad mutuam sibi opem ferendam, quoniam Vaticanus codex cum Contextu Hervagiano, Florentinus autem cum Casauboniano, qui multum multis in locis ab illo differt, est collatus.

6. Codex Urbinas, s. Urbino Vaticanus.

Vetustissimæ illæ *membranæ Urbinates*, quæ in Excerptis ex libro VI Polybii et sequentibus instituto suo haud parum utiles fuisse professus est Is. Casaubonus[k], non solum ex illis, quos dixi, verum etiam *ex quinque prioribus Polybii libris* similia *Excerpta* complectuntur. Formæ quadratæ Codex est, foliis 286 membranaceis constans, inter Græcos Codices qui ex Urbinate Bibliotheca in Vaticanam transierunt No. CII. signatus; a *Michaele Tra . . sp . .* circa Seculum XII judice Spalletto exaratus: unus, quod sciam, ex omnibus qui hodie supersunt, in quo illa ex libris quinque prioribus Excerpta simul cum sequentium librorum Excerptis contineantur. Cujus et vetusti et per se præstantis Codicis propius cognoscendi tanto magis fueram cupidus, non modo ut, quid ex illo suum in usum converterit Casaubonus, discerem, atque codicis lectiones ab Editoris conjecturis possem discernere; verum etiam quod sperarem, haud contemnendum spicilegium probarum Lectionum, vel talium quæ veri vestigia facilius dignoscenda servarent, ex illo me reportaturum. Simul ex eodem Codice posse melius judicare sperabam de ratione, qua Excerpta ista ex sequentibus etiam Polybii libris, quos nobis edax rerum tempus subtraxit, fuissent selecta. Atque illud desiderium istamque spem idem nobis explevit, cujus merita de Polybio nostro nobisque toties laudavi, numquam satis laudandus Spallettus; qui hujus quoque Codicis nostram in gratiam excutiendi et cum Hervagiana Editione conferendi negotium perhumaniter liberaliterque in se suscepit. Accesserunt quidem nobis paulo post in thesauris Gronovianis ad Polybium pertinentibus Lectiones ex eodem Codice Urbinate ad oram exempli editionis Basileensis ab ipso Is. Casaubono adnotatæ[l]; sed ex quinque priorum librorum Excerptis, quæ Codex ille continet, rariores Lectiones ibi enotatæ erant. Multo crebriores a Spalletto sunt collectæ: quæ

k Vide supra, sect. ii. n. 4. l Vide sect. ii. n. 5.

plerumque probas Vaticani Lectiones, ubi hæ a vulgata lectione discedunt, egregie confirmant. Sed non in probatis solum lectionibus, verum etiam in depravatis nonnumquam cum eodem Vaticano consentit, ubi Augustanus et Regius A. simul cum Bavarico verum tenuerunt. Ex quo intelligere licet, non modo hoc ipsum Urbinas exemplum, sed etiam illud quo usus erat is qui hæc Excerpta primum compilavit, ex eodem Fonte cum Vaticano codice, adeoque etiam cum ceteris omnibus, qui hodie supersunt, esse propagatum. Unde simul adparet, ne hac quidem ex parte speciem veri relinqui illorum sententiæ, qui ad Brutum auctorem voluerunt compilationem istam referre.

Jam ut de selectu atque judicio, quo confecta sunt sequentium pariter librorum Excerpta, judicare lectores Polybii possint; haud alienum fore intelligo, si velut in tabula quadam, quænam sint fragmenta ex quinque prioribus libris ab hoc Epitomatore collecta, exponamus: quod per Spalletti nostri diligentiam nobis licet, qui accurate et initium et finem cujusque Excerpti, simulque quæ ad oram Codicis passim scripta sunt, adnotavit[m]. Sed ne nimis longi simus in hac Præfatione, commodior ei rei locus fuerit in uberiorum nostrarum ad Polybium Adnotationum introitu, ubi simul alia nonnulla ad Codices Polybianos pertinentia, quæ nunc in compendio dicta sunt, enucleatius exponentur et prolatis (quoad opus fuerit) rerum documentis confirmabuntur. Verumtamen speciminis loco subjiciemus interim eorum Excerptorum, quæ ex secundo Polybii libro ducta sunt, seriem. Nam Excerpta primi libri dubitationis nonnihil habent, quoniam initio hujus Codicis desunt nonnulla folia vetustarum membranarum, quæ ab alia manu, incertum qua fide, suppleta sunt: de quo longum fuerit hoc loco disputare. Initio quidem primi libri ab altera illa, quam dixi, manu hic

[m] De minoribus nonnullis Fragmentis quæ in ora hujus Codicis scripta leguntur, confer Is. Casaubonum in Fragmentis Polybianis p. 1028. Edit. Gronov. T. II. p. 1541. (Ern. T. III. p. 263 sq.)

Titulus est inscriptus: Τῆς Πολυβίου Ἐπιτομῆς λόγος πρῶτος. Secundo libro nil aliud inscriptum, nisi Πολυβίου τοῦ Β'. λόγου. Et sic in ceteris libris. EXCERPTA EX SECUNDO LIBRO DUCTA hæc sunt: I. Τὸ μὲν γὰρ ἀνθρώπους ὄντας—τοῖς εὖ φρονοῦσιν. quæ verba sunt cap. 7, 1—3. II. Τῆς δὲ συμπάσης Ἰταλίας—ταῦθ' ὑπῆρχεν. cap. 14, 4. cap. 17, 8. Ubi incipit illud Excerptum, ibi in *Ora Codicis* notatur: Οἵα ἡ Ἰταλία. Et in *eadem ora*, eadem pagina, hæc leguntur verba ex cap. 8, 8. ducta: Τεύτας. Κοινῇ μὲν ἔφη πειρᾶσθαι et seqq. usque Ἰλλυριοῖς τὰς κατὰ θάλατταν ὠφελείας. Tum ibidem: Πρεσβευτοῦ. Ῥωμαίοις μὲν, ὦ Τεύτα, usque πρὸς Ἰλλυριούς. ex cap. 8, 10. seq. Rursus *in ora* codicis pag. seq. ubi in contextu continuatur locus de Italiæ habitu atque natura, legitur illud comma, quod est cap. 4, 5. Αἰτωλοὶ δὲ usque ἐν τοῖς πολεμικοῖς. Tertium Excerptum complectitur ea, quæ leguntur a cap. 25, 1. 31, 7. Οἱ δὲ Κελτοὶ κατάραντες—ἐπικρεμάσασα κίνδυνον. Et ad initium hujus fragmenti *in ora* libri est titulus: Πόλεμος Ῥωμαίων καὶ Κελτῶν ἐν Καλουσίῳ πόλει. Tum IVtum Excerptum ex cap. 65, 6. 69. extr. Ὁ δὲ Κλεομένης προσδοκῶν τὴν ἔφοδον—εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Ad *oram* autem ejus paginæ, quæ finem hujus fragmenti continet, leguntur hæc: Οὕτως ἀεί ποτ' ἡ τύχη τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων παρὰ λόγον εἴωθε κρίνειν. quæ sunt ex cap. 70, 2.

7. CODEX URSINI.

FULV. URSINUS quum in Emendationibus in priores quinque Polybii libros (quemadmodum in libros sequentes) passim *veteris scripti libri* testetur auctoritatem, alia vero *ex ingenio* a se esse emendata profiteatur[n]; mirum est, quibus rationibus adducti Reiskius[o] et Ernestius[p] persuadere sibi potuerint, nullo alio Codice manuscripto Polybiano usum esse Ursinum, præter eum e quo Eclogas edidit de Legationibus. Quippe fieri quidem potest, ut in illis Eclogis fuerint etiam nonnullæ, ex prioribus quinque

[n] Conf. supra, sect. ii. n. 3.
[o] Præfat. ad sua Polybiana p. 784.
[p] Præfat. in Polybium p. xxi.

libris Polybii excerptæ, ex quibus varietatem Lectionis adferre potuisset Ursinus: qua de re ex Bavarico illo Codice, qui eadem Excerpta continet, non potui judicare, quoniam is codex ea parte, ubi initium fuerat Eclogarum ex Polybio excerptarum, mutilus est. Sed ad scriptum librum Ursinus in ejusmodi etiam locis provocat, quæ inter Excerpta de Legationibus referri nullo modo potuerant. Equidem, postquam Ursinianas illas Emendationes cum editione Hervagiana, ad quam illæ adcommodatæ sunt, rursusque cum Manuscriptorum nostrorum lectionibus contuli; satis intellexi, fuisse Ursino ad manus probatum Codicem manuscriptum, quinque priores Polybii libros continentem, ex quo non solum ea, in quibus diserte mentionem fecit scripti libri, sed et quam plurima alia, rectissime emendavit. Atque is *Codex Ursini*, nisi fuit idem ipse Vaticanus, cujus Lectiones Spalletti nostri beneficio debemus, certe simillimum illi fuisse necesse est. Nam pauca quædam loca, quæ dubium movere possent, (quorum præcipuus est lib. i. cap. 59, 1.) ejusmodi sunt, ut pæne persuasum habeam, errorem ibi vel ipsius Ursini vel operarum festinatione esse commissum. Nam quum eo loco, quem dixi, in mendosam lectionem Codices nostri omnes atque Suidas consentiant; probabile non est, illam Emendationem in *vetere libro* reperisse Ursinum; sed *ex ingenio* eam utique tentasse videtur: atque ita ibi scriptum oportebat. Sæpissime in illo libro excudendo operas Plantinianas non paruisse Editori Romæ degenti, jam olim in Adnotationibus ad Appianum monui.

8. Suidæ *Codex Polybianus.*

Quandoquidem plurima ex Polybio loca suo Lexico inseruit *Suidas;* utique in omnibus istis locis scripturam, quam apud Grammaticum legimus, cum Codicum nostrorum Lectionibus conferendam putavi. Editionem autem adhibui non *Kusterianam* solum, verum etiam principem *Mediolanensem,* quæ probas passim Lectiones habet, a sequentibus Editoribus neglectas, nec ab ipso quidem

Kustero omnes satis diligenter enotatas. Suidam autem non usum esse Codice Polybiano qui continuam Scriptoris hujus Historiam exhiberet, ac nil nisi Excerptorum volumina, Constantini Porphyrogeniti jussu confectorum, habuisse in manibus, Henr. Valesius innuit in Præfatione ad Excerpta de Virtutibus et Vitiis, et plane pro confesso sumsit Kusterus quam plurimis in locis suarum ad Suidam Adnotationum. Quod equidem sicut in Appiani fragmentis ita se habere haud dubie intellexi[q], sic in fragmentis Polybianis neque negare ausim, neque præcise confirmare; quamquam pro illa sententia militare videtur id, quod ad vocab. Σάμβυκες apud Grammaticum istum legitur. Quidquid sit: in eis locis quinque priorum Polybii librorum, in quibus est Codicum Polybianorum dissensio, Lectiones Vaticani nostri et Urbinatis plerumque confirmat Suidas: in eis autem, ubi pariter omnes sunt corrupti, rarissime quidem melius quiddam subministrat, sed plerumque ejusdem labis contagione laborat. Ex quo adparet, Codicem eum, e quo hausta sunt Fragmenta quæ ex his prioribus Polybii libris protulit Suidas, ad Vaticani pertinuisse familiam, et ex eodem fonte, antiquo quidem, sed jam passim corrupto, fluxisse, e quo ceteri nostri Codices manarunt. Et (quod ad illam Valesii sententiam roborandam accedit) idem fere de Codice illo, ex quo *Excerpta de Virtutibus et Vitiis* ducta sunt, statuendum videtur; quatenus quidem ex Lectionibus illis colligi potest, quas ad loca nonnulla libri secundi, quarti et quinti ex *Codice Peiresciano* citavit Valesius[r].

9. Perotti *Codex Polybianus.*

Perotti *versio Latina quinque priorum Polybii librorum*, quam medio seculo XVto confectam supra monuimus[s], non ita est comparata, ut Editori Polybii eum præstare usum possit, quem in Appiani Editione versionem Petri

[q] Vide Adnotationes ad Testimonia de Appiano, Tomo III. nostri Appiani p. 898 sq.

[r] In fine Excerptorum de Virt. et Vitiis p. 123. (T. III. edit. Ernest. p. 325.)

[s] Sect. i. n. 1.

Candidi nobis præstitisse olim prædicavimus[t]. Neque enim verbum e verbo expressit Perottus; sed bene secum agi judicavit, si sententiarum summam quocumque modo, dummodo bene Latine, repræsentaret: ubi vero difficultatis nonnihil Græca scriptura habebat, plerumque totum locum, non satis sibi perceptum, callide transsiluit. Neque tamen idcirco prorsus negligendum hoc qualecumque subsidium putavi: sed, quibuscumque in locis dubitationis aliquid Græcus contextus habebat, Versionem hanc consului. Unde cognovi, exemplum, quod ante oculos habuerat Perottus, multum abfuisse ab illarum membranarum præstantia, quarum Lectiones Spalletto debemus. Itaque si suspicari fas est, superesse ad hunc diem in Vaticana Bibliotheca exemplum illud quo usus olim hic Interpres est; fuerit fortasse Codex ille, quem in indice Codicum Vaticanorum Polybii jam olim mecum communicato idem Spallettus his verbis commemoravit: *Codex Vat. Græcus Bombycinus, in folio parvo, signatus numero* 1005. *continet eosdem quinque libros Historiarum Polybii, scriptus Seculo XIII.* Quo de Codice quoniam nihil præterea habeo compertum, planius judicabunt ii, quibus eumdem excutere licebit vocabitque.

10. Codices Veneti;
in usum a nobis non vocati.

In isto, quem adhuc exposuimus, Codicum adparatu, quibus ad emendandum Polybium nobis licuit uti, non opus esse visum est, ut de illorum collatione, quos in Venetis Bibliothecis exstare noveramus, admodum essemus soliciti: quippe e quibus ne notabilis quidem ulla ad eas copias, quas haberemus, accessio posse derivari videbatur. Ex tribus *Codicibus Venetis*, quorum ad me notitia pervenit, eum qui *in Bibliotheca Dominicanorum* est, cum primo nostro Regio arctissimo cognationis vinculo esse conjunctum, supra vidimus[u]. In *Marciana Bibliotheca*

[t] Præfat. ad Appianum p. v. [u] Hac sect. iv. n. 3.

est unus membranaceus, *No. CCCLXIX.* Bessarionis Cardinalis sumtibus scriptus a Georgio Zangaropulo Cretensi A. C. 1470. qui in Catalogo Græcorum D. Marci Bibliotheca Manuscriptorum p. 175 sq. recensetur. Qui codex, sicut nec a vetustate magnopere est commendabilis, sic et alia ratione a doctis viris, qui Catalogum illum ediderunt, inferior judicatus fuisse videtur altero Codice ejusdem Bibliothecæ, chartaceo, *No. CCCLXXI.* signato. Certe hunc alterum, (quamquam nec hujus ætas ultra XVtum seculum adscendit;) non priorem illum Bessarionis Codicem, dignum judicarunt, e quo specimina quædam discrepantiarum Lectionis expromerent. (p. 176 sq.) Quibus ex speciminibus sicut per se minime spernendum esse hunc codicem intellexi, sic cum Florentinis Codicibus in Lectionibus etiam singularibus (ubi a Vaticano exemplari aberrarunt isti) adeo pertinaciter conspirantem cognovi, ut pæne persuasum habeam, esse ex illorum altero, et quidem ex Laurentiano-Mediceo, Venetum hunc descriptum. Sed et priorem illum Marcianum, qui Bessarionis olim fuerat, si cui forsan aliquando vacaverit excutere; videndum erit, an ex altero Florentino, qui fons est Medicei, descriptus sit. Certe ex illa Abbatia Benedictinorum Florentina alios etiam codices in usum suum describendos mutuatum esse Bessarionem Cardinalem, discimus ex Montfaucon Biblioth. MStorum T. I. p. 415. E.

11. Codex Regius B. *recentissimus.*

Accedo tandem ad illum Codicem, quem *Reg. B.* insignivimus, quo fere unico ad emendandos quinque priores Polybii libros usus est Is. Casaubonus[u]. Is in Catalogo Codicum Græcorum MStorum *Bibliothecæ Regiæ* signatus est *Codex MDCXLIX.* breviterque sic describitur: *chartaceus, Fonteblandensis. Polybii Historiarum libri V. manu Angeli Vergecii.* Nempe et nota erat

[u] Vide supra, sect. ii. n. 4.

solertissimi illius Calligraphi manus, ad cujus exemplum exsculpti sunt elegantissimi illi characteres Græci, quibus Robertus Stephanus in regio Typographeo olim usus est, et ipse artifex nomen suum subscripsit his verbis: Ἐγεγράφει (ἐγράφη voluerat) ἐν Λευτικίᾳ τῶν Παρησίων, ἐπὶ βασιλέως Ἐῤῥίκου β'ου. χειρὶ Ἀγγέλου Βεργικίου τοῦ Κρητὸς, ᾶω. φ͂ω. μζ͂ω. id est: *Scriptus liber Lutetiæ Parisiorum, regnante Henrico II. manu Angeli Vergecii Cretensis, anno* 1547. Jam quod ex ipsa hac notatione et temporis et loci, quibus scriptus hic Codex est, suspicari statim licebat, *esse illum ad exemplum Editionis Obsopœi descriptum*, quæ decimo septimo anno ante in lucem prodierat; id curatior Codicis excussio atque perlustratio manifestissimum nobis fecit. Etenim non solum Lectiones, sive bonas, sive corruptas, quæ ex Bavarico Codice in Obsopœi editionem derivatæ sunt nec in ullo alio scripto libro reperiuntur, plerumque repræsentat hic Regius: sed et infinitis in locis, ubi in impresso exemplo, sive editoris errore, sive operarum culpa, perperam discessum est a Bavarico exemplari, fideliter scripturam editionis Hagenoensis expressit Calligraphus: veluti I. 1, 5. ἐπικρατιθέντα per ι pro η; et ibid. ἔπεσσε, quod (ex ignorato scripturæ nexu, quo literæ ε et σ junctæ erant in Cod. Bav.) Obsopœus dederat pro ἔπεσε. Tum I. 1, 6. μαθύματα pro μαθήματα. Cap. 2, 3. quum ante Λακεδαιμόνιοι, nescio quo casu, breve aliquod spatium in edit. Obsop. vacuum esset relictum, idem observavit scriba codicis nostri. Sic cap. 2, 6. cum eadem editione dat ἐπέβαλον τὸ pro ἐπεβάλλοντο. Cap. 14, 1. παρωξυνθῆν' pro παρωξύνθην. 14, 3. post πάντα cum Obs. male omisit verbum δοκοῦσιν. I. 78, 5. quum post διαπορούντος similitudine terminationis deceptus Obsopœus vel typographus quatuor verba omisissent δ' ἀκμὴν καὶ διαπιστοῦντος, eadem codex noster Reg. B. ignorat. Cum eodem Obsopœo III. 10, 2. ubi in Bav. varietas lectionis (Γρ'. ἦν) in margine fuerat notata, γὰρ ἦν scripsit: et quæ sunt ejusdem generis alia, qualibet pagina magno nu-

mero occurrentia. At rursus tamen idem Codex bene multis in locis, et eis præsertim quæ insigniori quodam modo erant corrupta, ab Obsopœo discedit, ac vel easdem ibi Lectiones exhibet quas dant alii vetustiores Codices, vel alias quæ specie quadam veri commendabiles possunt videri. Quæ discessiones ab exemplari quum ex scribæ ingenio, quem non nimis sane doctum fuisse adparet, non potuerint proficisci; ex diligenti hujus Codicis cum ceterorum Codicum nostrorum Lectionibus collatione intellexi, necesse esse, ut exemplum illud editionis Obsopœi, e quo Vergecius Polybium descripsit, prius cum vetustiore aliquo Codice fuerit collatum, ex eoque ad ea loca, quæ gravius videbantur laborare, meliores Lectiones adnotatas in margine habuerit, neglectis levioribus impressi exempli mendis, facile ex ingenio usuque inter legendum corrigendis. Et vetustiorem quidem illum, quem dico, codicem intellexi vel unum ex *Florentinis* nostris esse debere, vel cum his proxime conjunctum *Venetum* Marcianum, de quo paulo ante dixi[x]. Sed præter Lectiones ex Scripto libro excerptas, in eodem exemplo editionis Obsopœi necesse est multas adnotatas fuisse Emendationes ex conjectura docti viri nescio cujus ductas; quarum alias, pariter atque veteris Codicis lectiones, in contextum recepit Vergecius; alias in ora libri, adjecta nota ἴσως, reliquit. Et in illis quidem Emendationibus ex conjectura ductis sunt nonnullæ neutiquam spernendæ, quas recte adoptavit etiam Casaubonus: sed sunt rursus complures, quæ παραδιορθώσεις potius cum Reiskio, quam διορθώσεις, fuerint nominandæ. Quo pertinet, verbi causa, quod lib. II. 39, 10. quum apud Obsopœum mendose legeretur σχεδὸν γάρ τότε

[x] *Venetiis* Lutetiam a Francisco I. rege vocatum fuisse Vergecium, discimus ex *Memoire Historique sur la Bibliotheque du Roi*, Tomo I. Catalogi Libror. Impress. p. xi. Suspicari etiam licet, *Lazarum Bayfium*, Francisci I. ad Venetos legatum, quem magno studio Venetiis in excutiendos Græcorum Historicorum codices per id tempus incubuisse constat, (conf. supra, sect. i. n. 3. et Præfat. nostram ad Appianum p. vii. not. *h*.) exemplum editionis Obsopœi suum in usum fortasse cum Veneto Codice collatum Lutetiam reportasse, ex eoque exemplo Codicem hunc Regium deinde a Vergecio esse descriptum.

ἐλαχίστη ἦν ἡ τῶν Ἑλλήνων. εἴχοντο δὲ πλεῖον &c. turbatam videns vir doctus orationem, εἴχοντο δὲ in εἰκὸς δὲ mutatum voluerat, in quo obsequentem habuit Vergecium: quæ mutatio non video quo pacto placere Casaubono potuerit, quum ita sit ab hoc loco aliena, ut nihil possit esse magis. Non minus manifesta paradiorthosis est III. 21, 10. ubi, quum Obsopœus cum Bav. Aug. et Reg. A. dedisset ἄλλη τῆς ὁμολογουμένης θεωρίας, Vat. autem et Flor. ἀλλ' ἡ τῆς ὁμολογουμένης θεωρία, Criticus noster satis consultum laboranti orationi putavit, si scriberet ὅλης τῆς ὁμολογουμένης θεωρίας, quod ipsum expressit scriba hujus codicis Reg. B. Cujus auctoritatem quod hoc rursus loco secutus est Casaubonus, eo magis mirum debet videri, quo certior atque evidentior est Ursini emendatio, quæ præsto fuerat doctissimo illi Editori. Mihi certe ita exceptione omni major illa visa est, ut non solum absque hæsitatione amplectendam, sed Casaubonianæ illius lectionis ne mentionem quidem in brevibus nostris scholiis faciendam putaverim, atque etiam oblitus sim verbo saltem ibidem monere, *ex conjectura Ursini leviter mutatam esse mendosam librorum scripturam.* Longum est, alia ejusdem generis exempla nunc colligere. Illud unum, quamquam leve per se, tamen quoniam frequentissime recurrit, adhuc monebo; scilicet, pertinacissime sive a Vergecio sive ab illo viro qui exemplar, quo usus est hic scriba, correxerat, sperni illum Polybio familiarissimum usum particulæ διότι pro ὅτι positæ; ita quidem ut constanter (paucissimis locis exceptis) in illo codice ὅτι legatur, ubi ceteri omnes Codices in διότι consentiunt. Jam talis quum sit ratio hujus Codicis, qualem exposui; facile intelligitur, parum quidem illum per se adjumenti ad expoliendum emendandumque Polybium addere nobis potuisse ad reliqua præsidia, quibus adfluere nobis contigit. At tanto magis necessarium fuit, ut eumdem Codicem, cujus auctoritatem in multis rebus secutus est Casaubonus, quam fieri poterat accuratissime perlustraremus; quod hac una ratione perveniri poterat ad id, quod jam pridem a viris doctis in Casauboniano

Polybio desideratum vidi, scilicet, ut præcise constaret, quid ex antiquis Codicibus sumserit doctus ille Editor, quid ex ingenio ad poliendum hunc Scriptorem adtulerit.

12. Codex Regius C.

Cum Codice Regio B. ita convenit is, quem *Regium C.* insignivi, ut ex eodem exemplo cum altero illo descriptum hunc esse satis adpareat. Nam licet in nonnullis subinde ab illo discedat; tamen partim leviores sunt ac fortuitæ aberrationes, partim varietates inde natæ, quod in eis locis, ubi in exemplari erat emendatio aut discrepans lectio ad marginem scripta, alter codex hanc expressit, alter ab impresso exemplari non recessit; aut quod ex duabus conjecturis alius aliam in contextum receptam exhibet. Est autem codex hic *Reg. C.* membranaceus quidem, sed formæ minimæ, quam duodenam vocare consuevimus; scriptus (ut mihi quidem plane videtur) ejusdem *Vergecii* elegantissima manu: estque idem ipse, qui olim *Is. Casauboni* fuerat, quem a Verderico Lugdunensi dono sibi datum prædicavit[y]. In prima membrana hæc scripta leguntur: *Isaacus Casaubonus, dono Verderii Lugdunensis.* Tum rursus: *Isaacus Casaubonus Puteanis Fratrib. D. D.* 1609. Hinc in Catalogo Biblioth. Regiæ, ubi *No. MDCCXCVI.* signatus est, *olim Puteanus* fuisse memoratur. Quod autem ibidem chartaceus esse perhibetur, ex errore factum est. Quoniam vero minuta est forma codicis, nec tamen minuta admodum scriptura; nonnisi *duos priores Polybii libros* volumen hoc, quod solum tractavit posseditque Casaubonus, complectitur. Exstat autem alterum etiam volumen, *duos sequentes libros, tertium et quartum*, complectens; quod, nescio quo casu, ab illo separatum, in *Bibliothecam Laudianam* migravit, quæ *Oxoniæ* cum Bodleiana est conjuncta. Nam qui ibi No. 498. insignitur Codex, quo continentur *Polybii Hi-*

[y] Vide supra, sect. ii. n. 4. et conf. Casauboni Epist. 89 et 93.

storiarum liber tertius et quartus Græce eleganter scripti[z], eum pariter *duodenæ formæ* esse Gronovius monuit, qui Lectiones ex illo Codice a se excerptas eidem exemplo suæ editionis adscripsit, cujus marginibus Lectiones etiam Augustanas ex Bœclero, et ad duos priores libros Lectiones ipsius nostri codicis Reg. C. (quem litera *G.* id est *Gallicum* designavit) inscripserat. Quarum ex Lectionum genio et ratione quum penitus perspexerim, esse illum *Oxonianum Codicem* continuationem hujus *Regii C.*; eumdem pariter, ne notas Codicum præter necessitatem multiplicarem, eadem nota *Reg. C.* insigniendum putavi.

* * *

Sed jam quum compluscula supersint, quæ vel de eis Codicibus, quibus in recensendis emendandisque ceteris partibus Historiarum Polybii sumus usi, vel de aliis nonnullis rebus, ad hujus Editionis consilium rationemque pertinentibus, exponenda habemus: ne in vestibulo nobilissimi Antiquitatis monumenti diutius moremur studiosum Lectorem, finem hujus Præfationis hoc loco faciemus; et reliqua, de quibus præmonendus æquus Lector videtur, *secundo Tomo*, qui intra perbreve temporis spatium hunc consequetur, *Librumque quartum et quintum, cum sexti atque septimi reliquiis* comprehendet, præmittemus.

Scripsi Argentorati, mense Martio, anno Christi M.DCC.LXXXIX.

[z] In Catalogo Librorum MStorum Angliæ tom. i. p. 50. et in Montfaucon Biblioth. MStorum t. i. p. 649.

PRÆFATIO EDITORIS
AD TOM. SECUNDUM.

DE CODICIBUS MSTIS, QUIBUS USI SUMUS IN RECENSENDIS EXCERPTIS EX LIBRIS POLYBII DEPERDITIS: TUM DE ALIIS NONNULLIS REBUS, AD HANC EDITIONEM PERTINENTIBUS.

I.

Codices MSti, Excerpta Antiqua *continentes.*

QUUM in hoc Volumine ad eos accedamus Historiarum Polybii libros, e quibus nonnisi Excerpta atque Fragmenta ad nostram ætatem pervenerunt; persequemur hoc loco ea, quæ in Præfatione primo volumini præmissa de Codicibus manuscriptis, quibus in recensendis harum Historiarum Reliquiis usi sumus, dicere institueramus: ac primo quidem de illo dicamus genere Excerptorum, quæ, quoniam ante cetera fortasse confecta, certe prius, quam cognitæ atque repertæ essent Eclogæ de Legationibus ac de Virtutibus et Vitiis, in lucem producta sunt, *Antiquorum Excerptorum* nomine, quo a reliquis distinguerentur, adpellavimus[a]. Illa igitur ex Libris duodecim, qui quintum sequuntur, ducta, Ἐπιτομῆς vel Ἐπιτομῶν titulo primum in editione Basileensi quinque prioribus Libris integris sunt adjecta: *Excerptorum* nomine, quo ad hunc diem potissimum innotuerunt, insignivit Casaubonus; qui de eisdem, cum ex MStis Codicibus, tum vero maxime ex perspicaci felicique Conjectura emendandis, singulariter inprimis atque immortaliter promeritus est. Nam ea quidem est horum Excerptorum in scriptis libris conditio, ut, Codicum omnium probatissimas Lectiones in unum si conferas, multo tamen gravioribus vulneribus in his, quam in quinque prioribus Libris, laboret oratio, multoque fre-

[a] Vide Præfat. ad Tom. I. n. 3. p. lxvii. et sect. ii. n. 2. p. lxxv. sqq.

quentior tentandæ Conjecturæ locus relinquatur. Neque id mirum. Codex, quo usus est Compilator, ab illo vetusto Codice, qui communis fons est eorum Codicum Polybianorum, quibus hodie utimur, jam multis in locis in pravam abierat partem[b]: tum vero rursus Compilator, qui exiguo sane judicio hæc Excerpta confecit, alia multa ipse in transscribendis eis, quæ ex integro codice selegit, peccasse videtur; quorum erratorum contagium deinde ad omnes Codices, qui ex ipsius exemplo promanarunt, pervasit. Quæ cum ita sint, minime spernendum tamen præsidium nos in Codicibus, quibus licuit nobis uti, invenimus, non solum ad statuendum, quid ex scriptis libris profecisset Casauboniana recensio horum Excerptorum, quid Editoris ingenio deberetur; verum etiam ad emendanda passim sive ea, quæ ex Hervagiana editione retinuerat Casaubonus, sive quæ in ea immutaverat.

Codicum vero, qui hodie supersunt, quibus illa *Excerpta* continentur, *varia* esse *genera* reperio. 1. *Primum genus* eorum, qui totam ipsius Compilatoris rationem tenuerunt: id est, qui *Excerpta non ex eis tantum Polybii Libris, qui quintum sequuntur, sed ex prioribus quinque pariter complectuntur*, atque etiam breves illas sententias sive Fragmenta minora exhibent, quæ ex eis Historiæ Polybianæ partibus, quæ in ipsa Epitome prætermissæ sunt, ad marginem passim adnotaverat Compilator. Quibus de minoribus Fragmentis Is. Casaubonus, postquam ex illorum numero ea, quæ ex Libris post quintum ducta sunt, in unum locum collecta inter Fragmenta Polybiana edidisset[c], universe his verbis monuit lectorem: *Sciendum est*, inquit, *auctorem Epitomes, in conficiendis his Eclogis, interdum etiam breviores quasdam excerpsisse sententias, quæ in Urbinati Codice extra paginam in mundo, suis quæque locis, sunt descriptæ. Exempli gratia, sub finem libri primi ad Excerpta de bello Sociali Carthaginiensium in ora*

[b] Confer Præfationem eidem Tomo I. præmissam, sect. iv. n. 6. p. civ.

[c] Pag. 1028 sq. edit. Casaub. (Edit. Gron. T. II. p. 1541 sq. Ernest. T. III. p. 263 sq.)

codicis est hæc gravissima sententia adnotata: Οὕτως καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἁμαρτίας μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης, καὶ τὸ μηδὲν ἀνήκεστον ἐπιτηδεύειν ἑκουσίως. *quæ extat p.* 88. (lib. i. cap. 88, 3.) *Eadem ratio servata ubique. Quin igitur vere Polybiana ista sint, per illum optimum codicem dubitare nobis non licet.* Ex hoc itaque genere est Codex ille Urbinas, hodie Urbino-Vaticanus, de quo jam in Præfatione ad Tomum primum hujus editionis verba feci[d]: omnium ceteroquin codicum Polybianorum, quos novimus, excepto illo Vaticano qui quinque priores Libros integros continet, vetustissimus. Quo ex codice Lectiones ab Hervagiano exemplo discrepantes, a libro primo usque ad libri noni caput 19 extr. (quod nobis caput vigesimum est) studiose nostram in gratiam enotatas, nobiscum communicavit idem, quem sæpius laudavi, Spallettus. In reliqua parte libri noni, et in sequentibus libris, contentum esse oportuit ea Lectionis Varietate, quam ex eodem codice ipse olim Is. Casaubonus ad oram sui exempli editionis Hervagianæ adnotaverat; quo de exemplo Jac. Gronovius lectiones istas codicis Urbinatis, nota *Urb.* signatas, una cum aliis Casauboni adnotatis, in libellum transscripsit, cujus usus mihi cum reliquo Adparatu Gronoviano ad Polybium Ill. Ruhnkenii beneficio concessus est[e]. Codex hic Urbinas nihil habet *ex libro decimo septimo* excerptum. Quæ vulgo ad librum XVII. referuntur, ea hic codex *ad decimum octavum librum* refert, hoc titulo, Πολυβίου τοῦ ιη΄. scil. Ἐπιτομή. Quod quidem, cum ex consensu aliorum bonæ notæ codicum et Stephani Byzantini, tum vero ex temporum ratione, quorum res gestæ et hoc libro et præcedente libro XVIto continentur, colligi potest haud immerito esse factum. Videturque aut nihil prorsus excerptum ex libro decimo septimo fuisse ab ipso compilatore

[d] Sect. iv. n. 6. p. ciii. seqq. ubi etiam alia nonnulla specimina istorum brevium Fragmentorum, quæ in ora hujus Codicis notata sunt, dedimus p. cv. seq. Laudem, qua eumdem codicem prosecutus est Casaubonus, vidimus in eadem Præfat. nostra ad Tom. I. p. lxxix. nota *e*.

[e] Vide Præfat. ad Tom. I. sect. ii. n. 5. p. lxxxii. ibique notam *o*.

horum Excerptorum, aut, si quid fuit, illud intercidisse: nisi fortasse pars aliqua libri illius, de quo ambigitur, nempe tredecim priora capita, ad *septimum decimum*, reliqua ad *decimum octavum librum* fuerint referenda; quam rationem nos in hac editione cum Henr. Valesio tenebimus.

Urbinati Codici simillimus fuit is, quo FULV. URSINUS olim usus est in Emendationibus in Polybium, quas ad calcem Eclogarum de Legationibus adjecit[f]. Quod quidem cum ex ipsis maxime emendationibus, quas hisce Excerptis adtulit, intelligere mihi visus sum; tum vero ex eo colligi posse putaverim, quod inter Fragmenta Polybiana easdem sententias, quas ex codice Urbinate exhibuit Casaubonus, jam ipse ediderat Ursinus[g]. Nam quod vir, quem in indicandis codicibus MStis, quibus usus est, perbreviter semper ac jejune (ut fere solebant ea ætate editores) versatum videmus, sententiis istis tituli loco hæc verba inscripsit, *Ex libro manuscripto incerti;* id quidem non eo valere puto, ut inde *appareat, aliena fide illas edidisse Ursinum,* nec vidisse codicem in quo illæ inessent, quod Casaubonus sibi persuaserat[h]. Imo vero suspicari prope liceret, eisdem ipsis Urbinatibus membranis usum esse Ursinum, ni passim loca nonnulla dubium moverent, ubi ex vetere suo Codice notabiles Lectiones protulit, quas ex Urbinate nec a Spalletto nec a Casaubono enotatas video.

2. Aliud est genus eorum Codicum, in quibus *Excerpta ex libro sexto et sequentibus adjecta sunt quinque prioribus libris integris.* Hoc ex genere fere unicus, qui ad nostram notitiam pervenit, CODEX AUGUSTANUS est[i]: qui, sicut ceteris omnibus, qui quidem hæc Excerpta continent, excepto Urbinate, vetustior est, sic et multo emendatior, et bonitate Urbinati proximus; atque etiam haud raro probas

[f] De illis Ursini Emendationibus dictum est in Præf. ad Tom. I. sect. ii. n. 3. p. lxxvii. et sect. iv. n. 7. p. cv.

[g] In Selectis de Legationibus p. 274 sq.

[h] Casaub. in Fragmentis Polybianis, loco paulo superius citato.

[i] De eo confer quæ diximus in Præfat. ad Tom. I. sect. iv. n. 2. p. xciv. sqq. et sect. ii. n. 2. p. lxxv. sq.

lectiones præstat, ubi ille in errore versatur. Et hic pariter codex, prætermisso libro XVII, quæ Excerpta vulgo isto numero notantur, ad librum XVIII refert, hoc titulo: Πολυβίου τοῦ ιη′ λόγου κατ' ἐπιτομήν[k]. In fine autem non habet illa adsumenta, quæ aliis codicibus recentioribus sive per errorem sive per fraudem quamdam adjecta sunt, de quibus paulo post dicemus[l].

Est quidem *Florentiæ* in *Bibliotheca* LAURENTIANA MEDICEA Codex, idem ille de quo supra dixi[m], qui præter quinque priores libros Polybii integros Excerpta etiam ex reliquis, a sexto usque ad decimum septimum vel octavum, sicut Augustanus, complectitur, neque in fine aliud Excerptorum adsumentum habet. Sed in illo, sicut in aliis recentioribus, de quibus mox agetur, extremus Excerptorum Liber non *decimus octavus*, sed *decimus septimus*, ιζ′. numeratur. Suntque in eodem codice Excerpta illa Polybiana non ab ea manu, quæ quinque priores libros scripsit, sed ab alia manu suppleta; ut post Montfauconium in Biblioth. MStorum T. I. p. 375. docuit Bandinius in Catal. Biblioth. Laurentianæ T. II. p. 628. Ex illo Mediceo Codice, qui sæpius cum Hervagiano exemplo et aliis recentioribus codicibus in deteriora abit, ubi Augustanus probam lectionem tenet, Varietas Lectionis excerpta est in Adparatu nostro Gronoviano ad Polybium; pariterque ex *alio codice* MEDICEO, qui Excerpta ex libro VI.—X. continet, quem Bandinius T. II. p. 641. recensuit. Nec tamen valde religiosa diligentia ex his codicibus lectiones omnes discrepantes a Gronovio excerptæ videntur; puto, quod earum multas nimis manifeste mendosas esse intellexisset[n].

[k] Simili modo quisque liber inscriptus est: veluti sextus, Πολυβίου τοῦ ϛου′ λόγου κατ' ἐπιτομήν.

[l] Vide infra, n. 4.

[m] Præf. ad T. I. sect. iv. n. 5. p. c.

[n] Enotatæ sunt illæ Lectiones codicis Medicei in ora ejusdem exempli editionis Gronovianæ, de quo dixi loco modo citato. Ad finem libri XVII. p. 1077 hæc notavit Gronovius: *Finiv collationem Polybii hujus cum MS. Laurentiano, in pergameno, et quadrato, sed nuperæ manus, die 20 Octobris Florentiæ.* In fine libri X. p. 865. hæc adscripsit: *Hucusque MStus in folio et charta.* Ex hoc codice ductæ videntur illæ lec-

3. Sunt alii Codices, in quos *Excerpta ex uno* potissimum *libro Sexto Polybii*, ob notabile inprimis argumentum *de Reipublicæ ac Militiæ Romanæ ratione et præstantia*, relata sunt; eadem prorsus, ab initio ad extremum, quæ aliis codicibus continentur. Istis autem libri Sexti reliquiis adjecta sunt, ob argumenti similitudinem atque cognationem, *Fragmenta nonnulla ex aliis Libris decerpta.* Scilicet primo: Ἀπὸ τοῦ δεκάτου ὀγδόου λόγου, id est, ex *libro XVIII.* fragmentum illud, quo et *armaturam et aciei instructionem Romanorum atque Macedonum* inter se confert Polybius; a verbis Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτον βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν (quæ vulgo medio cap. 23. libri XVII. leguntur, in hac nostra autem editione initium facient capitis undecimi libri XVIII.) usque ad verba ᾔει πρὸς Λάρισσαν. quæ vulgo claudunt cap. 29. ejusdem libri XVII. nobis autem sunt extr. cap. 16. libri XVIII. Tum Fragmentum *de Scipionis animo imperatorio et exercitationibus militaribus:* Ἀπὸ τοῦ δεκάτου λόγου, *ex libro Decimo*, a verbis Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς, usque ὅλην ποιεῖ τὴν δύναμιν ἰσχυράν. (lib. X. cap. 19—22.) Cui fragmento, per errorem amanuensis, (ut videtur) qui istum locum excerpere debuit, subjectum est continua serie aliud breve Fragmentum, quod in tota collectione Excerptorum antiquorum (cap. 23. libri X.) proxime sequebatur, sed ad superius argumentum nihil pertinet. Denique addunt nonnulli et aliud Fragmentum, pariter nihil ad rem, de qua in superioribus agebatur, spectans, cui titulum περὶ Μηδίας faciunt; quod vulgo caput 24. ejusdem libri X. occupat, nobis cap. 27. libri X. erit. Hoc genus Excerptorum exhibet in Bibliotheca Laurentiana Medicea Codex ille membranaceus seculi decimi quinti, complura simul Xenophontis scripta complectens, quem recensuit Bandinius in Catal. Tom. III. p. 203. Quo in codice, initio Excerpti illius quod ex libro XVIII. ductum est, in ora libri hoc legitur de isto Excerptorum Polybianorum selectu monitum: Ἑκόντες παρήκαμεν τοὺς

tiones, quæ adjecta habent verba *alter MS.* Quæ vel nullam notam vel notam 2 adjectam habent, in his uterque Codex consentire videtur.

μεταξὺ ἀπὸ τοῦ Ἕκτου λόγους, καὶ ἐθέμεθα τάδε τοῦ ιη΄. διὰ τὴν σύγκρισιν ἣν ποιεῖται ὁ συγγραφεὺς τῶν Ῥωμαϊκῶν καὶ Μακεδονικῶν στρατευμάτων. id est: *Consulto prætermisimus libros a sexto interjectos, et hæc ex libro XVIII. adposuimus, propter collationem quam inter Militiam Romanorum et Macedonum instituit Scriptor.*

Eadem Fragmenta, excepto ultimo περὶ Μηδίας, uno tenui volumine, forma majori, complectitur CODEX REGIUS *No. MDCLII;* quem, non admodum licet antiquum, diligenter consuluisse et cum vulgato textu contulisse minime me pœnituit. In hoc Codice, quem nota *Reg. D.* insignivi, post Excerptum illud quod ex libro XVIII. ductum est, leguntur duæ sententiæ Polybianæ ex illarum numero, quas oræ codicis Urbinatis inscriptas esse supra monui[o]; scilicet: Πολεμοῦντας γὰρ δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας &c. quæ etiam in Ecloga VI. de Legat. conservata est, atque in nostra editione libro XVIII. cap. 20. v. 7. legetur. Tum: Οὐδεὶς γὰρ οὕτως οὔτε μάρτυς &c. quæ a nobis capiti 26 libri XVIII. (quod Eclogam VIII. de Legationibus continebit,) subjicietur, præeunte Livio lib. XXXIII. cap. 28.[p] Ex quo intelligitur, eum, qui primus selectum instituit Excerptorum hoc codice comprehensorum, exemplari usum esse ex eo genere, ad quod vetustas illas Urbinates membranas retulimus. Regio isti Codici similis est OXONIENSIS, *Bibliothecæ Bodleianæ*, No. 3367. ex quo varietatem Lectionis a Jac. Gronovio enotatam in *Adparatu Gronoviano* inveni. De ipso codice hæc monuit Gronovius[q]: *Contuli librum VI. cum MS. Oxoniensi, qui in primis paginis indicabatur fuisse e libris* DAVIDIS HOESCHELII *Augustani. Et præter sextum erant Fragmenta*

[o] Hac Sect. n. 1. not. *c*.

[p] Adjecta eodem loco in hoc codice alia est sententia: Τῶν γὰρ παραβόλων καὶ καλῶν ἔργων ἐφίενται μὲν πολλοὶ, τολμῶσι δ᾽ ὀλίγοι ψαύειν. quæ in pleniore Excerptorum collectione paulo post in ipso contextu legitur, initio capitis 34. (nobis cap. 36.)

[q] Ad initium libri VIti, in eo exemplo Polybii Gronoviani, quod Lectiones Polybianas a Joh. Bœclero ex codice Augustano excerptas margini adscriptas habet.

quinque foliorum ex Libro, ut notabatur, XVIIIvo. In fine erat Θεῷ τῷ δόντι τὴν ἀρχὴν καὶ τέλος δόξα[r].

4. Postquam cœptum erat, libri sexti reliquias separatim describere, ex eo tempore *Excerpta* ex ceteris libris, *a septimo usque ad decimum octavum*, seorsim exscribi, absque sexto, vulgo cœperunt. Cujus generis sat multi Codices ad hunc diem supersunt. Sunt duo Regii, No. MDCL. et MDCLI, quibus usus sum; quorum illum *Reg. F.* hunc *Reg. G.* insignivi. Horum altero (nescio utro; neque enim multum inter se differunt) usus est Casaubonus, qui eum *non admodum bonæ notæ* esse nec immerito pronunciavit[s]. Uterque seculo XV. scriptus perhibetur. His paulo meliorem et emendatiorem reperi, qui mihi interdum fons etiam illorum visus est, quem Vesontinum adpello, ad Bibliothecam Abbatiæ S. Vincentii, quæ Vesontione in Comitatu Burgundiæ est, pertinens; qui mecum, intercedente Brunckii nostri gratia, est communicatus. Ejusdem fere notæ Tubingensis est Codex, cujus diversitatem Lectionis diligentissime enotatam, et cum variarum editionum et codicis Augustani lectionibus collatam, publici juris fecit Reussius Vir Clarissimus[t].

Isti Codices cum plurima alia, tum hoc, inter se commune habent, ut, quem *librum* alii *decimum octavum* ferunt, eumdem *septimum decimum* numerent; ne scilicet ex uno libro, inter ceteros interjecto, intercidisse viderentur Excerpta. Tum vero vel idem ille, qui primus istum numerum mutavit, vel alius deinde librarius, quum videret, eis codicibus, de quibus paulo ante dixi, qui librum sextum continent, adjectum esse Fragmentum ex libro XVIII; sive imprudens, neque cogitans hoc ipsum frag-

[r] Eadem Excerpta ex libro VI. cum adpendice ex libro XVIII. adnexa sunt libris quinque prioribus integris in *Codice San-Germanensi* No. CCCXVIII. cui quidem non multum momenti tribuit Montfaucon in Biblioth. MStorum T. II. p. 1063. Cf. Catal. Biblioth. Coislianæ p. 430.

[s] Vide Præfat. nostram ad Tom. I. p. lxxix.

[t] *Jerem. Dav. Reuss Beschreibung einiger Handschriften aus der Universitæts-Bibliothek zu Tubingen, nebst Anzeige der verschiedenen Lesarten. Tubing.* 1778. in 8. Conf. Præf. ad T. I. p. xiii.

mentum jam paulo ante in eodem libro, quem XVII numeravit, a se descriptum esse, sive (quod credibilius est) fraude quadam, ut fucum faceret emtori, eique persuaderet, pleniorem et locupletiorem Polybianum codicem se illi vendere; idem ipsum Fragmentum, Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ παταλιπὼν &c. velut ex sequenti Libro excerptum, denuo descripsit, et superioribus Excerptis adjecit, præfixo titulo: Πολυβίου ἐκ τοῦ ιη′ λόγου. id est: *Excerpta ex Polybii Libro XVIII.* Denique et Fragmentum illud de Scipione, de quo pariter paulo superius dixi, Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς &c. repetiit prioribusque attexuit; non quidem *decimum Librum* inscribens, sed, quo auctiorem nimirum Polybium daret, ad *decimum nonum Librum* referens, hoc titulo: Πολυβίου ἐκ τοῦ ιθ′ λόγου. Περὶ τῆς Σκιπίωνος τοῦ Ἀφρικανοῦ ἡγεμονικῆς ἐμπειρίας. Eidemque fragmento, ut paulo etiam ampliores viderentur Reliquiæ quas ex libro XIX. exhiberet, alterum fragmentum (ex eodem libro X. ductum) περὶ Μηδίας, adjecit. Istam, quam exposui, codicum hujus familiæ rationem quum non perspiceret Nesselius in recensione duorum ex eadem familia *Codicum* Polybianorum, qui sunt *in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi*[u], non modo sibi fucum fieri passus est, verum etiam doctissimo persuasit Fabricio, inesse in illis codicibus Excerpta Polybiana, quæ in lucem nondum essent protracta[x]. Quem errorem Kollarius coarguit, in Epistola de Commentariis in manu exaratos Codices Bibliothecæ Vindobonensis[y]. Ex eisdem Codicibus Vindobonensibus specimina Lectionum e duobus prioribus capitibus libri septimi excerptarum olim ad me miserat Illustris L. B. de Locella, uberiora etiam ultro offerens, si operæ pretium mihi videretur: sed quum intelligerem, post ea quæ mihi ad manus essent subsidia, nihil magnopere utilitatis ad Polybium ex aliorum istius

[u] Catal. Biblioth. Vindobonensis, Parte V. Cod. 25. et Cod. 30.

[x] Fabricius in Bibl. Græc. T. II. p. 755.

[y] Conf. Acta Eruditorum Lipsiensia anni 1760. p. 286.

præsertim familiæ codicum collatione accessurum, veritus sum et otio et humanitate politissimi Viri abuti.

Ad eamdem familiam pertinuisse eum Codicem, quo ad procurandam editionem *Hervagianam* usus est *Arlenius*[z], intelligitur ex eo, quod in fine Græci textus Excerptorum ex libro XVII. monuit Editor; ubi, *in Græco exemplari*, inquit, *quædam sequebantur, ex præcedentibus tantum excerpta, quamquam titulo Epitomes libri XVIII inscribebantur: ea certo consilio omittenda censuimus*[a]. Eodem pertinet *Leidensis Codex*, ad quem in Notis editis nonnumquam provocavit Gronovius, et passim in ora MSta exempli suæ editionis[b]. Tum Codex *Dorvillianus*, e quo Lectiones nonnullas, minime quidem bonitate præstantes, protulit Dorvillius ad Charitonem. Denique *Oxonienses Bodleiani tres*, No. 3664. 65. 66[c]: qui, quamquam in Catalogo Codd. MStorum Angliæ in Codicibus Joh. Seldeni recensentur, tamen Isaaci Casauboni olim fuisse videntur; cujus filius Mericus Casaubonus *Epitomarum* Polybii *plura MSta exemplaria* commemorat, ad se missa, quæ patris Isaaci olim fuissent[d]. In quibus Codd. Oxoniensibus, ut ex Gronovianis schedis intellexi, est is qui a *Joyeusio* Cardinali olim Is. Casaubono fuerat oblatus[e]:

[z] Conf. Præf. nostram ad T. I. sect. ii. n. 2.

[a] Codex ille quorsum pervenerit, non satis habeo compertum. Casaubonus, de Codicibus Polybianis disserens, quibus ipse usus est, ait, *idem ipsum exemplar, unde Basileensis editio fuerat desumta, a Franc. Pithæo sibi esse suggestum.* (Vide Præf. nostr. ad T. I. p. lxxix.) Sed quum in Rhemensem Bibliothecam migraverit Pithœana, illius codicis tamen in recensione Bibliothecæ Rhemensis apud Montfauconium in Bibliotheca MStorum nullam video mentionem factam. Quod si dono datus ille codex Casaubono est, fuerit hodie, si cui tanti videbitur, inter Oxonienses quærendus.

[b] De illo codice cf. Reisk. Animadv. ad Polyb. p. 615. et Catal. Biblioth. Lugduno-Bat. p. 343.

[c] Codex Bodl. 3666. in Catal. librorum MStorum Angliæ T. I. p. 162. diserte his verbis recensetur: *Polybii Excerpta ex septimo ad decimum nonum librum, cum fragm. de Media.* Duo præcedentes codices, no. 3664 et sq. brevioribus verbis expediuntur: *Excerpta ex Historiis Polybii.*

[d] Vide Mer. Casauboni Præfat. ad Notas suas in Polybium, Tomo III. Polybii Gronoviani p. 207.—Edit. Ern. T. III. p. 692.

[e] Conf. Præfat. nostram ad T. I. p. lxxix. *Joyeusianus* ille tamen *sexti* etiam libri Polybiani Epitomen cum ceteris complectitur. Certe Jac. Gronovius eodem loco, ubi de codice Oxoniensi, olim Hœscheliano, qui Epitomen libri sexti continet, locutus est, hæc verba adjecit: *Iisdem sittybis* (inquit) *erant conjuncta eadem*

et est fortasse in eisdem *Memmianus*, cujus idem Casaubonus meminit, et e quo subinde lectionem aliquam in ora sui exempli notavit Gronovius: denique in eisdem fortasse etiam est Pithœanus ille, ex quo olim ab Arlenio editio Basileensis adornata est[f].

5. Denique singularis est CODEX REGIUS MMDCCCCLXVII. qui ad seculum XV. refertur: quo codice, præter alia aliorum Auctorum scripta, continentur *ex Polybii libris nonnullis selecta Excerpta*; quæ negligenti quidem stylo, sed ex satis probato exemplari descripta sunt, ita ut inter plurima eaque putida utique librarii sphalmata multæ probæ lectiones in hoc codice sint conservatæ, quæ in aliis codicibus depravatæ sunt. Hunc nota *Reg. E.* designavi. Insunt autem ei Fragmenta ex libro vi. cap. 1—16. (capita nunc dico editionis Gronovianæ et Ernestinæ:) tum rursus ex vi. 41—56. x. 1—20. x. 29—37. xi. 17. xi. 1—3. (cui Fragmento tamen perperam inscriptus rursus titulus est, ἐκ τοῦ δεκάτου.) Tum rursus xi. 18—31. xiv. 1—20. xv. 1—19. Denique xvii. 23. med. (nobis xviii. 11.) a verbis illis, Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βίβλον &c. hoc titulo: Ἐκ τοῦ ιη'ου τῆς Πολυβίου ἱστορίας. usque cap. 28 extr. (nobis xviii. 15.) Hic est codex ille *MS. Regius*, ex quo Lectiones nonnullas ex Polybii libro VIto laudavit Henr. Valesius in *Variis Lectionibus in Polybium*, quas Excerptis de Virt. et Vitiis in fine adjecit. Ad eumdemque codicem idem Valesius in Notis ad eadem Excerpta p. 18. provocavit[g].

libri VIti cum reliquis omnibus Fragmentis, quæ indicabantur fuisse e Bibliotheca Illustriss. Cardinalis D. Joyeusii &c. quæ collationem non merentur.

[f] Vide, paulo ante, notam *a*.

[g] In Polybio Gronov. T. III. p. 361. Edit. Ernesti T. III. p. 175.

II.

CODEX BAVARICUS *Excerptorum* DE LEGATIONIBUS *vel* DE LEGATIS, ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΩΝ. *Tum de aliis Codicibus manuscriptis ejusdem argumenti.*

De *Excerptis* vel *Selectis*, quæ περὶ Πρεσβειῶν, DE LEGATIONIBUS vulgo inscribuntur, disserens in Præfatione primo Tomo nostri Polybii præmissa[h], oblitus eram monere, Titulum istum non ex scripto codice, qui illas continebat eclogas, sed *ex Ursini ingenio atque emendatione*, qui primus eas in lucem edidit, profectum videri. Certe et *Pacianus Codex*[i], et *Schottanus*, eadem Excerpta exhibentes, περὶ Πρέσβεων, id est, DE LEGATIS, erant inscripti; eumdemque titulum BAVARICUS noster et in fronte gerit, et sæpius deinde repetit; denique in Græco horum Excerptorum Procemio, quod ex Schottano codice Hœschelius edidit, eodem modo legitur[k]. Quare non est cur dubitemus, eumdem pariter Ursiniano codici Titulum fuisse inscriptum; sed ipsum Ursinum, qui et ceteroquin in contextu etiam multa tacite mutavit, et de manuscripto codice,

[h] Sect. i. n. 5. p. lxix. seq.

[i] *Julii Pacii* codice MSto, Eclogas de Legationibus continente, in edendis Dionysii Halicarnassensis Antiquitatibus Romanis usus olim est *Frid. Sylburgius*, ut docet ipse in Præfatione; ubi, *Fragmenta Legationum, ait, a Fulv. Ursino primum publicata, hac editione denuo collata sunt ad manuscriptum exemplar, quod inter alia non aspernanda in thesauris suis habet Julius Pacius, philosophus et juriscons. præstantissimus.* De eodemque *codice Paciano* in Notis ad eumdem Dionysium p. 82. hæc refert: " *In cod. manuscr. Julii Pacii alius* [puta, quam apud Ursinum] *his* Ἐκλογαῖς *præfixus est titulus, hic scilicet:* Περὶ Πρέσβεων (*rectius* Πρεσβειῶν) Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς."—Ursini quidem igitur titulum, περὶ Πρεσβειῶν, quem rectiorem judicavit, tenuit in Dionysio Sylburgius, ut in Polybio Casaubonus. Quem vero *Sylburgianum* librum MStum Excerptorum de Legationibus laudat Leunclavius, (de quo deinceps,) aut idem ille Pacianus est, aut ex eo utique transscriptus.

[k] Ex *Codice Andreæ Schotti*, cujus viri Bibliotheca, ut ait Hœschelius, nemini non patebat rempublicam juvare cupienti, idem *Davides Hœschelius*, adhibito simul Bavarico nostro Codice, Augustæ Vindel. anno MDCIII. edidit *Eclogas Legationum, ex Dexippo Atheniensi* aliisque junioribus Scriptoribus collectas, quas Ursinus in sua prætermiserat editione. Et ibi quidem Hœschelius in summa paginarum ora retinuit Ursinianam inscriptionem περὶ Πρεσβειῶν; sed cum in sua Præfatione, tum in Græco Compilatoris Procemio p. 1. et 2. rursusque in Titulo p. 3. ex Schottano Codice περὶ Πρέσβεων dedit. Eamdemque scripturam tenuit *Phil. Labbeus* in Excerptis de Legationibus, cum Protreptico ad Scriptores Historiæ Byzantinæ editis, p. 3. et p. 7.

unde hæc Excerpta hausit, nonnisi perquam breviter atque jejune monitos Lectores in Præfatione voluit, περὶ Πρεσβειῶν pro περὶ Πρέσβεων sua auctoritate posuisse[l]. Quam scripturam quum ex ipso Codice Ursini ductam putaret Is. Casaubonus, eamdem non solum retinuit, verum etiam in Græco Procœmio, quod et ipse (quum ab Ursino prætermissum esset) ex Andreæ Schotti codice edidit, Πρέσβεων, quod ibi erat, in Πρεσβειῶν mutavit[m]. Neque vero, quemadmodum absque ulla adjectione, περὶ Πρεσβειῶν, Eclogas has Ursinus inscripsit, sic nude περὶ Πρέσβεων dant manuscripti libri: sed Bavaricus quidem habet περὶ Πρέσβεων ἐθνῶν (ac in medio libro alicubi etiam ἐθνικῶν) πρὸς Ῥωμαίους. Pacianus autem, περὶ Πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς. Denique Schottanus, in Procœmio quidem, περὶ Πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς· in inscriptione vero Eclogarum, sicut Bavaricus, περὶ Πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους. Videntur autem ambæ phrases, ex consilio ejus qui has Eclogas ex Græcis Historiarum Romanarum scriptoribus conficiendas curavit, debuisse conjungi; quoniam promiscue et Legationes gentium ad Romanos, et Romanorum Legationes ad exteras gentes, in istis Eclogis exponuntur. Sed id omne quidem ad ipsum Polybium parum utique refert.

Quoniam vero *Ursini Codex* harum Eclogarum *de Le-*

[l] Multa Ursinum de eis, quæ in ipsius Codice erant scripta, sua auctoritate mutasse, monui in Præfat. ad T. I. sect. ii. n. 3. p. lxxvii. seq. Quæ autem de ipso Codice, quo usus est, lectorem in Præfatione docuit Editor, hæc sunt: *Ant. Augustinus,* inquit, *Archiepiscopus Tarraconensis, misit ad me superioribus annis Polybii Fragmenta quædam, ut titulus indicabat,* περὶ Πρεσβειῶν, *a Johanne quodam Constantinopolitano collecta, qui Romanam antiquitatem in capita et locos communes digesserat; ut eum librum a mendis, quibus pæne infinitis corruptus erat, vindicarem; et cum studiosis etiam, si videretur, communicarem.* Quid indicaverit titulus, dixit: ipsum titulum ad verbum expromere non dignatus est. De Eclogis ex aliis Scriptoribus præter Polybium, quæ eodem codice comprehensæ erant, (quarum partem etiam simul cum Polybianis Eclogis edidit, partem prætermisit,) ne verbulum quidem in Præfatione fecit. Denique de multis aliis, de quibus ibi disserendi locus erat, dubios lectores reliquit.

[m] Eodem modo in Indice Codicum MStorum, quibus usus est, (vide Præf. nostr. ad T. I. p. lxxix.) titulum codicis Schottani, περὶ Πρεσβειῶν, non περὶ Πρέσβεων, perhibuit Casaubonus. Nec tamen ipsum Schotti Codicem, ut paulo inferius docebo, vidit Casaubonus: sed Procœmium illud, quod dixi, ex Hœschelii utique editione sumsisse videtur.

gatis vel *de Legationibus* (tenebimus enim et nos hunc titulum, communi omnium usu receptum) plurimis mendis, ut ipse professus est editor, fuerat obsitus[n]; quarum magnam quidem partem ipse Ursinus ex ingenio emendavit, partem Is. Casaubonus ex *Andreæ Schotti Codice*, adhibitis etiam suis conjecturis, correxit[o]; sed ita, ut codicis lectiones, a se mutatas, sæpe tacuerit Ursinus; et ut in Casauboni correctionibus, quid codicis Schottani debeatur auctoritati, quid ex editoris ingenio sit profectum, nusquam valeas discernere: sane quam desideraveram, ut, si minus ipsos illos libros, quibus olim usi essent Fulv. Ursinus, Andr. Schottus, Jul. Pacius, consulere perlustrareque mihi liceret, saltem diligenter ex eisdem enotatas Lectiones ab edito contextu discrepantes contingeret nancisci. Eoque etiam magis optabile nobis fuerat tale quoddam ad recognoscenda emendandaque hæc Excerpta subsidium, quoniam in Bavarico nostro et initium aberat Eclogarum ex Polybio ductarum, et in reliqua earumdem eclogarum serie multæ rursus ex his, quas habet Ursini editio, desiderabantur. Sed nullius ex illis, quos nominavi, codicibus, de quibus ceteroquin et in instructissima Montfauconii Bibliotheca MStorum et in aliis ejusdem generis repertoriis altum est silentium, nullum usquam ne vestigium quidem, ad hunc diem, deprehendere mihi licuit. Et *Ursinianus* quidem *Codex*, si modo superest hodie, in Hispania fuerit fortasse quærendus, quo remissus esse ab Ursino videtur, postquam ea, quæ in lucem emittere placuit, inde depromserat Editor: certe nec ex Vaticana Bibliotheca, ubi suspicatus eram latere eum codicem, per diligentissimum Spallettum nostrum quidquam de eo potui rescire. Ac subiit etiam interdum dubitare, ipsum-ne antiquum Exemplar, an Apographum solum ad Ursinum miserit Tarraconensis Archiepiscopus, cujus fuerat ille codex. *Pacianum librum*, post Sylburgium, a nemine ne memo-

[n] Vide paulo ante, not. *l.* et conf. Præf. nostr. ad T. I. p. lxxvii. sq.

[o] *Multa emendavimus*, ait Casaubonus, *nec pauca supplevimus e codice MS. περὶ Πρεσβειῶν viri eruditissimi Andreæ Schotti.* Vide Præf. nostr. T. I. p. lxxix. et p. lxxxi.

ratum quidem video. Jam ad *Schottanum* quod spectat *Codicem*, quum per complures aliquot annos in Hispania versatum esse constet Andream Schottum, atque etiam circa annum MDLXXXIV contubernalem fuisse ejusdem Ant. Augustini Tarraconensis Archiepisc. qui librum *de Legationibus* ad Ursinum miserat; nata mihi est suspicio, Schotti illum librum ex eodem fortasse exemplari, quod vel ipsum vel cujus apographum cum Ursino communicatum fuerat, esse descriptum. Cui non repugnat, quod et plurima, quæ non ediderat Ursinus, complexus est Schottanus codex, (quæ partim jam ante Ursini editionem in ipsorum auctorum superstitibus operibus edita legebantur, atque ob eam causam ab Ursino neglecta fuerant; partim deinde ab Hœschelio et Labbeo sunt edita, ex junioribus auctoribus Excerpta;) aut quod in eisdem Polybianis Eclogis, quæ erant in Ursini editione, multa ex eodem codice emendare, et nonnullas etiam lacunas supplere potuit Casaubonus. Ac mihi probabile visum est, Schottum, quum in Hispania apud Ant. Augustinum degens editionem Ursini esset nactus, primum quidem eclogas ab Ursino editas cum ipso exemplari Augustini denuo contulisse, et discrepantes ab Ursiniano contextu Lectiones, hiatuumque nonnullorum, qui in Ursini editione (sive amanuensis culpa, sive typographi) passim fœdabant orationem, supplementa ex exemplari enotasse[p]; deinde vero reliqua omnia, quæ multa adhuc supererant in exemplari, quæ non ediderat Ursinus, integra descripsisse, ut olim edenda curaret[q].

[p] Multa passim in Ursini editione ab operis officinæ Plantinianæ peccata esse; ex ipsius Ursini Notis, si eas cum contextu Græco conferas, satis adparet.

[q] Id si ita est: si non antiquus codex fuit ille *Schottanus*, sed ab ipso Schotto de vetere exemplari recens descriptus; non fuerit magnopere mirandum, quod, postquam omnia, quæ in eo erant comprehensa, publici juris sunt facta, ipse codex deinde non sit conservatus, et nusquam hodie compareat. Nisi forte etiamnunc alicubi latet hic codex; ac fortasse *Pacianus* quoque, aut etiam *Sylburgianus*, uspiam superest. Quod quidem sperare si fas est; ne illud quidem despero, fieri posse, ut aliquis studiosus fautorque harum literarum, hoc nostro fortasse desiderio, quod dissimulare non potuimus, excitatus, favente occasione, ex tenebris in lucem eos sit vindicaturus.

Una tamen maxime res dubitationem quamdam movere potest; qua de re quid statuam, certi nihil habeo: scilicet, quod Ursinus a *Johanne* quodam *Constantinopolitano* collectas illas Eclogas dicit, quarum collectionem *Theodosio* cuidam, cognomine *Parvo*, Schotti codex cum aliis tribuebat[r]. Sed, undecumque tandem nomen istud, nemini alii memoratum, *Johannis Constantinopolitani* arripuerit Ursinus; ex eodem illo Ursini de Collectore harum Eclogarum dissensu alias turbas in tota quæstione de eisdem Eclogis natas video, quæ primum quidem Leunclavium in Dionis editione, tum vero etiam Casaubonum in Polybio versantem, et cum his alios eruditos viros, in errorem induxerunt.

Scilicet Casaubonus in Indice Codicum MStorum, quibus usus est[s], postquam dixerat, *in Excerptis de Legationibus multa se emendasse nec pauca supplevisse e codice MS.* περὶ Πρεσβειῶν *Andreæ Schotti;* his verbis pergit: "*qui* (Andreas Schottus) *etiam fragmenta quædam e Theodosii Parvi Excerptis descripta ad nos misit; quæ tamen vulgata prius fuerant, verum aliis locis, quædam etiam in secunda parte. Eorumpse excerptorum tomum primum invenimus in splendidissima librorum supellectile . . . Jacobi Augusti Thuani. Certe in prima fronte ejus libri erant hæc verba, etsi diversa manu,* Ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν, Θεοδόσιος ἐστὶν ὁ μικρός. *De quo plura in Commentariis.*" Quibus ex verbis intelligere mihi visus sum, ipsum Schotti codicem Excerptorum de Legationibus non vidisse Casaubonum: non nisi Lectiones discrepantes atque Emendationes ad Eclogas Polybianas ab Ursino editas, ex MSto libro excerptas, cum Casaubono communicasse Schottum; simul vero integras nonnullas Eclogas Polybianas, quæ non fuerant in Ursini editione, ad eumdem misisse. Quum vero etiam adnotasset Schottus, Collectorem Eclogarum in suo codice per-

[r] Cum *Schotti* codice consentit *Sylburgianus* a Leunclavio laudatus, et *Thuaneus*, cujus mentionem a Casaubono factam paulo inferius videbimus. In *Bavarico* nomen collectoris Eclogarum nusquam memoratum vidi.

[s] Vide Præfat. nostr. ad T. I. p. lxxix.

hiberi *Theodosium Parvum*[t]; id perperam ita interpretatus est Casaubonus, ac si *Lectiones* quidem *emendationesque* ductæ essent ex *codice MS. Eclogarum de Legationibus* ejusdem generis cum eo, quo usus Ursinus erat; reliquæ vero *Eclogæ*, quas integras miserat Schottus, ex *alia atque diversa Excerptorum collectione* fuissent ductæ, cujus collectionis auctor *Theodosius* esset. At vero ex uno eodemque codice et ex eadem Excerptorum collectione ductæ illæ eclogæ Theodosianæ erant, unde depromtæ erant Lectiones et emendationes ad Eclogas Ursinianas: atque easdem, simul cum reliquis, haud dubie etiam complexus erat Ursini codex; sed in editione sua prætermisit eas Ursinus, quod sciret, in Historiis Polybii editis, scilicet partim in quinque libris prioribus, partim in Antiquis, quæ vocavimus, Excerptis ex libris sequentibus usque ad XVIII. easdem jam in lucem esse emissas[u]. Atque id ipsum est, quod prædicto loco Casaubonus ait, *Excerpta ista Theodosii*, a Schotto ad se missa, *aliis jam locis*, (nempe passim in quinque prioribus Polybii libris;) *quædam etiam in secunda parte*, (id est, in Excerptis Antiquis; hanc enim *secundam* Historiarum Polybii *partem* ibi intelligit) *vulgata prius fuisse*.

[t] Nempe in fronte libri *Schottani* inscripta haud dubie erant verba illa, quæ et in *Thuaneo* codice Casaubonus, et in *Sylburgiano* Leunclavius invenit: Ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν (vel ταῦτα) Θεοδόσιός ἐστιν ὁ μικρός. Unde etiam factum, ut ipsum quoque *Procemium* Græcum, quod toti collectioni Eclogarum de Legationibus in Schottano codice præmissum erat, eidem *Theodosio* tribuerint Hœschelius et Labbeus in Eclogis Legationum ex junioribus Scriptoribus excerptis, quas ex eodem Schottano codice ediderunt.

[u] Pari ratione (docta sane illa, ac prudenti, si modo ex prætermissis Eclogis Lectiones saltem excerpsisset, quibus emendari vulgatus contextus posset) in *Excerptis ex Appiano* eas Eclogas omisit Ursinus, quæ ex superstitibus Appiani libris ductæ erant; ut monui in Præfat. ad Appian. p. xi. et p. xxxi. Sic et in Excerptis ex Dione Cassio complura sunt in codice *Bavarico* (ante illud quod est num. XXXVIII. apud Ursinum) ex libris Dionis superstitibus desumta, quæ eamdem ob causam prætermisit Ursinus. Fuisse autem easdem in Ursini pariter Codice, cum ex eo colligi potest, quod et ceteroquin multas Ursinus Eclogas habet, quæ desiderantur in Bavarico; nec vero ulla, quæ in Bavarico est, (quæ quidem ex libro alioquin deperdito ducta sit,) apud Ursinum desideratur: tum vero et ex Ursini Adnotatione ad Excerpt. XXXVIII. ex Dione satis intelligitur. Ut taceam, miraculo proximum videri debere, si in Codice illo antiquo præcise nonnisi ea fragmenta essent conservata, quæ ex libris aliâs deperditis ducta sunt; ex eis autem libris, quos alia via salvos ad nos pervenire passa est fortuna, nihil prorsus in eodem fuisset.

Sed ita quidem Casaubonus, Eclogas illas Polybianas, quæ ab Ursini aberant editione, ex diversa Excerptorum collectione et ab alio Compilatore esse ratus, levius sane erravit, quam ante eum erraverat *Leunclavius*, a quo etiam in errore suo confirmatus ille potissimum fuisse videtur. Et quoniam in eo sum, ut totam hanc *de Eclogarum istarum collectione* implicatam quæstionem paululum expediam, quam eo potissimum consilio institui, ut in Codices MStos, si qui fortasse supersunt, inquirerem; operæ pretium videtur, ut ipsa Leunclavii verba adponam. Is igitur, in Præfatione Dioni Latine a se converso anno MDXCII præmissa, quæ repetita est in editione posthuma Græco-Latina MDCVI[x] hæc scripsit: *Ne denique Dio noster auctario quodam destitueretur, quo priores editiones superaret; Excerpta Theodosii cujusdam Græci hominis e Dione posterioribus libris inserui . . . Fuisse vero nomen hoc illi collectori, quodam in exemplari manu exarato, quod est eruditi viri Frid. Sylburgii, notatum his verbis reperitur:* Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, ὁ ἐρανίσας ταῦτα. *quibus significatur, a Theodosio, viro minime magno (sic ipse de se modestiæ causa locutus est: vix enim puto, Theodosium minorem Augustum intelligi) fuisse illa congesta. Cum his et conjungenda judicavi, quæ de prioribus XXXIV Cassii libris excerpta continentur in voluminibus manuscriptis, quæ titulo de Legationibus exstant.* Igitur, Eclogas quidem ex XXXIV prioribus Dionis libris, Leunclavius ait, iis Codicibus MStis contineri, quæ titulo *de Legationibus* exstant: reliquas Eclogas, quæ ex posterioribus libris ductæ sunt, non solum alii collectori tribuit, sed et ab illis ita separatas facit, ac si cum Excerptis de Legationibus nihil commune haberent. Quam Leunclavii rationem presso pede secutus est Fabricius in Bibl. Græc. T. III. p. 324. n. x. et xi. Atqui nulla est ex omnibus illis Eclogis, quas Theodosio tribuens

[x] Ista editio quum *Hanoviæ*, ut præfert titulus, *Typis Wechelianis apud Claud. Marnium et hæredes Jo. Aubrii* prodierit; video, cur Polybium Casaubonianum, qui eorumdem bibliopolarum nomen in fronte gerit, *Hanoviæ* impressum esse vulgo perhibeant, quem Parisiis excusum esse docui in Præfat. ad T. I. p. lxix.

Leunclavius diversas statuit ab Excerptis de Legationibus, quin in continua Eclogarum de Legationibus serie apud Ursinum eadem legatur: et longe plurimus earumdem numerus in Bavarico pariter codice de Legationibus inest. Itaque errorem Leunclavii et Fabricii perspecte notavit Reimarus in Præfat. ad Dionem §. 8. rursusque in Apparatu critico ad Dionem, T. II. p. 1543. Mihi vero, quidquid tandem non modo de *codice Sylburgiano*, et nonnumquam etiam de *duobus MStis Excerptorum de Legationibus*[y], verum etiam de *non perfunctorio collationis studio, quo veræ lectiones ex illis codicibus a se erutæ sint*[z], crepuerit Leunclavius, tamen ne ipse quidem oculis suis codicem manuscriptum istorum Excerptorum vidisse umquam videtur; non nisi schedis quibusdam usus esse Sylburgianis, in quibus Sylburgius ex Julii Pacii codice (de quo supra ex Sylburgii Præfat. ad Dionysium Halic. non nihil retuli) Lectiones ad Excerpta ex Dione pertinentes excerpserat, adjectis fortasse etiam Lectionibus ab Andrea Schotto communicatis; a quo certe et alia nonnulla, ad Xiphilinum pertinentia, idem Sylburgius communicata fuisse sibi prædicavit[a]. Sed ne sic quidem rationem illius inconstantiæ Leunclavii satis explicatam putarem, ni accederet æmulatio illa et incredibilis festinatio, qua in edendo suo Dione usum esse hunc virum Reimarus docuit[b].

Jam vero, quod de *Thuani Codice* Casaubonus loco supra a nobis adlato scribit, *eorumpse Excerptorum* (Theodosii Parvi) *tomum primum in Thuani Bibliotheca se invenisse, in cujus libri fronte fuerint hæc verba*, Ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν, Θεοδόσιός ἐστιν ὁ μικρός· id quale sit, quove pertineat, non valeo hariolari. Excerpta quidem *de Virtutibus et Vitiis* in *duos tomos* sive *duos libros* distributa fuisse reperio; quorum priorem, Selecta ex vetustioribus Scriptoribus continentem, Peirescianus codex complectebatur;

[y] In notis ad Dionis lib. XXXVII. c. 2. p. 1013. editionis Leuncl. Græco-Latinæ: p. 112 editionis Reimari.

[z] In edit. Græco-Lat. Dionis p. 1048.

[a] Sylburgius, in editione Dionis Leunclaviana Græco-Latina p. 975.

[b] In Præfat. ad Dionem §. 10. p. xviii. n. v.

Selecta ex junioribus auctoribus, quæ ad nos non pervenerunt, in alterum librum sive tomum erant relata[c]. De *Legationum Eclogis* nihil tale ab eis notatum video, qui manuscriptos codices, quibus illæ continentur, tractaverunt: neque ejus divisionis vestigium in Bavarico codice, qui Excerpta ex junioribus pariter atque ex vetustioribus complectitur, ullum comparet. Sed, sive (ut consentaneum est) *vetustiorum* Scriptorum excerpta *priori* illo *tomo*, quem Casaubonus dicit, comprehensa fuisse statuas; fuerit in illis vel præcipuus auctor *Polybius:* atqui ita de hoc codice loquitur Casaubonus, ut intelligi videatur, nihil in eo fuisse quod ad Polybium pertineret[d]. Sive Eclogas ex *junioribus* auctoribus in eo fuisse sumamus; mirum rursus fuerit, cur eumdem codicem Labbeus in repetita auctorum istorum editione, de qua supra dixi, non modo in consilium non vocaverit, sed ne mentionem quidem ejus fecerit ullam; quum tamen, Thuanæ Bibliothecæ subsidio in tota, quam instituit, Scriptorum Historiæ Byzantinæ collectione usum se esse, in Præfatione profiteatur. Denique, quorsum *Thuaneus* ille *codex*, qualiscumque fuit, evaserit, non magis, quam de ceteris codicibus Legationum, compertum habeo: quem ne in Catalogo quidem Bibliothecæ Thuanæ, qui Parisiis anno MDCLXXIX publicatus est, diligenter licet indicem MStorum Codicum perlustrans, memoratum reperi.

[c] Scilicet in fine Prooemii Græci Excerptis illis præmissi (quod fere non differt a Prooemio Legationum) post indicem Auctorum, quorum postremus Dio Cassius est, hæc verba leguntur: *καὶ οἱ ἐφεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγράφονται.* id est, *Posteriores Scriptores initio libri secundi* (vel *tomi secundi*) *enumerabuntur.* Neque alio fundamento (quoad equidem video) nisus est Valesius, cum in Præfat. ad Exc. de Virt. et Vitiis de universa Collectaneorum Constantini ratione ita scripsit: *Singulos titulos Constantinus in duo volumina diviserat. Priori continebantur antiquissimi quique historiæ scriptores, aut certe qui historiam ab origine mundi repetebant: ii vero, qui res gestas Cæsarum composuerant, in posterius volumen erant rejecti.*

[d] Nam non nisi ex occasione inscriptionis, quæ *Theodosii* nomen præferebat, codicis illius mentionem fecisse videtur. Et sane, si *Polybiana de Legationibus Excerpta* in illo codice fuissent, cupide eum Casaubonus, qui nullum alium MStum librum horum Excerptorum vidit, perlustraturus fuerat, et plura de eodem dicturus. Jam *plura* quidem *in Commentariis*, qui numquam prodierunt, promittit: sed, plurane de illo *Thuaneo codice,* an de *Theodosio* isto *parvo* fuerit dicturus, in ambiguo relinquit.

Relinquebatur igitur, ut in præsidio Bavarici illius Codicis Eclogarum de Legationibus, qui jam in emendando Appiano insignem nobis operam præstiterat[e], esset adquiescendum. Etenim eodem tempore, quo Appiani causa Codicem illum olim excussi, Polybianas etiam Eclogas cum exemplo Ursiniano contuleram, et Lectionis varietatem ad marginem mei libri adnotaveram. Et memini quidem, satis diligenter istam Collationem tunc a me et (qui suam mecum operam amice sociaverat) Dahlero Viro clariss. esse institutam: sed optaveram tamen, ut nunc mihi, ex professo Polybio emendando operam danti, denuo eumdem Codicem perlustrare licuisset. At contentum esse oportuit eis, quæ ex pristina collatione ejusdem Codicis adnotata habebam. Quæ tamen, vel sic, tam ad statuendum de recensione Ursiniana et Casauboniana, quam ad tollendos passim errores, atque ad lacunas etiam nonnullas explendas, haud leve momentum nobis contulerunt[f]. Codex ille, qui circa decimum quartum vel quintum seculum (satis quidem negligenter) conscriptus est, in impresso *Catalogo Græcorum MStorum Codicum Bibliothecæ Serenissimi Bavariæ Ducis*, num. CCIV. hoc titulo recensetur: "*De Legationibus variarum gentium ad Romanos, ex diversis Historicis, Arriano, Appiano, Malchio Rhetore Philadelphiorum et aliis. Chart. fol.*" Ubi quod *Polybianarum* Eclogarum, quarum tamen plurima pars est in hoc codice, mentionem nullam factam in titulo videmus, causa hæc est, quod et *Procemium* illud in hoc codice desideratur, quod Schotti codex habeat, cui adnexus index

[e] De illo Codice confer quæ dixi in Præfat. ad Appianum p. xxx—xxxii. Est autem idem etiam ipse, quo in edendis Eclogis Legationum, quæ ex junioribus auctoribus ductæ sunt, una cum codice Schottano usus olim erat Hœschelius.

[f] Sic, ut hoc utar, sub finem Eclogæ VI. pro *ου'. τάλαντα*, id est, *quadringenta talenta*, quod vulgo semel atque iterum ibi scriptum legitur, recte Bavaricus codex *σ'. τάλαντα* ponit, id est, *ducenta talenta;* quemadmodum ex Livio atque Appiano corrigendum apud Polybium esse jam pridem monuit Drakenborchius ad Livii librum XXXIII, cap. 13. Et, ut lacunæ etiam suppletæ exemplum adferam, in Ecloga XLII. fere media, ubi defectam orationem asterisco notavit Casaubonus, opportunissime hiatum explet codex noster hoc modo: *εἶτ' ἐν αὐτοῖς ἐπισφαλῆ καὶ ἀπαῤῥησίαστον καταλείπεσθαι τὴν πολιτείαν· ἐπισφαλῆ μὲν, ὀλίγοις οὖσιν, καὶ τούτοις* &c.

enumerabat Auctores, e quibus Legationes sunt excerptæ; tum vero quod ipsum principium Eclogarum Polybianarum in eodem nostro codice deest, ita quidem ut prima Ecloga Polybiana, quæ in eo superest, nulloque inscripto titulo continua serie excipit Eclogas ex Eunapio ductas, sit ea, quæ numero *sexta* est in Ursini editione, ductaque est ex Polybii libro decimo octavo. Ex quo adparet, quaternionem saltem unum, aut plures etiam quaterniones, quod magis mihi fit probabile, intercidisse. Neque enim dubito, quin, præter Eclogas ab Ursino editas, alias etiam ex superioribus XVII Polybii libris ductas complexus olim sit Bavaricus hic codex; quas et Schottanus et Ursini liber MStus, ut supra monui, habuerant, prætermisit autem in editione sua Ursinus, quod eas jam inter editas Polybii Historias in lucem emissas esse sciret. Eclogæ ex Dionysio Halicarnassensi nullæ plane hoc codice continentur: quæ utrum numquam in eo fuerint comprehensæ, an simul cum initio Polybianarum Eclogarum interciderint, meum non est definire.

Sed illud quidem non videtur ab hoc loco alienum, ut, quoniam unus est hic Codex, quem hodie ex toto isto genere superstitem cognovimus, paulo etiam accuratius ejusdem rationem, atque *seriem* saltem *Auctorum*, e quibus excerptæ Legationes in eo continentur, exponam. Igitur generalis quidem Inscriptio, ut jam supra monui, hæc est: Περὶ Πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους. Tum sequuntur ipsæ statim Eclogæ. Nempe

1. Ex *Arriano* nonnihil excerptum est, quod quatuor folia complet[g], præmisso hoc titulo: Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἀῤῥιανοῦ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου.

2. Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἀππιανοῦ, τῆς ἐπιγραφομένης Βασιλικῆς. Eclogæ foliis 63 comprehensæ.

[g] Latæ admodum per totum codicem sunt oræ cujusque folii, quibus nihil inscriptum est: ipsa autem scriptura ita laxa et latis versuum intervallis distincta, ut non nimis multum scripturæ sit, quod unamquamque paginam complet.

3. Ἐκ τῆς ἱστορίας Μάλχου ῥήτορος τοῦ Φιλαδελφέων. Folia octo cum dimid.

4. Ἐκ τῆς ἱστ. Πρίσκου ῥήτορος. Folia 19 cum dimidio.

5. Ἐκ τῆς ἱστ. Εὐναπίου Σαρδιανοῦ. Folia 10.

6. Ἐκ τῆς ἱστ. Πολυβίου. Initio trunca Excerpta: sed nomen Polybii in fine subscriptum est, hoc modo: Τέλος τῆς Ἱστορίας Πολυβίου καὶ Ἀπιανοῦ. Complent autem ista Polybiana Excerpta folia 157 cum dimidio.

7. Ἐκ τῆς Ἰωσήππου Ἀρχαιολογίας. λόγος ζ'ος. Folia 13.

8. Ἐκ τῆς ἱστορίας Θεοφυλάκτου ἀπὸ Ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως. Folia 13.

9. Ἐκ τῆς ἱστ. Προκοπίου Καισαρέως. Folia 31.

10. Ἐκ τῆς ἱστ. Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου. Fol. 13.

11. Ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Σωκράτους. Fol. 4.

12. Ἐκ τῆς ἱστορίας Πέτρου Πατρικίου καὶ Μαγίστρου. Fol. 7 cum dim.

13. Ἐκ τῆς ἱστορίας Διοδώρου Σικελιώτου. Folia 15½.

14. Ἐκ τῆς ἱστορίας Δίωνος Κοκκιανοῦ. Folia 29½.

15. Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως. Folium 1.

16. Ἐκ τῆς ἱστορίας Θουκυδίδου. Folia 2.

17. Ἐκ τῆς ἱστορίας Ἀγαθίου σχολαστικοῦ. Folia 4½.

18. Ἐκ τῆς ἱστορίας Μενάνδρου. Folia 46.

Inter ipsas autem Polybianas Eclogas, quas suo ex codice Ursinus edidit, desunt passim haud paucæ in Bavarico hoc libro: quæ (sicut et ex Appiano, ex Dione, ex aliis denique auctoribus passim nonnullæ) quo casu, quove consilio, prætermissæ sint, an quod jam initio duæ diversæ fuerint collectiones[h], non ausim definire. Desiderantur autem ex Polybianis Eclogis, præter priores quinque, de quibus jam dixi, illæ quæ sunt apud Ursinum num X. XV. XX. XXII. XXXIII. XLIII. Tum initium et major pars Eclogæ XLIV. Desunt porro Eclogæ XLV. XLVIII. LV. LXIV. LXVII. LXXIII. XC. XCII.

[h] Ex illa causa et omissiones hujusmodi, et aliam confusionem, quæ in illis Excerptis subinde deprehenditur, repetiit Henr. Valesius in Notis ad Excerpta de Legationibus a Labbeo edita p. 217 et p. 220.

CVIII. CXXV. CXXXIII—CXXXVI. Denique absunt Eclogæ CXLIII. et CXLIV.

III.

Codex Peirescianus Eclogarum de Virtutibus et Vitiis.

Ad *Eclogas* illas quod adtinet, quæ *de Virtutibus et Vitiis*, *περὶ Ἀρετῆς καὶ Κακίας*, inscriptæ sunt, quas easdem et ab Editoris nomine *Valesianas Eclogas*, et a domino Codicis, e quo editæ sunt, *Peiresciana Excerpta* nominare consuevimus; nullus alius, quod sciam, manu exaratus liber, qui illas contineat, ad hunc diem repertus est, præter illum ex insula Cypro *Nicolai Fabricii Peirescii* sumtibus advectum; quo ex codice Henr. Valesius, cujus fidei eum commiserat Peirescius, Editionem illam, de qua in Præfatione ad primum Tomum dixi[1], Parisiis anno m.dc. xxxiv. procuravit. In cujus editionis marginibus quum Valesius eis locis, quæ ex conjectura ab ipso correcta sunt, ipsam manuscripti libri scripturam adnotaverit; si omnia loca, in quibus a codicis scriptura in contextu discessit Editor, ab illo adnotata sunt, valde diligenter scriptus ille codex fuerit necesse est. Sed puto, illis tantum locis adnotatam a Valesio diversitatem esse scripturæ, ubi dubitationis aliquid habere videbatur Emendatio, quam depravato contextui ex sua conjectura adtulit Editor. Quare quamquam et fidem et industriam et doctrinam pariter atque ingenii acumen Valesii, ut debeo, maximi facio; tamen exoptatissimum mihi fuerat futurum, si eumdem ipsum Codicem Peirescianum, quo usus est ille primus Editor, inspicere atque recognoscere mihi licuisset. Neque fere dubito, quin in locis nonnullis, quæ fortasse a Valesio mutata sunt, scripturam codicis eam fuissem inventurus, quæ vel restituenda Polybio, vel alia quadam ratione, quam quæ doctissimo Editori placuit, corrigenda nobis fuisset visa. Nunc, de scriptura Codicis, in unius Valesii auctoritate fuit adquiescendum; quæ quidem, prospero

[1] Sect. i. n. 7. p. cxxiv.

Polybii fato, ejusmodi est, ut bene præclarissimeque cum veterum auctorum scriptis foret actum, si cuncta Editores nacta essent Henr. Valesii similes.

IV.

Procemium Eclogarum de Legationibus, ac de Virtutibus et Vitiis.

Codici Peiresciano præmissum erat *Procemium*, idem prorsus (pauca verba si excipias et Auctorum Indicem) quod Schottano Codici de Legationibus præmissum fuisse supra monui. Illud Procemium, ab Hœschelio, Casaubono, Labbeo ex Codice Schottano, a Valesio vero e Peiresciano libro editum, quum nec ab hac nostra editione debeat abesse, nullibi commodiorem, puto, locum, quam hac in parte hujus Præfationis, inveniet. Titulum ei Hœschelius, et post eum Labbeus, hunc fecit: *Ὑπόθεσις τοῦ περὶ Πρέσβεων τείχους Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς. Προοίμιον.* Casaubonus hanc præposuit inscriptionem: *Τοῦ περὶ Πρεσβειῶν τείχους Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς Προοίμιον.* Denique Valesius: *Ὑπόθεσις τοῦ περὶ Ἀρετῆς καὶ Κακίας βιβλίου πρώτου.* Videturque, ex ipsius Præfatoris consilio, non alius inscribendus fuisse Titulus, nisi hic: ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ. Est autem ipsum illud PROŒMIUM, quale *ex Peiresciano Codice* edidit *Valesius*[a], hujusmodi:

ὍΣΟΙ *τῶν πάλαι ποτὲ βασιλέων τε καὶ ἰδιωτῶν μὴ τὸν νοῦν παρεσύρησαν ἡδοναῖς, ἢ κατεμαλακίσθησαν, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς ἀκηλίδωτον ἀρετῇ συνετήρησαν· οὗτοι δὴ οὗτοι καὶ πόνοις ἐνεκαρτέρησαν, καὶ λόγοις ἐνησχολήθησαν, καὶ ἄλλος ἄλλο τι τῶν*

[a] Varietates ex Schottano Codice, aut ex eorum Editionibus, qui illo usi sunt, huc adponam.

Procemium Excerptorum *de Legationibus, et de Virtutibus ac Vitiis: interprete Isaaco Casaubono.*

QUICUNQUE olim sive reges, sive sortis privatæ homines, mente fuerunt neque voluptatibus depravata, neque mollitie corrupta, sed animi nobilitatem intemeratam ad virtutem conservarunt: hi profecto et inter labores durarunt, et otium

ὅσοι λογικώτερον ἐπεβίωσαν, παιδείας ἐρασταὶ γεγονότες, σπουδαιότερόν τινα συνεγράψαντο, τοῦτο μὲν τῆς σφῶν αὐτῶν πολυμαθίας[b] δεῖγμα ἐναργὲς τοῖς μετέπειτα καταλιπεῖν ἱμειρόμενοι, τοῦτο δὲ καὶ εὔκλειαν ἀείμνηστον ἐκ τῶν ἐντυγχανόντων καρπώσασθαι μνώμενοι[c]. Ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς τῶν τοσούτων ἐτῶν περιδρομῆς ἄπλετόν τι χρῆμα καὶ πραγμάτων ἐγίγνετο, καὶ λόγων ἐπλέκετο, ἐπ' ἄπειρόν τε καὶ ἀμήχανον ἡ τῆς ἱστορίας εὐρύνετο συμπλοκὴ, ἔδει δ' ἐπιῤῥεπέστερον πρὸς τὰ χείρω τὴν τῶν ἀνθρώπων προαίρεσιν μετατίθεσθαι χρόνοις ὕστερον, καὶ ὀλιγώρως ἔχειν πρὸς τὰ καλὰ, καὶ ῥαθυμότερον διακεῖσθαι πρὸς τὴν τῶν φθασάντων γενέσθαι κατάληψιν, κατόπιν γινομένης τῆς[d] ἀληθοῦς ἐπιτεύξεως, ὥστ' ἐντεῦθεν ἀδηλίᾳ σκιάζεσθαι τὴν τῆς ἱστορίας ἐφεύρεσιν, πῇ μὲν σπάνει βίβλων ἐπωφελῶν, πῇ δὲ πρὸς τὴν ἐκτάδην πολυλογίαν δειμαινόντων καὶ κατοῤῥωδούντων· ὁ τῆς Πορφύρας ἀπόγονος Κωνσταντῖνος, ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ χριστιανικώτατος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων, ὀξυωπέστερον πρὸς τὴν τῶν καλῶν κατανόησιν διακείμενος, καὶ δραστήριον ἐσχηκὼς νοῦν, ἔκρινε, βέλτι-

b Sua auctoritate Casaubonus πολυμαθείας dedit.

c μνώμενοι ex utroque codice editum est. Sed μώμενοι utique scripsisse videtur auctor.

d Casaubonus ex conject. edidit τῆς τοῦ ἀληθοῦς ἐπιτ. quod et in Lat. vers. expressit.

in literis consumserunt. Ac si qui illorum vitam in studiis diligentius egissent, eruditionis amore inflammati aliquid impensiore cura [alius aliud quidpiam] conscripserunt; partim quod multiplicis doctrinæ suæ certum aliquod posteris monimentum relinquere averent, partim etiam immortalis memoriæ desiderio, quam apud lectores consequerentur. Quoniam vero per tot annorum curricula et res immensæ quotidie exoriebantur et scripta contexebantur; historiæ conscriptio, semper latius sese propagans, infinita jam res erat, et quæ humani ingenii vim excederet. Enimvero aliter evenire non poterat, quin hominum studia et voluntates posterioribus temporibus ad deteriora se inclinarent, honesta susque deque haberent, et ad cognoscendas priorum sæculorum res evaderent negligentiores, investigatione veri semel neglecta; ita ut historiæ cognitio tenebris obvoluta redderetur incerta, tum propter librorum utilium inopiam, tum quia ad illa tot et tanta volumina vulgo homines expavescebant. Idcirco Constantinus Porphyrogeneta, imperator, omnium qui umquam fuerunt rectæ fidei tenacissimus et christianissimus, ingenio præditus ad rerum pulchrarum perceptionem acutissimo, ea denique præstans intelligentia, ut facile quidvis ad

στον εἶναι καὶ κοινωφελὲς, τῷ τε βίῳ ὀνησίφορον, πρότερον μὲν ζητητικῇ διεγέρσει βίβλους ἄλλοθεν ἄλλας ἐξ ἁπάσης ἑκασταχοῦ οἰκουμένης συλλέξασθαι, παντοδαπῆς καὶ πολυειδοῦς ἐπιστήμης ἐγκύμονας. ἔπειτα τὸ τῆς πλατυεπείας μέγεθος καὶ ἀκοὰς ἀποκναῖον, ἄλλως τε καὶ ὀχληρὸν καὶ φορτικὸν φαινόμενον τοῖς πολλοῖς, δεῖν ᾠήθη καταμερίσαι τοῦτο εἰς λεπτομέρειαν, ἀνεπιφθόνως τε προθεῖναι πᾶσι κοινῇ τὴν ἐκ τούτων ἀναφυομένην ὠφέλειαν, ὡς ἐκ μὲν τῆς ἐκλογῆς προσεκτικωτέρως καὶ ἐνδελεχέστερον κατεντυγχάνειν τοὺς τροφίμους τῶν λόγων, καὶ μονιμώτερον ἐντυποῦσθαι τούτοις τὴν τῶν λόγων εὐφράδειαν, μεγαλοφυῶς τε καὶ εὐεπηβόλως πρὸς ἐπὶ τούτοις [e] καταμερίσαι εἰς ὑποθέσεις διαφόρους, τρεῖς ἐπὶ τοῖς πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν οὔσας, ἐν αἷς καὶ ὑφ' αἷς [f] ἅπασα ἱστορικὴ μεγαλουργία συγκλείεται. κ' οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν συγκειμένων, ὃ διαφεύξεται τὴν τοιαύτην τῶν ὑποθέσεων [g] ἀπαρίθμησιν, οὐδὲν τὸ παράπαν ἀφαιρουμένης τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας τῇ διαιρέσει τῶν ἐννοιῶν, ἀλλὰ σύσσωμον σωζούσης, καὶ ἑκάστῃ ὑποθέσει προσαρμοζομένης τηλικαύτης οὐ συνόψεως, ἀληθέστερον δ' εἰπεῖν, οἰκειώσεως. Ὧν

[e] πρὸς ἐπὶ τούτοις. Sic in utroque codice fuisse videtur: sed præpositionem ἐπὶ uncis inclusit Hœschelius, et prorsus delevit Casaubonus.

[f] Verba καὶ ὑφ' αἷς per errorem in Græco contextu omissa sunt in edit. Casaub.

[g] προθέσεων Casaub. invitis MStis.

effectum perduceret, illud primo fore optimum est ratus et vulgo omnibus utile, ut libros undique ex omnibus orbis partibus doctrina varia refertos conquireret; deinde vastam illam librorum molem, quæ lectores enecabat (cum præsertim molesta plerisque omnibus et tædii plena ea res videretur) in partes minutas putavit distribuendam, et luculentam utilitatem, quæ poterat inde percipi, oculis hominum exponendam; adeo ut, hoc delectu habito, majori attentione et assiduitate lectioni incumbere studiosi queant, et sermonis facundiam altius ac penitius animo imprimere. Hoc amplius imperator magno et felici conatu opus universum in tractatus diversos numero tres et quinquaginta censuit distribuendum, in quibus, quidquid magnificum habet historia, inclusum continetur. Neque inest quidquam historiæ insertum, quod partitionem hanc in hosce tractatus effugerit. Neque vero ob divisionem sententiarum series operis totius ullo modo corrumpitur; verum servat hæc synopsis, vel ut verius dicam, hæc rerum cognatarum adunatio in singulis partibus concinnandis unicuique tractatui convenientem rationem. Horum

κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων ἡ προκειμένη αὕτη καὶ ἐπιγραφομένη ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ, πεντηκοστὴ οὖσα τυγχάνει[h], τῆς πρώτης τὸ ἐπώνυμον λαχούσης ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΝΑΓΟΡΕΥΣΕΩΣ. Ἐμφαίνει δὲ τουτὶ τὸ Προοίμιον, τίνας οἱ λόγοι πατέρας κέκτηνται, καὶ ὅθεν ἀποκυΐσκονται, ὡς ἂν μὴ ὦσιν αἱ κεφαλαιώδεις ὑποθέσεις ἀκατονόμαστοι καὶ μὴ γνήσιοι, ἀλλὰ νόθοι τε καὶ ψευδώνυμοι. Εἰσὶ δ' ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν·

α'. Ἰωσήπου ἀρχαιολογίας.
β'. Γεωργίου μονάχου.
γ'. Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς.
δ'. Ἰωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς ἱστορίας.
ε'. Διοδώρου Σικελιώτου καθολικῆς ἱστορίας.

α'. Πέτρου Πατρικίου καὶ Μαγίστρου.
β'. Γεωργίου Μοναχοῦ Χρονικῆς.
γ'. Ἰωάννου Ἀντιοχέως.
δ'. Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας.

h Pro verbis ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ &c. in *Proœmio Excerptorum de Legationibus* in Cod. Schottano sic legebatur: ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΩΝ ῬΩΜΑΙΩΝ ΠΡΟΣ ΕΘΝΙΚΟΥΣ, τυγχάνει οὖσα ἑβδόμη ἐπὶ τοῖς εἴκοσι. Casaubonus vero ΠΡΕΣΒΕΩΝ in ΠΡΕΣΒΕΙΩΝ mutavit. Hœschelius ad marginem, pro Ῥωμαίων πρὸς Ἐθνικοὺς, scripsit Ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους.

vero tractatuum præsens hic, qui DE VIRTUTIBUS ET VITIIS inscribitur, ordine est quinquagesimus. Primus autem inscriptionem habet DE REGUM [ET IMPERATORUM] RENUNCIATIONE. Continetur vero etiam hoc Proœmio, quos patres habeant et auctores singula scripta, et quorum parta sint ingeniis; ne Excerpta hæc nominibus careant, et habeantur non pro legitimis, sed pro spuriis et subdititiis fœtibus. Sunt autem hæc Excerpta ex Annalibus infra subscriptis:

(*Index* AUCTORUM, *ex quibus excerptæ sunt*

Eclogæ de VIRT. ET VITIIS.

1. Ex Josephi Antiquitatum libris.
2. Ex Georgio Monacho.
3. Ex Chronico Johannis Malelæ.
4. Ex Johannis Antiocheni Chronico.
5. Ex Diodori Siculi universali Historia.

Eclogæ de LEGATIONIBUS.)

1. Petri Patricii et Magistri.
2. Ex Georgii Monachi Chronica Historia.
3. Johannis Antiocheni.
4. Ex Dionysii Halicarnassei Antiquitatibus Romanis.

ϛʹ. Νικολάου Δαμασκηνοῦ καθολικῆς ἱστορίας.

ζʹ. Ἡροδότου Ἁλικαρνησέως.

ηʹ. Θουκυδίδου.

θʹ. Ξενοφῶντος Κύρου παιδείας, καὶ ἀναβάσεως Κύρου τοῦ Παρυσάτιδος.

ιʹ. Ἀῤῥιανοῦ Ἀλεξ - - -

ιαʹ. Διονυσίου Ἁλικαρνησσέως Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας.

ιβʹ. Πολυβίου τοῦ Μεγαλοπολίτου Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας.

ιγʹ. Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῆς τῆς ἐπίκλην Βασιλικῆς.

ιδʹ. Δίωνος Κοκκιανοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας[k].

εʹ. ϛʹ. Πολυβίου Μεγαλοπολίτου καὶ Ἀππιανοῦ[i].

ζʹ. Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου.

ηʹ. Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

θʹ. Διοδώρου Σικελιώτου.

ιʹ. Δίωνος Κοκκιανοῦ[l].

ιαʹ. Προκοπίου Καισαρέως.

ιβʹ. Πρίσκου ῥήτορος.

ιγʹ. Μάλχου σοφιστοῦ.

ιδʹ. Μενάνδρου Προτίκτορος.

ιεʹ. Θεοφυλάκτου, τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως, τοῦ Σιμοκάττου[m].

[i] Ἀπιανοῦ per π simplex erat in Codice Pacii apud Sylburg. in Notis ad Dionys. Halic.

[k] In Cod. Peiresciano adjecta hæc verba erant: Καὶ οἱ ἑξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγράψονται. id est: *Sequentes Auctores initio secundi libri recensebuntur.*

[l] Κοκκηϊανοῦ Casaub.

[m] Σιμοκάτου idem: utrumque invito libro MS:o.

6. Ex Nicolai Damasceni universali Historia.
7. Ex Herodoto Halicarnasseo.
8. Ex Thucydide.
9. Ex Xenophontis libris de institutione Cyri, et de expeditione Cyri Parysatidis filii.
10. Ex Arriani historia de rebus gestis Alexandri.
11. Ex Dionysii Halicarnassei historia Romana.
12. Ex Polybii Megalopolitani historia Romana.
13. Ex Appiani historia Romana, quæ inscribitur Regia.
14. Ex Dionis Cocceiani historia Romana.

5, 6. Polybii Megalopolitani et Appiani.

7. Zosimi Ascalonitæ.
8. Ex Josephi antiquitatibus Judaicis.
9. Diodori Siculi.
10. Dionis Cocceiani.
11. Procopii Cæsariensis.
12. Prisci Rhetoris.
13. Malchi Sophistæ.
14. Menandri Protectoris.
15. Theophylacti Simocattæ, Expræfecti et Rescriptoris.

V.

Alia Subsidia *nonnulla, quibus, præter Codices Manuscriptos, usi sumus in constituendo et emendando Textu Polybiano.*

Jam præter ea præsidia, quæ ad constituendum emendandumque Contextum Polybianum ex manuscriptis Codicibus adsciscere nobis licuit, faciendum duxi, ut (quemadmodum in Præfat. ad Tom I. p. lxxxvi. significavi) quidquid passim a Viris doctis, sive ex professo in illustrando Polybio occupatis, sive aliud agentibus ex oblata occasione adnotatum inveni, quod ad ipsam Polybii orationem, ubi corrupta a librariis videbatur, restituendam valeret, id in usum meum, id est, Polybii nostri, converterem, auctoremque Emendationis aut probabilis Conjecturæ in brevibus Scholiis criticis infra contextum positis laudarem. Et ibi quidem quum interdum *ex mente Is. Casauboni* aliquid vel a nobis emendatum esse dixi, vel emendandum videri; id eo valere intelligendum est, ut Casaubonus in Contextu quidem Græco scripturam ante ipsum vulgatam tenuerit, sed aliam lectionem, quæ nobis pariter probatior videtur, ex sua conjectura vel in *Latina versione* expresserit, vel in ora exempli sui Editionis Basileensis adnotaverit: qua ex *ora Basileensi* Emendationes nonnullæ Isaaci a filio Merico Casaubono sunt in lucem prolatæ, sed multo majorem copiam exhibet libellus ille Gronovianus, ex eadem ora Basileensi transscriptus, de quo jam supra dictum est[a].

Gronovianæ vel *Emendationes* vel *Conjecturæ*, quas passim laudavi, non modo ex illarum sunt numero, quas in Notis tertio Tomo sui Polybii ipse vulgaverat olim Jac. Gronovius; sed sunt etiam aliæ, nunc primum a nobis ex Adparatu illo Gronoviano, quem Ruhnkenii beneficio debemus, depromtæ; scilicet partim ex marginibus eorumdem duorum exemplorum editionis Gronovianæ, in quibus Varietatem etiam Lectionis ex codd. MStis exhiberi supra

[a] Sect. I. n. 1. hujus Præfationis, et in Præf. ad Tom. I. p. lxxxii. not. *o*.

dixi, partim vero ex Adnotationibus manuscriptis ejusdem Jac. Gronovii, quas secundæ editioni, si olim prodiret, destinaverat editor.

Scaligeri quasdam Emendationes, raro quidem, sed aliquoties tamen, laudavi[b]; easdemque in uberioribus Adnotationibus nostris fortasse laudandi frequentior fuerit occasio. Scaligeranas illas Emendationes ad Polybium in reliquo *Adparatu Gronoviano* inveni, raptim quidem et inconcinne inscriptas marginibus schedarum nonnullarum, quarum plerasque ex dissoluto exemplo Æliani ab Abrah. Gronovio editi decerptas intellexi. Major-ne fuerit olim earumdem Emendationum copia, similibus schedis illitarum, nescio. Quæ supersunt, pertinent illæ ad Polybii lib. i. cap. 43—88. tum ad ii. 24. denique ad lib. ii. cap. 34. usque ad lib. iii. cap. 78. Referuntur autem illæ (quod ex diligenti collatione liquido cognovi) ad lectiones editionis Hervagianæ: et adjectis literis *Sc.* vel *Scal.* ac subinde etiam integro nomine *Scaligeri*, huic auctori haud dubie tribuuntur. Quare quum partim ex Is. Casauboni, partim ex Jos. Scaligeri Epistolis intellexissem, fuisse olim *Notulas Criticas* ejusdem *Josephi Scaligeri* marginibus impressi cujusdam exempli Historiarum Polybii inscriptas[c]; non vidi, cur dubitarem, ex illo exemplo (ubicunque tandem illud hodie lateret) Emendationes has esse transscriptas. Et quoniam jam olim ad me scripserat humanissimus Ruhnkenius, inesse in Adparatu Gronoviano, quem ad me misisset, nonnihil etiam manu Abrahami Gronovii scriptum; incideram in eam cogitationem, esse forte eas, quas dixi, schedas ipsius Abr. Gronovii manu conscriptas, et superesse fortasse in Bibliotheca Leidensi illud exemplar, quod Scaligeranas notulas contineret; unde, præter has, quas Abr. Gronovius excerpsisset,

[b] Vide lib. I. 48, 9. II. 39, 4.

[c] Vide Is. Casauboni Epist. 604. edit. Almelov. et Jos. Scaligeri Epist. 65. 115. et 141. Ac fuisse quidem exemplum illud *editionis Hervagianæ* colligo ex eo, quod Casaubonus, quum cupidus admodum fuisset videndi quid a Scaligero in Polybium esset adnotatum, nactum se esse ipsum illud exemplum scribit; qui tamen, ut alibi docui, editionem Obsopœi numquam inspexisse videtur.

amplior etiamnum fructus quidam ex Scaligeri ingenio atque doctrina ad emendandum illustrandumve Polybium posset derivari. Qua de re postquam compellavi eumdem Ruhnkenium, quem numquam nisi honoris et grati animi testificandi causa possum nominare, perbenigne ille rescripsit, non solum esse in Bibliotheca Leidensi, in *Vossianorum Codicum* numero exemplum impressum Polybii, multas notulas criticas (quæ fortasse Scaligeranæ essent illæ, quas requirerem) marginibus inscriptas habens; verum etiam describendum id omne, quidquid esset, in usum nostri Polybii se curaturum. Et describendarum earumdem Notularum operam, pro eo quo fervet de bonis literis omni ex parte præclare merendi studio, ac pro singulari qua nos complectitur benevolentia, ultro in se suscepit doctissimus suavissimusque Daniel Wyttenbachius; qui nuper (veluti non satis propriorum negotiorum haberet, ornandis promovendisque literarum studiis consecratorum) integrum ad me libellum misit, sua manu conscriptum, *Notulas* illas *criticas*, quæ sunt *in Vossiani libri marginibus*, continentem. Quas ego conferens cum Scaligeranis illis Notulis, cognovi quidem, nihil vel parum admodum his cum illis esse commune, adeoque nihil ad Scaligerum pertinere; quod ex eo etiam statim intellexeram, quod viderem, Vossianum librum ex *Obsopœi* esse editione[d]; cum Scaligeranæ Emendationes ad *Hervagiani* exempli lectiones essent relatæ. Neque vero eo minus grata esse debuit illa ad ornandum nostrum Polybium accessio: quæ quidem serius ad me pervenit, quam ut in perpoliendo ipso contextu Polybiano ea potuerim uti; sed in Commentariis nostris passim laudandi eamdem et ex ea proficiendi erit occasio. Nam quamvis plurima fere notularum illarum pars versetur in pravis Obsopœanæ editionis lectionibus ex Hervagiana emendandis; multæ tamen insunt

[d] Est nimirum, uti video, idem illud exemplum, quod in Catalogo Librorum MStorum Angliæ T. II. p. 70. in *Codicibus MStis Isaaci Vossii*, Canonici Windsoriensis, n. 2684. hoc titulo recensetur: *Polybii Historia Editionis Hagenoënsis cum variis Lectionibus.* Et nomen quidem *Scaligeri*, ut ex Wyttenbachii nostri schedis intellexi, nusquam in eo libro commemoratum conspicitur

præclaræ Emendationes, ex felici conjectura (nam ex manuscripto quidem codice nihil ductum videtur) prolatæ: quarum partem confirmat librorum nostrorum MStorum auctoritas, pars etiam invitis MStis Polybio restitui debet; verbi causa, παραλίας iii. 118, 2. quam eamdem conjecturam et nos expressimus; sic iv. 25, 4. μετὰ τῶν Ἰλλυριῶν, quod ex Gronovii conjectura edidimus[e]. Ita fit, ut præter spem opinionemque VOSSIANIS *Emendationibus* simus ditati; exemplum autem illud Polybianum, quod *Scaligeri* continet *Emendationes*, (si modo continet plures, quam quæ in schedas Gronovianas relatæ sunt) ubinam gentium aut locorum lateat, adhuc quidem ignoremus.

Ex omnibus Viris doctis, qui præter ipsos Polybii Editores, de Scriptore hoc bene meruerunt, nullus est, cujus opera tam frequenter usus sim in castigandis sanitatique suæ, quoad fieri poterat, restituendis Polybianæ Historiæ reliquiis, quam JOH. JACOBUS REISKIUS: quem virum, sicut olim, quum quotidiana per sex menses consuetudine ejus uterer, mirifice amavi, sic post cineres pia memoria colere numquam desinam. Is quum *Animadversionum suarum ad Græcos Auctores Volumen quartum* totum emendandis illustrandisque Polybianæ Historiæ Reliquiis dicaverit[f], rectissime de illa opera, gravissimo antiquitatis Scriptori a se præstita, ipse judicavit in Præfatione, tertio Volumin ipræmissa: ubi (p. cxxiv. seq.) *Ego equidem*, ait, *pro eo, quo in Polybium exarsi amore atque studio, quem ita frequenter lectitavi, ut alium neminem neque Græcum neque Latinum frequentius, ita in eum diligenter commentatus sum, ut, quæ ad eum annotavi, nisi sum iniquus ingenii mei judex, omnium, quæ ab ingenio meo profecta sunt, si quid in illis est non contemnendum, ausim vel in elaboratissimis habere. Quæ Polybiana si unquam potero in lucem*

[e] Ad eum locum nunc demum video oblitum me esse in brevi scholio conjecturam illam, quam secutus sum, ad *Gronovium* auctorem (qui eam in editis ad Polybium Notis protulit) referre: quod casu, non consilio, factum esse profiteor.

[f] *Præfationem* deinde ad sua *Polybiana*, quam sæpius in Præfat. ad primum Polybii nostri Tomum laudavi, *quinto* demum *Volumini*, certas ob causas, quas haud obscure ipse indicavit, inseruit.

proferre, spero, me tum per ea hoc effecturum, ut cum illis in gratiam redeam, qui de mearum notularum jejunitate queruntur, et aridissimarum emendatiuncularum macie atque rusticitate offendi se haud dissimulant.

VI.

Latina Interpretatio.

Secundum ista, quæ de Subsidiis, quibus ad recognoscendum emendandumque Polybianum Contextum usus sum, satis copiose hucusque dixi; superest, ut de aliis nonnullis rebus, quibus in hac Editione commoditati atque studiis Lectorum Polybii consulere, quoad potui, conatus sum, paucis exponam. Et primo quidem, quod ad *Latinam Versionem* spectat: quemadmodum Ernestius, Vir et Græce et Latine doctissimus, in Præfatione ad Polybium[g] *de Isaaci Casauboni Versione* disserens, *non sustinuisse se*, ait, *alienum opus, tanti præsertim viri, interpolare;* sic pulcre et ego, ac multo quidem pro mea parte etiam magis, intellexi, magna me cum invidia tum molestia iri liberatum, si intactam relinquerem præstantissimi illius Editoris atque Interpretis Polybii versionem; cujus et præclare perspexi virtutes et maximi semper feci, immo cujus ejusdem ope plurimum me ad intelligendum hunc Scriptorem adjutum esse gratus profiteor, ita quidem, ut, nisi illo Casaubonianæ versionis præsidio nisus, numquam fortasse edendi Polybii consilium suscipere ausus fuissem. Sed quandoquidem, recte si rem æstimare voluerimus, negari non potest, quod idem Ernestius se non ignorare professus est: *pluribus locis eamdem versionem vel a sensu Græcorum verborum aberrare, vel a proprietate verborum, vage sensum exprimendo; denique structuram orationis Græcæ implicationemque sententiarum sæpe, ubi necessitas, hoc est linguæ Latinæ indoles, non desiderabat, deserere; quibus rebus subinde vehementer deceptus est Francicus interpres in Folardino Polybio:* non committendum duxi, ut vel nostræ commodi-

[g] Ernesti Præf. ad Polyb. p. xxiii.

tatis vel justi cujusdam ceteroquin pudoris rationem utilitati præponerem studiosorum Polybii Lectorum, quorum bonam partem curatiore Versione Latina haud parum adjutum iri intelligebam ad Scriptoris hujus intelligentiam. Itaque, monitus etiam præsertim de hac ineunda ratione ab eis viris, quorum apud me auctoritas plurimum debuit valere, arduum illud quidem et aleæ plenum consilium cepi, Latinam Is. Casauboni Versionem non solum eis locis, ubi Emendationes, ex meliorum codicum fide aut ex certiore conjectura Græcæ orationi a nobis adlatæ, aliam panderent Auctoris sententiam, quam quæ a Casaubono expressa esset, verum etiam ubicumque ceteroquin opus fuisset visum, reformandi et ad Græci exemplaris fidem coloremque refingendi. Duas igitur res in hoc negotio me secutum esse, profiteor; quousque consecutus sim, aliorum judicium esto: mihi quidem minime sæpe satisfecisse me fateor; sed quatenus pro mearum modulo virium, varias inter curas, quæ Polybio intentum animum alio sæpe distrahebant, potui, primum illud spectavi, ut ipsam Scriptoris sententiam, quæ ob sermonis Polybiani proprietatem (ab aliorum auctorum oratione, qui vulgo magis in eorum manibus, qui Græcas literas tractant, solent versari, nonnihil discedentem) obscurior interdum videri potest, quam verissime possem, repræsentarem: alterum, ut Latinus sermo non solum per se ubique planus et perspicuus esset, sed et ipsam vim verborum Græcorum et conversionum, quibus usus esset auctor, luculenta quadam ratione exprimeret, utque adeo vice perpetui commentarii, quem vocare solent, quodammodo fungeretur hæc interpretatio. At, postquam cœperam isto consilio nonnulla immutare, sæpe etiam alia rursus, quæ per se commode stare potuerant, paululum refingenda visa sunt, ut æquabilitati sermonis aliquatenus consuleretur. Denique, ut fit, nonnulla etiam casu magis quodam, quam consilio, ac veluti per contagium, dum alia refingo, simul mutata sunt, quæ non solum intacta relinqui potuerant, sed commodius etiam fortasse erant a Casaubono expressa. Rursus vero,

dum plura passim, quam necesse fuit, a me mutata interdum animadverti; ingrati dehinc invidiosique negotii pertæsus, alia subinde reliqui, quæ cummaxime mutanda, et ad Græci exemplaris veritatem revocanda, haud immerito fortasse nonnullis videbuntur. Sed quis tandem modum atque mensuram, in hoc genere servandam, ita ad amussim definiet, ut nulla prorsus conditione ne latum quidem unguem vel ultra progredi vel citra subsistere liceat? Dummodo nihil vehementius obscuratum aut fœdatum a nobis, quod recte et perspicue a Casaubono erat positum, passim autem ea, quæ obscurius aut minus ad veritatem ille expresserat, explanata a nobis atque emendata judicaverint æqui peritique in hoc genere æstimatores; bene præclareque hanc a me operam positam arbitrabor. In *Henr. Valesii Versione* Eclogarum de Virtutibus et Vitiis parcior, prouti par erat, fui in mutando. Ceterum, ubi vel a Casauboni vel a Valesii interpretatione eis in locis discessero, quæ dubitationem aliquam videantur posse habere, ad ejusmodi loca in Commentariis nostris versionem illorum Interpretum adferemus, adjectis, quoad opus fuerit, rationibus, cur ab illa discedendum putarimus.

VII.

Reliqua nonnulla ad hanc Editionem spectantia.

Commentarii, ad quos subinde provocavi, sive *uberiores Adnotationes ad Polybium*, quintum volumen, et partem voluminis sexti, quod claudet hoc opus, complebunt. Reliqua pars sexti voluminis *Indices* duos, alterum Rerum, alterum Græcitatis Polybianæ, utrumque auctiorem et emendatiorem, quam quibus adhuc illustratus erat Polybius, comprehendet. Tertium volumen, Reliquias Libri octavi et octo consequentium; quartum, ceterorum Librorum inde a decimo septimo reliquias, quarum longe maxima pars in Eclogis de Legationibus ac de Virtutibus et Vitiis inest, complectetur. *Fragmenta* ea, quæ, quonam e Libro Historiæ Polybianæ ducta sunt, non potuero con-

stituere, sive ad calcem quarti voluminis, sive, prouti res tulerit, in quinti principium rejicientur. Quod autem a reliqua operis materia separatis voluminibus edendos *Commentarios* dico, id si cui haud satis commodum ad usum Lectorum videbitur, meminerit is velim, *Polybium* potissimum, non *Commentarios*, in manus tradere lectoribus nos voluisse: quod consilium, emendato Græco Contextu, tum adpositis Lectionum discrepantiis, in quibus momentum aliquod ad judicandum de nostra constitutione contextus inesse visum est, denique Latina etiam Versione in usum eorum, quibus minus familiaris est Polybianus sermo, adjecta, consecutos nos esse putamus. Multi legent Polybium, qui Adnotationes nostras non magnopere requirent: qui, si easdem simul cum Polybiano contextu oculis necessario subjectas habere oporteret, distrahi se potius ab eo argumento, cujus causa in manus sumsissent librum, quam juvari, haud sine veri specie conqueri quodammodo possent: præsertim, quum in hac octona forma libri, quæ plurimum ceteroquin commoditatis habet, illud sane, si Textui statim subjectæ essent uberiores Adnotationes, haud exiguum nasceretur incommodum, ut de ipso Polybiano textu sæpe non nisi minuta particula in quaque pagina posset exhiberi; quod quantum sit impedimentum ad continuam auctoris lectionem atque ad ipsam intelligentiam eorum quæ legimus, experiri quisque potest in illis veterum Auctorum editionibus, in quibus una interdum orationis periodus per complures etiam paginas est dispertita, ut, si verbum in fine periodi quæras, quod superiori cuidam respondeat, aut vice versa, folia nonnulla interdum volvenda sint aut revolvenda. Ceterum per eam rationem, quam in edendo Appiano etiam secuti sumus, quam eamdem in hac Polybii editione tenebimus, ut in quaque earum Adnotationum, quæ separato volumine comprehensæ erunt, perspicue notetur, quemnam ad locum, quem ad versum orationis Polybianæ referatur quæque Adnotatio; non video, quid commoditati eorum Lectorum decedat, qui Adnotationes nostras, prouti ipsi in legendo contextu progrediun-

tur, simul oculis subjectas habere cupient: quandoquidem nil impedit, quo minus Tomum illum, qui continet Adnotationes, apertum in promtu et ad manus habeant, illumque quoties libuerit inspiciant; quod non æque commode fieri potest, ubi (quemadmodum placere aliis video) ad calcem cujusque voluminis Adnotationes eæ, quæ ad contextum eodem volumine comprehensum pertinent, adjiciuntur.

Quod in quaque pagina et *Temporum rationem*, et earum rerum, de quibus agitur, *brevia Argumenta* ad marginem notaverim; ea res quanta cum difficultate nonnumquam fuerit conjuncta, experimento equidem cognovi; commoditatis fructum Lectores capient, quorum in usum hoc quidquid est laboris lubens suscepi. In numerandis annis, qui a Roma condita effluxerunt, Fastos Consulares secutus sum a Jansonio ab Almeloveen editos. Cum annis ab Urbe condita notationem Olympiadum ea ratione conjunxi, qua ipsum Polybium usum esse ex compluribus nonnullis locis intellexi, ubi in exponendis rebus et annum Olympiadis definivit, quæ tunc agebatur, et Consules Romanos nominavit, qui eodem anno magistratum gesserunt. In definiendis autem annis, quos apud ipsum Auctorem nostrum (in ea præsertim Historiarum parte, quæ non integra ad nos pervenit) notatos non inveni, ex veteribus Scriptoribus Livius potissimum dux fuit: ex recentioribus Chronographis, Simsoni Chronicon Universale præ ceteris consuluisse me profiteor; nec parum adjutus sum (quamquam non tantum, quantum speraveram) Synopsi illa Chronologica, quam Is. Casaubonus multo studio ad Polybium composuit. Ceterum, sicut, Chronologicas omnino rationes non penitus perspectas mihi esse, ultro profiteor; sic, si quid subinde fuero in hoc genere hallucinatus, veniam me ab æquis judicibus impetraturum spero: qui si meliora certioraque docere me Lectoresque Polybii voluerint, magnam habebo gratiam. De difficultatibus, quæ mihi in eodem genere passim oblatæ sunt, in Adnotationibus quantum opus videbitur disse-

ram; ac vel rationes, quibus ad eas solvendas usus sum, exponam; vel dubitationes, quæ etiamnum mihi supersunt, ingenue proferam.

In eis *Polybianæ Historiæ Libris, quorum nonnisi Eclogæ et Fragmenta ad nos pervenerunt*, haud exiguo hoc incommodo laborabant superiores Editiones, quod eæ res, quæ eodem Libro continua serie a Polybio erant expositæ, nunc non tribus modo, sed nonnumquam multo etiam pluribus diversis locis fuerint quærendæ; quum pars in Excerptis Antiquis exhiberetur, pars in Legationibus, pars rursus in Eclogis de Virtutibus et Vitiis, tum rursus alia pars in Fragmentis Polybianis ex Suida aliisque auctoribus a Casaubono collectis esset dispersa, rursus alia in Fragmentorum Supplemento a Valesio congesto, alia in Spicilegio a Jac. Gronovio adjecto. Unde summa oriebatur rerum confusio; ex qua, mirum est profecto, quo pacto extricare sese potuerint docti illi et industrii viri, qui nostra aut patrum memoria historiam illorum temporum componentes, quorum res gestas Polybius scripsit, disjecta illa Polybianæ Historiæ membra, collatis utique aliorum Scriptorum monumentis, unum in corpus redegerunt. Cui confusioni curandum esse novo Polybii editori ut medela adferatur, perspecte Reiskius monuit[h], quum, *Optandum erat*, ait, *ut hanc quoque operam dedisset Gronovius, ut fragmenta Legationum et Valesiana in unum consequentem ordinem construeret, qui, quantum ejus fieri ex sola conjectura potest, proxime accederet ad illum primigenium, quem olim in libris adhuc integris obtinebant; qui ordo haud raro satis est dilucidus atque insignis. Erat illa ratio non parum lucis rebus ipsis illatura, memoriamque rerum narratarum altius animo infixura.* Quam ego operam quum Polybio et studiosis Polybii Lectoribus conatus sim præstare; sæpe quidem lucidissime perspicere mihi visus sum nexum atque seriem, qua inter se olim in integro Polybii opere cohæsissent aut se invicem excepissent varia illa,

[h] In Præfat. ad sua Polybiana, pag. 798.

quæ hodie supersunt, sive majora sive minora fragmenta: sed sæpe rursus, presertim ubi Livii deficiebat cynosura, magnis cum tenebris ac difficultatibus luctatus, conjecturis niti fui coactus.

In Disputatione *de Vita et Scriptis Polybii* id maxime egimus, ut *Testimonia Veterum*, quæ in Fragmentorum collectionibus, a superioribus Polybii Editoribus congestis, jam continebantur cuncta, sed sparsim ibi disjecta erant, in unam nunc summam collata commodoque digesta ordine exhiberemus Lectoribus. Sed, *aliorum Testimoniis* de rebus, ad Polybium pertinentibus, consentaneum erat, ut adjiceremus interspergeremusque eas notitias, quæ eisdem de rebus colligi *ex ipsius Polybii* scriptis potuerunt. Ceterum, quæ recentiori ævo, ab instaurato post ignorantiæ secula studio bonarum literarum ad nostram usque ætatem, certatim a viris doctis laudes tributæ sunt Polybii Historiis, elogiaque, ubivis obvia, quibus celebratæ sunt virtutes hujus operis, colligere longaque serie ad verbum repetere, supervacaneæ rem operæ duximus: illasque virtutes ex ipsius operis lectione, quam aliena fide, maluimus cognosci. Quodsi tamen intellexerimus, commodum videri studiosis Polybii Lectoribus, haud gravabimur quidem, quæ de laudibus Historiæ Polybianæ, ac partim etiam de his quæ desiderari in hoc Scriptore posse videantur, a tribus maxime viris, Isaaco Casaubono, Reiskio, Ernesto, in Præfationibus ad Polybium disputata sunt, fideliter excerpere, et postremo hujus operis Tomo præmittere.

Quandoquidem in procuranda hac Polybii Editione constitutum nobis fuit, Reliquias omnes Historiarum hujus Scriptoris, quæ magnam partem misere discerptæ ac temere sparsæ ad hunc diem jacuerant, unum in corpus ita colligere, ut, quoad fieri posset, secundum rerum atque temporum ipsorumque Librorum seriem, per quam ipse auctor universam Historiam distribuerat, collocarentur omnia et concinnarentur; magno jam numero ex eis Fragmentis, quæ passim apud varios veteres Scriptores ex Polybio recitata supersunt, suus cuique locus in illorum

triginta quinque Librorum serie, quorum continuus contextus injuria temporum intercidit, a nobis adsignatus est, prout aut scriptor, qui Polybii verba nobis conservavit, numerum Libri, e quo ducta sunt, diserte adjecerat, aut prout nos ex ipsius Fragmenti argumento intelligere nobis visi eramus, quanam ex parte Historiarum esset illud decerptum. Sed perfuncti eo labore, dum in hoc deinde eramus occupati, ut cetera colligeremus Fragmenta, quæ, quanam ex parte Historiarum ducta, aut quem ad librum essent referenda, haud adparebat, subinde adhuc reperiebamus nonnulla, in quibus videbantur satis clara etiamnum indicia superesse ejus loci, quem in opere integro olim obtinuissent, quæ indicia ante id tempus nostram effugerant observationem. Ea igitur, quibus aliquod tale indicium, sive oppido manifestum, sive admodum probabile, visum est inesse, a ceterorum Fragmentorum promiscua turba separavimus, et prædicto *Spicilegio Reliquiarum ex certis Libris Historiarum Polybii* complexi sumus. In idem Spicilegium consulto etiam rejecimus ea Fragmenta, quæ jam olim quidem, quo pertinerent, intellexeramus, sed, quoniam nonnisi Latino sermone nobis conservata sunt, Græcis Polybianis immiscere nolueramus.

Reliqua erant ea *Polybii Fragmenta*, quæ, qua ex parte Historiarum quove e Libro ducta essent, prorsus erat incertum: breviora illa pleraque, et longe maximam partem a *Suida* in Lexico Historico et Grammatico, alia a *Stephano Byzantino* in Geographico Lexico, pauca nonnulla ab aliis Scriptoribus conservata. Ea igitur cuncta, præeuntibus jam aliquatenus superioribus eorumdem Fragmentorum Collectoribus, duas in classes distribuimus: quarum in priorem illa conjecimus Fragmenta, in quibus superest saltem signatum aliquod nomen ejus rei, personæ, gentis, regionis, aut urbis, de qua agebatur; quæ *Fragmenta Historica et Geographica* nominavimus. In alteram ea digessimus, in qua nullum ejusmodi nomen expressum superest; atque his titulum inscripsimus, *Fragmenta Grammatica*. Constitueramus, tertiam facere clas-

sem Fragmentorum Gnomicorum, id est, quibus brevis aliqua sententia continetur politica sive moralis: sed haud magno incommodo hæc ipsa adtribui posse posteriori classi visa sunt. In utraque istarum classium, ea Fragmenta, quæ sive certa ratione, sive admodum probabili ad Polybium auctorem relata sunt, ab his distinximus, de quibus dubitari posse nobis visum erat; de qua distinctione in Introitu diximus pag. 53.

Sed priusquam de *Fragmentis Polybianis* verba facere desinamus, haud erit ab hoc loco alienum, si de eorum Virorum meritis paulo enucleatius dixerimus, qui, cum præclare vidissent, in acerba clade, qua Polybii Historias adflixit injuria temporum, pretiosas studiosis bonarum literarum esse debere vel minutissimas quasque reliquias, quæ veluti avulsæ tabulæ ex tristi illo naufragio emersissent, singulare studium egregiamque operam in conquirendis congerendisque Historiarum Polybii Fragmentis posuerunt. Primus igitur, qui in hoc genero elaboravit, et cui ad hunc diem præcipua laus debetur, *Fulvius Ursinus* est, qui Eclogis de Legationibus a se editis adjecit *Polybii Fragmenta*, quorum tantum numerum ex variis Scriptoribus congessit hujus Viri industria, ut eorum series in ipsius editione a pag. 229. usque ad pag. 294. decurrat. Ista autem Fragmenta perspecte ita distribuit Ursinus, ut primo loco ea referret, quæ quonam ex Libro Historiarum Polybii ducta essent adparebat; dehinc poneret *Incerta*, quæ vocat, *Polybii*, id est, de quibus haud statui posse putavit, quem ad Librum essent referenda, et primo quidem ex Dionysio Halicarnassensi, tum ex Athenæo, dein ex Suida largissimam copiam, a pag. 244—274. porro *ex Libro Manuscripto incerti*, ut ait; tum ex Appiano, ex Strabone, ex Plutarcho, ex Stephano Byzantino, ex Eustathio in Dionysium, ex Tarrhæi Proverbiis, ex Pausania, ex Æliani Tacticis, ex Xiphilino; denique ex Latinis scriptoribus, Varrone, Cicerone, Livio, Velleio, Plinio, Aulo Gellio, Orosio. Idem Fragmenta, ex Suida collecta, ita statim disposuit, ut ea primo collo-

caret, quæ historicæ erant eclogæ, tum ea, quæ nonnisi ad illustrandum usum verbi alicujus a Lexicographo adferuntur.

His uberrimis Ursini copiis ita usus est *Isaacus Casaubonus*, ut, mutato nonnihil ordine, et adjectis passim novis nonnullis Fragmentis, minime spernendis, quæ ex veterum Scriptorum lectione ipse notaverat, ab Ursino prætermissa, ceteroquin eadem ipsa, quæ Ursinus collegerat, repeteret, hoc titulo, *Polybianæ Historiæ Fragmenta, e variis Scriptoribus collecta,* tacito primi Collectoris nomine. Semel in tota hac collectione, ubi ad minuta illa Fragmenta pervenit, quæ ex *libro manuscripto Incerti* ducta Ursinus dixerat, mentionem Ursini Casaubonus fecit; temere contendens, *nonnisi aliena fide fuisse ea ab Ursino edita,* quæ nunc a se *e Codice Urbinati* descripta exhiberi ait. Vide edit. Casaub. p. 1028 sq. Gronov. p. 1541 sq. Ernest. T. III. p. 263 sq. et confer quæ nos de eisdem diximus in Præfat. ad Polyb. T. II. pag. cxi—cxviii. et p. cxxi. Quæ minuta Fragmenta, sive Sententiolas quod si in nostra collectione Fragmentorum non inveniet Lector, meminerit, in his idem, quod in ceteris Fragmentis, nos fecisse. Quoniam ex ipsa regione, ubi oræ Codicis Urbinatis inscripta erat quæque istarum sententiarum, satis adparebat, quonam ex Libro Historiarum Polybii ducta esset, suo quamque loco inseruimus Reliquiis ejus libri, ad quem pertinebat: nonnullæ vero etiam in contextu aliarum ampliorum Eclogarum reperiebantur. Itaque quatuor priores exhibet nostra editio lib. VI. cap. 59, vers. 2—5. Tum illam, quæ sequitur, Οὕτως οἱ πλεῖους &c. et aliam, Πᾶσα γὰρ ἐλευθερία &c. invenies lib. VIII. c. 38, 1 sq. Quæ vero inter has duas interjecta est apud Ursinum et Casaubonum, Τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν, in ipso contextu superest Eclogæ Valesianæ, ex eodem libro octavo ductæ, VIII. 11, 9. Quæ deinde sequitur, Οὐκ ἐκ τῶν ἔξω κοσμεῖται πόλις, habes eam in nostra editione libro IX. c. 10, 1. verbis etiam nonnullis auctiorem, quam fuerat in Ursini atque in ipsius Casauboni collectione Fragmento-

rum; quæ verba ex eodem Codice Urbinate, quem ob oculos habuerat Casaubonus, nec tamen satis diligenter inspexerat, nobiscum communicavit diligentissimus Spallettus. Illa, Οὕτω μέγα τι φύεται &c. in medio contextu exstat Eclogæ Valesianæ, nobis IX. 22, 6. Similiter illa, Τοῖς μὲν γὰρ κατ' ἄγνοιαν &c. XII. 8, 6. et 'Αλλὰ πρὶν, vel potius, 'Αλλ' ἀπρὶξ τὸ δὴ λεγόμενον &c. XII. 11, 6. Denique, quo loco disposita a nobis fuerit ceterarum quæque ex eisdem sententiis, (quemadmodum et aliorum Fragmentorum quodque, quod in nostra collectione desiderari videbitur,) facile docebunt Indices Reliquiarum libri sexti et sequentium, qui Tomo II. III. et IVto in fine adjecti sunt. Quam vero antepenultimo loco in illis sententiolis posuit Casaubonus, Πολεμοῦντας γὰρ δεῖ &c. eam consulto omiserat Ursinus, quoniam meminerat, in contextu eam exstare Eclogæ VIII Legationum a se editarum, et habes eam in nostra editione lib. XVIII. c. 20, 7.

In illorum Fragmentorum numero, quibus Ursini collectionem ditavit Casaubonus, nonnulla sunt, quæ *ex Libro manuscripto Anonymi Tactici* a se ducta esse docet Editor. De quo Libro Manuscripto hanc adnotationem præmisit: " *Extat in Christianissimi Regis Bibliotheca, inter alios rei Tacticæ scriptores, auctor incertus mediæ ætatis, et Christianus, qui* de Toleranda Obsidione *scripsit. Libri titulus ita concipitur:* Ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάττεσθαι, καὶ οἵοις ἐπιτηδεύμασιν ταύτην ἀποκρούεσθαι. *In eo scripto multa docentur super proposito argumento egregia et scitu digna. Sæpe etiam exempla afferuntur, ex antiqua memoria petita. Observavimus, pleraque illorum e Polybii Historiis esse descripta; licet auctor Polybii nullam faciat nominatim mentionem. Sed potest excusari, quia magna ejus libri pars in regio codice desideratur.* Est autem liber ille (cujus jam alia occasione fecimus mentionem, in Præfat. ad Tom. I. Polybii nostri pag. lxxii.) deinde in lucem editus, cura *Thevenoti*, inter *Veterum Mathematicorum*, *Athenæi*, *Apollodori*, *Philonis*, *Bitonis*, *Heronis et aliorum Opera*, Paris. MDCXCIII. absque aucto-

ris quidem nomine; sed in Præfatione docet Editor ex Lambecii Biblioth. Cæsar. Tom. VII. Cod. CXI. n. 7. et Cod. CXIV. n. 8. esse auctorem *Heronem juniorem*, qui sub Heraclio Imperatore floruit. Conf. Fabricii Bibl. Græc. T. II. p. 594. Ex eis igitur Fragmentis, quæ ex hoc scriptore protulit Casaubonus, primum illud, Ῥωμαίων πολιορκούντων τὴν Συράκουσαν, suo loco, scilicet lib. VIII. cap. 5. jam inseruit Gronovius, primoribus tantum verbis omissis. Alterum, Πόπλιος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, nos inseruimus Reliquiis libri IX. c. 42. Tertium, Αἰτωλοὶ &c. habes libro XXII. c. 10. et aliud Fragmentum, a Casaubono prætermissum, ibidem ex eodem scriptore adjecimus. Rursus ex eodem Herone Fragmenta nonnulla, quæ Casaubonus non exscripserat, nos in Spicilegio Reliquiarum ex lib. VIII. et ex lib. IX. retulimus.

Post Ursinum Casaubonumque de Polybii Fragmentis præclarissime *Henricus Valesius* meruit, qui Eclogis de Virtutibus et Vitiis, ex Peiresciano Codice editis, subjecit *Fragmenta Polybiana, ex variis Auctoribus* nova cura ab ipso *collecta*, quæ superiorum Collectorum effugerant diligentiam. Sunt autem ea ex Suida maxime ducta, partim vero ex Stephano Byzantino, unum ex Athenæo. Et trifariam pariter ipse Fragmenta ista distribuit, primo loco ponens ea, quæ *ex certis Polybii libris* sunt ducta, tum historica Fragmenta *ex libris incertis*, denique grammatica *ordine alphabetico digesta*. In fine adjectus est *Indiculus Librorum Polybii*, id est, Testimonia nonnulla Veterum de Polybii Scriptis.

Post Valesium, *Jacobus Gronovius*, in sua Polybii editione, primum *Polybianæ Historiæ Fragmenta, e variis Scriptoribus per Fulvium Ursinum et Isaacum Casaubonum collecta*, quemadmodum a Casaubono edita erant, ad verbum repetiit, a pag. 1487—1553. hac una exceptione, ut in numero Fragmentorum Historicorum, e Suida collectorum, omitteret ea, quæ, cum ex Eclogis de Virtutibus et Vitiis essent a Lexicographo descripta, nunc in eisdem Eclogis, a Valesio primum editis, et a Gronovio repetitis,

totidem verbis, quot apud Suidam, aut etiam uberiora, legebantur. Tum *Fragmenta Polybiana, ex variis Auctoribus per Henr. Valesium collecta,* repræsentavit a pag. 1554 usque 1565. Sequuntur denique, a pag. 1565 usque p. 1578. *Fragmenta Polybii ex Suida, per Jacobum Gronovium collecta.* Sed in hac quidem collectione Gronoviana vix tria aut quatuor insunt Fragmenta, ex deperditis hodie Historiarum Polybii partibus ducta, quæ a superioribus Collectoribus essent prætermissa. Præcipuum Gronovii consilium in hoc versabatur, ut ea notaret Fragmenta, quæ ex Polybii libris superstitibus, aut ex Excerptis uberioribus, quæ supersunt ex Libris deperditis, a Suida (sive laudato, sive tacito auctoris nomine,) proferuntur, indicaretque loca, quibus eorum quodque hodieque in contextu, e quo a Suida avulsum est, inveniatur. Ad Fragmenta, ab Ursino, Casaubono et Valesio collecta, breves Notas in fine operis Gronovius adjecit. De alio insigni Fragmento Polybiano, quod idem Jacobus Gronovius ex eodem Herone, quem supra commemoravimus, primus in lucem protraxit in Livii editione, diximus in Præfatione ad Polybii nostri Tomum primum, pag. lxxii. Id Fragmentum nos, suo loco, Reliquiis libri XXII. capite undecimo inseruimus. Ernestina Polybii editio, sicut in omnibus ad exemplum Gronovianum est expressa, sic in Fragmentis eadem omnia, quæ Gronoviana editio, eodem ordine, nec quidquam novi, continet.

Lectionum, ad *oram libri Vossiani* scriptarum, (quas Ruhnkenii et Wyttenbachii, Virorum clarissimorum, beneficio acceptas refero) rarior fuit citandi occasio; quoniam, ut in Præf. ad Tom. II. p. cxlvii. monuimus, plurima illarum pars in emendatione errorum editionis primæ, partim ex Hervagiana editione, partim ex Ursini Emendationibus ducta est. Ex Casauboni editione nihil in illas notulas relatum observavimus: quod convenit cum eo, cujus Ruhnkenius nos certiores fecit, non esse istas manu Isaaci Vossii (cujus fuerat ille liber) scriptas; qui, si eas scripsisset, Casauboni editionem fuerat haud dubie in sub-

sidium vocaturus. Sed quod eodem loco scripsimus, nihil in eisdem Lectionibus videri ex codice aliquo manuscripto ductum, id, curatiori instituto examine, secus esse comperimus. Præter alias nonnullas Emendationes, quæ vix aliunde, quam ex codice manuscripto depromtæ videri possunt, insunt quædam Lectiones, quas nullus alius, nisi Parisiensis ille, quem *Reg. A.* insignivimus, agnoscit. Quo pertinet κυριεύσαντες I. 10, 6. παραλίας III. 118, 2. (ad quem locum etiam Gronovius in Notis a se editis eumdem hunc Codicem Vossianum laudavit, quem apud Isaacum Vossium, priusquam ex Batavis in Angliam ille commigraret, viderat.) μὴ διὰ μίαν IV. 21, 10. πολιτεύμασι IV. 84, 5. quæ quidem quatuor loca in *Cod. Reg. A.* hoc inter se commune habent, ut eæ Lectiones, quas dixi, ab antiqua quidem manu et ab eadem, (ut videtur) quæ cetera exaravit, inter lineas superscriptæ sint vulgatis lectionibus. Unde intelligi par est, sparsim locis nonnullis, et præsertim eis locis, quæ præ ceteris in oculos incurrerent, inspectum olim esse codicem nostrum Reg. A. ab eo viro, cui Notæ istæ marginales, oræ libri Vossiani inscriptæ, debentur.

Emendationum Josephi Scaligeri in Polybium nonnisi partem aliquam videramus tum, cum Præfationem scriberemus Tomo II. præfixam, cujus pag. cxlv. seq. earum Emendationum fecimus mentionem. Quæ ibi a nobis scripta postquam cum illustri Viro DAVIDE RUHNKENIO privatim etiam per literas communicassemus, mox Ille pro singulari sua humanitate et pro incredibili studio, quo conatus eorum, qui bene mereri de hoc literarum genere cupiunt, quavis ratione solet juvare, hunc in modum nobis rescripsit: *Recte suspicatus es, Emendationes, per Wyttenbachium ad Te missas, non esse a Scaligero profectas. Ego, hac dubitatione injecta, libri scripturam cum manu Scaligeri, quæ in multis Bibliothecæ nostræ libris est, accuratius comparans, non parum discriminis vidi: sed, cujus manus sit, ignoro; certe non est Isaaci Vossii, qui librum olim possedit. Veræ autem ipsius Scaligeri Emendationes, ab Abrahamo*

Gronovio laudatæ, quo pervenerint, tandem indagavi. In Catalogo Bibliothecæ Abr. Gronovii p. 18. *hæc leguntur:* Polybius Græce et Latine. Basileæ 1549. cum Annot. MSS. Legatum Josephi Scaligeri. *Quod exemplum ex Bibliotheca Heinsiana ad Gronovios transiisse, intelligitur ex Catalogo Bibliothecæ Heinsianæ p.* 284. Polybius Gr. et Lat. Basil. 1549. Olim Josephi Scaligeri, cujus Notis MSS. in margine passim refertus est. Deinde Danielis Heinsii, qui et sua manu varia addidit. *Jam cum ex Bibliopola, qui Gronovianam Bibliothecam vendidit, quærerem, quis illum Polybium emisset, mihi indicavit Virum clarissimum, Carolum Segaar, Græciæ Linguæ Professorem in Academia Trajectana. Quem si literis compellaveris, vix dubito quin tibi copiam libri facturus sit.*"—Cui invitationi quum morem gessissemus, perhumaniter votis nostris respondens clarissimus Carolus Segaar, librum desideratum ad nos transmisit; e quo libro ductæ sunt eæ Emendationes, quas in Adnotationibus nostris ad *Scaligerum* auctorem relatas inveniet Lector. Cum enim Dan. Heinsii Notas, cujus manu nonnihil quidem adjectum esse didicimus, nullo satis certo indicio a Scaligeranis Emendationibus discernere nobis licuerit, cunctas *Scaligeri* vel *Scaligerani libri* nomine laudavimus. In his multæ Emendationes bonæ frugis insunt: complures etiam a Casaubono in Contextum receptæ; quæ putari quidem possint a Dan. Heinsio ex Casauboni editione in hujus libri oram esse translatæ, sed nobis secus visum erat, partim quoniam haud dubie ab eadem manu scriptæ videbantur, a qua pleraque alia, partim quoniam, si quis Casauboniani exempli lectiones voluisset in hunc librum referre, verosimile erat multo plures eum inde fuisse relaturum. Denique, quum ex Casauboni Epistola ad Scaligerum (Epist. DCIV. p. 317. edit. Almelov.) cognovissemus, habuisse Casaubonum penes se exemplum typis impressum Historiæ Polybianæ, cujus in ora scriptæ erant Notæ criticæ ex Jos. Scaligeri ingenio profectæ; intelleximus quidem ex Scaligeri Epist. CXV. et CXLI, non hunc librum, quem

nostro usui Segaarius commodavit, quem ex Scaligeri legato Daniel Heinsius olim acceperat, eumdem esse posse, quem Casaubonus ait suas in manus pervenisse: sed pluribus indiciis inducti sumus ut nobis persuaderemus, simillimas fuisse Notas illas Scaligeranas, quæ Casauboni in manus inciderant, his, quæ hoc libro Segaariano continentur, et earum multas auctoritate Scaligeri a Casaubono in Contextum esse adoptatas.

Sed hæc quidem hactenus de Codicibus Polybianis.

Scripsimus Argentorati mense Novembri, Anno Christi MDCCXCI. Libertatis Populo Gallo-Francorum restitutæ III.

DE VITA ET SCRIPTIS

POLYBII

TESTIMONIA VETERUM.

DE VITA POLYBII
TESTIMONIA VETERUM
ET POLYBII IPSIUS.

I. *Genus, patria et ætas.*

SUIDAS *in* Πολύβιος. Πολύβιος, Λύκου υἱὸς, ἀπὸ Μεγάλης πόλεως τῆς Ἀρκαδίας, καθηγησάμενος Σκιπίωνος τοῦ Ἀφρικανοῦ, ὅτε καὶ Παναίτιος ὁ φιλόσοφος· γεγονὼς κατὰ Πτολεμαῖον τὸν ἐπικληθέντα Εὐεργέτην. Id est: *Polybius, Lyci filius, ex Megalopoli, Arcadiæ urbe, oriundus, Scipionis Africani institutor simul cum Panætio: natus est tempore Ptolemæi, cui cognomen erat Euergetes*[a]. Genus Polybii.

Græca ex Suida ad verbum descripta leguntur in Eudociæ Ionia pag. 350. sq. Quemadmodum autem in historicis præsertim capitibus negligentius plerumque versatus est iste grammaticus, sic in hoc maxime capite, quo de Polybio egit. *Lycortas*, non *Lycus*, pater fuit Polybii, prætor Achæorum post Aratum Philopœmenemque nobilissimus; cujus res pace belloque gestæ et merita in Achæorum rempublicam passim cum ab ipso Polybio nostro, tum ab aliis scriptoribus celebrantur. Polyb. ii. 40. xxiii. 1. xxiv. 9 et 12, &c. Liv. xxxviii. 32. xxxix. 35. sqq. Plutarch. in Philopœm. p. 368. Pausan. vii. 9. Justin. xxxii. 1. Quod vero Ætas. *regnante Ptolemæo Euergeta natum Polybium* Suidas ait, id ex temporum ratione, quæ aliunde satis constat, falsi utique arguitur. E vivis enim excessit Euergetes Olympiade CXXXIX. circa annum Romæ conditæ 532. vide Polyb. v. 34, 1. et 35, 1 sq. coll. cum ii. 69, 11. Itaque si hoc regnante rege, adeoque circa A. U. 530. natum statuimus Polybium; consequens est, ut Olymp. CXLIX. 4. id est, A. U. 574. quo ei cum patre Lycorta legatio ad Ptolemæum Epiphanem

[a] Reliqua, quæ de Polybio Suidas habet, infra in *Testimoniis antiq. de Scriptis Polybii* referentur.

Ætas Polybii. ab Achæis decreta est, (Polyb. xxv. 7.) annum ætatis egisse dicamus quadragesimum quartum. Sed *eodem tempore νεώτερον se fuisse τῆς κατὰ τοὺς νόμους ἡλικίας*, testatur ipse, id est, *minorem annis, quam cui per leges ceteroquin liceret publica legatione aut omnino munere in republica fungi;* quod de eo viro dici potuisse, qui annos amplius quadraginta natus fuerit, nullo modo probabile est; præsertim quum cives omnes, qui tricesimum implevissent annum, apud Achæos concilii publici participes fuisse discamus ex Polyb. xxix. 9. Porro, quem et in excidio Carthaginis A. U. 608. comitem ac socium adfuisse Scipioni, et deinde, eversa Corintho, A. U. 609. Achaiæ civitates ex mandato legatorum Romanorum obeuntem, controversias popularium suorum dijudicasse novimus, eum consentaneum utique non est octogenarium senem per id ipsum tempus fuisse. Denique, quod omnem præcidit dubitationem, qui non solum res istas, annis etiam 608 et 609. gestas, memoriæ prodidit, verum etiam Numantinum bellum, A. U. 620. a familiari suo Scipione gestum, peculiari libro descripsit; quem eumdem non ultra octogesimum secundum annum produxisse ætatem novimus; is A. U. 530. id est, nonagesimo ante id tempus anno natus esse non potuit. Ad verum propius accedente ratione ætatem Polybii definivit Casaubonus in Synopsi Chronologica, *ineunte Olympiade* cxliv, id est, *circa A. U.* 550 *vel* 551. natum statuens, regnante apud Ægyptios *Ptolemæo Epiphane.* Fundamentum, quo nititur Casaubonus, illud ipsum est, quod supra tetigimus; scilicet quod *A. U.* 573. (nobis 574.) *minor fuerit ætate legitima capessendi rempublicam;* (Polyb. xxv. 7.) *ætas* autem *legitima, quum fuisse videatur annorum triginta*, (Polyb. xxix. 9.) *fuerit igitur*, inquit, *annos tunc natus viginti quatuor aut paullo plures.* Ex quo, quandoquidem alia certior ratio definiendi annum nativitatis Polybii inveniri nulla potest, satis intelligitur, ipsum annum consulesque, quibus natus sit, examussim definiri non posse; contentos nos esse debere, ut Olymp. cxliv vel initio Olymp. cxlv. inter A. U. 550 et 556. in lucem editum nobilem hunc Scriptorem dicamus. Jam Gerardus quidem Jo. Vossius, lib. i. de Histor. Græc. cap. xix. de Polybii ætate ita disserit, tamquam acu res tangi et summa cum ἀκριβείᾳ definiri annus nativitatis possit. *Natus fuit*, ait, *Olympiadis* cxliii *anno* 4. *A. U. C.* dxlviii. *P. Cornel. Scipione primum consule cum P. Licinio Crasso. Quod ita esse, constat ex Luciani Macrobiis; ubi obiisse dicitur anno ætatis octogesimo secundo. Satis autem convenit, discessisse eum annis* xvii

ante natum Ciceronem, nempe Olympiadis CLXIV *anno* 1. *A. U. C.* DCXXXI. *Q. Cæcilio Metello et T. Quinctio Flaminino Coss. Unde, si retro tempora legamus, satis patebit id, quod dixi.* Confectam rem diceres. At, ubi quæris, quo documento constet, obiisse Polybium XVII annis ante natum Ciceronem, nullum aliud reperies, nisi calculum ipsius Casauboni; qui, cum profectus esset ab eo anno, ad quem (ob illas ipsas, quas dixi, rationes) nativitatem retulerat Polybii, adjiciens vitæ annos octoginta duos, et conferens annum nativitatis Ciceronis, subducto calculo collegit, *obiisse Polybium, priusquam M. Tullius nasceretur, annis* XVII. (vide Casauboni Synopsin Chronol. Historiæ Polybianæ, in ipso fine.) Ita fit, ut, quod fundamenti loco sumserat Vossius, quo adsertum suum superstructum cupivit, id ipsum eadem illa hypothesi nitatur, ad quam sustentandam in auxilium ab eo vocatum est.

Ætas Polybii.

II. *Adolescentia Polybii.*

Adolescentia Polybii.

1. Juvenis Philopœmenem sectatur et ejus disciplina formatur. PLUTARCHUS in lib. *An Seni gerenda sit Respubl.* p. 790 sq. Εἰ διὰ μηδὲν ἄλλο, τῷ γέροντι παιδείας ἕνεκα τῶν νέων καὶ διδασκαλίας πολιτευτέον ἐστίν. Ὡς γὰρ οἱ γράμματα καὶ μουσικὴν διδάσκοντες, αὐτοὶ προανακρούονται καὶ προαναγινώσκουσιν, ὑφηγούμενοι τοῖς μανθάνουσιν· οὕτως ὁ πολιτικὸς, οὐ λέγων μόνον, οὐδὲ ὑπαγορεύων ἔξωθεν, ἀλλὰ πράττων τὰ κοινὰ καὶ διοικῶν, ἐπευθύνει τὸν νέον, ἔργοις ἅμα καὶ λόγοις πλαττόμενον ἐμψύχως καὶ κατασχηματιζόμενον. Ὁ γὰρ τοῦτον ἀσκηθεὶς τὸν τρόπον, οὐκ ἐν παλαίστραις καὶ κηρώμασιν ἀκινδύνως εὐρύθμων σοφιστῶν, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς ἐν Ὀλυμπιακοῖς καὶ Πυθικοῖς ἀγῶσιν,

Ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχει,

κατὰ Σιμωνίδην· ὡς Ἀριστείδης Κλεισθένει, καὶ Κίμων Ἀριστείδῃ, καὶ Φωκίων Χαβρίᾳ, καὶ Κάτων Μαξίμῳ Φαβίῳ, καὶ Σύλλᾳ Πομπήϊος, καὶ Φιλοποίμενι Πολύβιος. Νέοι γὰρ ὄντες, πρεσβυτέροις ἐπιβάλλοντες, εἶτα οἷον παραβλαστάνοντες καὶ συνεξανιστάμενοι ταῖς ἐκείνων πολιτείαις καὶ πράξεσιν, ἐμπειρίαν καὶ συνήθειαν ἐκτῶντο πρὸς τὰ κοινὰ μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως. Id est: *Si nulla alia seni sit causa, saltem docendorum formandorumque juvenum causa, gerere rempublicam debet. Sicut enim qui literas et musicam docent, ipsi prælegunt ac præeunt canendo discipulis: ita vir civilis, non dicens modo admonensque foris, sed agens ac publica administrans, juvenem instituit, simul et verbis et factis animum ejus intus formans atque fingens. Et qui hoc modo fuerit exercitatus, non in palæstra et ceromate sophistarum sine*

Adolescentia. *periculo elegantiæ studentium, sed revera velut in Olympicis et Pythicis certaminibus,*

Lactens equum ceu pullus propter cursitat,

ut ait Simonides. Ita sectatus est Clisthenem Aristides, Aristidem Cimon, Chabriam Phocion, Cato Fabium Maximum, Syllam Pompeius, Philopœmenem Polybius. Qui, cum adolescentes se senibus adjunxissent, deinde tamquam efflorescentes et crescentes eorum reip. administratione atque factis, peritiam reip. gerendæ cum gloria et potentia sibi paraverunt.

A. U. 572. 2. In exsequiis Philopœmenis urnam defuncti portat. Plutarch. in Philopœm. p. 368. Τὸ δὲ σῶμα καύσαντες τοῦ Φιλοποίμενος, καὶ τὰ λείψανα συνθέντες εἰς ὑδρίαν, . . . αὐτὴν ἐκόμιζεν ὁ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν παῖς Πολύβιος, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ πρῶτοι τῶν Ἀχαιῶν. Id est: *Cremato Philopœmenis corpore, cineribusque in urnam collectis, . . . gestabat urnam filius prætoris Achæorum (Lycortæ) Polybius, et cum eo primores Achæorum.*

A. U. 574. 3. Cum minor adhuc esset ætate legitima ad capessendam rempublicam, decernitur ei cum Patre legatio ad Ptolemæum Epiphanem, Ægypti regem. Polyb. lib. xxv. cap. 7. Conf. quæ diximus supra de Ætate Polybii.

III. *Ingenium et Doctrina.*

Ingenium. 1. Ingenium philosophicum satis elucet ex ratione qua Historiam tractavit. Quo nomine laudatur a Strabone, lib. i. p. 2. Ἐρατοσθένης καὶ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος, ἄνδρες φιλόσοφοι, id est: *Eratosthenes et Polybius et Posidonius, viri philosophi.* Et p. 14. Οὐ πρὸς ἅπαντας φιλοσοφεῖν ἄξιον· πρὸς Ἐρατοσθένη δὲ καὶ Ποσειδώνιον καὶ Ἵππαρχον καὶ Πολύβιον καὶ ἄλλους τοιούτους καλόν. Id est: *Philosophari adversus omnes non convenit: contra Eratosthenem autem, Posidonium, Hipparchum, et Polybium, aliosque horum similes, decet.* Meritoque Velleius Paterculus I. 13. *præcellentem ingenio virum* adpellat[b].

[b] Panætii Philosophi Stoici discipulum fuisse Polybium, ait Fabricius in Bibl. Græca T. II. p. 409. et p. 406. extr. Suidamque testem ejus rei advocat ad vocab. Παναίτιος. Nec tamen id dicit Suidas; sed, *Panætius junior,* ait, *Rhodius, Philosophus,* καθηγήσατο τοῦ Σκιπίωνος, τοῦ ἐπικληθέντος Ἀφρικανοῦ, μετὰ Πολύβιον Μεγαλοπολίτην, id est, *præceptor Scipionis Africani fuit post Polybium Megalopolitanum.* Idem Suidas in Πολύβιος, ut supra vidimus, dixit, Polybium Scipionis præceptorem fuisse *simul cum Panætio.* Quorum alterum non admodum repugnat alteri. Sed Panætium fuisse Polybii præceptorem, nusquam proditum video, nec per temporum rationem fieri facile potuit.

2. Ἀνὴρ πολυμαθὴς, *vir multifariæ eruditionis*, vocatur Polybius ab ÆLIANO *in Tacticis* cap. 1. tam vere quam concinne designante multiplicem doctrinæ copiam, qua exornatum fuit hujus viri ingenium. Abunde enim vel reliquiæ illæ, quæ de scriptis ejus supersunt, declarant, nullam fere esse artem paulo nobiliorem, aut scientiam, ad vitæ usum cultumque pertinentem, qua non probe fuerit imbutus. **Doctrina.**

IV. *Res gestæ domi, priusquam Romam evocaretur.*

1. Bello Persico Polybius, cum patre Lycorta, metu potentiæ Romanorum, primum censuerat, neque Perseum, neque Romanos juvandos ab Achæis. Polyb. xxviii. 3. et 6. **Res domi gestæ.**

2. Præfectus deinde nominatur Equitum Achæorum, qui auxilio destinantur Romanis. Polyb. xxviii. 6 sq. **A. U. 585.**

3. Legatus Achæorum ad Q. Marcium Consulem, bellum gerentem cum Perseo. Polyb. xxviii. 10 sq.

4. Polybium pro Præfecto Equitum auxiliarium ab Achæis petunt Ptolemæi fratres, reges Ægypti. Polyb. xxix. 8 sq. **A. U. 586.**

V. *Vita Romæ acta.*

1. Cum mille ex nobilissimis Achæis, a Callicrate accusatis, quasi bello Persico parum Romanis favissent, Romam evocatur Polybius: moxque ceteris exsulibus per Italiæ oppida divisis, ipse rogatu Fabii et Scipionis, Æmilii Paulli filiis, veniam a prætore impetrat Romæ manendi. Polyb. xxxii. 9. Pausanias vii. 10. **Vita Romæ acta. A. U. 588.**

2. Inde arctiore *consuetudine* contracta *cum Scipione Æmiliano*, annum decimum octavum tunc agente, in contubernium ejus concessit, institutor bonarum artium et conjunctissimus per reliquam omnem vitam comes et amicus. Polyb. xxxii. 9 sqq. **A. U. 589. Consuetudo cum Scipione.**

De illa Polybii cum Scipione consuetudine hæc habet DIODORUS SICULUS in Excerpt. de Virt. et Vitiis p. 585 sq. edit. Wesselingii: Πόπλιος Σκιπίων, γεγονὼς ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν, ἔδωκεν ἑαυτὸν πρὸς τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ λόγους, λαβὼν ἐπιστάτην Πολύβιον τὸν Μεγαλοπολίτην, τὸν τὰς ἱστορίας συντεταγμένον· τούτῳ δὲ συμβιώσας, καὶ πάσης ἀρετῆς ζηλωτὴς γενόμενος, κ. τ. λ. id est: *P. Scipio . . . octavum et decimum ætatis annum agens, ad philosophiam animum adplicuit, præceptore usus Polybio Megalopolitano, Annalium conditore. Cujus contubernio usus, et in omni virtutis genere exercitatus*, &c.

VELLEIUS PATERC. i. 13. *Scipio tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinæ et auctor et admirator fuit, ut*

Consuetudo cum Scipione.

Polybium Panætiumque, præcellentes ingenio viros, domi militiæque secum habuerit.

Plutarchus in Apophthegmat. Regum et Imperat. Tom. ii. Opp. pag. 199. edit. Wechel. Σκιπίων ὁ νεώτερος, τὸ Πολυβίου παράγγελμα διαφυλάττων, ἐπειρᾶτο μὴ πρότερον ἐξ ἀγορᾶς ἀπελθεῖν, ἢ ποιήσασθαί τινα συνήθη καὶ φίλον ἁμωσγέπως τῶν ἐντυγχανόντων. Id est: *Scipio (Africanus) minor, præceptum servans Polybii, operam dare consueverat, ne prius e foro discederet, quam aliquem compellantium quocumque modo sibi familiarem amicumque reddidisset.* Idem Polybii præceptum repetit Plutarchus initio libri quarti Συμποσιακῶν.

Idem in Præceptis Politicis p. 814. Καρπὸν ἐκ φιλίας ἡγεμονικῆς ἔλαβε Πολύβιος καὶ Παναίτιος, τῇ Σκιπίωνος εὐνοίᾳ πρὸς αὐτοὺς μεγάλα τὰς πατρίδας ὠφελήσαντες εἰς εὐδαιμονίαν. Id est: *Ex principum familiaritate fructum perceperunt Polybius et Panætius; qui, Scipionis adjuti favore, patriæ uterque suæ magnum ad felicitatem adjumentum adtulerunt.* Vide quæ de Polybii meritis in patriam mox deinde dicentur.

Pausanias in Arcadicis, sive lib. viii. cap. 30. Ὅσα μὲν δὴ Πολυβίῳ παραινοῦντι ὁ Ῥωμαῖος (Σκιπίων) ἐπείθετο, ἐς ὀρθὸν ἐχώρησεν αὐτῷ· ἃ δὲ οὐκ ἠκροᾶτο διδάσκοντος, γενέσθαι οἱ λέγουσιν ἁμαρτήματα. Id est: *Sane, quæ Polybii monitu gessit Scipio, bene ei et feliciter cesserunt: in quibus vero minus se dicto illius audientem præbuit, in iis offendisse dicunt.* Spectare potissimum videtur res, ad Carthaginem gestas, de quibus proxime ante dixerat. Ceterum de Polybii conjunctione cum Scipione confer quæ paulo inferius de peregrinationibus ejusdem et de militia cum Romanis adferentur.

A. U. 592. 3. Demetrium, Seleuci Syriæ regis filium, Roma profugientem, ubi pro obside custodiebatur, consiliis suis regit. Polyb. xxxi. 19 sqq.

A. U. 594. 4. Polybii potissimum et Stratii causa, Achæi per legatos deprecantur apud Senatum Rom. pro reditu evocatorum; nec tamen impetrant. Polyb. xxxii. 7. sub fin.

A. U. 597. 5. Gratia sua apud principes Romanorum, Polybius Locros levat onere et sumtu militiæ adversus Dalmatas. Polyb. xii. 5.

A. U. 604. 6. Exsulibus Achæis, intercedente apud Catonem Scipione in gratiam Polybii, conceditur tandem, anno decimo septimo, postquam evocati erant, reditus in patriam. Plutarch. in Cat. Maj. cujus verba inseruimus inter Reliquias Historiar. Polybii lib. xxxv. 6.

VI. *Peregrinationes Polybii et militia cum Romanis.*

1. Visendi studio ac veritatis cognoscendæ, ut judicare posset ea, quæ de Hannibalis transitu per Alpes narrabantur, ipse Polybius iter per Alpes suscepit. Polyb. iii. 48. Peregrinationes.

2. In peragranda Africa, Hispania, Gallia, marique externo quod illas regiones adluit, multa pericula adiit, multosque labores exantlavit, hoc consilio, ut veterum ignorantiam circa illas partes corrigeret, et illos quoque tractus orbis terrarum Græcis hominibus notos faceret. Polyb. iii. 59.

Utrum Scipionem, ante primum consulatum stipendia passim facientem, et nominatim in Hispania A. U. 603. sub Lucullo, tribuni militum munere fungentem, comitatus Polybius sit, an post 604. demum Galliam Hispaniamque peragraverit, non dixerim. Potuerat certe, priusquam etiam reditus in patriam concederetur, Scipionem in expeditionibus in alias terrarum partes comitari; nam, liberrimam ejus custodiam apud Romanos fuisse, satis adparet. Et in pluribus bellis comitem sociumque Scipionis Polybium fuisse, diserte ait Arrianus in Tacticis, loco inferius proferendo, ubi de Polybii Commentariis Tacticis dicemus. Potuit vero etiam itinera illa suscipere Polybius, postquam, plenam nactus A. 604. libertatem, turbata omnia domi in Achaia invenit, et cives suos vidit consilia sua præfracte adspernantes. Conf. quæ mox dicentur n. vii. 1. Quodsi integræ ad nos Polybii Historiæ pervenissent, plura de ejus vita sciremus. conf. lib. iii. 5, 13.

3. Consuli Scipioni, anno 607 et initio anni 608. Carthaginem oppugnanti expugnantique, comes ac socius bellicorum laborum adfuit. Vide Reliquias Historiar. Polybii lib. xxxix. cap. 3. ex Appiano, et quæ ex Plutarcho et Ammiano Marcell. adferimus in Spicilegio Fragmentorum Polybii ex libro xxxix. Eodem pertinere videtur id quod ex Pausan. viii. 30. paulo ante adtulimus, et quod in inscriptione statuæ Megalopolitanæ (Paus. ibid.) Polybius *σύμμαχος Ῥωμαίων*, *belli socius Romanorum*, dicitur. Sub idem tempus Africæ oram lustravit, teste Plinio Hist. Nat. lib. v. cap. 1. ubi, *Scipione Æmiliano*, ait, *res in Africas gerente, Polybius Annalium conditor, ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circumvectus*, &c. Conf. Spicileg. ex Polybii libro xxxiv. Militia cum Romanis. A. 607 sq.

4. De peregrinatione Ægyptica vide inferius, n. viii. 2.

VII. *Merita in Patriam post reditum, et honores eo nomini habiti Polybio.*

Merita in patriam. A. U. 604. 1. Post concessum Achæis exsulibus reditum in patriam, ipse etiam Polybius in Achaiam rediisse videtur, et popularibus suis de servanda inter se concordia et de colenda majestate populi Romani ea *consilia* dedisse, *quibus si paruissent*, (ut fert alia inscriptio apud Pausan. viii. 37.) *calamitatem erant effugituri*, in quam paulo post inciderunt.

A. U. 608. 2. Ab excidio Carthaginis ex Africa in Peloponnesum advolavit, ut opem aliquam ruenti patriæ adferret. Ac videtur expugnata demum Corintho advenisse, ut monuit Valesius in Notis ad Eclogam illam de Virt. et Vitiis, quam nos in Reliquiis Historiarum Polybii posuimus lib. xl. cap. 10. Conf. xl. 7. Ibi tum apud Imperatorem Romanum et decem legatos honores Philopœmenis et Arati, virorum de Achæis immortaliter meritorum, defendit, impetravitque ut eorum statuæ, cum jam ablatæ essent, suis locis reponerentur. Quo nomine ipsi Polybio ab Achæis marmorea statua posita est. Polyb. xl. 8. Mox abstinentiæ nobile edidit specimen. ibid. cap. 9.

A. U. 609 sq. 3. Post discessum legatorum Romanorum ex Achaia, Polybius, ex eorum mandato urbes Peloponnesi obiens, controversias earum judicavit, leges eis scripsit, civitatesque ordinavit: in quo negotio ita se gessit, ut summo beneficio ab illo adfectos omnes se profiterentur, et certatim statuis aliisque honoribus eum prosequerentur. Polyb. xl. 10.

Plutarchi locum ex Præcept. Polit. p. 814. jam supra retulimus ad n. v. 2.

Pausanias in Arcadicis, s. lib. viii. cap. 30. Ἑλλήνων ὁπόσαι πόλεις ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν συνετέλουν, παρὰ Ῥωμαίων εὕραντο αὗται Πολύβιόν σφισι πολιτείας τε καταστήσασθαι καὶ νόμους θεῖναι. Id est: *Civitates quotquot Achæis erant contributæ, Polybium nactæ sunt a Romanis rerum suarum publicarum auctorem, et legum latorem.*

Statuæ. Idem ibid. Μεγαλοπολίταις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ περιβόλου τοῦ ἀνειμένου τῷ Λυκαίῳ Διῒ ἀνὴρ ἐπειργασμένος ἐπὶ στήλῃ, Πολύβιος Λυκόρτα. Γέγραπται δὲ καὶ ἐλεγεῖα ἐπ' αὐτῷ, λέγοντα, ὡς ἐπὶ γῆν καὶ θάλασσαν πᾶσαν πλανηθείη, καὶ ὅτι σύμμαχος γένοιτο Ῥωμαίων, καὶ παύσειεν αὐτοὺς ὀργῆς ἐς τὸ Ἑλληνικόν. Id est: *Megalopoli in foro, post septum illud, quod est Jovi Lycæo dicatum, columnæ insistit viri statua, Polybii, Lycortæ filii. Inscriptique sunt versiculi, declarantes, perlustrasse illum terras ac maria omnia, belli socium fuisse Romanorum, iramque eorumdem in Græcos placasse.*

Idem lib. viii. cap. 37. Ἐπὶ δὲ τῷ τετάρτῳ (τύπῳ τῷ ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Δεσποίνης ἱεροῦ, εἰργασμένος ἐστὶν) Πολύβιος ὁ Λυκόρτα καὶ οἱ ἐπίγραμμα ἐστίν. Ἐξ ἀρχῆς τε μὴ ἂν σφαλῆναι τὴν Ἑλλάδα, εἰ Πολυβίῳ τὰ πάντα ἐπείθετο, καὶ ἁμαρτούσῃ δι' ἐκεῖνον βοήθειαν αὐτῇ γενέσθαι μόνον. Id est: *Quarta figura, (quæ in porticu est ad Dominæ deæ templum prope Acacesium urbem in Arcadia) Polybius est, Lycortæ filius, habetque inscriptionem in hanc sententiam: Et initio calamitatem effugituram fuisse Græciam, si Polybii monitis per omnia paruisset; et deinde, postquam peccavit, illi uni salutem suam debere.* Statuæ.

Idem, viii. 9. Ἔστι Μαντινεῦσι ναός. . . Ἐνταῦθα ἀνὴρ ἐπείργασται στήλῃ, Πολύβιος ὁ Λυκόρτα. Id est: *Mantineæ in templo statua est, columnæ insistens, Polybii Lycortæ filii.*

Idem, viii. 44. Ἐν Παλλαντίῳ Κόρης τῆς Δήμητρός ἐστιν ἱερὸν, καὶ οὐ πολὺ ἀποτέρω Πολυβίου σφίσι (τοῖς Παλλαντίοις) ἀνδριάς ἐστί. *Pallantii, haud procul a Proserpinæ fano, Polybii statua est.*

Idem, viii. 48. (Ἐν Τεγέᾳ) πρὸς τῷ ἱερῷ τῆς Εἰλειθυίας, ἐστὶ Γῆς βωμός· ἔχεται δὲ τοῦ βωμοῦ λίθου λευκοῦ στήλη, ἐπὶ δὲ αὐτῆς Πολύβιος ὁ Λυκόρτα. *Tegeæ, prope Lucinæ ædem, ara est Telluris, et proxime eam columna ex albo marmore, cui insistit Polybii statua, Lycortæ filii.*

VIII. *Reliqua Vitæ momenta.*

1. Post hæc Historiarum spissum opus, jam multo ante partim præparatum, partim etiam fortasse inchoatum, perfecit. Polyb. iii. 1—5. Reliqua vitæ momenta.

2. Peregrinationem suscepit in Ægyptum, regnante Ptolemæo Physcone: (Polyb. apud Strab. cujus verba retulimus in Reliquiis Historiar. Polyb. lib. xxxiv. cap. 14.) ergo post annum urbis 608. quo Physcon fratri Philometori in regnum successit. Crederes, comitatum fuisse Scipionem suum in illa legatione, quam ad inspicienda sociorum regna obivit, nisi Panætium unum omnino tunc Scipioni comitem fuisse, Cicero doceret, Acad. Quæst. ii. 2.[c] A. 611.

[c] Legatio ista, quam Simsonus in Chronico Universali, Valerium Maximum secutus, in annum urbis 624. conjecit, rectius (ut videtur) a Freinshemio (in Supplem. Liv. lib. LIII. §. 19 sqq.) ad consules anni 611. relata est; quandoquidem *ante censuram obiisse eam* Cicero scribit loc. cit. censorem autem fuisse Scipionem A. U. 612. ex marmoribus Capitolinis Pighius docet. Fuerit ergo fortasse Polybius A. U. 611. in ordinandis Achaiæ civitatibus adhuc occupatus. Ceterum de eadem tamen Scipionis legatione, nescio qua parte historiarum suarum, quave occasione, verba fecisse Polybium discimus ex Athenæo lib. VI. p. 273. qui locus infra inter Fragmenta Historica Polybii num. LXI. proferetur.

Reliqua vitæ momenta. A. 620.

3. Anno Urbis 620 Scipionem, iterum consulem, videtur in Hispaniam esse comitatus, indeque occasionem cepisse, Belli Numantini historiam, perfecto jam reliquo perpetuarum Historiarum opere, memoriæ prodendi. Confer. Ciceronem ad Famil. v. 12. cujus verba infra in Testimoniis de Scriptis Polybii num. iii. adposuimus.

IX. *Obitus Polybii.*

circa A. U. 634.

Lucianus in Macrobiis cap. 23. T. iii. edit. Hemsterh. et Reiz. p. 225. Πολύβιος ὁ Λυκόρτα, Μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀνελθὼν, ἀφ' ἵππου κατέπεσε, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Id est: *Polybius, Lycortæ filius, Megalopolitanus, rure rediens ex equo cecidit; et inde ægrotans, diem obiit annos natus octoginta duo.*

TESTIMONIA VETERUM

DE

SCRIPTIS POLYBII.

I. HISTORIARUM MAGNUM OPUS, s. HISTORIA UNIVERSALIS.

1. *Librorum numerus.*

STEPHANUS BYZANTINUS: *Μεγάλη πόλις, πόλις Ἀρκαδίας, . . . ἀφ᾽ ἧς . . καὶ Πολύβιος, τεσσαράκοντα βιβλία γράψας.* Id est: *Megalopolis, urbs Arcadiæ, . . ex qua oriundus . . Polybius, qui quadraginta libros consignavit.* Historiarum libros dicit, quos sæpe, adjecto libri numero, citavit hic grammaticus. Historiarum libri XL.

SUIDAS in Πολύβιος. *Οὗτος ἔγραψε τὴν μακρὰν Ἱστορίαν Ῥωμαϊκὴν, ἐν βιβλίοις μ΄.* Id est: *Hic prolixam illam Historiam Romanam scripsit Libris XL.* Eadem ex Suida habet EUDOCIA p. 351. Confer ipsum Polyb. lib. iii. cap. 32, 2.

2. *Argumentum, sive universe, sive ex parte.*

Τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν, id est, *Antiquitates Romanas,* vel *vetustissimam populi Romani historiam, breviter attigisse Polybium,* testis est DIONYSIUS HALICARN. lib. i. cap. 6. et 7. edit. Sylburg. p. 5. sq. Confer Reliquias Historiar. Polybii lib. vi. cap. 2. Historiar. argumentum.

PAUSANIAS in Arcadicis s. lib. viii. cap. 30. *Συνέγραψε δὲ ὁ Πολύβιος οὗτος καὶ ἄλλα ἔργα Ῥωμαίων, καὶ ὡς Καρχηδονίοις κατέστησαν ἐς πόλεμον· αἰτία δὲ* [putem *τε*] *ἥτις ἐγένετο, καὶ ὡς ὀψὲ οὐκ ἄνευ κινδύνων μεγάλων Ῥωμαῖοι * Σκιπίωνά τινα Καρχηδονιακὸν ὀνομάζουσι, τέλος τε ἐπιθέντα τῷ πολέμῳ, καὶ τὴν Καρχηδόνα καταβαλόντα ἐς ἔδαφος.* (Ubi corrupta vel mutila videbatur esse oratio, asteriscum inserui. Pro Ῥωμαῖοι Ursinus in Fragmentis Polybianis Ῥωμαίοις edidit, quod tenuerunt Casaubonus et posteriores Editores Polybii.) Sententiam his verbis expressit interpres: *Scripsit Polybius hic et alias res*

Historiar. argumentum.

gestas populi Romani, et bella cum Carthaginiensibus suscepta: quæ fuerit illorum causa, et quam spisse et vix multis defuncti periculis, civis cujusdam sui virtute, quem Scipionem Africanum cognomento appellarunt, excisa Carthagine, bellum Romani confecerint.

Zosimus, initio libri I. Historiarum: Πολυβίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ, μνήμῃ παραδοῦναι τὰ καθ' αὐτὸν ἀξιόλογα τῶν ἔργων προελομένῳ, καλῶς ἔχειν ἐφάνη δι' αὐτῶν ἐπιδεῖξαι τῶν πράξεων, ὅπως οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἑξακοσίοις [imo πεντακοσίοις, ut monuit Casaub. in Comment. ad Polyb. i. 1, 5.] ἔτεσι τοῖς περιοίκοις προσπολεμήσαντες, μεγάλην ἀρχὴν οὐκ ἐκτήσαντο· μέρος δέ τι τῆς Ἰταλίας ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, καὶ τούτου μετὰ τὴν Ἀννίβα διάβασιν καὶ τὴν ἐν Κάνναις ἧτταν ἐκπεπτωκότες, αὐτοῖς δὲ τοῖς τείχεσι τοὺς πολεμίους ὁρῶντες ἐπικειμένους, εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἤρθησαν τύχης, ὥστε οὐδὲ ὅλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα ἔτεσι μὴ μόνον Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ Λιβύην κατακτήσασθαι πᾶσαν, ἤδη δὲ καὶ τοὺς Ἴβηρας ὑφ' ἑαυτοὺς καταστῆσαι. ἐπεὶ δὲ τοῦ πλείονος ἐφιέμενοι, τὸν Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν κόλπον, Ἑλλήνων τε ἐκράτησαν, καὶ Μακεδόνας παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς, αὐτόν τε, ὃς τηνικαῦτα τούτων ἐβασίλευε, ζωγρίᾳ ἑλόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήγαγον. Id est: *Polybius ille Megalopolitanus, res sui temporis notabiles memoriæ proditurus, recte se facturum existimavit, si per ipsas res gestas ostenderet, Romanos post urbem conditam sexcentis* [imo *quingentis*] *annis bella cum finitimis gerendo magnum imperium sibi non parasse. Verum postquam parte quadam Italiæ potiti essent, eademque post Hannibalis in Italiam transitum et cladem Cannensem excidissent, ac mœnibus ipsis hostes imminentes conspexissent; tantam ad fortunæ magnitudinem evecti sunt, ut vix totis quinquaginta et tribus annis non Italiam modo, sed universam quoque Africam imperio suo subjecerint, et Hispanos in deditionem acceperint. Deinde, majora etiam petentes, sinum Ionum transierunt, Græcos superarunt, et Macedonum sustulerunt imperium, ipsumque regem qui tunc erat Macedonum, vivum in potestatem redactum, Romam abduxerunt.*

Evagrius, Histor. Eccles. lib. v. cap. ult. Αἱ δὲ κατὰ Ῥωμαίους πράξεις, πᾶσαν κοσμικὴν ἱστορίαν ἐν αὐταῖς περιλαμβάνουσαι, ἢ εἴ τι καὶ ἄλλο γέγονεν εἴ τ' ἐς αὐτοὺς διαιρουμένων, εἴ τε καὶ καθ' ἑτέρων πραττόντων, πεπόνηται Διονυσίῳ μὲν τῷ Ἁλικαρνασσεῖ, ἀπὸ τῶν λεγομένων Ἀβοριγίνων τὴν ἱστορίαν ἑλκύσαντι μέχρι τοῦ Ἠπειρώτου Πύῤῥου· ἐξ ἐκείνου δὲ, Πολυβίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ, καταγαγόντι ἕως τῆς Καρχηδόνος ἁλώσεως. Id est: *Romanorum res gestas, quæ totius prope terrarum orbis historiam complectuntur, et quæcunque vel ipsi inter se mutuo divisi vel contra*

alios gesserunt, Dionysius Halicarnasseus memoriæ prodidit, exorsus ab Aboriginibus qui dicuntur, et ad Pyrrhum usque Epirotarum regem historiam persecutus. Ab eo tempore Polybius Megalopolitanus usque ad expugnationem Carthaginis res populi Romani est persecutus.

Historiar. argumentum.

Photius in Biblioth. Cod. lxxxiii. p. 116 sq. edit. Hœschel. Διέξεισι (Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς) ἐν πολλῇ λεπτολογίᾳ τήν τε τῆς Ῥώμης οἴκισιν, καὶ τὴν Ῥέμου καὶ Ῥωμύλου γέννησιν, καὶ ἁπλῶς ἐφεξῆς ἅπαντα μέχρι ὅτου Ῥωμαίοις ὁ πρὸς Πύῤῥον τὸν Ἠπειρώτην πόλεμος συνέστη. διέρχεται δὲ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον, καὶ τελευτᾷ εἰς τὴν ρ' καὶ κη' Ὀλυμπιάδα, ἔτους ἐνεστηκότος αὐτῆς τρίτου· ἀφ' ἧς καί φησιν ἀπάρξασθαι τὸν Μεγαλοπολίτην Πολύβιον τῆς ἱστορίας. Id est: *Multa subtilitate Dionysius Halicarnasseus et incunabula urbis Romæ, et Remi Romulique nativitatem, et omnino omnia deinde ordine persecutus est, usque ad id tempus, quo cum Pyrrho Epirota coortum Romanis bellum est. Ipsumque illud etiam bellum exponit, et desinit in annum tertium Olympiadis* cxxviii. *A qua Olympiade ait Polybium Megalopolitanum inchoasse Historiam.*—Recte: namque sub finem Olymp. cxxviii. A. U. 489. Mamertini Romanos in Siciliam advocarunt, unde Historiam suam incipit Polybius. Vide lib. i. cap. 7. coll. cap. 10 seqq.

De argumento Historiarum Polybii Suidas, et cum eo Eudocia, hæc habent: Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς φυγῆς Κλεομένους τοῦ Σπαρτιάτου, καὶ φιλίππου τοῦ Περσέως πατρὸς[d], τῇ διαδοχῇ τῶν Μακεδόνων τὰ ἑξῆς ἐπισυνάπτων Ῥωμαίων. Id est: *Incipit (Polybius Historiam suam) a fuga Cleomenis Spartani et a Philippo, Persei patre; Macedonum successioni res, a Romanis gestas, ordine subnectens.*

Reliqua *Auctorum testimonia*, quibus singulæ quædam particulæ Historiarum Polybii laudantur citanturve, partim in *Adnotationibus* ad ipsas Historias, suo quæque loco, ad quem pertinent, indicabuntur; partim *Reliquiis librorum deperditorum* a nobis jam suis locis inserta sunt; partim in

[d] Sic correxi, cum mendose vulgo et apud Suidam et apud Eudociam Περσέως υἱοῦ legeretur: quem errorem ex vitioso codice imprudens propagavit quidem Eudocia, ipse Suidas errare vix potuit. Küsterus scribere supplereque jusserat, καὶ μέχρις Περσέως τοῦ Φιλίππου υἱοῦ, vertitque, *et pertexit usque ad Perseum, Philippi filium.* Ceterum, quod a Cleomenis fuga et a Philippo, Macedoniæ rege, Historiam suam inchoasse Polybium Suidas ait, non ita male habet: inde nempe initium fecit Polybius uberioris et propriæ ac principalis suæ Historiæ, quæ cum tertio libro incipit. Confer lib. II. cap. 69 extr. et cap. 70 extr. Ac fortasse ex ipso hoc loco, II. 70, 8. scripserat vel scribere Suidas voluerat καὶ Φιλίππου τοῦ Δημητρίου υἱοῦ, aut ex I. 3, 1. καὶ Φιλίππου τοῦ Περσέως μὲν πατρὸς, Δημητρίου δὲ υἱοῦ.

ceteris *Fragmentis ex libris deperditis*, aut in *Spicilegio Fragmentorum ex certis libris decerptorum*, proferentur.

3. *Stylus Polybii.*

Stylus. Stylum Polybii haud satis concinnum judicavit Dionysius Halicarnasseus, in libro περὶ Συνθέσεως ὀνομάτων, id est, de Compositione vel Structura verborum, cap. 4. Tom. v. edit. Reisk. p. 28. et p. 29 sq. (edit. Sylb. Tom. ii. p. 5.) *Μείζονα ἰσχὺν ἔχει τῆς ἐκλογῆς (τῶν ὀνομάτων) ἡ σύνθεσις. . . Καὶ τούτῳ μάλιστα διαλλάττει ποιητής τε ποιητοῦ, καὶ ῥήτωρ ῥήτορος, τῷ συντιθέναι δεξιῶς τὰ ὀνόματα. Τοῖς μὲν οὖν ἀρχαίοις ὀλίγου δεῖν πᾶσι πολλὴ ἐπίδοσις ἦν αὐτοῦ, παρ' ὃ καὶ καλά ἐστιν αὐτῶν τὰ μέτρα καὶ τὰ μέλη καὶ οἱ λόγοι· τοῖς δὲ μεταγενεστέροις οὐκέτι, πλὴν ὀλίγων. Χρόνῳ δ' ὕστερον παντάπασιν ἠμελήθη, καὶ οὐδεὶς ᾤετο δεῖν ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι, οὐδὲ συμβάλλεσθαί τι τῷ κάλλει τῶν λόγων· τοιγάρτοι τοιαύτας συντάξεις κατέλιπον, οἵας οὐδεὶς ὑπομένει μέχρι κορωνίδος διελθεῖν. Φύλαρχον λέγω, καὶ Δοῦριν, καὶ Πολύβιον, καὶ Ψάωνα κ. τ. λ.* Id est: *Majorem vim, quam selectus verborum, habet verborum compositio*, (i. e. *ordinatio atque structura.*) . . *Antiquis igitur propemodum omnibus magnæ illa res curæ fuit; quo factum est, ut pulcra sint eorum carmina, pulcri versus lyrici, pulcræ solutæ orationes: recentioribus vero, paucis exceptis, non adeo. Ac postea, sequentibus temporibus, omnino illa res negligebatur; nemoque aut eam esse necessariam, aut orationis venustati quidquam conferre existimabat. Quo factum est, ut ea post se conscripta reliquerint volumina, quæ nemo sustinuerit ad finem usque perlegere: Phylarchum dico, et Durim, et Polybium, et Psaona*, &c. Hæc Dionysius. Ac sane, non nimis comptam nec molliter admodum cadentem esse Polybii orationem, ne summus quidem Scriptoris hujus admirator iverit inficias. Cæterum ex omni numero eorum, qui, quas habemus hodie, Historiarum Polybii reliquias perlegerint, quæ multum abest ut dimidiam efficiant partem totius operis, paucos esse confido, quin ægerrime ferant librorum, qui periere, jacturam.

4. *Auctoritas et fides historica.*

Fides historica. Cicero de Officiis lib. iii. cap. 32. *Polybius, bonus auctor in primis.*

Livius lib. xxx. cap. 45. *Polybius, haudquaquam spernendus auctor.*—Optime vero Casaubonus ad Fragmenta Polybii docuit, esse figuratam orationem, qua utitur hoc loco Livius, quæ μείωσις vocatur, et *haudquaquam spernen-*

dum hic poni pro *maximæ auctoritatis.* Confer Dukerum et Drakenborchium ad Livium loc. cit.

Idem LIVIUS xxxiii. 10. *Nos Polybium secuti sumus, non incertum auctorem, quum omnium rerum Romanarum, tum præsertim in Græcia gestarum.*

XIPHILINUS in Augusto, p. 41. edit. Henr. Stephani. *Ἀμείνων δ' ἂν ἦν καὶ ὁ Δίων, μὴ πέρα τοῦ δέοντος αὐτὰ (τὰ σημεῖα καὶ τέρατα) τεθηπὼς, ἀλλά τι καὶ Πολυβίῳ προσεσχηκώς· ὅστις ἅλωσιν γράψας τῆς Καρχηδόνος, καὶ τῆς Ἑλλάδος δούλωσιν, καὶ πρὸ τούτων τὴν μεγάλην τῶν Ῥωμαίων ἐκείνην ὑπὸ Ἀννίβου καὶ πολυχρόνιον κάκωσιν, οὐδαμοῦ τερατολογῶν φαίνεται, οὐδὲ σημεῖα ταῖς λοιπαῖς πόλεσι πρὸ τῶν συμφορῶν γενόμενα διηγούμενος.* Id est: *Multoque melius Dio fecisset, si illa (prodigia ac portenta) non esset supra modum admiratus, sed Polybium sibi proposuisset aliqua ex parte imitandum. Ille enim, historiam captæ Carthaginis et Græciæ in servitutem redactæ perscribens, itemque gravem illam diuturnamque cladem exponens, quam antea Romani ab Hannibale acceperant, nusquam tamen monstra ejusmodi referre, aut portenta, quibus calamitates ante significatæ fuerint civitatibus, proferre deprehenditur.*

Ceterum virtutes Historiarum Polybii non melius, quam ex ipsa lectione Reliquiarum, quæ de illis ex funesta temporum clade ad nos pervenerunt, poterunt cognosci. Insigniora nonnulla loca indicabuntur in Indice nostro Historico, artic. *Polybius*, et *Polybii Historia.*

5. *Continuatores, Obtrectator, et Epitomator Historiarum Polybii.*

SUIDAS in Πολύβιος· *Ἰστέον, ὅτι διαδέχεται τὴν Πολυβίου ἱστορίαν Ποσειδώνιος Ὀλβιοπολίτης, σοφιστής.* Id est: *Sciendum est, Polybii Historiam continuari a Posidonio Olbiopolita, sophista.* Idem Suidas in Ποσειδώνιος, *istam continuationem Polybii,* LII *libris comprehensam,* *Ἱστορίαν τὴν μετὰ Πολύβιον,* *Posidonio Alexandrino, Philosopho Stoico,* tribuit, *Zenonis Cittiei discipulo:* at mox tamen subjungit, *καὶ οἶμαι, ταῦτα μᾶλλον Ποσειδωνίου σοφιστοῦ εἶναι, τοῦ Ὀλβιοπολίτου.* Id est: *sed hæc puto potius esse Posidonii Olbiopolitæ, sophistæ.* Confer Vossium de Histor. Græc. lib. i. cap. 24. et Fabric. Bibl. Græc. Tom. ii. p. 409 sq.

Continuatores histor. Polyb.

SUIDAS in Πολύβ. *Ἔγραψε δὲ καὶ Στράβων Ἀμασεὺς τὰ μετὰ Πολύβιον, ἐν βιβλίοις μγ'.* Id est: *Scripsit et Strabo Amasensis Historiam inde incipientem, ubi Polybius desiit, libris* XLIII. Ejusdem operis ipse STRABO meminit, lib. xi.

p. 515 his verbis: Εἰρηκότες δὲ πολλὰ περὶ τῶν Παρθικῶν νομίμων ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἱστορικῶν Ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον, παραλείψομεν ἐνταῦθα. Id est: *Cum de legibus et institutis Parthorum multa dixerimus in sexto Historicorum Commentariorum libro, qui secundus est eorum, qui de Rebus, post Polybium gestis, inscribuntur, nunc ea prætermittemus.*

Obtrectator. SUIDAS in Σκύλαξ. Σκύλαξ Καρυανδεὺς (πόλις δέ ἐστι τῆς Καρίας πλησίον Ἁλικαρνάσσου, τὰ Καρύανδα) μαθηματικὸς καὶ μουσικός. Περίπλουν τῶν ἐκτὸς τοῦ Ἡρακλέους στηλῶν. . . . Γῆς περίοδον. Ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Πολυβίου ἱστορίαν. Id est: *Scylax Caryandensis (Caryanda urbs Cariæ est, prope Halicarnassum) Mathematicus et Musicus. Scripsit Periplum locorum extra Columnas Herculis. . . Terræ periodum. Librum adversus Polybii Historiam.* Conf. Vossium de Hist. Græc. lib. i. cap. 19. et Fabric. Bibl. Græc. T. iii. p. 32. et T. ii. p. 761.

Epitomator. SUIDAS in Βροῦτος· Βροῦτος, στρατηγὸς Ῥωμαίων, ἔγραψεν Ἐπιστολὰς, καὶ τῶν Πολυβίου τοῦ ἱστορικοῦ βίβλων Ἐπιτομήν. Id est: *Brutus, prætor Romanus, scripsit Epistolas, et Epitomen Historiarum Polybii.* Et PLUTARCHUS in Marco Bruto, p. 985. edit. Wechel. Αὐτὸς (Μάρκος Βροῦτος) ἄχρι τῆς ἑσπέρας ἔγραφε, συντάττων Ἐπιτομὴν Πολυβίου. Id est: (*In castris Pompeii, ante pugnam Pharsalicam, M. Brutus*) *usque ad vesperam scripsit, Polybii Compendium concinnans.*

II. DE VITA PHILOPŒMENIS.

Philopœmen. De Vita et rebus gestis Philopœmenis tres libros separatim edidisse Polybium, priusquam universam Historiam conscriberet, ex ipso discimus Historiar. lib. x. cap. 24.

III. HISTORIA BELLI NUMANTINI.

Bellum Numant. CICERO ad Famil. lib. v. Epist. 12. ad Lucceium: *Deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum ceteris rebus nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea, quæ dixi, bella separaverunt, ita tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis sejungeres.*

IV. TACTICA.

Tactica. *Commentariorum suorum* περὶ τὰς Τάξεις, id est, *Tacticorum,* ipse mentionem fecit Polybius lib. IX. cap. 20. ad quem locum vide, quæ notamus.

Eorumdem meminit Arrianus in Tacticis, ipso initio, quod quidem truncatum ad nos pervenit, tali fere ratione supplendum: [Τακτικὰ ἔγραψε Πύῤῥος ὁ Ἠπειρώτης, καὶ Ἀλέξανδρος] ὁ Πύῤῥου παῖς, καὶ Κλέαρχος. . . Καὶ μὴν καὶ Παυσανίου ἐστὶ συγγράμματα περὶ τούτων. Εὕροις δ' ἂν καὶ Εὐαγγέλου· ἀλλὰ καὶ Πολυβίου τοῦ Ἀρκάδος, ὃς καὶ Σκιπίωνι τῷ Ῥωμαίῳ ξυνεγένετο, πολλοὺς καὶ μεγάλους πολέμους διαπολεμοῦντι ἄλλους τε, καὶ ἐν ᾧ καὶ Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ εἷλέν τε καὶ ἠνδραπόδισεν. Id est: *Tacticam artem scripsit Pyrrhus Epirota, et Alexander Pyrrhi filius, et Clearchus. . . Est vero etiam Pausaniæ liber de eodem argumento: reperiturque porro Evangeli, itemque Polybii Arcadis, qui Scipioni Romano comes adfuit, bella multa magnaque gerenti, cum alia, tum illud, quo Carthaginem, Africæ urbem, cepit et Romano imperio subjecit.* Tactica.

Ælianus in Tacticis, cap. 1. Πύῤῥος τε ὁ Ἠπειρώτης Τακτικὰ συνέγραψε, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ τούτου υἱὸς, καὶ Κλέαρχος, ἔτι δὲ Παυσανίας, Εὐάγγελός τε, καὶ Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, ἀνὴρ πολυμαθὴς, Σκιπίωνι συγγενόμενος. Id est: *Pyrrhusque Epirota Tactica conscripsit, et ejus filius Alexander, et Clearchus: Pausanias insuper, et Evangelus, et Polybius Megalopolitanus, vir multifariæ eruditionis, qui cum Scipione vixit.*

Idem Ælianus Tactic. cap. 3. Ὅρον τῆς Τακτικῆς ἔθεντο, Αἰνείας μὲν, ἐπιστήμην εἶναι πολεμικῶν κινήσεων· Πολύβιος δὲ, ἄν τις πλῆθος τακτικὸν παραλαβὼν, τοῦτο συγκρίνῃ, καὶ καταλοχίσας συλλοχίσῃ, παιδεύσῃ τε χρησίμως τὰ πρὸς τὸν πόλεμον[e]. Id est: *Tacticam Æneas definivit, quod sit scientia motuum bellicorum; Polybius vero ita: si quis ordinandam multitudinem accipiens, instituta comparatione per decurias centuriasve eam distribuat, decuriasque ac centurias rursus in unum colligat, edoceatque ea, quæ ad usum belli conducibilia sunt.*

Rursus Ælianus ibid. cap. xix. p. 37. edit. Arcerii: Τούτῳ τῷ σχήματι τῆς ἴλης (ὥστε τοὺς ἐν ῥόμβῳ κατατεταγμένους ἱππέας μήτε στοιχεῖν, μήτε ζυγεῖν κ. τ. λ. *ibid. p.* 36.) κέχρηται Πολύβιος, ἀνδρῶν ξδ'. ἐν σχήματι τοῦ Λ στοιχείου. Id est: *Hac*

[e] Sintne hæc adcurate ex Polybio transscripta, dubitare licebit. Ceterum πλῆθος τακτικὸν *ordinandam multitudinem* reddidit interpres. Id vero τακτέον foret. Nescio an τακτικὸν πλῆθος sit *multitudo militaris*, sicut τακτικῶς Suidas interpretatus est στρατιωτικῶς. An potius ἄτακτον scribendum? Sic paulo ante ipse Ælianus: Τὸ μὲν (forsan Τοῦ μὲν) οὖν ἐν τῇ τακτικῇ προτοστατοῦντος (sive προστατοῦντος cum Arcerio malis) ἐστὶ, παραλαβόντα πλῆθος ἄτακτον, τοὺς ἐπιτηδείους ἐκλεξάμενον, καθ' ἣν ἕκαστον προσήκει χώραν συντάξαι, τοῦτ' ἔστι καταλοχίσαι καὶ συλλοχίσαι, ἀριθμόν τε τοῦ παντὸς πλήθους ὁρίσαι σύμμετρον, καὶ εὐχρήστως ἔχοντα πρὸς τὰ κατὰ πόλεμον.

turmæ forma (scil. *ut equites, in rhombi formam ordinati, neque versarent, neque jugarent*, i. e. neque a lateribus, neque in directione a parte anteriore ad posteriorem, proxime sese invicem tangerent,) *usus est Polybius viris LXIV, in figuram literæ Græcorum* Λ (id est, in quincuncis formam) *dispositis.*

V. DE HABITATIONE SUB ÆQUATORE libellus [f].

De habitatione sub Æquatore.

GEMINUS in Εἰσαγωγῇ εἰς τὰ Φαινόμενα s. in Elementis Astronomiæ, Cap. 13. in Petavii Uranologio s. de Doctrina Temporum Tomo III. p. 31 sq. *Πολύβιος, ὁ ἱστοριογράφος, πεπραγμάτευται βιβλίον, ὁ ἐπιγραφὴν ἔχει, περὶ τῆς περὶ τὸν Ἰσημερινὸν οἰκήσεως· αὕτη δέ ἐστιν ἐν μέσῃ τῇ διακεκαυμένῃ ζώνῃ. καί φησιν, οἰκεῖσθαι τοὺς τόπους, καὶ εὐκρατοτέραν ἔχειν τὴν οἴκησιν τῶν περὶ τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης ζώνης οἰκούντων. καὶ ἃ μὲν ἱστορίας φέρει τῶν κατωπτευκότων τὰς οἰκήσεις, καὶ ἐπιμαρτυρούντων τοῖς φαινομένοις· ἃ δὲ ἐπιλογίζεται ἐπὶ τῆς φυσικῆς περὶ τὸν ἥλιον ὑπαρχούσης κινήσεως. Ὁ γὰρ ἥλιος περὶ μὲν τοὺς τροπικοὺς κύκλους πολὺν ἐπιμένει χρόνον κατὰ τὴν πάροδον* (al. *πρόσοδον*) *τὴν πρὸς αὐτούς, καὶ τὴν ἀποχώρησιν· ὥστε σχεδὸν ἐφ' ἡμέρας μ'. μένει πρὸς αἴσθησιν ἐπὶ τροπικῶν κύκλων, δι' ἣν αἰτίαν τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν σχεδὸν ἐφ' ἡμέρας μ'. ταὐτὰ διαμένει. ὅθεν ἐπιμονῆς γινομένης πρὸς τὰς οἰκήσεις τὰς κειμένας ὑπὸ τοὺς τροπικούς, ἀνάγκη ἐκπυροῦσθαι τὴν οἴκησιν καὶ ἀοίκητον γίνεσθαι διὰ τὴν τοῦ καύματος ὑπερβολήν. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου ταχείας συμβαίνει τὰς ἀποχωρήσεις γίνεσθαι. ὅθεν καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν περὶ τὰς ἰσημερίας μεγάλας λαμβάνει τὰς παραυξήσεις. Εὔλογον οὖν καὶ τὰς ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν κειμένας οἰκήσεις εὐκρατοτέρας ὑπάρχειν, ἐπιτολῆς μὲν γινομένης ἐπὶ τοῦ κατὰ κορυφὴν σημείου, ταχέως δ' ἀποχωροῦντος τοῦ ἡλίου. πάντες γὰρ μεταξὺ τῶν τροπικῶν κύκλων οἰκοῦντες παρὰ τὴν πάροδον ὁμοίως κεῖνται τοῦ ἡλίου· πλείονας δὲ χρόνους ἐπιμένει τοῖς περὶ τοὺς τροπικοὺς οἰκοῦσι. δι' ἣν αἰτίαν εὐκρατοτέρας εἶναι συμβέβηκε τὰς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκήσεις, αἵτινες κεῖνται ἐν μέσῃ τῇ διακεκαυμένῃ ζώνῃ, τῶν περὶ τὰ πέρατα τῆς διακεκαυμένης οἰκούντων, οἵτινες ὑπὸ τοὺς τροπικοὺς κύκλους κεῖνται.* Id est: *Polybius Historicus conscripsit librum, qui inscribitur, de Habitatione circa Æquinoctialem* (s. *Æquatorem.*) *Hæc autem est in media torrida Zona. Atque dicit, habitari hæc loca, et habere magis temperatam habitationem, quam habent ii, qui circa extremitates torridæ Zonæ habitant. Ac partem histo-*

[f] Libellus ille fortasse non nisi pars fuerit *Libri XXXIV. Historiarum*, in quo *Geographica* ex professo tractavit Polybius.

rias adfert eorum, qui viderant has habitationes, et testimonium præbebant apparentiis; partim ratiocinatur ex naturali solis motu. Sol enim circa tropicos circulos longo commoratur tempore, secundum accessum ad eos et discessum, ut fere ad dies quadraginta maneat quoad sensum in tropicis circulis; quam ob caussam magnitudines dierum fere ad dies quadraginta manent eædem. Igitur quum diutius moretur ad illas habitationes, quæ sunt sitæ sub Tropicis, necesse est, ut ardore torreatur hæc habitatio, atque inhabitabilis fiat, propter æstus excessum. At ab Æquinoctiali circulo veloces fiunt discessus: unde etiam magnitudines dierum circa Æquinoctia magna capiunt incrementa. Consentaneum est igitur, eas etiam habitationes, quæ sunt sitæ sub Æquatore, magis esse temperatas; cum ascensio quidem fiat super puncto verticali, sed velociter sol recedat. Omnes enim, qui inter Tropicos circulos habitant, pariter quidem habent solem super caput transeuntem; sed diutius sol apud eos commoratur, qui circa Tropicos habitant. Quam ob caussam temperatiores sunt eæ habitationes, quæ circa Æquatorem sunt et media in Zona torrida sunt sitæ, quam sunt eorum habitationes, qui circa extremitates torridæ Zonæ et sub Tropicis habitant. Habitatio sub Æquatore.

STRABO lib. ii. p. 97. Ἐρατοσθένει, φήσαντι, ὅτι ἡ ὑποπίπτουσα ζώνη τῷ ἰσημερινῷ ἐστὶν εὔκρατος, καὶ ὁ Πολύβιος ὁμοδοξεῖ. προστίθησι δ' οὗτος καὶ διότι ὑψηλοτάτη ἐστί· διόπερ καὶ κατομβρεῖται, τῶν βορείων νεφῶν κατὰ τοὺς ἐτησίους ἐκεῖ τοῖς ἀναστήμασι προσπιπτόντων πλείστων. Id est: *Eratostheni, dicenti, plagam, æquatori subjectam, temperatam esse, adsentitur etiam Polybius. Addit vero hic etiam, esse eamdem altissimam, atque ob eam caussam imbribus rigari, quando flantibus etesiis nubes a borea plurimæ locis eminentibus adpelluntur.*

STRABO lib. ii. p. 96. Πολύβιος ποιεῖ ζώνας ἕξ· δύο μὲν τὰς τοῖς ἀρκτικοῖς ὑποπιπτούσας, δύο δὲ τὰς μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν τροπικῶν, καὶ δύο τὰς μεταξὺ τούτων καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ. Id est: *Polybius Zonas facit sex: duas, quæ sub circulis Arcticis sunt; duas, quæ inter has et Tropicos; duas, quæ inter Tropicos et Æquatorem.* Zonæ sex.

ACHILLES TATIUS in Isagoge in Phænomena, cap. 31. Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ζωνῶν πολλὴ διαφωνία γέγονεν. Οἱ μὲν γὰρ ἓξ αὐτὰς εἶπον· ὡς Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος, τὴν διακεκαυμένην εἰς δύο διαιροῦντες. Id est: *De Zonarum numero magna dissensio est. Nam alii sex Zonas numerant: ut Polybius et Posidonius, qui torridam Zonam in duas dividunt.*

POLYBII

HISTORIARUM

QUIDQUID SUPEREST.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ.

Prooemium Auctoris.

ΕΙ μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν [a] ἀναγράφουσι τὰς πράξεις, παρα-
λελεῖφθαι συνέβαινε τὸν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἔπαινον·
ἴσως ἂν ἀναγκαῖον ἦν τὸ προτρέπεσθαι πάντας πρὸς τὴν
αἵρεσιν καὶ παραδοχὴν τῶν τοιούτων ὑπομνημάτων· διὰ

Fructus Historiæ.

τὸ μηδεμίαν ἑτοιμοτέραν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις διόρθωσιν,
2 τῆς τῶν προγεγενημένων πράξεων ἐπιστήμης. Ἐπεὶ δ' οὐ
τινὲς, οὐδ' ἐπὶ ποσὸν, ἀλλὰ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀρχῇ
καὶ τέλει κέχρηνται τούτῳ· φάσκοντες, ἀληθινωτάτην
μὲν εἶναι παιδείαν καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολι-
τικὰς πράξεις, τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας μάθησιν· ἐναρ-
γεστάτην δὲ καὶ μόνην διδάσκαλον τοῦ δύνασθαι
τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως ὑποφέρειν, τὴν
3 τῶν ἀλλοτρίων περιπετειῶν ὑπόμνησιν· δῆλον, ὡς οὐδ-
ενὶ μὲν ἂν δόξαι καθήκειν, περὶ τῶν καλῶς καὶ πολ-
4 λοῖς εἰρημένων ταυτολογεῖν, ἥκιστα δ' ἡμῖν. Αὐτὸ γὰρ

Historiæ Romanæ præstantia.

[a] ἀναγράψασι, pro ἀναγράφουσι, ex ingenio edidit Casaubonus. Mox ἂν post ἴσως ignorant veteres libri.

SI esset ab iis, qui ante nos res gestas memoriæ mandarunt, *Historiæ* ipsius prætermissa *laudatio;* necesse forsitan foret, omnes ad hoc genus commentariorum potissimum probandum studioseque excipiendum cohortari; quum nulla sit mortalibus ad proficiendum via expeditior, quam rerum ante actarum scientia. Verum quoniam non aliqui, neque aliquatenus, sed prope dixerim omnes, hoc et exordio scribendi et exitu usi sunt, ut dicerent, *verissimam institutionem præparationemque ad gerendam rempublicam, esse doctrinam eam, quæ ex Historia paretur; magistramque clarissimam atque unicam, quæ fortunæ mutationes generose doceat ferre, alienorum esse casuum recordationem:* palam est, nemini convenire, ut, quæ recte ab aliis, et iis quidem multis, dicta sunt, eadem repetat; omnium vero minime nobis. Ipsa enim rerum, de quibus dicturi su-

τὸ παράδοξον τῶν πράξεων, ὑπὲρ ὧν προῃρήμεθα γράφειν,
ἱκανόν ἐστι προκαλέσασθαι καὶ παρορμῆσαι πάντα καὶ
νέον καὶ πρεσβύτερον, πρὸς τὴν ἔντευξιν τῆς πραγμα-
τείας. Τίς γὰρ οὕτως ὑπάρχει φαῦλος ἢ ῥάθυμος 5
ἀνθρώπων, ὃς οὐκ ἂν βούλοιτο γνῶναι, πῶς, καὶ τίνι
γένει πολιτείας ἐπικρατηθέντα σχεδὸν ἅπαντα τὰ κατὰ
τὴν οἰκουμένην οὐχ ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν,
ὑπὸ μίαν ἀρχὴν ἔπεσε τὴν Ῥωμαίων; ὃ πρότερον οὐχ
εὑρίσκεται γεγονός. Τίς δὲ πάλιν οὕτως ἐκπαθὴς πρός 6
τι τῶν ἄλλων θεαμάτων ἢ μαθημάτων, ὃς προὐργιαί-
τερον ἄν τι ποιήσαιτο τῆσδε τῆς ἐμπειρίας;

Imperii Romani cum aliis imperiis comparatio.

II. Ὡς δ' ἔστι παράδοξον καὶ μέγα τὸ περὶ τὴν
ἡμετέραν ὑπόθεσιν θεώρημα, γένοιτ' ἂν οὕτω μάλιστα
ἐμφανὲς, εἰ τὰς ἐλλογιμωτάτας τῶν προγεγενημένων
δυναστειῶν, περὶ ἃς οἱ συγγραφεῖς τοὺς πλείστους δια-
τέθεινται λόγους, παραβάλλοιμεν καὶ συγκρίναιμεν
πρὸς τὴν Ῥωμαίων ὑπεροχήν. Εἰσὶ δ' αἱ τῆς παρα- 2
βολῆς ἄξιαι καὶ συγκρίσεως αὗται. Πέρσαι κατά
τινας καιροὺς μεγάλην ἀρχὴν κατεκτήσαντο καὶ δυνα-
στείαν· ἀλλ' ὁσάκις ἐτόλμησαν ὑπερβῆναι τοὺς τῆς
Ἀσίας ὅρους, οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ περὶ
σφῶν ἐκινδύνευσαν. Λακεδαιμόνιοι πολλοὺς ἀμφισβη- 3
τήσαντες χρόνους ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων [b]ἡγεμονίας,
ἐπειδή ποτ' [c]ἐκράτησαν, μόλις ἔτη δώδεκα [d]κατεῖχον

[b] ἡγεμονείας edd. cum plerisque MSStis et h. l. et sæpius aliâs. [c] ἐπεκράτησαν Aug. [d] Pro κατεῖχον, corrupte MSSti omnes habent κατεῖδον.

mus, inopinata novitas vel per se facile quemvis alliciet incitabitque, sive juvenem, sive seniorem, ad Historiæ hujusce lectionem. Nam quis erit adeo levis homo aut ignavus, quin scire cupiat, *qua ratione, et quo rerum administrandarum genere, universus prope Orbis terrarum annis fere* LIII *sub unius imperium, populi scilicet Romani, fuerit redactus?* quod quidem numquam antea factum invenitur. Rursus vero, quis ullum aliud vel spectaculi vel disciplinæ genus adeo perdite adamaverit, ut harum rerum cognitione quidquam ei sit antiquius?

II. Quod autem inopinatæ novitatis plenum et magnificum sit nostræ scriptionis argumentum, ita facillime manifestum erit: si nobilissimæ quæque priorum temporum dynastiæ, de quibus ut plurimum exstant historiæ, cum Romano imperio componantur ac comparentur. Sunt vero dignæ componi compararique hæ. Fuit aliquando *Persarum* magnum imperium ac dominatio: sed quoties Asiæ fines transgredi sunt ausi, non solum de imperio, verum et de propria salute, sunt periclitati. *Lacedæmonii*, quum de principatu Græciæ perdiu contendissent, atque illum tandem obtinuissent, vix annos duodecim sine certamine eum

4 αὐτὴν ἀδήριτον. Μακεδόνες τῆς μὲν Εὐρώπης ἦρξαν
ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν τόπων, ἕως ἐπὶ τὸν Ἴστρον
ποταμόν· ὃ βραχὺ παντελῶς ἂν φανείη μέρος τῆς προ-
5 ειρημένης χώρας. μετὰ δὲ ταῦτα προσέλαβον τὴν τῆς
Ἀσίας ἀρχὴν, καταλύσαντες τὴν τῶν Περσῶν δυνα-
στείαν. ἀλλ' ὅμως οὗτοι, πλείστων δόξαντες καὶ τόπων
καὶ πραγμάτων γενέσθαι κύριοι, τὸ πολὺ μέρος ἀκμὴν
6 ἀπέλιπον τῆς οἰκουμένης ἀλλότριον. Σικελίας μὲν γὰρ
καὶ Σαρδοῦς, καὶ Λιβύης, οὐδ' ἐπεβάλοντο καθάπαξ
ἀμφισβητεῖν· τῆς δὲ Εὐρώπης τὰ μαχιμώτατα γένη
τῶν προσεσπερίων ἐθνῶν, ἰσχνῶς εἰπεῖν, οὐδ' ἐγίνωσκον.
7 Ῥωμαῖοί γε μὴν, οὐ τινὰ μέρη, σχεδὸν δὲ πᾶσαν πεποι-
ημένοι τὴν οἰκουμένην [d] ὑπήκοον αὐτοῖς, ζηλωτὸν μὲν τοῖς
νῦν οὖσιν, ἀνυπέρβλητον δὲ τοῖς ἐπιγιγνομένοις ὑπεροχὴν
8 κατεσκεύασαν δυναστείας. [e] Τούτων μέν τοι τὰ πολλὰ
διὰ τῆσδε τῆς γραφῆς ἔξεσται σαφέστερον κατανοεῖν·
ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ, πόσα καὶ πηλίκα συμβάλλεσθαι
πέφυκε τοῖς φιλομαθοῦσιν ὁ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας
τρόπος.

Imperii Rom. cum aliis comparatio.

Historia Pragmatica.

III. Ἄρξει δὲ τῆς πραγματείας ἡμῖν, τῶν μὲν χρόνων Ὀλυμπιὰς ἑκατοστή τε καὶ τετταρακοστή· τῶν δὲ

Princeps institutum Polybii.

[d] A verbis ὑπήκοον αὐτοῖς, usque γραφῆς ἔξεσται, pluribus sparsim lacunis hiant scripti omnes libri, quas ex conject. suppleverunt Ursinus et Casaub. [e] Περὶ τούτων malim.

tenuerunt. *Macedonum* in Europa regnum ab Adriatico mari ad Istrum usque flumen patuit; quæ pars prædictæ Europæ exigua utique videri debet. Adjecere deinde iidem Asiæ imperium, everso Persarum dominatu. Verumtamen etiam hi, quorum imperium et quam latissime porrigi et potentissimum esse visum est, maximam adhuc orbis partem nihil quidquam ad se pertinere sunt passi. Nam de Sicilia, de Sardinia, de Africa, ne contendere quidem in animum umquam Macedones induxerunt; pugnacissimas vero Europæ nationes ad occasum sitas, vix ac ne vix quidem (ne quid amplius dicam) notas habuerunt. At *Romani*, non partibus solummodo aliquot, sed universo fere terrarum orbe in jus ditionemque suam coacto, imperium suum in tantum evexerunt fastigium; ut prædicare quidem illius felicitatem præsens ætas merito queat, superare vero illud nulla umquam secula sint valitura. Sed hæc quidem maximam partem ex ipsa hac scriptione nostra planius cognoscere licebit: simulque intelligetur, quot quantasque utilitates studiosis adferre illud genus historiæ conscribendæ possit, quod in rerum gestarum ratione atque causis accurate explicandis versatur, quam *Pragmaticam Historiam* vocamus.

III. Initium vero scriptionis nobis erit, si tempora spectes, *Olympias centesima quadragesima:* si res gestas,

πράξεων, παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ὁ προσαγορευθεὶς
Συμμαχικὸς πόλεμος, ὃν πρῶτον ἐξήνεγκε μετ' Ἀχαιῶν
πρὸς Αἰτωλοὺς Φίλιππος, Δημητρίου μὲν υἱὸς, πατὴρ
δὲ Περσέως· παρὰ δὲ τοῖς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦσιν, ὁ
περὶ Κοίλης Συρίας, ὃν Ἀντίοχος καὶ Πτολεμαῖος ὁ
Φιλοπάτωρ ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους· ἐν δὲ τοῖς κατὰ 2
τὴν Ἰταλίαν καὶ Λιβύην τόποις, ὁ συστὰς Ῥωμαίοις
καὶ Καρχηδονίοις, ὃν οἱ πλεῖστοι προσαγορεύουσιν Ἀννι-
βιακόν. ταῦτα δ' ἐστὶ συνεχῆ τοῖς [f]τελευταίοις τῆς
Ἀράτου τοῦ Σικυωνίου συντάξεως. Ἐν μὲν οὖν τοῖς πρὸ 3
τούτων χρόνοις, ὡσανεὶ σποράδας εἶναι συνέβαινε τὰς
τῆς οἰκουμένης [g]πράξεις· διὰ τὸ καὶ κατὰ τὰς ἐπι-
βολὰς, ἔτι δὲ συντελείας αὐτῶν, ὡς καὶ κατὰ τόπους,
Historia Polybiana, velut unum corpus.
διαφέρειν ἕκαστα τῶν πεπραγμένων. Ἀπὸ δὲ τούτων 4
τῶν καιρῶν οἱονεὶ σωματοειδῆ συμβαίνει γίγνεσθαι τὴν
ἱστορίαν, συμπλέκεσθαί τε τὰς Ἰταλικὰς καὶ Λιβυκὰς
πράξεις ταῖς τε κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς,
καὶ πρὸς ἓν γίγνεσθαι τέλος τὴν ἀναφορὰν ἁπάντων.
Διὸ καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτῶν πραγματείας, ἀπὸ τού- 5
των πεποιήμεθα τῶν καιρῶν. τῷ γὰρ προειρημένῳ 6
πολέμῳ κρατήσαντες Ῥωμαῖοι Καρχηδονίων, καὶ νομί-
σαντες τὸ κυριώτατον καὶ μέγιστον μέρος αὐτοῖς ἠνύσθαι
πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐπιβολὴν, οὕτω καὶ τότε πρῶτον

[f] Vulgo omnes MSS. et edd. τελευτ. τῆς παρὰ τοῦ Σικυων. συντ.

[g] A verbo πράξεις usque πεπραγμένων, rursus hiatibus deformes sunt membranæ, hoc fere modo: πράξεις — — τὸ καὶ τὰς ἐπιβολὰς — — δὲ συντελείας αὐτ — — — καὶ κατὰ τὸ — — — ειν ἕκαστα — — — ενων.

bellum apud Græcos quidem *Sociale*, quod primum cum Achæis adversus Ætolos Philippus suscepit, Demetrii filius, Persei pater; apud Asianos vero, *bellum Cœlesyriacum* inter Antiochum et Ptolemæum Philopatorem; in Italia autem et Africa, quod Romani et Carthaginienses inter sese gesserunt, quod *bellum Hannibalicum* vulgo vocant. Sunt autem hæc iis cohærentia, quæ *Aratus Sicyonius* opere extremo narrat. Jam quæ ante ista tempora per orbem terrarum gesta sunt, ea quasi sparsa divulsaque erant; quum, ut locorum intervallis, sic et consiliorum rationibus, et rerum susceptarum exitu, singula eorum essent disjuncta. Ab istis vero temporibus, ut in unum quasi corpus coiret Historia, evenit; utque res Italicæ ac Libycæ Asiaticis et Græcis miscerentur, et omnes ad unum finem referrentur. Idcirco et nos opus hoc, quo illa descripsimus, inde sumus exorsi. Nam quum eo, quod diximus, bello Romani Carthaginienses superassent; rati, potissimam ab se maximamque partem, ad capessendum universi orbis imperium, esse confectam; ita demum, ac tum primum, ad reliqua

ἐθάρσησαν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τὰς χεῖρας ἐκτείνειν, καὶ
περαιοῦσθαι [h] μετὰ δυνάμεων εἴς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ
7 τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους. Εἰ μὲν οὖν ἡμῖν ἦν
συνήθη καὶ γνώριμα τὰ πολιτεύματα, τὰ περὶ τῆς τῶν
ὅλων ἀρχῆς ἀμφισβητήσαντα, ἴσως οὐδὲν ἂν ἡμᾶς ἔδει
περὶ τῶν πρὸ τοῦ γράφειν· ἀπὸ ποίας προθέσεως ἢ δυ-
νάμεως ὁρμηθέντες, ἐνεχείρησαν τοῖς τοιούτοις καὶ τηλι-
8 κούτοις ἔργοις. Ἐπεὶ δ' οὔτε [i] τοῦ Ῥωμαίων, οὔτε τοῦ
Καρχηδονίων πολιτεύματος πρόχειρός ἐστι τοῖς πολλοῖς
τῶν Ἑλλήνων ἡ προγεγενημένη δύναμις, οὐδ' αἱ πράξεις
αὐτῶν· ἀναγκαῖον ὑπελάβομεν εἶναι, συντάξασθαι ταύ-
9 την καὶ τὴν ἑξῆς βίβλον πρὸ τῆς ἱστορίας· ἵνα μηδεὶς,
ἐπιστὰς ἐπ' αὐτὴν τὴν τῶν πραγμάτων ἐξήγησιν, τότε
διαπορῇ, καὶ ζητῇ, ποίοις διαβουλίοις ἢ ποίαις δυνάμεσι
καὶ χορηγίαις χρησάμενοι Ῥωμαῖοι, πρὸς ταύτας
ὥρμησαν τὰς ἐπιβολὰς, δι' ὧν καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς
θαλάττης τῆς καθ' ἡμᾶς ἐγένοντο πάσης ἐγκρατεῖς·
10 ἀλλ' ἐκ τούτων τῶν βίβλων καὶ τῆς ἐν ταύταις προκα-
τασκευῆς δῆλον ᾖ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὅτι καὶ λίαν εὐ-
λόγοις ἀφορμαῖς χρησάμενοι, πρός τε τὴν ἐπίνοιαν
ὥρμησαν, καὶ πρὸς τὴν συντέλειαν ἐξίκοντο τῆς τῶν ὅλων
ἀρχῆς καὶ δυναστείας.

In gratiam Græcorum scribit Polybius.

Libri duo priores præmittuntur velut Præparatio.

IV. Τὸ γὰρ τῆς ἡμετέρας πραγματείας ἴδιον, καὶ τὸ θαυμάσιον τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν, τοῦτό ἐστιν· ὅτι,

Res Roman. cum omnium gentium rebus connexæ.

[h] Alii μετὰ δυνάμεως. [i] Alii τοῦ τῶν Ῥωμ. et τοῦ τῶν Καρχ.

manus ausi sunt porrigere, et cum in Græciam tum in Asiaticas regiones exercitus suos transmittere. Equidem si vulgo notæ nostris hominibus essent istæ Respublicæ, quæ de summa rerum inter se contenderunt; nihil fortasse necesse nobis esset superiora attingere: quo nempe proposito, aut quibus freti viribus, tale tantumque opus inceptarint. Nunc quoniam et Romanorum et Carthaginiensium vires, quas prius habuerunt, et res, quas ante gesserunt, Græcorum plerisque non satis cognitæ sunt, faciendum putavimus, ut hunc et sequentem librum reliquæ Historiæ præmuniremus: ne quis forte, rerum ipsarum expositioni unice intentus, hæreat deinde, et quærere incipiat, quibus tandem consiliis, quibusve viribus atque opibus instructi Romani ad ejusmodi incepta animum adjecerint, per quæ et terram et mare nostrum universum potestati suæ subjecerunt: sed ut ex *Præparatione*, duobus hisce libris comprehensa, intelligant lectores, sane quam probabiles fuisse Romanis rationes, et idonea præsidia, ut et animo conciperent, et ad extremum consequerentur imperium hoc et orbis terrarum dominatum.

IV. Quod enim operis nostri proprium est, nostraque ætate mirandum accidit, illud est: quod, sicut Fortuna

καθάπερ ἡ τύχη σχεδὸν ἅπαντα τὰ τῆς οἰκουμένης
πράγματα πρὸς ἓν ἔκλινε μέρος, καὶ πάντα νεύειν
ἠνάγκασε πρὸς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν σκοπόν· οὕτω καὶ διὰ
τῆς ἱστορίας ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀγαγεῖν τοῖς ἐντυγχά-
νουσι τὸν χειρισμὸν τῆς τύχης, ᾧ κέχρηται πρὸς τὴν
τῶν ὅλων πραγμάτων συντέλειαν. καὶ γὰρ τὸ προκαλε- 2
σάμενον ἡμᾶς καὶ παρορμῆσαν πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τῆς
Historia universalis. ἱστορίας, μάλιστα τοῦτο γέγονε· σὺν δὲ τούτῳ, καὶ τὸ,
μηδένα τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπιβεβλῆσθαι τῇ τῶν καθόλου
πραγμάτων συντάξει· πολὺ γὰρ ἂν ἧττον ἔγωγε πρὸς
τοῦτο τὸ μέρος ἐφιλοτιμήθην. νῦν δ' ὁρῶν, τοὺς μὲν κα- 3
τὰ μέρος πολέμους καί τινας τῶν ἅμα τούτοις πράξεων
καὶ πλείους πραγματευομένους, τὴν δὲ καθόλου καὶ
συλλήβδην οἰκονομίαν τῶν γεγονότων, πότε καὶ πόθεν
ὡρμήθη, καὶ πῶς ἔσχε τὴν συντέλειαν ταύτην, οὐδ'
[k] ἐπιβαλλόμενον οὐδένα βασανίζειν, ὅσονγε καὶ ἡμᾶς
εἰδέναι· παντελῶς ὑπέλαβον ἀναγκαῖον εἶναι τὸ μὴ 4
παραλιπεῖν, μηδ' ἐᾶσαι παρελθεῖν ἀνεπιστάτως τὸ κάλ-
λιστον ἅμα καὶ ὠφελιμώτατον ἐπιτήδευμα τῆς τύχης.
πολλὰ γὰρ αὕτη καινοποιοῦσα, καὶ συνεχῶς ἐναγωνιζο- 5
μένη τοῖς τῶν ἀνθρώπων βίοις, οὐδέπω τοιόνδ' ἁπλῶς οὔτ'
εἰργάσατο ἔργον, οὔτ' ἠγωνίσατο ἀγώνισμα, οἷον τὸ
καθ' ἡμᾶς. Ὅπερ ἐκ μὲν τῶν κατὰ μέρος γραφόντων 6

[k] Alii ἐπιβαλόμενον.

res prope universas totius, qua habitatur, orbis in unam partem inclinavit, atque omnia ad unum eumdemque scopum vergere coëgit, ita et nos scriptione hac sub unum quasi conspectum lectoribus ponere possumus, quonam modo ad operis hujus universi consummationem ipsa Fortuna se gesserit. Etenim fuit hoc inprimis etiam, quod me excitavit impulitque, ut historiam susciperem scribendam: cui accedebat, quod nemo memoria nostra *Historiam universalem* conscribere erat aggressus; nam alioquin minus equidem ad id studii attulissem. Nunc, quum viderem, particulatim quidem gesta bella, et nonnulla, quæ temporibus iisdem evenerant, a pluribus esse memoriæ mandata; *universa autem administratio, res omnes per orbem terrarum gestas complectens, quando cœperit exsistere, et quibus ab initiis profecta sit, quove modo ad finem perducta*, id vero neminem (quod equidem sciam) ne in animum quidem induxisse examinare: omnino non committendum putavi, ut sileretur inobservatumque transmitteretur pulcerrimum atque utilissimum Fortunæ institutum. Hæc enim, multa quotidie nova moliens, et in rebus humanis suarum virium specimen continue edens, nullum plane ad hoc tempus neque opus simile fecerat, neque certamen ullum, quale nostra memoria, certaverat. Id vero ex iis, qui particulatim res gestas

τὰς ἱστορίας, οὐχ οἷόν τε συνιδεῖν· εἰ μὴ καὶ τὰς
ἐπιφανεστάτας πόλεις τὶς κατὰ μίαν ἑκάστην ἐπελθὼν,
ἢ καὶ νὴ Δία γεγραμμένας χωρὶς ἀλλήλων θεασάμενος,
εὐθέως ὑπολάβοι κατανενοηκέναι καὶ τὸ τῆς ὅλης οἰκου-
μένης σχῆμα, καὶ τὴν σύμπασαν αὐτῆς θέσιν καὶ τάξιν·
7 ὅπερ ἐστὶν οὐδαμῶς εἰκός. Καθόλου μὲν γὰρ ἔμοιγε
δοκοῦσιν οἱ πεπεισμένοι διὰ τῆς κατὰ μέρος ἱστορίας
μετρίως συνόψεσθαι τὰ ὅλα, παραπλήσιόν τι πάσχειν,
ὡς ἂν εἴ τινες ἐμψύχου καὶ καλοῦ σώματος γεγονότος
διεῤῥιμμένα τὰ μέρη θεώμενοι, νομίζοιεν ἱκανῶς αὐ-
τόπται γίγνεσθαι τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ τοῦ ζώου καὶ
8 καλλονῆς. εἰ γάρ τις, αὐτίκα μάλα συνθεὶς, καὶ
τέλειον αὖθις ἀπεργασάμενος τὸ ζῶον τῷ τε εἴδει καὶ
τῇ τῆς ψυχῆς εὐπρεπείᾳ, κἄπειτα πάλιν [l]ἐπιδεικνύοι
τοῖς αὐτοῖς ἐκείνοις· ταχέως ἂν οἶμαι πάντας αὐτοὺς
ὁμολογήσειν, διότι καὶ λίαν πολύ τι τῆς ἀληθείας
ἀπελείποντο πρόσθεν, καὶ [m]παραπλήσιοι τοῖς ὀνειρώττουσιν
9 ἦσαν. ἔννοιαν μὲν γὰρ λαβεῖν ἀπὸ μέρους τῶν ὅλων
δυνατόν· ἐπιστήμην δὲ καὶ γνώμην ἀτρεκῆ ἔχειν,
10 ἀδύνατον. διὸ παντελῶς βραχύ τι νομιστέον συμβάλ-
λεσθαι τὴν κατὰ μέρος ἱστορίαν πρὸς τὴν τῶν ὅλων
11 ἐμπειρίαν καὶ πίστιν. ἐκ μέν τοι γε τῆς ἁπάντων πρὸς
ἄλληλα συμπλοκῆς καὶ παραθέσεως, ἔτι δ' ὁμοιότητος

Ex disjectis membris non licet judicare de Toto.

[l] Mendose MSSti omnes ἐπιδεικνύει in indicat. [m] παραπλήσιον mendose cod. omnes.

scripserunt, cognosci non potest: nisi forte aliquis, ubi nobilissimas urbes sigillatim adierit, aut etiam vel pictas solum in tabula fuerit contemplatus, statim putaturus sit, totius quoque orbis figuram, universumque adeo illius situm atque ordinem probe se perspexisse; quod penitus a ratione est alienum. Omnino enim, meo quidem judicio, qui sibi persuadent e particulari historia summæ rei notitiam satis commode parari posse, similes sunt iis, qui disjecta membra corporis ante animati ac pulcri intuentes, abunde satis spectatam sibi crediderint animalis ipsius vivi vim ac pulcritudinem. Nam si quis illa membra repente in unum componere, et denuo integrato animali suam formam et decorem, qui vivo inerat, reddere posset, atque ita rursus iisdem ipsis illud ostenderet; omnes, credo, statim confessuri essent, longe se antea a rei veritate abfuisse, non multo secus atque eos, qui somnia vident. Quippe ex parte potest quidem de toto subire animum aliqua cogitatio; at scientia et cognitio vera haberi nequaquam potest. Quamobrem ita existimare debemus: parum omnino singularum partium historiam ad rerum universarum conferre notitiam et fidem: quam ex sola cunctarum inter se partium connexione et comparatione,

καὶ διαφορᾶς, μόνως ἄν τις ἐφίκοιτο· καὶ δυνηθείη, κατοπτεύσας, ἅμα καὶ τὸ χρήσιμον καὶ τὸ τερπνὸν ἐκ τῆς ἱστορίας [n] λαβεῖν.

Transitus ad ipsum Argumentum.

V. Ὑποθησόμεθα δὲ [o] ταύτης ἀρχὴν τῆς βίβλου, τὴν πρώτην διάβασιν ἐξ Ἰταλίας Ῥωμαίων. αὕτη δ' ἐστὶ συνεχὴς μὲν τοῖς ἀφ' ὧν Τίμαιος ἀπέλιπε· πίπτει δὲ κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ εἰκοστὴν πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα. Διὸ καὶ ῥητέον ἂν εἴη, πῶς, καὶ πότε, 2 συστησάμενοι τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τίσιν ἀφορμαῖς μετὰ ταῦτα χρησάμενοι, διαβαίνειν ὥρμησαν εἰς Σικελίαν· ταύτῃ γὰρ τῇ γῇ πρῶτον ἐπέβησαν τῶν ἐκτὸς τόπων τῆς Ἰταλίας. καὶ ῥητέον αὐτὴν τὴν τῆς διαβάσεως 3 αἰτίαν ψιλῶς, ἵνα μὴ τῆς αἰτίας αἰτίαν ἐπιζητούσης, ἀνυπόστατος ἡ τῆς ὅλης ὑποθέσεως ἀρχὴ γένηται καὶ θεωρία.

Initium paulo altius repetendum.

Ληπτέον δὲ τοῖς καιροῖς ὁμολογουμένην καὶ 4 γνωριζομένην ἀρχὴν παρ' ἅπασι, καὶ τοῖς πράγμασι δυναμένην αὐτὴν ἐξ αὐτῆς θεωρεῖσθαι· κἂν δέῃ, τοῖς χρόνοις βραχὺ προσαναδραμόντας, κεφαλαιώδη τῶν μεταξὺ πράξεων ποιήσασθαι τὴν ἀνάμνησιν. τῆς γὰρ 5 ἀρχῆς ἀγνοουμένης, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀμφισβητουμένης, οὐδὲ τῶν ἑξῆς οὐδὲν οἷόν τε παραδοχῆς ἀξιωθῆναι καὶ πίστεως· ὅταν δ' ἡ περὶ ταύτης ὁμολογουμένη παρα-

[n] Ante λαβεῖν repetunt ἅμα Vat. Flor. Ven. Reg. A. [o] ταύτης posui ex Gronov. et Reiskii conjectura. Vulgo omnes ταύτην ἀρχὴν.

item similitudine ac differentia, aliquis consequatur; eoque modo in penetralia admissus historiæ, et utilitatem et voluptatem ex ea poterit capere.

v. *Initium* vero ac veluti fundamentum *hujus Libri* nobis erit: *prima Romanorum extra Italiam trajectio;* quæ cum illis rebus cohæret, in quibus *Timæi historia* desinit, inciditque in tempora *Olympiadis* CXXIX. Dicendum igitur fuerit, quomodo, et quando, rebus in Italia constitutis, quibusque postea opportunitatibus usi, trajiciendi in Siciliam impetum ceperint: nam omnium extra Italiam regionum hanc primam Romani adierunt. Et caussa quidem hujus trajectionis ipsa per se nude exponenda est; ne, si caussa caussam requirat, nusquam stabile initium, unde proficiscatur, inveniat totius nostri argumenti tractatio. Sumendum vero principium est, quod et tempora certa apud omnes atque nota habeat, et res ejusmodi ut possit ipsum per se intelligi; etiamsi oporteat, repetitis paulo altius temporibus, medii intervalli res gestas summatim in memoriam revocare. Principium enim ubi ignoratur aut saltem incertum est; ibi, ne quæ sequuntur quidem, probari fidemque invenire possunt. Quod si curaveris, ut illud satis clarum firmumque sit; tum et consequens omnis oratio facilius se

σκευασθῇ δόξα, τότ' ἤδη καὶ πᾶς ὁ συνεχὴς λόγος ἀποδοχῆς τυγχάνει παρὰ τοῖς ἀκούουσιν.

VI. Ἔτος μὲν οὖν ἐνειστήκει μετὰ μὲν τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν ἐννεακαιδέκατον, πρὸ δὲ τῆς ἐν
2 Λεύκτροις μάχης ἑκκαιδέκατον· ἐν ᾧ Λακεδαιμόνιοι μὲν τὴν ἐπὶ [p] Ἀνταλκίδου λεγομένην εἰρήνην πρὸς βασιλέα τῶν Περσῶν ἐκύρωσαν, καὶ ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος, τῇ περὶ τὸν [q] Ἑλλέπορον ποταμὸν μάχῃ νενικηκὼς τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἕλληνας, ἐπολιόρκει Ῥήγιον· Γαλάται δὲ κατὰ κράτος ἑλόντες αὐτὴν τὴν Ῥώμην
3 κατεῖχον πλὴν τοῦ Καπιτωλίου. πρὸς οὓς ποιησάμενοι Ῥωμαῖοι σπονδὰς καὶ διαλύσεις εὐδοκουμένας Γαλάταις, καὶ γενόμενοι πάλιν ἀνελπίστως τῆς πατρίδος ἐγκρατεῖς, καὶ λαβόντες οἷον ἀρχὴν τῆς συναυξήσεως, ἐπολέμουν ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας.
4 Γενόμενοι δὲ ἐγκρατεῖς ἁπάντων τῶν Λατίνων, διά τε τὴν ἀνδρίαν, καὶ τὴν ἐν ταῖς μάχαις ἐπιτυχίαν· μετὰ ταῦτα ἐπολέμουν Τυῤῥηνοῖς, ἔπειτα Κελτοῖς, ἑξῆς δὲ Σαυνίταις, τοῖς πρός τε τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς ἄρκτους
5 συντερμονοῦσι τῇ τῶν Λατίνων χώρᾳ. Μετὰ δέ τινα χρόνον, Ταραντίνων διὰ τὴν εἰς τοὺς πρεσβευτὰς τῶν Ῥωμαίων ἀσέλγειαν, καὶ τὸν διὰ ταῦτα φόβον, ἐπισπασαμένων Πύῤῥον, τῷ πρότερον ἔτει τῆς τῶν Γαλατῶν

Pars I[or] Præparationis.

Res ante bellum Pun. I.

Romani Italiam subigunt.

[p] Vulgo ἐπὶ Ἀνταλκ. γενομένην, contra vett. libror. fidem. [q] Pro Ἑλλέπορον, est Ἐλέπορον apud Polyænum, et Ἔλωριν apud Diod. Siculum. Ἔλωρον maluerat Casaub. et in lat. vers. *Elorum* posuit.

animis audientium legentiumve insinuabit.

VI. ANNUS igitur agebatur post navalem ad Ægos flumen pugnam decimus nonus, ante Leuctricam vero decimus sextus; quo Lacedæmonii cum Persarum rege pacem *Antalcidicam,* quæ vocatur, composuerunt; et senior Dionysius, superatis ad *Elleporum* amnem Græcis Italiam incolentibus, Rhegium obsidebat: quum urbem Romanam per idem tempus Galli vi captam, excepto Capitolio, tenerent. Quibuscum pacem ad victorum arbitrium pacti Romani, recuperata præter spem patria, ac velut inde initio sumto incrementi, bella insequentibus temporibus cum finitimis populis gessere. Igitur *Latinis* omnibus, partim virtute, partim felicitate armorum, subactis; posthæc *Etruscis,* tum *Gallis,* deinde *Samnitibus* bellum intulerunt, qui ad ortum et ad septentrionem Latinorum fines attingunt. Non multo post, quum accitus a *Tarentinis* metu Romanorum, quod eorum legatos per contumeliam violassent, *Pyrrhus* transisset in Italiam; (anno prius quam Græ-

Romani Italiam subigunt.

ἐφόδου, τῶν τε περὶ Δελφοὺς φθαρέντων, καὶ περαιωθέντων εἰς τὴν Ἀσίαν· Ῥωμαῖοι, Τυῤῥηνοὺς μὲν καὶ 6
Σαυνίτας ὑφ' αὑτοὺς πεποιημένοι, τοὺς δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Κελτοὺς πολλαῖς μάχαις ἤδη νενικηκότες, τότε πρῶτον ἐπὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Ἰταλίας ὥρμησαν· οὐχ ὡς ὑπὲρ ὀθνείων, ἐπὶ δὲ τὸ πλεῖον ὡς ὑπὲρ ἰδίων ἤδη καὶ καθηκόντων σφίσι, πολεμήσοντες· ἀθληταὶ γεγονότες ἀληθινοὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων, ἐκ τῶν πρὸς τοὺς Σαυνίτας καὶ Κελτοὺς ἀγώνων. ὑποστάντες δὲ γενναίως 7
τὸν πόλεμον τοῦτον, καὶ τὸ τελευταῖον τάς τε δυνάμεις καὶ Πύῤῥον ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Ἰταλίας, αὖθις ἐπολέμουν καὶ κατεστρέφοντο τοὺς κοινωνήσαντας Πύῤῥῳ τῶν πραγμάτων. Γενόμενοι δὲ παραδόξως ἁπάντων ἐγκρατεῖς, 8
καὶ ποιησάμενοι τοὺς τὴν Ἰταλίαν κατοικοῦντας ὑφ' αὑτοὺς, πλὴν Κελτῶν· μετὰ ταῦτα πολιορκεῖν ἐνεχείρησαν τοὺς τότε κατέχοντας τὸ Ῥήγιον Ῥωμαίους.

Mamertini Messanam occupant.

VII. Ἴδιον γάρ τι συνέβη καὶ παραπλήσιον ἑκατέραις ταῖς περὶ τὸν πορθμὸν ἐκτισμέναις πόλεσιν· εἰσὶ δ' αὗται, [r] Μεσσήνη καὶ Ῥήγιον. [s] Μεσσήνη μὲν γὰρ οὐ πολλοῖς 9
ἀνώτερον χρόνοις τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν, Καμπανοὶ παρὰ Ἀγαθοκλεῖ μισθοφοροῦντες, καὶ πάλαι περὶ τὸ κάλλος καὶ τὴν λοιπὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως ὀφθαλμιῶντες, ἅμα τῷ λαβεῖν καιρὸν εὐθὺς ἐπεχείρησαν

[r] Bav. constanter Μεσήνη per σ simplex. Vulgo omnes Μεσσήνην μὲν.
[s] Μεσσήνη μὲν ex conject. correxi.

ciam invaderent Galli, qui partim ad Delphos internecione deleti sunt, partim in Asiam trajecerunt;) Romani, Etruscis et Samnitibus dominationi suæ adjectis, multisque jam præliis superatis Gallis Italiam incolentibus, tunc primum adversus reliquas Italiæ partes arma promoverunt: veluti non tam de alienis, quam de suis jamjam et ad se pertinentibus, dimicaturi; postquam ex certaminibus cum Samnitibus Gallisque insignem bellicarum artium usum erant consecuti. Igitur quum bellum hoc fortiter sustinuissent, tandemque Pyrrhum cum suis copiis Italia expulissent; rursus illos, qui Pyrrhi sectam secuti erant, armis sunt aggressi, eosque sui juris fecerunt. Quibus omnibus contra opinionem hominum in potestatem redactis, cunctisque Italiæ populis, præter Gallos, sibi subjectis; secundum hæc Romanos illos, qui *Rhegium* id temporis tenebant, obsidere instituerunt.

VII. Singularis enim ac consimilis quidam casus ambobus illis acciderat oppidis, quæ ad fretum sunt condita: Messanæ videlicet ac Rhegio. Quippe *Messanam*, non multo ante hæc tempora, de quibus nunc agimus, *Campani* sub Agathocle merentes, quum jamdudum ejus urbis pulcritudini ac reliquæ felicitati oculos cupiditatis adjecissent, ubi primum occasio est

3 [t] παράσπονδοι. παρεισελθόντες δ' ὡς φίλιοι, καὶ κατα-
σχόντες τὴν πόλιν, οὓς μὲν ἐξέβαλον τῶν πολιτῶν, οὓς δ'
4 ἀπέσφαξαν. πράξαντες δὲ ταῦτα, τὰς μὲν γυναῖκας
καὶ τὰ τέκνα τῶν ἠκληρηκότων, ὥς ποθ' ἡ τύχη διένειμε
παρ' αὐτὸν τὸν τῆς παρανομίας καιρὸν ἑκάστοις, οὕτως
ἔσχον· τοὺς δὲ λοιποὺς βίους, καὶ τὴν χώραν μετὰ
5 ταῦτα διελόμενοι κατεῖχον. Ταχὺ δὲ καὶ ῥᾳδίως καλῆς
χώρας καὶ πόλεως ἐγκρατεῖς γενόμενοι, παρὰ πόδας
6 εὗρον μιμητὰς τῆς πράξεως. Ῥηγῖνοι γὰρ, καθ' ὃν
καιρὸν Πύῤῥος εἰς Ἰταλίαν ἐπεραιοῦτο, καταπλαγεῖς
γενόμενοι τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, δεδιότες δὲ καὶ Καρχηδο-
νίους θαλαττοκρατοῦντας, ἐπεσπάσαντο φυλακὴν ἅμα
7 καὶ βοήθειαν παρὰ Ῥωμαίων. οἱ δ', εἰσελθόντες, χρόνον
μέν τινα διετήρουν τὴν πόλιν καὶ τὴν ἑαυτῶν πίστιν, ὄντες
τετρακισχίλιοι τὸν ἀριθμὸν, ὧν ἡγεῖτο Δέκιος Καμ-
8 πανός. τέλος δὲ ζηλώσαντες τοὺς Μαμερτίνους, ἅμα
δὲ καὶ συνεργοὺς λαβόντες αὐτοὺς, παρεσπόνδησαν τοὺς
Ῥηγίνους, ἐκπαθεῖς ὄντες ἐπί τε τῇ τῆς πόλεως εὐκαιρίᾳ,
καὶ τῇ τῶν Ῥηγίνων περὶ τοὺς ἰδίους βίους εὐδαιμονίᾳ·
καὶ τοὺς μὲν ἐκβαλόντες, τοὺς δὲ ἀποσφάξαντες τῶν
πολιτῶν, τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς Καμπανοῖς, κατέσχον
9 τὴν πόλιν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι βαρέως μὲν ἔφερον τὸ γεγονός·
οὐ μὴν εἶχόν γε ποιεῖν οὐδὲν, διὰ τὸ συνέχεσθαι τοῖς προ-
10 ειρημένοις πολέμοις. Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τούτων ἐγένοντο,

Rhegium a præsidio Romano opprimitur. A. U. 474.

[t] παράσπονδοι ex vett. libris restitui, pro quo Casaub. ex recentissimis Reg. B. C. dederat παρασπονδεῖν.

oblata, perfide adorti sunt. Specie amicorum subdole ingressi, urbis potiti, cives partim ejecerunt, partim jugulaverunt. Quibus rebus ita patratis, uxores quidem et liberos infelicium Messaniorum, prout cuique tempore ipso sceleris admissi casus distribuerat, retinent: opes vero ceteras et mox agrum quoque ipsum, viritim inter se divisum, occupant. Ita quum isti brevi ac facili negotio opima ditione atque urbe essent potiti, e vestigio facinoris istius imitatores invenerunt. *Rhegini* enim, quo tempore Pyrrhus in Italiam trajiciebat, cum ob adventum novi hostis metu perculsi, tum Carthaginienses veriti, penes quos maris imperium erat, præsidium pariter et auxilium a Romanis acciverant. Hi, oppidum ingressi, homines numero quater mille, *Decio Campano* ductore; postquam et oppidum et fidem suam aliquamdiu servassent; tandem Mamertinos æmulati, eosdemque adjutores nacti, qua opportunitati urbis ipsius, qua privatis civium Rheginorum opibus avide inhiantes, fidem mutarunt. Itaque civibus partim in exilium pulsis, aliis trucidatis, exemplo Campanorum oppidum sibi asserunt. At Romani graviter illi quidem, quod acciderat, ferre: verum, qui dictis modo bellis distinerentur, efficere nihil posse. Ubi vero primum

Supplicio afficiuntur perfidi. A. U. 483.

συγκλείσαντες αὐτοὺς, ἐπολιόρκουν τὸ Ῥήγιον, καθάπερ
ἐπάνω προεῖπον. κρατήσαντες δὲ, τοὺς μὲν πλείστους ἐν 11
αὐτῇ τῇ καταλήψει διέφθειραν, ἐκθύμως ἀμυνομένους
διὰ τὸ προορᾶσθαι τὸ μέλλον, [u]ζωγρείᾳ δ' ἐκυρίευσαν
πλειόνων ἢ τριακοσίων. ὧν ἀναπεμφθέντων εἰς τὴν Ῥώ- 12
μην, οἱ στρατηγοὶ προαγαγόντες εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ
μαστιγώσαντες, ἅπαντας κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος
ἐπελέκισαν· βουλόμενοι διὰ τῆς εἰς ἐκείνους τιμωρίας,
καθόσον οἷοί τε ἦσαν, διορθοῦσθαι παρὰ τοῖς συμμάχοις
τὴν αὑτῶν πίστιν. τὴν δὲ χώραν καὶ τὴν πόλιν παρα- 13
χρῆμα τοῖς Ῥηγίνοις ἀπέδοσαν.

Mamertini premuntur a Syracusanis.

VIII. Οἱ δὲ Μαμερτῖνοι· τοῦτο γὰρ τοὔνομα κυ-
ριεύσαντες οἱ Καμπανοὶ τῆς Μεσσήνης, προσηγόρευσαν
σφᾶς αὐτούς· ἕως μὲν συνεχρῶντο τῇ τῶν Ῥωμαίων συμ-
μαχίᾳ τῶν τὸ Ῥήγιον κατασχόντων, οὐ μόνον τῆς ἑαυτῶν
πόλεως καὶ χώρας ἀσφαλῶς κατεκράτουν· ἀλλὰ καὶ
περὶ τῆς συνορούσης, οὐχ ὡς ἔτυχε, παρηνώχλουν τοῖς
τε Καρχηδονίοις καὶ τοῖς Συρακουσίοις, καὶ πολλὰ
μέρη τῆς Σικελίας ἐφορολόγουν. ἐπεὶ δ' ἐστερήθησαν 2
τῆς προειρημένης ἐπικουρίας, συγκλεισθέντων τῶν τὸ
Ῥήγιον κατεχόντων εἰς τὴν πολιορκίαν, παρὰ πόδας ὑπὸ
τῶν Συρακουσίων αὐτοὶ πάλιν συνεδιώχθησαν εἰς τὴν

Hiero prætor Syracus. A. U. 478.

πόλιν, διά τινας τοιαύτας αἰτίας. Χρόνοις οὐ πολλοῖς 3
πρότερον αἱ δυνάμεις τῶν Συρακουσίων [v]διενεχθεῖσαι

[u] ζωγρίᾳ Vat. Reg. A. [v] Bav. διενεχθεῖσαι πρὸς τὴν πόλιν.

ea cura sunt defuncti, conclusos intra *Rhegium* ipsos obsident, sicut supra commemoravi: demum, ut pugnando vicerunt, plurimos eorum in ipsa occupanda urbe, quam eo pertinacius propugnabant, quod imminens infortunium præviderent, obtruncant: vivos in potestatem redigunt amplius trecentos. Quos Romam missos, Consules productos in forum universos, flagrisque cæsos, pro more populi Romani, securi percusserunt omnes: id nimirum spectantes, ut, quantum in ipsis esset, fidem suam, apud socios labefactatam, istorum supplicio in integrum restituerent. Agrum et urbem *Rheginis* mora nulla interposita reddunt.

VIII. *Mamertini* (hoc namque sibi nomen Campani, occupata Messana, indiderunt:) quamdiu Romanorum, qui Rhegium occupaverant, auxilio sunt usi, et oppidum et fines suos securi possederunt: neque id solum: verum etiam de finitima ditione negotium et Carthaginiensibus et Syracusanis non leve facesserunt, et multas Siciliæ partes stipendium pensitare coëgerunt. Postea vero quam, obsidione cinctis qui Rhegium tenebant, illud de quo diximus auxilium defecit; mox ipsi vicissim, ob quasdam hujuscemodi caussas, intra muros a Syracusiis sunt compulsi. Non multo ante, *Syracusiorum* exercitus, ab iis,

πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ διατρίβουσαι περὶ τὴν [w]Μεργάνην, κατέστησαν ἐξ αὐτῶν ἄρχοντας, Ἀρτεμίδωρόν τε καὶ τὸν μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντα τῶν Συρακουσίων Ἱέρωνα, νέον μὲν ὄντα κομιδῇ, πρὸς δέ τι γένος εὐφυῆ βασιλικῆς καὶ πραγματικῆς οἰκονομίας.
4 Ὁ δὲ, παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, καὶ παρεισελθὼν εἰς τὴν πόλιν διά τινων οἰκείων, καὶ κύριος γενόμενος τῶν ἀντιπολιτευομένων, οὕτως ἐχρήσατο πρᾴως καὶ μεγαλοψύχως τοῖς πράγμασι, ὥστε τοὺς Συρακουσίους, καί περ οὐδαμῶς εὐδοκουμένους ἐπὶ ταῖς τῶν στρατιωτῶν ἀρχαιρεσίαις, τότε πάντας ὁμοθυμαδὸν εὐδοκῆσαι στρατηγὸν
5 αὐτῶν ὑπάρχειν Ἱέρωνα. ὃς ἐκ τῶν πρώτων ἐπινοημάτων εὐθέως δῆλος ἦν τοῖς ὀρθῶς σκοπουμένοις, μειζόνων ὀρεγόμενος ἐλπίδων, ἢ κατὰ τὴν στρατηγίαν.

IX. Θεωρῶν γὰρ τοὺς Συρακουσίους, ἐπειδὰν ἐκπέμψωσι τὰς δυνάμεις καὶ τοὺς ἄρχοντας μετὰ τῶν δυνάμεων, αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς στασιάζοντας καὶ καινοτομοῦντας Hiero rex Syracus. A. U. 485.
2 ἀεί τι· τὸν δὲ Λεπτίνην εἰδὼς καὶ τῇ προστασίᾳ καὶ τῇ πίστει πολὺ διαφέροντα τῶν ἄλλων πολιτῶν, εὐδοκιμοῦντα δὲ καὶ παρὰ τῷ πλήθει διαφερόντως· συνάπτεται κηδείαν πρὸς αὐτὸν, βουλόμενος οἷον ἐφεδρείαν ἀπολιπεῖν ἐν τῇ πόλει τοῦτον, ὅτε αὐτὸν ἐξιέναι δέοι μετὰ
3 τῶν δυνάμεων ἐπὶ τὰς πράξεις. Γήμας δὲ τὴν θυγατέρα

[w] Μεργάνην fortasse ex Μοργάνην corruptum. Μέγαρα voluit Cluver.

qui in urbe erant, dissidentes, et ad *Merganam* tunc hærentes, delectos e suo numero duces creaverant, Artemidorum et *Hieronem*, qui postea regnum apud Syracusios obtinuit; admodum juvenem quidem illum, sed ad regiam quamdam dignitatem et sollertem rerum civilium administrationem a natura egregie comparatum. Is ubi magistratum suscepisset, atque urbem amicorum quorumdam opera clandestina fuisset ingressus, redactis in potestatem iis, qui diversas partes erant secuti; id specimen clementiæ et magni animi in rebus ordinandis præbuit, ut Syracusii, licet a militibus habita comitia creandis magistratibus nequaquam probarent, tunc tamen universi consentientibus animis *Hieronem* Prætorem perlubenter acciperent. Quem quidem virum, ex primis statim ejus consiliis intellexerunt recte affirmantes, ad majorum rerum spem esse erectum, quam ut sola prætura delectaretur.

IX. Nam qui cerneret, Syracusios quidem, quoties domo copias suas una cum magistratibus emisissent, seditionibus intestinis laborare, et novi semper aliquid moliri: *Leptinem* vero nosset dignitate ac fide reliquis civibus præstare, eumdemque magnam apud vulgus opinionem virtutis habere; affinitatem cum eo contrahit, domi hunc tamquam in subsidiis relinquere cogitans, quoties sibi ad res gerendas cum exercitu foret proficiscendum. Post ductam vero uxorem

Hiero rex Syracus.

τοῦ προειρημένου, καὶ συνθεωρῶν τοὺς ἀρχαίους μισθοφόρους καχέκτας ὄντας καὶ κινητικοὺς, ἐξάγει [x] στρατείαν, ὡς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους τοὺς τὴν Μεσσήνην κατασχόντας. ἀντιστρατοπεδεύσας δὲ περὶ Κεντόριπα, 4
καὶ παραταξάμενος περὶ τὸν Κυαμόσωρον ποταμὸν, τοὺς μὲν πολιτικοὺς ἱππεῖς καὶ πεζοὺς αὐτὸς ἐν ἀποστήματι συνεῖχεν, ὡς κατ' ἄλλον τόπον τοῖς πολεμίοις συμμίξων· τοὺς δὲ ξένους προβαλλόμενος, εἴασε πάντας ὑπὸ τῶν βαρβάρων διαφθαρῆναι. κατὰ δὲ τὸν τῆς ἐκείνων τροπῆς 5
καιρὸν, ἀσφαλῶς αὐτὸς ἀπεχώρησε μετὰ τῶν πολιτῶν εἰς τὰς Συρακούσας. συντελεσάμενος δὲ τὸ προκείμενον 6
πραγματικῶς, καὶ παρῃρηκὼς πᾶν τὸ κινητικὸν καὶ στασιῶδες τῆς δυνάμεως, ξενολογήσας δι' αὐτοῦ πλῆθος ἱκανὸν μισθοφόρων, ἀσφαλῶς ἤδη τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν διεξῆγε. Θεωρῶν δὲ τοὺς βαρβάρους ἐκ τοῦ προτερή- 7
ματος θρασέως καὶ προπετῶς ἀναστρεφομένους, καθοπλίσας καὶ γυμνάσας [y] ἐνεργῶς τὰς πολιτικὰς δυνάμεις, ἐξῆγε, καὶ συμβάλλει τοῖς πολεμίοις ἐν τῷ Μυλαίῳ πεδίῳ περὶ τὸν [z] Λογγανὸν καλούμενον ποταμόν. τροπὴν δὲ ποιήσας αὐτῶν ἰσχυρὰν, καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐγ- 8
κρατὴς γενόμενος ζωγρείᾳ, τὴν μὲν τῶν βαρβάρων κατέπαυσε τόλμαν· αὐτὸς δὲ παραγενόμενος εἰς τὰς Συρακούσας, βασιλεὺς ὑπὸ πάντων προσηγορεύθη τῶν συμμάχων.

[x] στρατείαν in στρατιὰν mutavit Casaubonus. [y] ἰναργῶς MSS. et edd. ante Casaub. [z] Λογκανὸν Bav.

hujus filiam, animadverso mercenarios veteranos male animatos et quosvis ad motus esse proclives, copias educit adversus barbaros Messanam obtinentes. Tum prope *Centuripam* in conspectu hostium positis castris, atque acie ad *Cyamosorum* amnem instructa; urbanos quidem equites peditesque, aliquanto spatio a ceteris sejunctos, ipse secum retinet, velut ab alia parte manum cum hoste conserturus; extraneos vero barbaris objiciens, universos ab iis deleri est passus: ac quo tempore isti fugientes cædebantur, ipse cum civibus absque ullo periculo Syracusas retro concessit. Sollerter autem eo quod destinaverat perfecto, et universa illa parte exercitus sublata, quæ ad concitandos motus erat proclivis ac seditiosa; idonea conductitiorum manu arbitratu suo comparata, magistratum absque ullo jam metu administrabat. Ubi vero barbaros, secunda pugna elatos, audacter atque temere palantes animadvertit; urbanum militem, naviter in armis exercitatum, educit; et in Mylæo campo, propter amnem, quem *Longanum* vocant, signa cum hoste confert. Quo magna vi fuso fugatoque, ducibus etiam captis, audaciam barbarorum compescuit. Mox Syracusas reversus, ab universis sociis Rex est salutatus.

X. Οἱ δὲ Μαμερτῖνοι, πρότερον μὲν ἐστερημένοι τῆς
ἐπικουρίας τῆς ἐκ τοῦ Ῥηγίου, καθάπερ ἀνώτερον εἶπον,
τότε δὲ τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐπταικότες ὁλοσχερῶς διὰ
τὰς νῦν ῥηθείσας αἰτίας, οἱ μὲν ἐπὶ Καρχηδονίους κατέ-
φευγον, καὶ τούτοις ἐνεχείριζον σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν
2 ἄκραν· οἱ δὲ πρὸς Ῥωμαίους ἐπρέσβευον, παραδιδόντες
τὴν πόλιν, καὶ δεόμενοι βοηθήσειν σφίσιν, αὐτοῖς ὁμο-
3 φύλοις ὑπάρχουσι. Ῥωμαῖοι δὲ πολὺν μὲν χρόνον ἠπό-
ρησαν, διὰ τὸ δοκεῖν ἐξόφθαλμον εἶναι τὴν ἀλογίαν τῆς
4 βοηθείας. τὸ γὰρ μικρῷ πρότερον τοὺς ἰδίους πολίτας
μετὰ τῆς μεγίστης ἀνῃρηκότας τιμωρίας, ὅτι Ῥηγίνους
παρεσπόνδησαν, παραχρῆμα Μαμερτίνοις βοηθεῖν ζητεῖν,
τοῖς τὰ παραπλήσια πεποιηκόσιν οὐ μόνον εἰς τὴν Μεσ-
σηνίων, ἀλλὰ καὶ τὴν Ῥηγίνων πόλιν, δυσαπολόγητον
5 εἶχε τὴν ἁμαρτίαν. οὐ μὴν ἀγνοοῦντές γε τούτων οὐδὲν,
θεωροῦντες δὲ τοὺς Καρχηδονίους, οὐ μόνον τὰ κατὰ τὴν
Λιβύην, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς Ἰβηρίας ὑπήκοα πολλὰ μέρη
πεποιημένους, ἔτι δὲ τῶν νήσων ἁπασῶν ἐγκρατεῖς ὑπάρ-
χοντας τῶν κατὰ τὸ Σαρδόνιον καὶ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος·
6 ἠγωνίων, εἰ Σικελίας ἔτι κυριεύσαιεν, [a] μὴ λίαν βαρεῖς
καὶ φοβεροὶ γείτονες αὐτοῖς ὑπάρχοιεν, κύκλῳ σφᾶς
περιέχοντες, καὶ πᾶσι τοῖς τῆς Ἰταλίας μέρεσιν ἐπι-

Mamertini, alii Romanos advocant, alii Pœnos.

Deliberant Romani de Mamertinis.

[a] Particulam μὴ ex ing. inseruit Casaub. quæ, si teneatur, requirit ὑπάρχωσι pro ὑπάρχοιεν; abesse autem fortasse posset, si pro κυριεύσαιεν esset κυριεύσαντες, quod in Reg. A. superscriptum est. Frigide MSSti recentiores Reg. B. et C. pro ἠγωνίων dant ἡγοῦνθ' ὡς.

X. *Mamertini*, Rheginorum auxilio, ut supra exposui, jam ante destituti; nunc vero, ob memoratas modo causas, propriis etiam opibus penitus fracti: pars ad Carthaginienses confugere, iisque se arcemque suam tradere; pars, missis ad populum Romanum legatis, urbem ei dedere, utque sibi, ceu originis communione junctis, opem ferat, petere. Romani vero, quid consilii caperent, perdiu ancipitibus animis dubitarunt; quippe auxilii latio manifestam præ se ferebat absurditatem. Nam eos, qui paullo ante cives suos, ob violatam erga Rheginos fidem, gravissimo supplicio affecissent, repente *Mamertinis*, qui similia non solum erga Messaniorum urbem, sed etiam Rheginorum, patrassent, auxilium velle ferre, id quidem peccatum videri debuit vix excusandum. Neque sane id latebat Romanos: sed, quod Pœnos viderent non Africæ dumtaxat, verum etiam Hispaniæ pleraque loca suæ ditionis fecisse, insulisque præterea Sardoi et Etrusci maris omnibus potitos; anxii supra modum erant, ne, si hoc amplius Siciliæ dominatum adipiscerentur, valde sibi graves et formidabiles vicini forent, qui et circumdarent undique populum Romanum, et omnibus

Deliberant Romani de Mamertinis.

κείμενοι. διότι δὲ ταχέως [b] ὑφ' αὑτοὺς ποιήσονται τὴν 7
Σικελίαν, μὴ τυχόντων ἐπικουρίας τῶν Μαμερτίνων,
προφανὲς ἦν. κρατήσαντες γὰρ ἐγχειριζομένης αὐτοῖς 8
τῆς Μεσσήνης, ἔμελλον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τὰς Συρακούσας
ἐπανελέσθαι, διὰ τὸ πάσης σχεδὸν δεσπόζειν τῆς ἄλλης
Σικελίας. ὃ προορώμενοι Ῥωμαῖοι, καὶ νομίζοντες 9
ἀναγκαῖον εἶναι σφίσι, τὸ μὴ προέσθαι τὴν Μεσσήνην,
μηδὲ ἐᾶσαι Καρχηδονίους οἱονεὶ γεφυρῶσαι τὴν εἰς
Ἰταλίαν αὐτοῖς διάβασιν, πολὺν μὲν χρόνον ἐβουλεύ-
σαντο.

Auxilium ferendum decernunt. A. U. 490.

XI. Καὶ τὸ μὲν συνέδριον οὐδ' εἰς τέλος ἐκύρωσε τὴν
γνώμην, διὰ τὰς ἄρτι ῥηθείσας αἰτίας. ἐδόκει γὰρ τὰ
περὶ τὴν ἀλογίαν τῆς τοῖς Μαμερτίνοις ἐπικουρίας,
ἰσοῤῥοπεῖν τοῖς ἐκ τῆς βοηθείας συμφέρουσιν. οἱ δὲ 2
πολλοὶ, [c] τετρυχωμένοι μὲν ὑπὸ τῶν προγεγονότων πολέ-
μων, καὶ προσδεόμενοι παντοδαπῆς ἐπανορθώσεως, ἅμα

Mamertinis auxilium decernunt Romani.

δὲ τοῖς ἄρτι ῥηθεῖσι περὶ τοῦ κοινῇ συμφέρειν τὸν πό-
λεμον, καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστοις ὠφελείας προδήλους καὶ
μεγάλας ὑποδεικνυόντων τῶν στρατηγῶν, ἔκριναν βοηθεῖν.
κυρωθέντος δὲ τοῦ δόγματος ὑπὸ τοῦ δήμου, προχειρισά- 3
μενοι τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων στρατηγὸν, Ἄππιον Κλαύ-
διον, ἐξαπέστειλαν, κελεύσαντες βοηθεῖν καὶ διαβαίνειν
εἰς Μεσσήνην. Οἱ δὲ Μαμερτῖνοι τὸν μὲν τῶν Καρχη- 4

[b] ὑπ' αὐτοὺς Flor. Aug. Reg. A. [c] Al. τετρυμένοι.

Italiæ partibus imminerent. Quod autem, si Mamertinis auxilium denegaretur, brevi temporis spatio Siciliam ditionis suæ facturi essent, res loquebatur ipsa. Quippe Messana potiti, quæ nunc ipsis tradebatur, non multo post Syracusas insuper erant occupaturi; quandoquidem cunctam propemodum reliquam Siciliam imperio suo jam tenebant. Hæc quum intelligerent Romani, suisque rebus necessarium ducerent, *Messanam* non deseri, nec permitti Carthaginiensibus, ut ad trajiciendum in Italiam quasi pontem aliquem sibi struerent, diu de re consultabant.

XI. Ac senatus quidem consultum de juvandis *Mamertinis* nullum, propter expositas modo causas, omnino est factum: quanta enim utilitas ejus rei esset futura, tantumdem dedecoris habere videbatur ipsius consilii cum recta ratione repugnantia. At populus, superioribus bellis attritus, et rei familiaris damna modis omnibus reparare cupiens, (quum præsertim, præter modo dicta, quod publice bellum hoc expediret, privatim etiam manifesta singulis magnaque commoda ostentarent Consules) mittendum auxilium censuit. Qua sententia plebiscito confirmata, Consulum alter *Appius Claudius* populi suffragiis missus, et Messanam trajicere suppetiasque ferre jussus est. *Mamertini*, postquam Carthaginiensium ducem, qui jam

δονίων στρατηγὸν, ἤδη κατέχοντα τὴν ἄκραν, ἐξέβαλον, A. U. 490.
τὰ μὲν καταπληξάμενοι, τὰ δὲ παραλογισάμενοι· τὸν
δ' Ἄππιον ἐπεσπῶντο, καὶ τούτῳ τὴν πόλιν ἐνεχείριζον.
5 Καρχηδόνιοι δὲ τὸν μὲν στρατηγὸν αὐτῶν ἀνεσταύρωσαν·
νομίσαντες αὐτὸν ἀβούλως, ἅμα δ' ἀνάνδρως, προέσθαι
6 τὴν ἀκρόπολιν. αὐτοὶ δὲ τῇ μὲν ναυτικῇ δυνάμει περὶ
Πελωριάδα στρατοπεδεύσαντες, τῷ δὲ πεζῷ στρατεύ-
ματι περὶ τὰς [d] Σύνεις καλουμένας, ἐνεργῶς προσέκειντο Sunes opp.
7 τῇ Μεσσήνῃ. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Ἱέρων, νομί- Hiero Pœnis sese jungit.
σας εὐφυῶς ἔχειν τὰ παρόντα πρὸς τὸ τοὺς βαρβάρους
τοὺς τὴν Μεσσήνην κατέχοντας ὁλοσχερῶς ἐκβαλεῖν ἐκ
τῆς Σικελίας, τίθεται πρὸς τοὺς Καρχηδονίους συνθήκας.
8 καὶ μετὰ ταῦτα ἀναζεύξας ἐκ τῶν Συρακουσῶν, ἐποιεῖτο
τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν προειρημένην πόλιν· καταστρατοπε-
δεύσας δὲ ἐκ θατέρου μέρους περὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὄρος Chalcidicus mons.
καλούμενον, ἀπέκλεισε καὶ ταύτης τῆς ἐξόδου τοὺς ἐν
9 τῇ πόλει. Ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων Ἄππιος, Appius Claudius Messanam trajicit.
νυκτὸς καὶ παραβόλως περαιωθεὶς τὸν πορθμὸν, ἧκεν εἰς
10 τὴν Μεσσήνην. ὁρῶν δὲ πανταχόθεν ἐνεργῶς προσηρει-
κότας τοὺς πολεμίους, καὶ συλλογισάμενος, ἅμα μὲν
αἰσχρὰν, ἅμα δ' ἐπισφαλῆ γίγνεσθαι τὴν πολιορκίαν
αὐτῷ, τῆς τε γῆς τῶν πολεμίων ἐπικρατούντων καὶ τῆς
11 θαλάττης· τὸ μὲν πρῶτον διεπρεσβεύετο πρὸς ἀμφο-
τέρους, βουλόμενος ἐξελέσθαι τοῦ πολέμου τοὺς Μα-
12 μερτίνους. οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτῷ, τέλος ἐπαναγ- Fugat Hieronem.

[d] Vulgo ex Bav. legebatur Σήνεις. Apud Diodor. Siculum est Εὐνεῖς.

arcem obtinebat, partim terrore injecto, partim dolo extrusissent, Appium arcessunt, eique urbem tradunt. Pœni, arcem a suo duce malo consilio simul et per ignaviam proditam rati, eo in crucem acto, navalibus copiis in vicina *Peloro* regione, terrestribus juxta *Sunes*, quas vocant, castra ponunt, et obsidioni Messanæ naviter incumbunt. Tunc temporis *Hiero*, facile fore hoc rerum statu autumans barbaros, qui Messanam tenebant, e Sicilia penitus ejicere, fœdus cum Carthaginiensibus facit. Dein Syracusis movens, Messanam versus iter instituit: quumque ab altera parte propter *Chalcidicum* quem vocant *montem* locasset castra, hoc etiam exitu oppidanos prohibet. Inter hæc Romanus Consul *Appius*, noctu insigni audacia trajecto freto, Messanam venit. Qui, postquam hostes acriter ab omni parte urbem premere vidit; obsidionem cum turpem sibi, tum periculosam, terra marique hostium viribus prævalentibus, judicans; legatos primo ad utrosque mittit, *Mamertinos* bello liberatos cupiens: deinde his re infecta rever-

A. U. 490.

καζόμενος ἔκρινε διακινδυνεύειν, καὶ πρῶτον ἐγχειρεῖν
τοῖς Συρακουσίοις. Ἐξαγαγὼν δὲ τὴν δύναμιν, παρέ- 13
ταξε πρὸς μάχην, ἑτοίμως εἰς τὸν ἀγῶνα συγκατα-
βάντος αὐτῷ καὶ τοῦ τῶν Συρακουσίων βασιλέως. ἐπὶ 14
πολὺν δὲ χρόνον διαγωνισάμενος, ἐπεκράτησε τῶν πολε-
μίων· καὶ κατεδίωξε τοὺς ὑπεναντίους ἕως εἰς τὸν χά-
ρακα πάντας. Ἄππιος μὲν οὖν, σκυλεύσας τοὺς 15
νεκροὺς, ἐπανῆλθε πάλιν εἰς τὴν Μεσσήνην. Ὁ δὲ
Ἱέρων, ὀττευσάμενός τι περὶ τῶν ὅλων πραγμάτων, ἐπι-
γενομένης τῆς νυκτὸς ἀνεχώρησε κατὰ σπουδὴν εἰς τὰς
Συρακούσας.

Appius Claudius pellit Pœnos.

XII. Τῇ δὲ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ γνοὺς Ἄππιος τὴν
[e] ἀπόδρασιν τῶν προειρημένων, καὶ γενόμενος εὐθαρσὴς,
ἔκρινε μὴ μέλλειν, ἀλλ' ἐγχειρεῖν τοῖς Καρχηδονίοις.
παραγγείλας οὖν τοῖς στρατιώταις ἐν ὥρᾳ γίγνεσθαι τὴν 2
θεραπείαν, ἅμα τῷ φωτὶ τὴν ἔξοδον ἐποιεῖτο. συμβαλὼν 3
δὲ τοῖς ὑπεναντίοις, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς
δὲ λοιποὺς ἠνάγκασε φυγεῖν προτροπάδην εἰς τὰς παρα-
κειμένας πόλεις. χρησάμενος δὲ τοῖς εὐτυχήμασι τού- 4
τοις, καὶ λύσας τὴν πολιορκίαν, λοιπὸν ἐπιπορευόμενος
ἀδεῶς ἐπόρθει τήν τε τῶν Συρακουσίων καὶ τὴν τῶν συμ-
μαχούντων αὐτοῖς χώραν, οὐδενὸς ἀντιποιουμένου τῶν
ὑπαίθρων· τὸ δὲ τελευταῖον, προσκαθίσας, αὐτὰς ἐπε-
βάλετο πολιορκεῖν τὰς Συρακούσας.

Instituti ratio Scriptoris.

Ἡ μὲν οὖν πρώτη 5
Ῥωμαίων ἐκ τῆς Ἰταλίας διάβασις μετὰ δυνάμεως ἥδε,

[e] Fors. ἀπόλυσιν, ex quo corruptum est ἀπόδοσιν, quod habent alii codd.

sis, adigente tandem necessitate, dimicandum esse statuit, ac Syracusios prius sibi invadendos. Igitur copiis coreductis, ad prælium aciem instruit; Syracusano quoque Rege ad certamen alacriter descendente. Quum diu pugnatum esset, vicit tandem Romanus; hostesque persecutus, intra vallum coëgit omnes. Appius ergo, spoliatis peremtorum corporibus, Messanam rursus se confert. *Hiero* vero, de summa rerum aliquid mali suspicatus, ubi primum nox appetiit, concitato itinere Syracusas reversus est.

XII. Postridie ejus diei *Appius*, horum fuga cognita, fiduciæ jam plenus, non cunctari, sed Carthaginienses etiam adoriri constituit. Quapropter imperato militibus, ut temporius corpora curarent, primo diluculo educit. Tum prælio cum hostibus conserto, multos ex iis interficit, ceteros tergis versis in proxima oppida fugere cogit. Post has victorias obsidione etiam soluta, huc illuc discurrens, nemine adversariorum quæ erant in aperto tueri audente, Syracusanorum, et eorum qui hoc bello ipsis se adjunxerant, agros impune vastat: postremo copiis admotis, ipsas obsidere Syracusas instituit. *Prima* igitur *populi Romani ex Italia cum exercitu trajectio*

6 καὶ διὰ ταῦτα κατὰ τούτους ἐγένετο τοὺς καιρούς. ἣν οἰκειοτάτην κρίναντες ἀρχὴν εἶναι τῆς ὅλης προθέσεως, ἀπὸ ταύτης ἐποιησάμεθα τὴν ἐπίστασιν, ἀναδραμόντες ἔτι τοῖς χρόνοις, τοῦ μηδὲν ἀπόρημα καταλιπεῖν ὑπὲρ
7 τῶν κατὰ τὰς αἰτίας ἀποδείξεων. [f]τῷ γὰρ πῶς, καὶ πότε, πταίσαντες αὐτῇ τῇ πατρίδι Ῥωμαῖοι, τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξαντο προκοπῆς· καὶ πότε πάλιν, καὶ πῶς, κρατήσαντες τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, τοῖς ἐκτὸς ἐπιχειρεῖν ἐπεβάλοντο πράγμασιν, [g]ἀναγκαῖον ὑπελάβομεν εἶναι παρακολουθῆσαι τοῖς μέλλουσι καὶ τὸ [h]κεφάλαιον
8 αὐτῶν τῆς νῦν ὑπεροχῆς δεόντως συνόψεσθαι. Διόπερ οὐ χρὴ θαυμάζειν, οὐδ᾽ ἐν τοῖς ἑξῆς, ἐάν που προσανατρέχωμεν τοῖς χρόνοις περὶ τῶν ἐπιφανεστάτων πολιτευ-
9 μάτων. τοῦτο γὰρ ποιήσομεν χάριν τοῦ λαμβάνειν ἀρχὰς τοιαύτας, ἐξ ὧν ἔσται σαφῶς κατανοεῖν, ἐκ τίνων ἕκαστοι, καὶ πότε, καὶ πῶς ὁρμηθέντες, εἰς ταύτας παρεγένοντο τὰς διαθέσεις, ἐν αἷς ὑπάρχουσι νῦν. ὃ δὴ καὶ περὶ Ῥωμαίων ἄρτι πεποιήκαμεν.

XIII. Ἀφεμένους δὲ τούτων, λέγειν ὥρα περὶ τῶν προκειμένων, ἐπὶ βραχὺ καὶ κεφαλαιωδῶς προεκθεμένους Pars posterior Præparationis.
2 τὰς ἐν τῇ Προκατασκευῇ πράξεις. ὧν εἰσι πρῶται κατὰ τὴν τάξιν, αἱ γενόμεναι Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ἐν

[f] Sic recte Casaub. ex Reg. B. et C. cum veteres codd. darent τὸ γὰρ πῶς. [g] Bav. ἀναγκ. εἶναι ὑπελαβ. [h] κεφ. τῆς νῦν αὐτῶν ὑπεροχ. cum junioribus MStis dedit Casaub. et κεφάλαιον exposuit *fastigium*.

hæc est; et propter has caussas his temporibus accidit: quam rati totius propositi nostri maxime idoneum fore principium, ab ea potissimum orsi sumus; repetitis nonnihil superioribus temporibus, ne quam in demonstrandis gestorum caussis dubitationem relinqueremus. Quippe cognitu necessarium duximus, quomodo et quando Romani, post ipsam etiam amissam patriam, meliore cœperint fortuna uti; ac rursus quando, et quomodo, populis Italiæ imperio suo subjectis, de regionibus extra Italiam invadendis consilia inierint; siquidem velit aliquis præsentis etiam eorumdem potentiæ originem rite perspicere. Idcirco nec in iis, quæ deinceps commemorabuntur de celeberrimis Rebuspublicis, mirum videri debet, sicubi retro tempora repetamus altius. Id enim propterea faciemus, ut ejusmodi principia sumamus, unde liquido possit intelligi, undenam singuli populi, quando, et a quibus profecti primordiis, ad eum statum quem nunc obtinent, pervenerint. Quod quidem etiam de Romanis modo præstitimus.

XIII. Verum hoc misso sermone, tempus est, ut quæ sunt a nobis suscepta persequamur: si modo prius *res gestas ad hanc Præparationem pertinentes* breviter et summatim exposuerimus. Earum rerum primæ sunt ordine, quæ *bello propter Siciliam gesto, Romanis*

Argumentum Libri I. et II. quibus hæc pars continetur.

τῷ περὶ Σικελίας πολέμῳ. ταύταις συνεχὴς ὁ Λιβυκὸς 3
πόλεμος· [i] ᾧ συνάπτει τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Ἀμίλκᾳ,
μετὰ δὲ τοῦτον, Ἀσδρούβᾳ πραχθέντα καὶ Καρχηδο-
νίοις. [k] ἐν οἷς ἐγένετο κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἡ πρώτη 4
Ῥωμαίων διάβασις εἰς τὴν Ἰλλυρίδα καὶ ταῦτα τὰ
μέρη τῆς Εὐρώπης· ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις, οἱ πρὸς
τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Κελτοὺς ἀγῶνες. τούτοις δὲ κατὰ τὸν 5
αὐτὸν καιρὸν, παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὁ Κλεομενικὸς κα-
λούμενος ἐνηργεῖτο πόλεμος· εἰς ὃν καὶ τὴν καταστροφὴν
ἐποιησάμεθα [l] τῆς ὅλης Προκατασκευῆς, καὶ τῆς δευτέ-
ρας βίβλου.

Ratio tractandi res his II. libris comprehensas.

Τὸ μὲν οὖν ἐξαριθμεῖσθαι τὰ κατὰ μέρος 6
ὑπὲρ τῶν προειρημένων πράξεων, οὐδὲν οὔθ' ἡμῖν ἀναγ-
καῖον, οὔτε τοῖς ἀκούουσι χρήσιμον. οὐ γὰρ ἱστορεῖν 7
ὑπὲρ αὐτῶν προτιθέμεθα, μνησθῆναι δὲ κεφαλαιωδῶς
προαιρούμεθα, χάριν τῆς προκατασκευῆς τῶν μελλουσῶν
ὑφ' ἡμῶν ἱστορεῖσθαι πράξεων. Διόπερ ἐπὶ κεφαλαίων 8
ψαύοντες κατὰ τὸ συνεχὲς τῶν προειρημένων, πειρασό-
μεθα συνάψαι τὴν τελευτὴν τῆς Προκατασκευῆς τῇ τῆς
ἡμετέρας ἱστορίας ἀρχῇ καὶ προθέσει. τοῦτον γὰρ τὸν 9
τρόπον συνεχοῦς γιγνομένης τῆς διηγήσεως, ἡμεῖς τε
δόξομεν εὐλόγως ἐφάπτεσθαι τῶν ἤδη προϊστορημένων
ἑτέροις, τοῖς τε φιλομαθοῦσιν ἐκ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας
εὐμαθῆ καὶ ῥᾳδίαν ἐπὶ τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι παρα-

[i] ᾧ συνάπτει ex conjectura posuit Casaub. cum esset ὃς συνάπτει. [k] Delenda utique videtur præpos. ἐν. [l] Veteres libri h. l. simpl. τῆς ὅλης κατασκευῆς.

et Carthaginiensibus accidere. Proximum his *bellum Africum:* cui cohærent, quæ Amilcar et post eum Asdrubal atque *Carthaginienses in Hispania* gesserunt. Tum in idem tempus incidit *prima Romanorum in Illyricum* et illas Europæ partes *trajectio.* Secundum hæc *adversus incolentes Italiam Gallos certamina* sunt suscepta. Eodemque tempore apud Græcos *bellum* gestum est, quod *Cleomenicum* adpellant: in quo totam *Præparationem* nostram et librum secundum terminavimus. Ceterum de modo dictis rebus sigillatim quæque momenta percensere, neque nobis necessarium fuerit, neque legentibus conducibile. Non enim *Historiam* illarum scribere instituimus; sed meminisse dumtaxat *summatim* volumus, quantum satis erit ad *præparationem* rerum illarum, quarum Historiam sumus conditūri. Itaque eorum, quæ jam indicata sunt, strictim quæque quo ordine acciderunt attingendo, id operam dabimus, ut *Præparationis* hujusce finem cum principio *Historiæ*, quam scribendam suscepimus, connectamus. Nam hoc modo narrationis serie continuata, et nos justam habuisse caussam patebit exposita jam ante ab aliis delibandi, et studiosis lectoribus hac dispositione expeditum ac facilem ad sequentia aditum pate-

Bellum Punicum I.

10 σκευάσομεν τὴν ἔφοδον. Βραχὺ δ' ἐπιμελέστερον πειρασόμεθα διελθεῖν ὑπὲρ τοῦ πρώτου συστάντος πολέμου
11 Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις περὶ Σικελίας. οὔτε γὰρ πολυχρονιώτερον τούτου πόλεμον εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔτε παρασκευὰς ὁλοσχερεστέρας, οὔτε συνεχεστέρας πράξεις, οὔτε [m] πλείους ἀγῶνας, οὔτε περιπετείας μείζους, τῶν ἐν τῷ προειρημένῳ πολέμῳ συμβάντων ἑκατέροις.
12 αὐτά τε τὰ πολιτεύματα κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἀκμὴν ἀκέραια μὲν ἦν τοῖς ἐθισμοῖς, [n] μέτρια δὲ ταῖς
13 τύχαις, πάρισα δὲ ταῖς δυνάμεσι. διὸ καὶ τοῖς βουλομένοις καλῶς συνθεάσασθαι τὴν ἑκατέρου τοῦ πολιτεύματος ἰδιότητα καὶ δύναμιν, οὐχ οὕτως ἐκ τῶν ἐπιγενομένων πολέμων, ὡς ἐκ τούτου ποιητέον τὴν σύγκρισιν.

Philinus et Fabius Historici.

XIV. Οὐχ ἧττον δὲ τῶν προειρημένων παρωξύνθην ἐπιστῆσαι τούτῳ τῷ πολέμῳ, καὶ διὰ τὸ τοὺς ἐμπειρότατα δοκοῦντας γράφειν ὑπὲρ αὐτοῦ, Φιλῖνον καὶ Φάβιον, μὴ δεόντως ἡμῖν ἀπηγγελκέναι τὴν ἀλήθειαν.
2 ἑκόντας μὲν οὖν ἐψεῦσθαι τοὺς ἄνδρας οὐχ ὑπολαμβάνω, στοχαζόμενος ἐκ τοῦ βίου καὶ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν· δοκοῦσι δέ μοι πεπονθέναι τι παραπλήσιον τοῖς ἐρῶσι.
3 διὰ γὰρ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν ὅλην εὔνοιαν, Φιλίνῳ μὲν πάντα δοκοῦσιν οἱ Καρχηδόνιοι πεπρᾶχθαι φρονίμως,

[m] Vett. libri mend. πλείστους ἀγ.

[n] An μέτρια δὲ ταῖς ψυχαῖς, *studiis moderatæ?*

faciemus. Paullo autem diligentius *Bellum illud* narrare conabimur, *quod inter Romanos et Carthaginienses de Sicilia exstitit.* Neque enim facile bellum isto diuturnius inveniemus, nec majores omni ex parte apparatus, nec molitiones frequentiores, nec prælia plura, nec casus insigniores, quam qui hoc bello utrisque acciderunt. Ipsæ quoque respublicæ illa tempestate instituta sua adhuc servabant incorrupta: fortunis mediocres: viribus pares. Quo fit, ut, si qui propriam ac peculiarem utrique civitati formam ac vim recte considerare volunt, non tam ex insecutis posthæc bellis, quam ex hoc ipso comparationem instituere debeant.

XIV. Me vero, ut huic bello plusculum immorarer, id quoque non minus quam superiora movit; quod, qui plurimam rerum notitiam ad illud scribendum videntur attulisse, *Philinus* atque *Fabius*, veritatem qua fide oportuit nequaquam nobis retulerunt. Ac de industria quidem mentitos, cum vitam ipsorum et partes quas secuti sunt specto, non existimo: sed accidit illis quidpiam, opinor, quale amantibus solet. Nam ob studium partium et effusum in Carthaginienses favorem, *Philino* quidem omnia hi pru-

καλῶς, ἀνδρωδῶς, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τἀναντία· Φαβίῳ δὲ, τοὔμπαλιν τούτων. Ἐν μὲν οὖν τῷ λοιπῷ βίῳ τὴν 4 τοιαύτην ἐπιείκειαν ἴσως οὐκ ἄν τις ἐκβάλοι. καὶ γὰρ φιλόφιλον δεῖ εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ φιλόπατριν, καὶ συμμισεῖν τοῖς φίλοις τοὺς ἐχθροὺς, καὶ συναγαπᾷν τοὺς φίλους. ὅταν δὲ τὸ ἱστορίας ἦθος ἀναλαμβάνῃ τις, ἐπιλαθέσθαι χρὴ πάντων τῶν τοιούτων· καὶ πολλάκις μὲν εὐλογεῖν καὶ κοσμεῖν τοῖς μεγίστοις ἐπαίνοις τοὺς ἐχθροὺς, ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τοῦτο· πολλάκις δὲ 5 ἐλέγχειν καὶ ψέγειν ἐπονειδίστως τοὺς ἀναγκαιοτάτους, ὅταν αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἁμαρτίαι τοῦθ' ὑποδεικνύωσιν. Ὥσπερ γὰρ ζώου τῶν ὄψεων ἀφαιρεθεισῶν, ἀχρειοῦται 6 τὸ ὅλον· οὕτως ἐξ ἱστορίας ἀναιρεθείσης τῆς ἀληθείας, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀνωφελὲς γίγνεται διήγημα. διόπερ οὔτε τῶν φίλων κατηγορεῖν, οὔτε τοὺς 7 ἐχθροὺς ἐπαινεῖν ὀκνητέον· οὔτε δὲ τοὺς αὐτοὺς [o]ποτὲ μὲν ψέγειν, ποτὲ δὲ ἐγκωμιάζειν εὐλαβητέον· ἐπειδὴ τοὺς ἐν πράγμασιν ἀναστρεφομένους οὔτ' εὐστοχεῖν αἰεὶ δυνατὸν, οὔθ' ἁμαρτάνειν συνεχῶς εἰκός. [p]ἀποστάντες 8 οὖν τῶν πραττόντων, αὐτοῖς τοῖς πραττομένοις ἐφαρμοστέον τὰς πρεπούσας ἀποφάσεις καὶ διαλήψεις ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν. Ὡς δ' ἔστιν ἀληθῆ τὰ νῦν ὑφ' ἡμῶν 9 εἰρημένα, σκοπεῖν ἐκ τούτων πάρεστιν.

Officium Historici.

Veritas lumen historiæ.

[o] ποτὲ μὲν Absunt hæc duo verba a vett. codd. [p] ἀποστάντας voluit Reisk.

denter, recte, fortiter videntur fecisse; Romani secus: *Fabius* vero contrarium pronuntiat. Jam in ceteris quidem vitæ partibus ejusmodi æquitas animi non sit fortasse aspernabilis: par est enim, ut vir bonus et amicorum et patriæ sit amans, utque commune cum amicis adversus eorumdem hostes odium gerat, et eorumdem amicos amore communi prosequatur. Verum ubi *historici personam* aliquis suscepit, horum omnium illi obliviscendum: ac sæpe quidem de hostibus bene loqui, et summis ipsos ornare laudibus scriptor debet, cum id facta ipsorum postulant; nonnunquam vero reprehendere vel maxime necessarios, nec sine probris vituperare, cum ita fieri oportere admissa in susceptis rebus peccata monent. Nam ut animal, *luminibus* ademtis, prorsus inutile redditur; ita, si *veritatem* ex Historia tollas, quod superest illius, narratio est nullius usus. Quamobrem et accusare amicos et inimicos laudare sine cunctatione debemus: neque reformidandum, quo minus eosdem aliquando reprehendamus, aliquando laudemus; quum nec fieri possit, ut, qui in rebus gerendis versantur, recte semper collineent; nec rursus verosimile sit, continue eosdem errare. Itaque, relictis personis eorum, qui res gerunt, ad ipsarum rerum gestarum rationem adaptare pronunciata et judicia sua Scriptor Historiarum debet. Atque id vere a nobis dici, ex hisce intelligere licet.

XV. Ὁ Φιλῖνος, ἀρχόμενος ἅμα τῶν πραγμάτων καὶ τῆς δευτέρας βίβλου, φησὶ προσκαθῆσθαι τῇ Μεσσήνῃ πολεμοῦντας τούς τε Καρχηδονίους καὶ τοὺς Συρα-
2 κουσίους· παραγενομένους δὲ τοὺς Ῥωμαίους κατὰ θάλατταν εἰς τὴν πόλιν, εὐθὺς ἐξελθεῖν ἐπὶ τοὺς Συρακουσίους· λαβόντας δὲ πολλὰς πληγὰς ἐπανελθεῖν ἐς τὴν Μεσσήνην· αὖθις δὲ ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐκπορευθέντας, οὐ μόνον πληγὰς λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ [q]ζωγρείᾳ
3 τῶν στρατιωτῶν ἱκανοὺς ἀποβαλεῖν. Ταῦτα δ' εἰπὼν, τὸν μὲν Ἱέρωνα φησὶ μετὰ τὴν γενομένην συμπλοκὴν οὕτως ἔξω γενέσθαι τοῦ φρονεῖν, ὥστε μὴ μόνον παραχρῆμα τὸν χάρακα καὶ τὰς σκηνὰς ἐμπρήσαντα φυγεῖν νυκτὸς εἰς τὰς Συρακούσας, ἀλλὰ καὶ τὰ φρούρια πάντα καταλιπεῖν τὰ κείμενα κατὰ τῆς τῶν Μεσσηνίων
4 χώρας· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς Καρχηδονίους μετὰ τὴν μάχην εὐθέως ἐκλιπόντας τὸν χάρακα, διελεῖν σφᾶς εἰς τὰς πόλεις, τῶν δ' ὑπαίθρων οὐδ' ἀντιποιεῖσθαι τολμᾷν ἔτι· διὸ καὶ συνθεωρήσαντας τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν ἀποδεδειλιακότας τοὺς ὄχλους, βουλεύσασθαι μὴ κρίνειν
5 διὰ μάχης τὰ πράγματα· τοὺς δὲ Ῥωμαίους, ἑπομένους αὐτοῖς, οὐ μόνον τὴν χώραν πορθεῖν [r]τῶν Καρχηδονίων καὶ Συρακουσίων, ἀλλὰ καὶ τὰς Συρακούσας
6 αὐτὰς [s]προσκαθίσαντας [t]ἐπιβάλλεσθαι πολιορκεῖν. Ταῦτα

Philini errores.

[q] ζωγρίᾳ Reg. A. [r] Absunt vulgo quatuor verba τῶν Καρχηδ. καὶ Συρακουσίων. [s] προκαθίσαντας perperam dant libri veteres. [t] Pro ἐπιβάλλεσθαι est ἐπιβαλέσθαι in Reg. C.

XV. PHILINUS, gestorum narrationem ac simul librum secundum exordiens, ait, *Carthaginienses ac Syracusanos Messanam obsedisse: tum Romanos, postquam mari in urbem venissent, confestim adversus Syracusios prodiisse, et ab his graviter cæsos, Messanam se rursus recepisse. Dein iterum egressos adversus Carthaginienses, non solum fusos esse, sed magnam etiam militum partem vivos in hostium venisse potestatem.* Hæc ubi dixit, narrat, *Hieronem post pugnam hanc pugnatam adeo mente alienatum fuisse, ut protinus non tantum vallo tentorisque incensis Syracusas noctu aufugerit, verum etiam castella omnia, quæ ditioni Messaniorum imminebant, deseruerit: consimiliter et Carthaginienses statim ab hoc prælio, relictis castris, per oppida se dispersisse, tueri amplius quidquid extra munitiones esset, non audentes; ea de caussa eorum duces, qui militum animos metu perculsos animadverterent, id cepisse consilii, ut de rerum summa prælio non decernerent: Romanos autem insecutos, non agrum dumtaxat Pœnorum et Syracusiorum devastasse, verum etiam Syracusas ipsas obsidere et per vim oppugnare esse adgressos.* Hæc autem adeo, ut mea fert sententia, omni absurdi-

Philini errores.

δ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς πάσης ἐστὶν ἀλογίας πλήρη, καὶ
διαστολῆς οὐ [u]προσδεῖται τὸ παράπαν. οὓς μὲν γὰρ 7
πολιορκοῦντας τὴν Μεσσήνην, καὶ νικῶντας ἐν ταῖς συμ-
πλοκαῖς ὑπέθετο· τούτους φεύγοντας, καὶ τῶν ὑπαίθρων
ἐκχωροῦντας, καὶ τέλος πολιορκουμένους, καὶ ταῖς
ψυχαῖς ἀποδεδειλιακότας ἀπέφηνεν. οὓς δὲ ἡττωμένους 8
καὶ πολιορκουμένους ὑπεστήσατο, τούτους διώκοντας καὶ
παραχρῆμα κρατοῦντας τῶν ὑπαίθρων, καὶ τέλος πο-
λιορκοῦντας τὰς Συρακούσας ἀπέδειξε. ταῦτα δὲ συν- 9
άδειν ἀλλήλοις οὐδαμῶς δύναται. πῶς γάρ; ἀλλ'
ἀναγκαῖον, ἢ τὰς ὑποθέσεις εἶναι τὰς πρώτας ψευδεῖς,
ἢ τὰς ὑπὲρ τῶν συμβαινόντων ἀποφάσεις. εἰσὶ δ' αὗται 10
μὲν ἀληθεῖς. καὶ γὰρ ἐξεχώρησαν οἱ Καρχηδόνιοι καὶ
Συρακούσιοι τῶν ὑπαίθρων καὶ [v]τὰς Συρακούσας ἐπο-
λιόρκουν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ πόδας· ὡς δ' οὗτος φησὶ,
καὶ τὴν Ἐχέτλαν, ἐν μέσῃ κειμένην τῇ τῶν Συρακουσίων
καὶ Καρχηδονίων ἐπαρχίᾳ. λοιπὸν ἀνάγκη συγχωρεῖν, 11
τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις εἶναι ψευδεῖς· καὶ, νικών-
των εὐθέως τῶν Ῥωμαίων ἐν ταῖς περὶ τὴν Μεσσήνην
συμπλοκαῖς, ἡττημένους αὐτοὺς ἡμῖν ὑπὸ τοῦ συγγρα-
φέως ἀπηγγέλθαι. Φιλῖνον μὲν οὖν παρ' ὅλην ἄν τις 12
τὴν πραγματείαν εὕροι τοιοῦτον ὄντα· παραπλησίως δὲ
καὶ Φάβιον, ὡς ἐπ' αὐτῶν δειχθήσεται τῶν καιρῶν.

Echetla opp.

[u] Aug. προσδεῖτο παράπαν, quod valet προσδεῖ τὸ παράπαν. [v] Veteres libri omnes τὰς Συρακούσας ἐπολέμουν οἱ Ῥωμαῖοι.

tate plena sunt, ut omnino ne examine quidem sit opus. Quos enim antea *Messanam obsidentes, et in acie vincentes* fecerat; *eosdem fugisse et planis camporum excessisse, ac tandem ex formidine dejectis animis obsidionem passos*, pronuntiat: quos autem *victos et obsessos* prius fecerat, eos inducit *persequentes hostem, omnia, quæ sub dio sunt, subito obtinentes, ac tandem Syracusas ipsas prementes obsidione.* Enimvero convenire ista inter se quî possunt? Sane aut falsa sint, quæ prius posuit, oportet, aut quæ deinceps de postea insecutis dicuntur. Sunt autem hæc posteriora vera: nam Carthaginienses et Syracusani intra munitiones suas sunt compulsi: et Syracusas obsederunt illico Romani, et *Echetlam* quoque, ut quidem iste ait, urbem in confinio sitam ditionis Syracusanorum et Carthaginiensium. Restat necessario concedendum, quas principio posuit assertiones esse falsas; et Romanos ab hoc scriptore victos fuisse proditos, qui jam inde a primis conflictibus ad Messanam habitis superiores exstiterint. Ac *Philinum* quidem in opere universo talem invenias: sed pariter talem *Fabium*

13 Ἡμεῖς δὲ, ἐπειδὴ τοὺς ἁρμόζοντας πεποιήμεθα λόγους ὑπὲρ τῆς παρεκβάσεως, ἐπανελθόντες ἐπὶ τὰς πράξεις, πειρασόμεθα, προστιθέντες ἀεὶ τὸν ἑξῆς λόγον, εἰς ἀληθινὰς ἐννοίας ἄγειν διὰ βραχέων τοὺς ἐντυγχάνοντας ὑπὲρ τοῦ προειρημένου πολέμου.

Philini errores.

XVI. Προσπεσόντων γὰρ εἰς τὴν Ῥώμην ἐκ τῆς Σικελίας τῶν περὶ τὸν Ἄππιον καὶ τὰ στρατόπεδα προτερημάτων, καταστήσαντες ὑπάτους Μάνιον Ὀκτακίλιον, καὶ Μάνιον Οὐαλέριον, τάς τε δυνάμεις ἁπάσας ἐξαπέστελλον, καὶ τοὺς στρατηγοὺς ἀμφοτέρους εἰς τὴν
2 Σικελίαν. Ἔστι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ πάντα τέτταρα στρατόπεδα Ῥωμαϊκὰ, χωρὶς τῶν συμμάχων, ἃ κατ᾽ ἐνιαυτὸν προχειρίζονται· ˣτούτων ἕκαστον, ἀνὰ τετρα-
3 κισχιλίους πεζοὺς, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους. Ὧν παραγενομένων, ἀπό τε τῶν Καρχηδονίων αἱ πλείους ἀφιστάμεναι πόλεις προσετίθεντο τοῖς Ῥωμαίοις, ἀπό τε τῶν
4 Συρακουσίων. Ὁ δὲ Ἱέρων θεωρῶν τὴν διατροπὴν καὶ κατάπληξιν τῶν Σικελιωτῶν, ἅμα δὲ τὸ πλῆθος καὶ τὸ βάρος τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων, ἐκ πάντων συνελογίζετο τούτων, ἐπικυδεστέρας εἶναι τὰς τῶν Ῥωμαίων,
5 ἢ τὰς τῶν Καρχηδονίων ἐλπίδας. διόπερ ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ὁρμήσας τοῖς λογισμοῖς, διεπέμπετο πρὸς τοὺς στρατηγοὺς, ὑπὲρ εἰρήνης καὶ φιλίας ποιούμενος τοὺς
6 λόγους. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι προσεδέξαντο, καὶ μάλιστα διὰ

Bellum magna vi suscipitur. A. U. 491.

Legionum Rom. ratio.

Fœdus cum Hierone.

ˣ Sua auctoritate Casaubonus edidit τούτων ἔχει ἕκαστον.

quoque, ut suis locis ostendetur. At nos, expositis quæ ad digressionem hanc pertinebant, ad historiam reversi, posteriora quæque anterioribus subnectentes, lectores ad veram hujus belli notitiam paucis perducere conabimur.

XVI. Quum igitur fama rerum ab Appio et legionibus feliciter gestarum Romam ex Sicilia pervenisset, essentque *Consules* creati *Manius Octacilius* et *Manius Valerius;* legiones omnes et Coss. ambo in Siciliam mittuntur. Sunt autem *apud Romanos quatuor omnino legiones* Romanæ, præter sociorum auxilia, quarum delectus quotannis haberi solet; continentque *singulæ quatuor millia peditum, equites trecentos.* Ad harum adventum, pleraque tam Carthaginiensium quam Syracusanorum oppida ad Romanos defecerunt. *Hiero* vero, ut qui hinc Siculorum consternationem ac pavorem cerneret, illinc Romanorum legiones et numero militum et armaturæ pondere terribiles, ex omnibus his eminentiores ac potiores esse Romanorum spes quam Carthaginiensium colligebat. Quibus rationibus adductus, ut in eam partem inclinaret, legatos ad Consules de pace et amicitia mittit. Nec repudiant Romani ejus rei mentionem, maxime propter commeatus. Nam quia maris

A. U. 491.
Fœdus Romanor. cum Hierone.

τὰς χορηγίας. θαλαττοκρατούντων γὰρ τῶν Καρχη- 7
δονίων, εὐλαβοῦντο, μὴ πανταχόθεν ἀποκλεισθῶσι τῶν
ἀναγκαίων, διὰ τὸ καὶ περὶ τὰ πρὸ τοῦ διαβάντα στρα-
τόπεδα, πολλὴν ἔνδειαν γεγονέναι τῶν ἐπιτηδείων. διόπερ 8
ὑπολαβόντες, τὸν Ἱέρωνα μεγάλην εἰς τοῦτο τὸ μέρος
αὐτοῖς παρέξεσθαι χρείαν, ἀσμένως προσεδέξαντο τὴν
φιλίαν. Ποιησάμενοι δὲ συνθήκας, ἐφ᾽ ᾧ, τὰ μὲν αἰχ- 9
μάλωτα χωρὶς λύτρων ἀποδοῦναι τὸν βασιλέα Ῥω-
μαίοις, ἀργυρίου δὲ προσθεῖναι τάλαντα τούτοις ἑκατόν·
λοιπὸν ἤδη Ῥωμαῖοι μὲν ὡς φίλοις καὶ συμμάχοις
ἐχρῶντο τοῖς Συρακουσίοις. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἱέρων 10
ὑποστείλας ἑαυτὸν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων σκέπην, καὶ
χορηγῶν ἀεὶ τούτοις εἰς τὰ κατεπείγοντα τῶν πραγ-
μάτων, ἀδεῶς ἐβασίλευε τῶν Συρακουσίων τὸν μετὰ
ταῦτα χρόνον, φιλοστεφανῶν καὶ φιλοδοξῶν εἰς τοὺς
Ἕλληνας. ἐπιφανέστατος γὰρ δὴ πάντων οὗτος δοκεῖ, 11
καὶ πλεῖστον χρόνον ἀπολελαυκέναι τῆς ἰδίας εὐβου-
λίας, ἔν τε τοῖς κατὰ μέρος καὶ τοῖς καθόλου πράγ-
μασιν.

Hiero sub umbra Romanæ amicitiæ.

XVII. Ἐπανενεχθεισῶν δὲ τῶν συνθηκῶν εἰς τὴν Ῥώ-
μην, καὶ προσδεξαμένου τοῦ δήμου, καὶ κυρώσαντος τὰς
πρὸς τὸν Ἱέρωνα διαλύσεις· λοιπὸν οὐκ ἔτι πάσας
ἔκρινον ἐξαποστέλλειν οἱ Ῥωμαῖοι τὰς δυνάμεις, ἀλλὰ
δύο μόνον στρατόπεδα· νομίζοντες ἅμα μὲν κεκουφίσθαι 2
τὸν πόλεμον αὐτοῖς προσκεχωρηκότος τοῦ βασιλέως,

imperium penes Carthaginienses erat, ne undique commeatu intercluderentur metuebant; quandoquidem et, quæ antea transfretaverant, legiones gravi annonæ inopia laboraverant. Quapropter, rati *Hieronem* magno hac in parte usui sibi futurum, ejus amicitiam non inviti amplectuntur. Transactum conditionibus hisce: Ut *Rex captivos Romanis absque pretio restitueret: ut insuper argenti talenta centum adjiceret.* Secundum hæc Romani Syracusios amicorum sociorumque loco habebant. Rex vero *Hiero*, quum ad Romani nominis umbraculum se applicuisset, semperque omnia iis subministraret prout res ipsorum exigerent, reliquam ætatem in regno Syracusano securus exegit; erga Græcos ita se gerens, ut qui coronas ipsorum ambiret, suamque inter ipsos famam celebrari gestiret. Nam illustrissimus omnium mortalium videtur hic fuisse, et qui prudentiæ in consiliis suæ fructum longissimo tempore, tam privatis, quam publicis in rebus, percepit.

XVII. Hoc fœdere Romam perlato, et approbatis populi jussu firmatisque conditionibus pacis cum *Hierone*; post hæc non amplius universas placuit copias in Siciliam mittere, sed duas tantum legiones. Nam et conjun-

ἅμα δὲ μᾶλλον ὑπολαμβάνοντες, οὕτως εὐπορήσειν τὰς A. U. 491.
3 δυνάμεις τοῖς ἀναγκαίοις. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, θεωροῦντες τὸν μὲν Ἱέρωνα πολέμιον αὐτοῖς γεγονότα, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ὁλοσχερέστερον ἐμπλεκομένους εἰς τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν, ὑπέλαβον βαρυτέρας προσδεῖσθαι παρασκευῆς, δι᾽ ἧς ἀντοφθαλμεῖν δυνήσονται τοῖς πολε-
4 μίοις, καὶ συνέχειν τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν. διὸ καὶ ξενολογήσαντες ἐκ τῆς ἀντίπερα χώρας, πολλοὺς μὲν Λιγυστινοὺς καὶ Κελτοὺς, ἔτι δὲ πλείους τούτων Ἴβη-
5 ρας, ἅπαντας εἰς τὴν Σικελίαν ἀπέστειλαν. ὁρῶντες δὲ [y] καὶ τὴν τῶν Ἀκραγαντίνων πόλιν εὐφυεστάτην οὖσαν πρὸς τὰς παρασκευὰς, καὶ βαρυτάτην ἅμα τῆς αὐτῶν ἐπαρχίας, εἰς ταύτην συνήθροισαν τά τε [z] χορηγεῖα καὶ τὰς δυνάμεις, ὁρμητηρίῳ κρίνοντες χρῆσθαι ταύτῃ τῇ
6 πόλει πρὸς τὸν πόλεμον. Τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ μὲν πρὸς τὸν Ἱέρωνα ποιησάμενοι τὰς συνθήκας στρατηγοὶ, ἀνακεχωρήκεισαν· οἱ δὲ μετὰ τούτους κατασταθέντες, Λεύκιος Ποστούμιος καὶ Κόϊντος [a] Μαμίλιος, ἧκον εἰς
7 τὴν Σικελίαν μετὰ τῶν στρατοπέδων. θεωροῦντες δὲ τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπιβολὴν, καὶ τὰς περὶ τὸν Ἀκράγαντα παρασκευὰς, ἔγνωσαν τολμηρότερον ἐγχειρεῖν
8 τοῖς πράγμασι. Διὸ καὶ τὰ μὲν ἄλλα μέρη τοῦ πολέμου παρῆκαν, φέροντες δὲ παντὶ τῷ στρατεύματι

Apparatus Pœnorum Agrigenti.

A. U. 492. L. Postumius Q. Mamilius Coss.

Obsident Agrigentum.

[y] καὶ ignorat Bav. [z] Pro χορηγεῖα rectius fortasse χορήγια fuerit; sic rursus cap. sq. [a] Libri veteres Αἰμίλιος, cui Μανίλιος substituerunt Reg. B. et C.

ctione Regis levius ipsis fore bellum putabant; et, hoc modo exercitum omni copia rerum necessariarum facilius abundaturum, arbitrabantur. *Carthaginienses* vero, qui Hieronem sibi factum hostem viderent, et Romanos majore molitione rebus Siculis sese immiscentes, apparatu instructiore opus sibi esse judicarunt; quo et hostibus intrepide resistere, et quæ in Sicilia possidebant, retinere possent. Itaque mercenario milite e transmarinis regionibus conducto, magnum Ligurum et Gallorum, ac majorem etiam Hispanorum numerum in Siciliam mittunt. Quumque Agrigentinorum oppidum ad hos apparatus commodissimum, et suæ ditionis amplissimum esse viderent; quasi arce belli eo loco decernentes uti, annonam simul ac militem *Agrigenti* colligunt. Romanis consulibus, qui fœdus cum Hierone fecerant, domum reversis; qui ipsis successerunt *L. Postumius* et *Q. Mamilius* in Siciliam cum legionibus veniunt. Hi consilia Carthaginiensium perspicientes, quique apud Agrigentum fiebant apparatus, majore audacia res aggrediundas sibi statuunt. Quapropter, ceteris belli partibus omissis,

A. U. 492. Obsidio Agrigenti.

πρὸς αὐτὸν Ἀκράγαντα προσήρεισαν· καὶ στρατοπεδεύ-
σαντες ἐν ὀκτὼ σταδίοις ἀπὸ τῆς πόλεως, συνέκλεισαν
ἐντὸς τειχῶν τοὺς Καρχηδονίους. Ἀκμαζούσης δὲ τῆς 9
τοῦ σίτου συναγωγῆς, καὶ προφαινομένης χρονίου πολιορ-
κίας, ὥρμησαν ἐκθυμότερον τοῦ δέοντος οἱ στρατιῶται
πρὸς τὸ σιτολογεῖν. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι κατιδόντες τοὺς 10
πολεμίους ἐσκεδασμένους κατὰ τῆς χώρας, ἐξελθόντες
ἐπέθεντο τοῖς σιτολογοῦσι. τρεψάμενοι δὲ τούτους ῥᾳ-
δίως, οἱ μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ χάρακος ἁρπαγὴν ὥρμησαν, οἱ

Severa Romanorum disciplina.

δ' ἐπὶ τὰς ἐφεδρείας. Ἀλλ' ἡ τῶν ἐθισμῶν διαφορὰ 11
καὶ τότε καὶ πολλάκις ἤδη σέσωκε τὰ Ῥωμαίων πράγ-
ματα. τὸ γὰρ πρόστιμον παρ' αὐτοῖς θάνατός ἐστι τῷ
προεμένῳ τὸν τόπον, καὶ φυγόντι τὸ παράπαν ἐξ ἐφε-
δρείας. διὸ καὶ τότε πολλαπλασίους ὄντας τοὺς ὑπε- 12
ναντίους ὑποστάντες γενναίως, πολλοὺς μὲν τῶν ἰδίων
ἀπέβαλον, ἔτι δὲ πλείους τῶν ἐχθρῶν ἀπέκτειναν. τέλος 13
δὲ κυκλώσαντες τοὺς πολεμίους, ὅσον οὔπω διασπῶντας
τὸν χάρακα, τοὺς μὲν αὐτῶν διέφθειραν, τοὺς δὲ λοι-
ποὺς, ἐπικείμενοι καὶ φονεύοντες, συνεδίωξαν εἰς τὴν
πόλιν.

XVIII. Μετὰ δὲ ταῦτα συνέβη τοὺς μὲν Καρχη-
δονίους εὐλαβέστερον διακεῖσθαι πρὸς τὰς ἐπιθέσεις, τοὺς
δὲ Ῥωμαίους φυλακτικώτερον χρῆσθαι ταῖς προνομαῖς.
ἐπεὶ δ' οὐκ ἀντεξῄεσαν οἱ Καρχηδόνιοι πλὴν ἕως ἀκροβο- 2
λισμοῦ, διελόντες οἱ στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων εἰς δύο

Agrigentum ipsum cum universo exercitu invadunt: et ad mille passus ab urbe locatis castris, Carthaginienses mœnibus includunt. Quoniam autem erat tunc cum maxime tempus messis, et jam ab initio diuturnam fore obsidionem apparebat; milites majore studio, quam par erat, frumentatum prodeunt. Carthaginienses, hostem per agros palatum conspicati, oppido egressi, frumentantes adoriuntur: iisque nullo negotio fugatis, partim ad diripienda castra, partim ad stationes trucidandas impetum faciunt. At *disciplinæ exquisita ratio,* ut alias sæpe, ita tunc quoque, rei Romanæ saluti fuit: nam apud hos, *stationem deseruisse, aut omnino de præsidio fuga decessisse, capitale est.* Qua re factum, ut tunc quoque adversarios longe numero superiores fortiter sustinendo, multos quidem ex suis amiserint, plures tamen ex hostibus peremerint. Tandem, cinctis hostibus, qui jam vallum ipsum modo non divellebant, postquam multos interfecissent, reliquos urgendo cædendoque in urbem compulerunt.

XVIII. Post id temporis *Carthaginienses* timidius in hostes erumpere: *Romani* vero cautius frumentatum exire. Et dum Pœni non nisi ad leves velitationes foras prodeunt; Consules, diviso bifariam exercitu, cum una

μέρη τὴν δύναμιν, τῷ μὲν ἑνὶ περὶ τὸ πρὸ τῆς πόλεως A. U. 492.
Ἀσκληπιεῖον ἔμενον, θατέρῳ δὲ κατεστρατοπέδευσαν ἐν Obsidio Agrigenti.
τοῖς πρὸς Ἡράκλειαν κεκλιμένοις μέρεσι τῆς πόλεως. Heraclea opp.
3 τὰ δὲ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους
τῆς πόλεως ὠχυρώσαντο· καὶ τὴν μὲν [b] ἐντὸς αὐτῶν
τάφρον προεβάλοντο, χάριν τῆς πρὸς τοὺς ἐξιόντας ἐκ
τῆς πόλεως ἀσφαλείας· τὴν δὲ ἐκτὸς αὐτῶν περιεβάλον-
το, φυλακὴν ποιούμενοι τῶν ἔξωθεν ἐπιθέσεων, καὶ τῶν παρ-
εισάγεσθαι καὶ παρεισπίπτειν εἰωθότων εἰς τὰς πολιορκου-
4 μένας πόλεις. τὰ δὲ μεταξὺ τῶν τάφρων καὶ τῶν στρατο-
πέδων διαστήματα φυλακαῖς διέλαβον, ὀχυροποιησάμενοι
5 τοὺς εὐκαίρους τῶν τόπων ἐν διαστάσει. τὰ δὲ χορηγεῖα καὶ
τὴν ἄλλην παρασκευὴν οἱ μὲν ἄλλοι σύμμαχοι πάντες
ἤθροιζον αὐτοῖς, καὶ παρῆγον εἰς Ἐρβησσόν· αὐτοὶ δὲ ἐκ Erbessus opp.
ταύτης τῆς πόλεως οὐ μακρὰν ὑπαρχούσης, ἄγοντες
καὶ φέροντες συνεχῶς τὰς ἀγορὰς, δαψιλῆ τ' ἀναγκαῖα
6 σφίσι παρεσκεύαζον. Πέντε μὲν οὖν [c] ἴσως μῆνας ἐπὶ τῶν
αὐτῶν διέμενον, οὐδὲν ὁλοσχερὲς προτέρημα δυνάμενοι
λαβεῖν κατ' ἀλλήλων, πλὴν τῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀκροβο-
7 λισμοῖς συμβαινόντων. [d] συναγομένων δὲ τῷ λιμῷ τῶν
Καρχηδονίων διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ πόλει συγκεκλει-
σμένων ἀνδρῶν, (οὐ γὰρ ἐλάττους πέντε μυριάδων
ὑπῆρχον·) δυσχρηστούμενος Ἀννίβας ἤδη τοῖς πρά- Hannibal præfectus Agrigenti.

[b] ἐντὸς, quod abest ab edd. et MStis, inserui ex Ursini conject. [c] ἴσως ingenio debetur Casauboni pro mendoso ἴσους. [d] Alii συνηγμένων. Alii συνεχομένων.

parte circa Æsculapii fanum ante urbem situm consident, alteram ei regioni urbis, quæ Heracleam spectat, objiciunt, castraque ibi ponunt. Interjectum castris spatium ex utraque oppidi parte duabus fossis muniunt; altera intus spectante, qua adversus oppidanorum eruptiones se præcingunt; altera extrinsecus circumducta, cum ad externi hostis impressiones defendendas, tum ad illa prohibenda, quæ, ut sit in obsessis urbibus, furtim importarentur, aut si quis clanculum ingredi vellet. Intervalla inter fossas atque ipsa castra præsidiis militum intercipiunt, locis opportunis per distincta spatia munitis. Annonam et reliquos apparatus ceteri socii colligebant, et *Erbessum* convehebant: ipsi vero ex hoc oppido, quod a castris non longe aberat, commeatus continenter advehendo et adferendo, largam omnium ad usum necessariorum copiam sibi parabant. Ad quinque circiter menses eadem facies rerum mansit: quum neutra pars de altera victoriam ullam referret, quæ ad summam spei totius proficeret, sed tantum inter partes velitationes fierent. Tandem, ubi propter ingentem hominum multitudinem, quæ inclusa mœnibus tenebatur, (erant enim non pauciores quinquaginta millibus) Carthaginienses fame premebantur; *Han-*

A. U. 492. γμασιν, ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῶν πολιορκουμένων δυνάμεων,
διεπέμπετο συνεχῶς εἰς τὴν Καρχηδόνα, τήν τε περίστα-
σιν διασαφῶν, καὶ βοηθεῖν παρακαλῶν. οἱ δ' ἐν τῇ 8
Καρχηδόνι, τῶν ἐπισυνηγμένων στρατιωτῶν καὶ θηρίων
γεμίσαντες τὰς ναῦς, ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Σικελίαν πρὸς

Hanno, prætor Pœnorum, capit Erbessum.

Ἄννωνα τὸν ἕτερον στρατηγόν. ὃς, συναγαγὼν τὰς 9
παρασκευὰς καὶ δυνάμεις εἰς Ἡράκλειαν, πρῶτον μὲν
πραξικοπήσας κατέσχε τὴν τῶν Ἐρβησσέων πόλιν, καὶ
παρείλετο τὰς ἀγορὰς καὶ τὴν τῶν ἀναγκαίων χορηγίαν
τοῖς τῶν ὑπεναντίων στρατοπέδοις. ἐξ οὗ συνέβη τοὺς 10

Romani obsidentes Agrigentum, obsessi ab Hannone.

Ῥωμαίους ἐπίσου πολιορκεῖν, καὶ πολιορκεῖσθαι τοῖς
πράγμασιν. εἰς γὰρ τοῦτο συνήγοντο τῇ σιτοδείᾳ καὶ
σπάνει τῶν ἀναγκαίων, ὥστε πολλάκις βουλεύεσθαι περὶ
τοῦ λύειν τὴν πολιορκίαν. ὃ δὴ καὶ τέλος ἂν ἐποίησαν, 11
εἰ μὴ πᾶσαν σπουδὴν καὶ μηχανὴν προσφερόμενος Ἱέρων,
τὰ μέτρια καὶ τ' ἀναγκαῖα σφίσι παρεσκεύαζε τῶν
χορηγιῶν.

XIX. Μετὰ δὲ ταῦτα θεωρῶν ὁ προειρημένος ἀνὴρ
τοὺς μὲν Ῥωμαίους ὑπό τε τῆς νόσου καὶ τῆς ἐνδείας
ἀσθενῶς διακειμένους, διὰ τὸ λοιμικὴν εἶναι παρ' αὐτοῖς
κατάστασιν, τὰ δὲ σφέτερα στρατόπεδα [e] νομίζων ἀξ-
ιόχρεα πρὸς μάχην ὑπάρχειν· ἀναλαβὼν τά τε θηρία 2
περὶ πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντα, καὶ τὴν λοιπὴν δύ-
ναμιν ἅπασαν, προῆγε κατὰ σπουδὴν ἐκ τῆς Ἡρα-

[e] Vulgo νομίζειν. male, consentientibus licet vett. MStis.

nibal, qui cum imperio copiis obsessis præerat, non idoneum amplius se rebus sustentandis animadvertens, crebros Carthaginem nuntios mittebat, qui et necessitatem urgentem significarent, et ad opem ferendam hortarentur. Carthaginienses militibus atque elephantis, quos denuo cogere potuerant, naves onerant; omnesque ad *Hannonem*, alterum ducem suum, in Siciliam mittunt. Is universo belli paratu et copiis *Heracleam* contractis, ante omnia urbem *Erbessum* proditione capit, et castris hostium commeatum, ac quidquid ad necessarios usus requiritur, adimit. Unde evenit, ut Romani pariter et obsiderent, et reapse obsiderentur. Eo namque, tam frumenti, quam aliarum rerum necessariarum inopia, redigebantur, ut sæpenumero de obsidione solvenda deliberarent: quod et fecissent ad extremum, nisi *Hiero*, omni studio atque sollertia adhibita, modicam copiam rerum maxime necessariarum ipsis procurasset.

XIX. Post hæc *Hanno*, Romanos ex morbo et inopia rerum debilitatos, quod pestilens apud eos aër esset, animadvertens, suas autem copias ad certamen idoneas ratus; sumtis secum elephantis ad quinquaginta, et omni

κλείας· παραγγείλας τοῖς Νομαδικοῖς ἱππεῦσι προπορεύεσθαι, καὶ συνεγγίσασι τῷ χάρακι τῶν ἐναντίων, ἐρεθίζειν καὶ πειρᾶσθαι τοὺς ἱππεῖς αὐτῶν ἐκκαλεῖσθαι· κἄπειτα πάλιν [f] ἐκκλίνασιν ἀποχωρεῖν, ἕως ἂν αὐτῷ
3 συμμίξωσι. πραξάντων δὲ τὸ συνταχθὲν τῶν Νομάδων, καὶ προσμιξάντων θατέρῳ τῶν στρατοπέδων, εὐθὺς οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς ἐξεχέοντο, καὶ θρασέως ἐπέκειντο τοῖς
4 Νομάσιν. οἱ δὲ Λίβυες ὑπεχώρουν κατὰ τὸ παράγγελμα, μέχρι συνέμιξαν τοῖς περὶ τὸν Ἄννωνα· λοιπόν τ' ἐκ μεταβολῆς περιχυθέντες ἐπέκειντο τοῖς πολεμίοις, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ λοιποὺς
5 [g] ἕως εἰς τὸν χάρακα συνεδίωξαν. γενομένων δὲ τούτων, ἐπεστρατοπέδευσαν οἱ περὶ τὸν Ἄννωνα τοῖς Ῥωμαίοις, καταλαβόμενοι τὸν λόφον τὸν καλούμενον Τόρον, ὡς δέκα
6 σταδίους ἀπέχοντες τῶν ὑπεναντίων. Καὶ δύο μὲν μῆνας ἔμενον ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, οὐδὲν ὁλοσχερὲς πράττοντες,
7 πλὴν ἀκροβολιζόμενοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν. τοῦ δ' Ἀννίβου διαπυρσευομένου καὶ διαπεμπομένου συνεχῶς ἐκ τῆς πόλεως πρὸς τὸν Ἄννωνα, καὶ δηλοῦντος, ὅτι τὰ πλήθη τὸν λιμὸν οὐχ ὑπομένει, πολλοὶ δὲ καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους αὐτομολοῦσι διὰ τὴν ἔνδειαν· ἔγνω διακινδυνεύειν ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγός· οὐχ ἧττον [h] ἐπὶ τοῦτο φερομένων καὶ τῶν Ῥωμαίων, διὰ τὰς προειρημένας

A. U. 492. Romani obsidentes Agrigentum, obsessi ab Hannone.

Prælio profligatur Hanno.

[f] Casaubonus ἐγκλίνασιν, sua auctoritate. [g] Veteres libri ὡς εἰς τ. χαρ.
[h] MSti ἐπὶ τούτῳ φερ. quod teneri fortasse debuerat.

reliquo exercitu, *Heraclea* propere educit; præire jussis equitibus *Numidis*, qui, vallo hostium adpropinquantes, eorum equites irritarent, et ad pugnam elicere conarentur, deinde acie inclinata refugerent, donec ad se pervenissent. Quum imperata Numidæ fecissent, et altera castra essent adorti, confestim Romani equites erumpere, atque animose Numidas urgere. Illi pedem referre, prout imperatum erat, donec *Hannoni* sese conjunxissent: ibi tum conversione facta, circumfusi hostibus incumbunt, et complures eorum interficiunt, ceteros ad vallum usque persequuntur. Quibus peractis, Hanno collem *Torum* nomine, decem circiter stadiorum intervallo ab hoste disparatum, occupat, ibique castra locat Romanis imminentia. Labuntur menses duo, rebus in eodem manentibus statu: quum universæ pugnæ casum non adirent, sed levibus dumtaxat præliis quotidie inter se hostes certarent. Postea vero quam *Hannibal* faces accensas jugiter ostendens, ac nuntios subinde ex oppido mittens, *Hannoni* significavit, *non amplius tolerari famem a multitudine, atque adeo multos penuria coactos ad hostes transire;* belli fortunam sibi tentandam dux Pœnorum constituit: non minus Romanis, propter indicatas caussas, eodem inclinantibus. Igitur

A. U. 492.

αἰτίας. Διόπερ ἐξαγαγόντες ἀμφότεροι τὰς δυνάμεις 8
εἰς τὸν μεταξὺ τόπον τῶν στρατοπέδων, συνέβαλλον
ἀλλήλοις. ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον γενομένης τῆς μάχης, 9
τέλος ἐτρέψαντο τοὺς προκινδυνεύσαντας μισθοφόρους
τῶν Καρχηδονίων οἱ Ῥωμαῖοι. τούτων δὲ πεσόντων εἰς 10
τὰ θηρία καὶ τὰς λοιπὰς τάξεις τὰς ἐφεστηκυίας,
συνέβη πᾶν συνταραχθῆναι τὸ τῶν Φοινίκων στρατόπεδον.
γενομένου δὲ ἐγκλίματος [i]ὁλοσχεροῦς, οἱ μὲν πλεῖστοι 11
διεφθάρησαν αὐτῶν, τινὲς δ' εἰς Ἡράκλειαν ἀπεχώρησαν·
οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῶν τε πλείστων ἐκυρίευσαν θηρίων, καὶ
τῆς ἐπισκευῆς ἁπάσης. ἐπιγενομένης δὲ τῆς νυκτὸς, καὶ 12
διὰ τὴν ἐκ τῶν κατορθωμάτων χαρὰν, καὶ διὰ τὸν κόπον
ῥαθυμότερον ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν χρησαμένων, ἀπελ-
πίσας Ἀννίβας τὰ πράγματα, καὶ νομίσας ἔχειν εὐφυῆ
καιρὸν πρὸς σωτηρίαν διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας,
ὥρμησε περὶ μέσας νύκτας ἐκ τῆς πόλεως, ἔχων τὰς
ξενικὰς δυνάμεις. χώσας δὲ φορμοῖς ἀχύρων σεσα- 13
γμένοις τὰς τάφρους, ἔλαθε τοὺς πολεμίους ἀπαγαγὼν
ἀσφαλῶς τὴν δύναμιν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῆς ἡμέρας 14
ἐπελθούσης συνέντες τὸ γεγονὸς, καὶ τῆς οὐραγίας τῆς
τῶν περὶ τὸν Ἀννίβαν ἐπὶ βραχὺ καθαψάμενοι, μετὰ
ταῦτα πάντες ὥρμησαν πρὸς τὰς πύλας. οὐδενὸς δ' 15
ἐμποδὼν αὐτοῖς ἱσταμένου, παρεισπεσόντες διήρπασαν

Hannibal cum suis evadit ex urbe.

Agrigentum captum a Romanis.

[i] ὁλοσχεροῦς ex conject. posui pro vulg. ὁλοσχερῶς.

eductis utrimque copiis in medium locum inter utraque castra, pugna committitur. Post diuturnum certamen tandem Romani mercenarios Carthaginiensium, qui in prima acie rem gerebant, in fugam vertunt. Qui dum in elephantos et stantes a tergo reliquos ordines incidunt, evenit, ut universus Pœnorum exercitus tumultu impleretur. Sequitur mox totius aciei inclinatio: cæduntur plerique omnes; pauci Heracleam se recipiunt. Romani et bestiis quam plurimis, et omni supellectile potiuntur. Oborta nocte, quum partim ob lætitiam ex re bene gesta, partim ob lassitudinem, negligentius excubias agerent Romani; *Hannibal*, desperatis rebus, opportunitatem consulendi saluti suæ commodam propter prædictas caussas habere se ratus, circa mediam noctem cum stipendiariis urbe egreditur. Dein ubi fossas storeis acere probe fartis æquasset, hostibus insciis incolumem exercitum abduxit. Quo, simul illuxisset, animadverso, Romani extremum agmen copiarum Hannibalis carpsisse leviter contenti, mox in portas urbis impetum omnes convertunt. Quia nemo resistebat, ir-

τὴν πόλιν, καὶ πολλῶν μὲν σωμάτων, πολλῆς δὲ καὶ παντοδαπῆς ἐγένοντο [k]παρασκευῆς ἐγκρατεῖς. A. U. 492.

XX. Τῆς δ' ἀγγελίας ἀφικομένης εἰς τὴν σύγκλητον τῶν Ῥωμαίων ὑπὲρ τῶν κατὰ τὸν Ἀκράγαντα, περιχαρεῖς γενόμενοι, καὶ ταῖς διανοίαις ἐπαρθέντες, οὐκ ἔμενον ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς λογισμῶν, οὐδ' ἠρκοῦντο σεσωκέναι τοὺς Μαμερτίνους, οὐδὲ ταῖς ἐξ αὐτοῦ τοῦ πολέμου γε-
2 νομέναις ὠφελείαις. ἐλπίσαντες δὲ, καθόλου δυνατὸν εἶναι τοὺς Καρχηδονίους ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς νήσου, τούτου δὲ γενομένου, μεγάλην ἐπίδοσιν αὐτῶν λήψεσθαι τὰ πράγματα, πρὸς τούτοις ἦσαν τοῖς λογισμοῖς καὶ ταῖς
3 περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπινοίαις. Τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς πεζικὰς δυνάμεις ἑώρων κατὰ λόγον σφίσι προχωροῦντα.
4 μετὰ γὰρ τοὺς τὸν Ἀκράγαντα πολιορκήσαντας, οἱ κατασταθέντες στρατηγοὶ, Λεύκιος Οὐαλέριος, καὶ Τίτος Ὀκτακίλιος, ἐδόκουν ἐνδεχομένως χειρίζειν τὰ κατὰ
5 τὴν Σικελίαν. Τῆς δὲ θαλάττης ἀκονιτὶ τῶν Καρχηδονίων ἐπικρατούντων, ἐζυγοστατεῖτο αὐτοῖς ὁ πόλεμος.
6 ἐν γὰρ τοῖς ἑξῆς χρόνοις, κατεχόντων αὐτῶν ἤδη τὸν Ἀκράγαντα, πολλαὶ μὲν πόλεις προσετίθεντο τῶν μεσογαίων τοῖς Ῥωμαίοις, ἀγωνιῶσαι τὰς πεζικὰς δυνάμεις, ἔτι δὲ καὶ πλείους ἀφίσταντο τῶν παραθαλαττίων, κα-
7 ταπεπληγμέναι τὸν τῶν Καρχηδονίων στόλον. Ὅθεν, ὁρῶντες αἰεὶ καὶ μᾶλλον εἰς ἑκάτερα τὰ μέρη ῥοπὰς

Majora consilia agitant Romani.

L. Valerius T. Octacilius Coss.

De ingrediendo mari cogitant Romani.

[k] κατασκευῆς Casaub. ex Reg. B. C.

ruptione facta, oppidum diripiunt, ac multis mancipiis multoque omnis generis apparatu potiuntur.

XX. Ubi perlatus esset ad Romanum senatum de *rebus ad Agrigentum gestis* nuntius; omnes lætitia gestire, et, sublatis spiritibus, non jam prioribus consiliis adquiescere. Neque enim quod *Mamertinos* servassent, quodque opimam hoc bello prædam essent nacti, satis hoc illis erat: quin potius in spem adducti, posse se Carthaginienses penitus insula ejicere, magnumque inde res suas incrementum fore accepturas; eo cogitationes et consilia omnia sua referebant. Et quidem ad pedestres copias quod attinet, bene sibi cœpta procedere intelligebant. Nam *L. Valerius* et *T. Octacilius*, Consules, post illos creati, qui Agrigentum ceperant, commode rem in Sicilia videbantur administrare. Sed quia maris imperium sine controversia obtinebant Carthaginienses, belli rationes paribus ponderibus libratas in ancipiti habebant. Proximis namque temporibus, postquam esset ab iis captum Agrigentum, sicut mediterraneæ urbes multæ parum sibi fidentes ob terrestres eorum copias, Romanis se adjunxerant: ita etiam vel plures e maritimis, quas classis Punica terrore exanimabat, ab iisdem defecerant. Qui igitur magis magisque in

A. U. 493. λαμβάνοντα τὸν πόλεμον διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας,
ἔτι δὲ τὴν μὲν Ἰταλίαν πορθουμένην πολλάκις ὑπὸ τῆς
ναυτικῆς δυνάμεως, τὴν δὲ Λιβύην εἰς τέλος ἀβλαβῆ
διαμένουσαν, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ συνεμβαίνειν τοῖς Καρχη-
δονίοις εἰς τὴν θάλατταν. Διὸ καὶ τοῦτο τὸ μέρος οὐχ 8
ἥκιστά με παρώρμησε ποιήσασθαι μνήμην ἐπὶ πλεῖον τοῦ
προειρημένου πολέμου, χάριν τοῦ μηδὲ ταύτην ἀγνοεῖσθαι
τὴν ἀρχὴν, πῶς, καὶ πότε, καὶ δι' ἃς αἰτίας, πρῶτον
Classem parant audaces. ἐνέβησαν εἰς θάλατταν Ῥωμαῖοι. Θεωροῦντες [l] δὲ τὸν 9
πόλεμον αὐτοῖς τριβὴν λαμβάνοντα, τότε πρῶτον ἐπε-
βάλοντο ναυπηγεῖσθαι σκάφη, πεντηρικὰ μὲν ἑκατὸν,
εἴκοσι δὲ τριήρεις. τῶν δὲ ναυπηγῶν εἰς τέλος ἀπείρων 10
ὄντων τῆς περὶ τὰς πεντήρεις ναυπηγίας, διὰ τὸ μηδένα
τότε τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν κεχρῆσθαι τοιούτοις σκά-
φεσι, πολλὴν αὐτοῖς παρεῖχε τοῦτο τὸ μέρος δυσχέρειαν.
ἐξ ὧν καὶ μάλιστα συνίδοι τις ἂν τὸ μεγαλόψυχον καὶ 11
παράβολον τῆς Ῥωμαίων αἱρέσεως. οὐ γὰρ οἷον εὐλό- 12
γους ἀφορμὰς ἔχοντες, ἀλλ' οὐδ' ἀφορμὰς καθάπαξ,
οὐδ' ἐπίνοιαν οὐδέ ποτε ποιησάμενοι τῆς θαλάττης· τότε
δὴ πρῶτον ἐν νῷ λαμβάνοντες, οὕτω τολμηρῶς ἐνεχείρη-
σαν, ὥστε, πρὶν ἢ πειραθῆναι τοῦ πράγματος, εὐθὺς ἐπι-
βαλέσθαι Καρχηδονίοις ναυμαχεῖν, τοῖς ἐκ προγόνων
ἔχουσι τὴν κατὰ θάλατταν [m] ἡγεμονίαν ἀδήριτον. Μαρ- 13

[l] An Θεωροῦντες δὴ? Ante verba ista excidisse nonnulla suspicatus est Reisk.
[m] Alii ἡγεμονείαν.

dies intelligerent, belli palmam ob ejusmodi caussas modo huc, modo illuc inclinare, præterea Italiam quidem persæpe a Carthaginiensium classibus agi ferrique, Africam vero ab omni penitus damno manere immunem; faciendum sibi putarunt, ut, sicut Carthaginienses, ita etiam ipsi mare ingrederentur. Nec parum hoc quoque me ad bellum hoc paullo pluribus describendum impulit; ut ne hujus quidem rei principium ignoraretur, *quo modo, et quando, et quas ob caussas mare ingressus sit populus Romanus.* Quum igitur bellum protrahi sibi cernerent, tunc primum naves fabricare instituerunt, quinqueremes quidem centum, triremes vero viginti. Rem sane quam difficilem: quod navium fabricatores in totum rudes essent quinqueremium construendarum; ignoto adhuc Italis hominibus ejuscemodi navigiorum usu. Ex quo vel maxime *magnitudinem animi Romanorum et in rebus suscipiendis audaciam* existimare licet. Nam qui apparatum, non dicam idoneum, sed omnino nullum haberent, atque adeo de mari ne cogitassent quidem umquam ad illam diem; tunc primum et cogitarunt simul, et tam audacter rem susceperunt, ut, prius quam periculum ejus fecissent, impetum statim ceperint prælio navali cum Carthaginiensibus dimicandi, qui traditum a majoribus maris imperium sine certamine obtinebant.

A. U. 493. Qui nullam antea bellicam navem habuerant.

τυρίῳ δ' ἄν τις χρήσαιτο πρὸς τὴν ἀλήθειαν τῶν νῦν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων, καὶ πρὸς τὸ παράδοξον αὐτῶν τῆς τόλμης· ὅτε γὰρ τὸ πρῶτον ἐπεχείρησαν διαβιβάζειν εἰς τὴν Μεσσήνην τὰς δυνάμεις, οὐχ οἷον κατάφρακτος αὐτοῖς ὑπῆρχε ναῦς, ἀλλ' οὐδὲ καθόλου μακρὸν πλοῖον,
14 οὐδὲ λέμβος οὐδὲ εἷς. ἀλλὰ παρὰ Ταραντίνων καὶ Λοκρῶν, ἔτι δὲ Ἐλεατῶν καὶ Νεαπολιτῶν συγχρησάμενοι πεντηκοντόρους καὶ τριήρεις, ἐπὶ τούτων παραβόλως διε-
15 κόμισαν τοὺς ἄνδρας. ἐν ᾧ δὴ καιρῷ τῶν Καρχηδονίων κατὰ τὸν πορθμὸν ἐπαναχθέντων αὐτοῖς, καὶ μιᾶς νεὼς καταφράκτου διὰ τὴν προθυμίαν προπεσούσης, ὥστ' ἐποκείλασαν γενέσθαι τοῖς Ῥωμαίοις ὑποχείριον· ταύτῃ παραδείγματι χρώμενοι τότε, πρὸς ταύτην ἐποιοῦντο τὴν
16 τοῦ παντὸς στόλου ναυπηγίαν. ὡς, εἰ μὴ τοῦτο συνέβη γενέσθαι, δῆλον, ὡς διὰ τὴν ἀπειρίαν εἰς τέλος ἂν ἐκωλύθησαν τῆς ἐπιβολῆς.

Prima classis bellica Romanorum.

XXI. Οὐ μὴν, ἀλλ' οἷς μὲν ἐπιμελὲς ἦν τῆς ναυπηγίας, ἐγίγνοντο περὶ τὴν τῶν πλοίων κατασκευήν· οἱ δὲ τὰ πληρώματα συναθροίσαντες, ἐδίδασκον ἐν τῇ γῇ κω-
2 πηλατεῖν τὸν τρόπον τοῦτον· καθίσαντες ἐπὶ τῶν εἰρεσιῶν ἐν τῇ χέρσῳ τοὺς ἄνδρας, τὴν αὐτὴν ἔχοντας τάξιν ταῖς ἐπ' αὐτῶν τῶν πλοίων καθέδραις, μέσον δ' ἐν αὐτοῖς στήσαντες τὸν κελευστὴν, ἅμα πάντας [n] ἀναπίπτειν, ἐφ' αὐτοὺς ἄγοντας τὰς χεῖρας, καὶ πάλιν προνεύειν ἐξω-

Ratio exercendi remiges.

[n] Pro ἀναπίπτειν et προνεύειν MSti omnes et edd. ante Casaub. mendose dant ἀνάπτειν et προνομεύειν.

Veritatem sententiæ hujus nostræ et miraculum audaciæ illius Romanorum arguit: quod, quando primum copias Messanam transportare sunt aggressi, tantum abest, ut tectas naves haberent, ut ne longa quidem navis ulla aut lembus saltem unus eis fuerit: verum actuariis quinquaginta remorum et triremibus, quas a Tarentinis, Locris, Eleatis ac Neapolitanis commodato acceperant, immani ausu militem transmiserunt. Quo quidem tempore, quum Carthaginienses in eos essent invecti, et navis una tecta cupiditate pugnandi propius se admovisset, sic ut impacta littori in potestatem Romanorum veniret; pro exemplo hæc illis fuit, ad cujus instar classem ædificarunt universam. Qui si non contigisset casus, defutura videlicet illis erat in totum (adeo erant imperiti) ejus consilii ineundi facultas.

XXI. Enimvero dum illi, quibus construendarum navium cura incumbebat, in paranda classe occupabantur; alii socios navales cogere, eosque in terra ad remigandum tali modo exercere: remiges sedere ad remigia jussos in littore, eodem servato ordine ac si in navium transtris considerent, hortatore in medium locato, omnes simul reclinare sese manus adducendo, et rursus in-

A. U. 494. θοῦντας ταύτας συνείθιζον, ἄρχεσθαί τε καὶ λήγειν τῶν
Exit classis. κινήσεων πρὸς τὰ τοῦ κελευστοῦ παραγγέλματα. Προ- 3
κατασκευασθέντων δὲ τούτων, ἅμα τῷ συντελεσθῆναι
τὰς ναῦς, καθελκύσαντες, καὶ βραχὺν χρόνον ἐπ' αὐτῆς
τῆς ἀληθείας ἐν θαλάττῃ πειραθέντες, ἔπλεον παρὰ τὴν
Cn. Cornelius Cos. Ἰταλίαν κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ στρατηγοῦ. Ὁ 4
γὰρ ἐπὶ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως τεταγμένος τοῖς Ῥω-
μαίοις, Γνάϊος Κορνήλιος, ὀλίγαις ἡμέραις πρότερον
συντάξας τοῖς ναυάρχοις, ἐπειδὰν °καταρτίσωσι τὸν
στόλον, πλεῖν ὡς ἐπὶ τὸν πορθμὸν, αὐτὸς ἀναχθεὶς μετὰ
νεῶν ἑπτακαίδεκα προκατέπλευσεν ἐπὶ τὴν Μεσσήνην,
σπουδάζων τὰ κατεπείγοντα πρὸς τὴν χρείαν παρα-
σκευάσαι τῷ στόλῳ. προσπεσούσης δ' αὐτῷ πράξεως 5
ἐκεῖ περὶ τῆς τῶν Λιπαραίων πόλεως, δεξάμενος τὴν
ἐλπίδα προχειρότερον τοῦ δέοντος, ἔπλει ταῖς προειρημέ-
Captus ad Liparam a Boode Pœno. ναις ναυσὶ, καὶ καθωρμίσθη πρὸς τὴν πόλιν. Ὁ δὲ τῶν 6
Καρχηδονίων στρατηγὸς Ἀννίβας, ἀκούσας ἐν τῷ Πα-
νόρμῳ τὸ γεγονὸς, ἐξαποστέλλει Βοώδη, τῆς γερουσίας
ὑπάρχοντα, ναῦς εἴκοσι δούς. ὃς ἐπιπλεύσας νυκτὸς, ἐν 7
τῷ λιμένι συνέκλεισε τοὺς περὶ τὸν Γνάϊον. ἡμέρας δ'
ἐπιγενομένης, τὰ μὲν πληρώματα πρὸς φυγὴν ὥρμησεν
εἰς τὴν γῆν. ὁ δὲ Γνάϊος ἐκπλαγὴς γενόμενος, καὶ ποιεῖν
ἔχων οὐδὲν, τέλος παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ 8
Καρχηδόνιοι, τάς τε ναῦς καὶ τὸν στρατηγὸν τῶν ὑπε-
ναντίων ὑποχείριον ἔχοντες, παραχρῆμα πρὸς τὸν Ἀννί-

° Casaub. καταρτύσωσι invitis MStis.

cumbere easdem propellendo, principio et fine motus ad pausarii jussionem facto, assuefaciebant. His ita præparatis, mox ut naves fuerunt confectæ, in mare eas deducunt: et paullulum modo in mari et veritate ipsa artem experti, jussu Consulis secundum Italiæ littus navigare incipiunt. Nam qui classi Romanæ erat præfectus *Cnæus Cornelius*, quo necessaria omnia navali exercitui prospiceret, paucis ante diebus cum navibus septemdecim Messanam erat profectus; dato navarchis mandato, ut, simul ac instructa classis foret, ad fretum navigarent. Huic quum Messanæ oblata esset occasio moliendæ proditionis oppidi *Liparæorum*, spem illam promtius quam par erat amplexus, cum prædictis navibus eo pergit, et ad muros appellit. Quo cognito, dux Carthaginiensium *Hannibal*, Panormi tum agens, *Boodem* virum senatorem cum navibus XX illuc mittit. Is, noctu confecta navigatione, Cnæum in portu concludit. Ubi illuxit, fugiunt socii navales in terram; Cnæus vero, metu attonitus, quum aliud nihil posset, dedit se hostibus. Carthaginienses, et navibus et duce adversariorum capto, ad Hanni-

A. U. 494.
Plures naves amittit Hannibal, præf. class. Pun.

9 ϐαν ἀπῆραν. Μετ' οὐ πολλὰς δ' ἡμέρας, οὕτως ἐναρ-
γοῦς ὄντος καὶ προσφάτου τοῦ περὶ τὸν Γνάϊον ἀτυχή-
ματος, παρ' ὀλίγον αὐτὸς Ἀννίϐας εἰς τὸ παραπλήσιον
10 ἁμάρτημα προφανῶς ἐνέπεσεν. ἀκούσας γὰρ, τὸν τῶν
Ῥωμαίων στόλον, κομιζόμενον παρὰ τὴν Ἰταλίαν, συν-
εγγὺς εἶναι· κατιδεῖν βουλόμενος τό τε πλῆθος, καὶ
τὴν ὅλην σύνταξιν τῶν ὑπεναντίων, λαϐὼν πεντήκοντα
11 ναῦς ἔπλει. κάμπτων δὲ περὶ τὸ τῆς Ἰταλίας ἀκρω-
τήριον, ἐμπίπτει τοῖς πολεμίοις, ἐν κόσμῳ καὶ τάξει
ποιουμένοις τὸν πλοῦν· καὶ τὰς μὲν πλείους ἀπέϐαλε
τῶν νεῶν, αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν ὑπολειφθεισῶν ἀνελπίστως
καὶ παραδόξως διέφυγεν.

Duilii pugna navalis.

XXII. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι μετὰ ταῦτα συνεγγίσαντες
τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν τόποις, καὶ συνέντες τὸ γεγονὸς
σύμπτωμα περὶ τὸν Γνάϊον, παραυτίκα μὲν διεπέμποντο
πρὸς Γάϊον [p] Δουΐλιον, τὸν ἡγούμενον τῆς πεζῆς δυνά-
2 μεως, καὶ τοῦτον ἀνέμενον. ἅμα δ' ἀκούοντες οὐ μακρὰν
εἶναι τὸν τῶν πολεμίων στόλον, ἐγίγνοντο πρὸς παρα-
3 σκευὴν τοῦ ναυμαχεῖν. Ὄντων δὲ τῶν πλοίων φαύλων
ταῖς κατασκευαῖς καὶ δυσκινήτων, ὑποτίθεταί τις αὐτοῖς
βοήθημα πρὸς τὴν μάχην, τοὺς ἐπικληθέντας μετὰ ταῦτα
4 κόρακας. ὧν συνέϐαινε τὴν κατασκευὴν εἶναι τοιαύτην.
στῦλος ἐν πρῴραις στρογγύλος εἱστήκει, μῆκος μὲν ὀρ-
γυιῶν τεττάρων, κατὰ δὲ τὸ πλάτος τριῶν παλαιστῶν

Corvi structura.

[p] Δουΐλιον a Casaub. est. Juniores MSti Δουΐλλιον, sed vetustiores Λίϐιον, quod ex Βίλιον corruptum videtur.

balem confestim proficiscuntur. Post paucos vero dies, quum esset adeo insignis ac recens Cnæi hic casus, parum tamen abfuit, quin *Hannibal* in eandem manifesto fraudem incideret. Audierat, Romanam classem, quæ secus Italiam navigabat, jam adventare: cupidus et numerum et dispositionem universam hostium propius cognoscendi, cum quinquaginta navibus portu solvit. Dum flectit Italiæ promontorium, in hostes incidit, qui ordinata instructaque ad aciem classe navigabant. Amissis plerisque navibus, ipse cum reliquis præter spem opinionemque evasit.

XXII. Post hæc Romani quum ad Siciliam accessissent, intellecta Cnæi clade, nuntiis statim ad *Cajum Duilium*, qui terrestribus copiis præerat, missis, eum præstolabantur: simul cognito non longe abesse hostium classem, ad prælium navale se parabant. Quum autem essent ipsorum naves rudi arte constructæ, et ad motum inhabiles; suggerit eis aliquis inventum, quo ad pugnam uterentur, videlicet quos *corvos* postea nominarunt. Quorum talis erat constructio. Destituebatur in proris tignum teres, longum ulnas

A. U. 494.

ἔχων τὴν [q] διάμετρον. οὗτος αὐτὸς μὲν ἐπὶ τῆς κορυφῆς 5
τροχιλίαν εἶχε· περιετίθετο δ' αὐτῷ κλίμαξ ἐπικαρ-
σίαις σανίσι καθηλωμένη, πλάτος μὲν ποδῶν τεττάρων,
τὸ δὲ μῆκος ἓξ ὀργυιῶν. τὸ δὲ τρῆμα τοῦ σανιδώματος 6
ἦν παράμηκες, καὶ περιέβαινε περὶ τὸν στύλον μετὰ τὰς
πρώτας εὐθέως τῆς κλίμακος δύο ὀργυιάς. εἶχε δὲ καὶ
δρύφακτον αὕτη παρ' ἑκατέραν τὴν ἐπιμήκη πλευρὰν,
εἰς γόνυ τὸ βάθος. ἐπὶ δὲ τοῦ πέρατος αὐτοῦ προσήρ- 7
μοστο σιδηροῦν οἷον ὕπερον ἀπωξυσμένον, ἔχον δακτύλιον
ἐπὶ τῆς κορυφῆς· ὡς τὸ ὅλον φαίνεσθαι παραπλήσιον ταῖς

Corvi usus in pugna navali.

σιτοποιϊκαῖς μηχανήσεσιν. Εἰς δὲ τοῦτον τὸν δακτύλιον 8
ἐνεδέδετο ὁ κάλως, ᾧ κατὰ τὰς ἐμβολὰς τῶν πλοίων
ἐξαίροντες τοὺς κόρακας διὰ τῆς ἐν τῷ στύλῳ τροχιλίας,
ἀφίεσαν ἐπὶ τὸ κατάστρωμα τῆς ἀλλοτρίας νεὼς, ποτὲ
μὲν κατὰ πρῷραν, ποτὲ δ' [r] ἀντιπεριάγοντες κατὰ τὰς
ἐκ τῶν πλαγίων προσπιπτούσας ἐμβολάς. ὅτε δὲ ταῖς 9
σανίσι τῶν καταστρωμάτων ἐμπαγέντες οἱ κόρακες ὁμοῦ
συνδήσαιεν τὰς ναῦς, εἰ μὲν πλάγιαι παραβάλλοιεν ἀλ-
λήλαις, πανταχόθεν ἐπεπήδων· εἰ δὲ κατὰ πρῷραν, δι'
αὐτοῦ τοῦ κόρακος ἐπὶ δύο συνεχεῖς ἐποιοῦντο τὴν ἔφοδον.
ὧν οἱ μὲν ἡγούμενοι τὴν κατὰ πρόσωπον ἐπιφάνειαν ἐσκέ- 10
παζον ταῖς τῶν θυρεῶν προβολαῖς, οἱ δ' ἑπόμενοι τὰς ἐκ
τῶν πλαγίων ἠσφαλίζοντο πλευρὰς, ὑπὲρ τὸν δρύφακτον
ὑπερτιθέμενοι τὰς ἴτυς τῶν ὅπλων. Οὗτοι μὲν οὖν τοι- 11

[q] Vulgo omnes διάμετρον οὕτως. αὐτὸς μὲν &c. quod ex conject. correxi.
[r] ἀντιπαράγ. maluit Reisk. Sequens præpos. κατὰ abest a vett. libris.

quatuor, latum in diametro palmos tres; trochleam in fastigio habens. Ei tigno circumponebatur scala, ex transversis tabulis confecta, et clavis compacta, lata pedes quatuor, sex ulnas longa. Foramen tabulati oblongum erat, et post primas statim duas scalæ ulnas tignum ipsum circumplectebatur. Ad latus scalæ erat utrimque lorica, per totam ejus longitudinem porrecta, genu tenus alta. In extremo ferreum quasi pistillum in acutum desinens aptabatur, habens in vertice annulum. Ita universa compages similis fere machinæ erat pistoriæ. Annulo autem isti funis illigabatur, quo, in commissionibus navium, trochleæ illius ope, quæ in tigno erat, erigebant corvos, et in tabulatum alienæ navis demittebant; idque modo in proram, modo in latus, circumacta navi impetum inimicæ ex obliquo incurrentis eludentes. Postea vero quam infixi *corvi* tabulatorum asseribus naves invicem constrinxissent, quoties quidem obliquæ naves mutua latera conjunxerant, omni ex parte insiliebant: quoties vero a prora erant commissæ, per ipsam machinam bini continua serie irruebant. Quorum primi adversos ictus scutis objectis defendebant; insequentes vero, scutorum orbes super lorica imponentes, latera tutabantur. Atque hi quidem sic pa-

αὐτῇ κεχρημένοι παρασκευῇ, καιρὸν ἐπετήρουν πρὸς ναυμαχίαν. A. U. 494.

XXIII. Ὁ δὲ [s] Γάϊος Δουΐλιος, ὡς θᾶττον ἔγνω τὴν περιπέτειαν τοῦ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ἡγουμένου, παραδοὺς τὰ πεζικὰ στρατόπεδα τοῖς χιλιάρχοις, αὐτὸς
2 διεκομίσθη πρὸς τὸν στόλον. πυθόμενος δὲ τοὺς πολεμίους πορθεῖν τὴν [t] Μυλασῖτιν χώραν, ἐπιπλεῖ [u] τῷ στό-
3 λῳ παντί. συνιδόντες δ' οἱ Καρχηδόνιοι, μετὰ χαρᾶς καὶ σπουδῆς ἀνήγοντο ναυσὶν ἑκατὸν καὶ τριάκοντα, καταφρονοῦντες τῆ ἀπειρίας τῶν Ῥωμαίων, καὶ πάντες ἔπλεον [x] ἀντίπρωροι τοῖς πολεμίοις, οὐδὲ τάξεως καταξιώσαντες τὸν κίνδυνον, ἀλλ' ὡς ἐπὶ λείαν τινὰ πρόδηλον.
4 ἡγεῖτο δὲ Ἀννίβας αὐτῶν· οὗτος δ' ἦν ὁ τὰς δυνάμεις ἐκκλέψας νυκτὸς ἐκ τῆς τῶν Ἀκραγαντίνων πόλεως,
5 ἔχων ἑπτήρη, τὴν γενομένην Πύῤῥου τοῦ βασιλέως. Ἅμα δὲ τῷ πλησιάζειν, συνθεωροῦντες ἀνανενευκότας τοὺς κόρακας ἐν ταῖς ἑκάστων πρώραις, ἐπὶ ποσὸν μὲν ἠπόρουν οἱ Καρχηδόνιοι, ξενιζόμενοι ταῖς τῶν ὀργάνων κατασκευαῖς· οὐ μὴν, ἀλλὰ τελέως κατεγνωκότες τῶν ἐναν-
6 τίων ἐνέβαλον οἱ πρῶτοι πλέοντες τετολμηκότως. τῶν δὲ συμπλεκομένων σκαφῶν ἀεὶ δεδεμένων τοῖς ὀργάνοις, καὶ τῶν ἀνδρῶν εὐθὺς ἐπιπορευομένων δι' αὐτοῦ τοῦ κόρακος, καὶ συμπλεκομένων ἐπὶ τοῖς καταστρώμασιν· οἱ μὲν

Duilii victoria navalis.

Mylaïtes ager.

[s] Veteres libri omnes Γάϊος Ἀτίλιος Λίβιος. [t] Rectius Μυλαῖτιν. Perperam MSti Μυλασίτην. [u] Abest artic. a plerisque codd. [x] ἀντίπρωροι adscivit Casaub. ex Reg. C. cum in ceteris esset ἀντιπρώροις.

rati opportunum ad confligendum tempus observabant.

23. *Cajus Duilius*, ubi primum de casu præfecti classis rescivit, terrestres copias tribunis tradit, ipse ad classem trajicit. Ibi factus certior, *agrum Mylaïten* ab hostibus vastari, cum universis navibus adversus illos proficiscitur. Carthaginienses, ad Romanorum conspectum læti atque alacres, centum triginta navibus in altum evehuntur: imperitiam hostium adeo contemnentes, ut, quasi ne opus quidem esset naves ad pugnam instruere, velut ad prædam non dubiam cuncti proris in hostem versis passim ferrentur. Dux classis erat *Hannibal*, is qui nocturno furto copias ex oppido Agrigento eduxerat: *septireme* tum vehebatur, quæ regis Pyrrhi quondam fuerat. Ut ventum est cominus, quum cernerent in omnium navium proris *corvos* sursum spectantes; hærere primo Carthaginienses, machinæ non prius visæ novitatem admirati: tandem tamen, spretis penitus hostibus, magna cum audacia qui primi navigabant impetum faciunt. Quum vero omnes, quæ ad confligendum accesserant, naves per corvos vinctæ tenerentur, perque eosdem repente milites ingressi in ipsis tabulatis pugnam

A. U. 494. Duilii victoria navalis.

ἐφονεύοντο τῶν Καρχηδονίων, οἱ δὲ παρεδίδοσαν ἑαυτούς,
ἐκπληττόμενοι τὸ γιγνόμενον· παραπλήσιον γὰρ πεζομα-
χίας συνέβαινε τὸν κίνδυνον ἀποτελεῖσθαι. διὸ καὶ τριά- 7
κοντα μὲν τὰς πρώτας συμβαλούσας ναῦς αὐτάνδρους
ἀπέβαλον, σὺν αἷς ἐγένετο αἰχμάλωτον καὶ τὸ τοῦ
στρατηγοῦ πλοῖον. Ἀννίβας δὲ ἀνελπίστως καὶ παρα-
βόλως αὐτὸς ἐν τῇ σκάφῃ διέφυγε. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος 8
τῶν Καρχηδονίων ἐποιεῖτο μὲν τὸν ἐπίπλουν ὡς εἰς ἐμ-
βολήν· ἐν δὲ τῷ συνεγγίζειν θεωροῦντες τὸ συμβεβηκὸς
περὶ τὰς προπλεούσας ναῦς, ἐξέκλινον, καὶ διένευον τὰς
τῶν ὀργάνων ἐπιβολάς. πιστεύοντες δὲ τῷ ταχυναυτεῖν, οἱ 9
μὲν ἐκ πλαγίων, οἱ δὲ κατὰ πρύμναν ἐκπεριπλέοντες,
ἀσφαλῶς ἤλπιζον ποιήσασθαι τὰς ἐμβολάς. πάντῃ δὲ 10
καὶ πάντως ἀντιπεριϊσταμένων καὶ συνδιανευόντων τῶν
ὀργάνων οὕτως, ὥστε κατ' ἀνάγκην τοὺς ἐγγίσαντας
συνδεδέσθαι, τέλος ἐγκλίναντες ἔφυγον οἱ Καρχηδόνιοι,
καταπλαγέντες τὴν καινοτομίαν τοῦ συμβαίνοντος, πεν-
τήκοντα ναῦς ἀποβαλόντες.

Ægesta obsidione liberata.

XXIV. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, παραδόξως ἀντιπεποιημένοι
τῆς κατὰ θάλατταν ἐλπίδος, διπλασίως ἐπεῤῥώσθησαν
ταῖς ὁρμαῖς πρὸς τὸν πόλεμον. τότε μὲν οὖν [y] προσσχόν- 2
τες τῇ Σικελίᾳ τήν τε [z] Αἰγεστέων ἔλυσαν πολιορκίαν,
ἐσχάτως αὐτῶν ἤδη διακειμένων· κατά τε τὴν ἐκ τῆς
Αἰγέστης ἀναχώρησιν, Μάκελλαν πόλιν κατὰ κράτος

Macella capta.

[y] Vulgo omnes h. l. προσχόντες. [z] Alii Αἰγεσταίων.

cierent; Carthaginiensium alii trucidati sunt, alii miraculo rei perculsi sese dediderunt: erat enim prælium plane simile pedestri. Itaque triginta naves, quæ hostem primæ invaserant, cum ipsis viris Pœni amiserunt: et capta in his prætoria. Ipse *Hannibal*, præter spem, et omnia audendo, evasit in scapha. Reliqua multitudo pergebat illa quidem velut impetum in hostem factura: sed, ubi appropinquavit, præcedentium navium cladem intuens, declinabat, et machinarum injectiones nutibus evitabat. Ceterum agilitate navium suarum freti, alii tamen ad latera circumvolitantes, alii ad puppes, tuto invadere se hostem posse sperabant. At quum ex omnibus plane partibus *corvi* eos omnino circumsisterent, et undique illis imminerent, nec facere possent quo minus colligarentur, si modo propius accederent; ad extremum stupore attoniti, navibus quinquaginta amissis, fugam capessunt.

24. Romani vero, contra omnium opinionem res maritimas ausi tentare, ad bellum persequendum duplo animosiores sunt redditi. Tunc igitur exscensione in Siciliam facta, *Ægestanos*, ad ultima jam redactos, obsidione liberarunt: mox inde profecti, *Macel-*

3 εἷλον. Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν, Ἀμίλκας ὁ τῶν Καρ- A. U. 494.
χηδονίων στρατηγὸς, ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῶν πεζικῶν δυ-
νάμεων, διατρίβων περὶ Πάνορμον, γνοὺς ἐν τοῖς Ῥωμαϊ- Hamilcar
κοῖς στρατοπέδοις στασιάζοντας τοὺς συμμάχους πρὸς cædit auxilia Roma-
4 τοὺς Ῥωμαίους περὶ τῶν ἐν ταῖς μάχαις πρωτείων· καὶ norum.
πυνθανόμενος στρατοπεδεύειν αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς τοὺς
συμμάχους μεταξὺ τοῦ Παρώπου καὶ τῶν Θερμῶν τῶν
Ἱμεραίων, ἐπιπεσὼν αὐτοῖς αἰφνιδίως ἀναστρατοπεδεύουσι
μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, σχεδὸν εἰς τετρακισχιλίους
5 ἀπέκτεινε. Μετὰ δὲ ταύτην τὴν πρᾶξιν, ὁ μὲν Ἀννί-
βας ἔχων τὰς διασωθείσας ναῦς, ἀπέπλευσεν εἰς τὴν
Καρχηδόνα. Μετ' οὐ πολὺ δ' ἐκεῖθεν εἰς Σαρδόνα διῆρε, A. U. 495
6 προσλαβὼν ναῦς καί τινας τῶν ἐνδόξων τριηράρχων. χρό- sq.
νοις δ' οὐ πολλοῖς κατόπιν ἐν τῇ Σαρδόνι συγκλεισθεὶς Romani in Sardinia
ὑπὸ Ῥωμαίων ἔν τινι λιμένι, καὶ πολλὰς ἀποβαλὼν τῶν victores.
νεῶν, παραυτίκα συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν διασωθέντων Καρ- Hannibal
7 χηδονίων, ἀνεσταυρώθη. Ῥωμαῖοι γὰρ ἅμα τῆς θαλάτ- in crucem actus.
της ἥψαντο, καὶ τῶν κατὰ Σαρδόνα πραγμάτων εὐθέως
8 ἀντείχοντο. Τὰ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ στρατόπεδα τῶν
Ῥωμαίων κατὰ μὲν τὸν ἑξῆς ἐνιαυτὸν, οὐδὲν ἄξιον ἔπρα-
9 ξαν λόγου. Τότε δὲ προσδεξάμενοι τοὺς ἐπικαθεστα- A. U. 496.
μένους ἄρχοντας, Αὖλον Ἀτίλιον, καὶ Γάϊον Σουλπί- Aul. Atilius C. Sul-
κιον, ὥρμησαν ἐπὶ τὸν Πάνορμον, διὰ τὸ τὰς Καρχηδο- picius Coss.
10 νίων δυνάμεις ἐκεῖ παραχειμάζειν. οἱ δὲ στρατηγοὶ,
συνεγγίσαντες τῇ πόλει μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως,

lam oppidum vi expugnarunt. Post navalem pugnam *Amilcar*, dux Carthaginiensium, qui copiis præerat pedestribus, Panormi certior factus, seditionem esse castris Romanis, orta inter auxilia et legiones de principatu in præliis contentione; postquam cognovit, solos per se socios inter *Paropum* et *Thermas Himerenses* castrametari; repente in eos, dum adhuc castra movent, irruit, et ad quatuor fere millia hominum cecidit. Post hæc *Hannibal* cum omnibus, quæ restabant, navibus Carthaginem repetit. Unde mox, aliis assumtis navibus, et præcipui nominis trierarchis nonnullis, in *Sardiniam* trajicit. Ibi vero haud multo post quum a Romanis in portu quodam esset inclusus, multasque naves amisisset, confestim a Carthaginiensibus comprehensus, qui cladi superfuerant, in crucem est actus. Romani enim, simul ac mare attigerunt, de Sardinia quoque occupanda cogitare cœperunt. Quæ vero in Sicilia erant legiones, proximo anno memoria dignum nihil gesserant. Tunc autem novi *Consules*, *Aulus Atilius* et *Cajus Sulpicius*, in Siciliam missi, *Panormum*, ubi Carthaginiensium copiæ hibernabant, ducebant. Ut ventum est prope urbem, Consules

A. U. 496. Plures Siciliæ urbes capiunt.

παρετάξαντο. τῶν δὲ πολεμίων οὐκ ἀντεξιόντων, πάλιν
ἐντεῦθεν ἐποιήσαντο τὴν ὁρμὴν, ἐπὶ πόλιν Ἱππάναν, καὶ
ταύτην μὲν ἐξ ἐφόδου κατὰ κράτος ἔλαβον. εἷλον δὲ 11
καὶ τὸ Μυττίστρατον, πολλοὺς χρόνους ὑπομεμενηκὸς
τὴν πολιορκίαν, διὰ τὴν ὀχυρότητα τοῦ τόπου. τὴν δὲ 12
Καμαριναίων πόλιν, μικρῷ πρότερον ἀπ' αὐτῶν ἀποστᾶ-
σαν, τότε, προσενέγκαντες ἔργα καὶ καταβαλόντες τὰ
τείχη, κατέσχον· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν Ἔνναν, καὶ ἕτερα
πλείω πολισμάτια τῶν Καρχηδονίων. ἀπὸ δὲ τούτων 13
γενόμενοι, Λιπαραίους ἐπεχείρησαν πολιορκεῖν.

A. U. 497. C. Atilii anceps pugna navalis ad Tyndaridem.

XXV. Τῷ δ' ἑξῆς ἐνιαυτῷ Γάϊος Ἀτίλιος ὁ στρατη-
γὸς τῶν Ῥωμαίων, πρὸς Τυνδαρίδα καθορμισθεὶς, καὶ
συνθεασάμενος ἀτάκτως παραπλέοντα τὸν τῶν Καρχη-
δονίων στόλον, παραγγείλας τοῖς ἰδίοις πληρώμασιν ἕπε-
σθαι τοῖς ἡγουμένοις, αὐτὸς ὥρμησε πρὸ τῶν ἄλλων,
ἔχων δέκα ναῦς ὁμοπλοούσας. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, συνι- 2
δόντες τῶν ὑπεναντίων τοὺς μὲν ἀκμὴν ἐμβαίνοντας, τοὺς
δ' ἀναγομένους, τοὺς δὲ πρώτους πολὺ προειληφότας τῶν
ἄλλων· ἐπιστρέψαντες, αὐτοῖς ἀπήντων. καὶ κυκλώ- 3
σαντες, τὰς μὲν ἄλλας διέφθειραν, τὴν δὲ τοῦ στρατη-
γοῦ ναῦν παρ' ὀλίγον αὔτανδρον ἔλαβον· οὐ μὴν, ἀλλ'
αὐτὴ μὲν ταῖς ὑπηρεσίαις [a] ἐξηρτυμένη, καὶ ταχυναυτοῦ-
σα, διέφυγε παραδόξως τὸν κίνδυνον. αἱ δὲ λοιπαὶ τῶν 4
Ῥωμαίων ἐπιπλέουσαι κατὰ βραχὺ συνηθροίζοντο. γε-

[a] An εὖ vel διαφερόντως ἐξηρτυμένη?

universum exercitum in aciem instruunt: nemine vero hostium adversus prodeunte, inde profecti, *Hippanam* petunt, eamque per vim primo impetu capiunt. Captum et oppidum *Myttistratum*, quod, quoniam magis erat munitum, obsidionem diutius toleraverat. *Camarinæorum* etiam urbem, quæ paullo ante ab iis defecerat, admotis tum operibus et muris dejectis, occuparunt; pariterque *Ennam* et plura alia minora Carthaginiensium oppida. Quibus expeditis, *Liparæorum* urbem obsidere instituerunt.

XXV. Sequente anno *C. Atilius* Cos. Romanus, quum *Tyndaridem* applicuisset, prænavigantem agmine incomposito classem Pœnorum conspicatus; jusso remigio præeuntes sequi, ipse decem navibus comitatus præit ceteris. Pœni, qui animadverterent, quosdam ex hostibus naves adhuc conscendere, quosdam portu jam solvisse, primos vero longo intervallo alios antecedere; conversi, eosque aggressi, omni ex parte cingunt. Et reliquos quidem naves perdunt: prætoria tamen, pæne jam et ipsa cum viris suis capta, quia remigibus probe instructa celeritate pollebat, periculo præter opinionem omnium se subduxit. Quæ vero sequebantur Romanæ, paullatim

νόμεναι δ' ἐν μετώπῳ, συνέβαλον τοῖς πολεμίοις· καὶ A. U. 497.
δέκα μὲν αὐτάνδρους ναῦς ἔλαβον, ὀκτὼ δὲ κατέδυσαν.
αἱ δὲ λοιπαὶ τῶν Καρχηδονίων ἀπεχώρησαν εἰς τὰς Λι-
5 παραίας καλουμένας νήσους. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς ναυ- A. U. 498.
μαχίας, ἀμφότεροι νομίζοντες ἐφάμιλλον πεποιῆσθαι Augentur utrimque classes.
τὸν κίνδυνον, ὥρμησαν ὁλοσχερέστερον ἐπὶ τὸ συνίστασθαι
ναυτικὰς δυνάμεις, καὶ τῶν κατὰ θάλατταν ἀντέχεσθαι
6 πραγμάτων. αἱ δὲ πεζικαὶ δυνάμεις ἐν τοῖς κατὰ ταῦτα
καιροῖς οὐδὲν ἔπραξαν ἄξιον μνήμης· ἀλλὰ περὶ μικρὰς
καὶ τὰς τυχούσας πράξεις [b] κατέστρεψαν τοὺς χρόνους.
7 Διὸ παρασκευασάμενοι, καθάπερ εἶπον, εἰς τὴν ἐπι-
φερομένην θερείαν ἀνήχθησαν Ῥωμαῖοι μὲν τριάκοντα
καὶ τριακοσίαις μακραῖς ναυσὶ καταφράκτοις, καὶ
8 κατέσχον εἰς Μεσσήνην. ὅθεν ἀναχθέντες ἔπλεον, δε-
ξιὰν ἔχοντες τὴν Σικελίαν· κάμψαντες δὲ τὸν Πάχυ- Pachynum.
νον, ὑπερῆραν εἰς Ἔκνομον, διὰ τὸ καὶ τὸ πεζὸν στρά- Ecnomus.
9 τευμα περὶ τούτους αὐτοὺς εἶναι τοὺς τόπους. Καρχη-
δόνιοι δὲ, πεντήκοντα καὶ τριακοσίαις ναυσὶ καταφράκ-
τοις ἀναπλεύσαντες, Λιλυβαίῳ προσέσχον· ἐντεῦθεν δὲ
πρὸς Ἡράκλειαν τὴν Μινώαν καθωρμίσθησαν. Heraclea Minoa.

XXVI. [c] Ἦν δὲ τῶν μὲν Ῥωμαίων πρόθεσις, εἰς τὴν M. Regulus L. Manlius Africam petunt.
Λιβύην πλεῖν, καὶ τὸν πόλεμον ἐκεῖ περισπᾷν, ἵνα τοῖς
Καρχηδονίοις μὴ περὶ Σικελίας, ἀλλὰ περὶ σφῶν αὐ-

[b] κατέτριψαν malim cum Reisk.

[c] Fors. ἦν δ' ἡ. Sed magis placet Suidas, ἦν δὲ τοῖς μὲν Ῥωμαίοις.

in unum coactæ, ubi suo quæque ordine in frontem se instruxissent, impetum in hostem faciunt: et decem quidem cum ipsis viris naves capiunt, octo deprimunt. Carthaginienses cum classe reliqua ad *Liparæas insulas*, quas vocant, se receperunt. Post hanc pugnam navalem, quoniam utrique pari periculo functos se arbitrabantur, utraque pars ad comparandas majores navales copias, et possessionem maris sibi asserendam, studium omne contulit. Terrestres vero copiæ nihil per id tempus memoria dignum gesserunt; sed in levibus tantum quibusdam et parvi momenti rebus tempus consumserunt. Rebus igitur, ut dixi, præparatis, proxima æstate Romani classe trecentarum triginta navium longarum tectarumque solvunt, et Messanam appellunt. Unde præter Siciliam, quæ ipsis ad dextram erat, navigantes, Pachyno superato, *Ecnomum*, ubi copiæ eorum terrestres erant, contendunt. Carthaginienses vero tectis navibus CCCL in altum provecti, Lilybæi primo portum tenent; deinde ad *Heracleam Minoam* classem in statione collocant.

XXVI. Romanis erat in animo, *Africam* petere, et bellum illuc transferre; ut non jam de Sicilia, sed de salute propria agrisque suis, pugnarent Pœni. Qui, e contrario, gnari, facilem aditu Carthaginem esse, nec difficulter eum, qui semel ingressus

A. U. 498. M. Regulus L. Manlius Africam petunt.

τῶν καὶ τῆς ἰδίας χώρας ὁ κίνδυνος γίγνηται. τοῖς δὲ
Καρχηδονίοις τἀναντία τούτων ἐδόκει. συνιδόντες γὰρ, 2
ὡς εὐέφοδός ἐστιν ἡ Λιβύη, καὶ πᾶς ὁ κατὰ τὴν χώραν
λαὸς εὐχείρωτος τοῖς ἅπαξ εἰς αὐτὴν ἐμβαλοῦσιν, οὐχ
οἷοί τ' ἦσαν ἐπιτρέπειν, ἀλλὰ διακινδυνεύειν καὶ διαναυ-
μαχεῖν ἔσπευδον. ὄντων δὲ τῶν μὲν πρὸς τὸ κωλύειν, τῶν 3
δὲ πρὸς τὸ βιάζεσθαι, προφανὴς ἦν ὁ μέλλων ἀγὼν ἐκ
τῆς ἑκατέρων συνίστασθαι φιλοτιμίας. Οἱ μὲν οὖν 4
Ῥωμαῖοι πρὸς ἀμφότερα τὴν παρασκευὴν ἁρμόζουσαν
ἐποιοῦντο, πρός τε τὴν κατὰ θάλατταν χρείαν, καὶ

Copiæ navales.

πρὸς τὴν ἀπόβασιν τὴν εἰς τὴν πολεμίαν. διόπερ ἐπιλέ- 5
ξαντες ἐκ τῶν πεζικῶν στρατοπέδων τὰς ἀρίστας χεῖρας,
διεῖλον τὴν πᾶσαν δύναμιν, ἣν ἤμελλον ἀναλαμβάνειν,
εἰς τέτταρα μέρη. τὸ δὲ μέρος ἕκαστον διττὰς εἶχε 6
προσηγορίας. πρῶτον μὲν γὰρ ἐκαλεῖτο στρατόπεδον,
καὶ πρῶτος στόλος, καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ λόγον. [d] τὸ δὲ

Triarii navales.

τέταρτον καὶ τρίτην ἐπωνυμίαν ἔτι προσειλήφει· τριάριοι
γὰρ ὠνομάζοντο, κατὰ τὴν ἐν τοῖς πεζικοῖς στρατοπέ-
δοις συνήθειαν. καὶ τὸ μὲν σύμπαν ἦν στράτευμα τού- 7

CDXX viri in quaque navi.

των τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, περὶ τέτταρας καὶ δέκα μυ-
ριάδας· [e] ὡς ἂν ἑκάστης ἰδίᾳ νεὼς λαμβανούσης ἐρέτας
μὲν τριακοσίους, ἐπιβάτας δὲ ἑκατὸν εἴκοσι. Οἱ δὲ 8
Καρχηδόνιοι τὸ μὲν πλεῖον καὶ τὸ πᾶν ἡρμόζοντο πρὸς

[d] MSti τὸ δὲ τέταρτον καὶ τρίτον ἐπωνυμίαν ἔτι οὐ προσείληφε. Verba καὶ τρίτον, quæ præeunte Reiskio correxi, abjecerat Casaub. retenta partic. οὐ, quam delendam censui, nisi cum Reisk. in οἱ (*sibi*) mutatam malueris. [e] In vett. codd. est ὡς ἂν ἑκάστης δυνάμεως λαμβανούσης, quod ex Reg. B. C. correxit Casaub. Satis autem fuerat νεὼς, absque ἰδίᾳ.

foret, omnes ejus oræ incolas posse vincere; aditum se nequaquam permissuros esse ostendebant, fortunæ aleam prælio navali committere aventes. Ita his ad prohibendum, illis ad vim faciendam, se comparantibus, haud dubie ex utriusque populi obstinatione futurum certamen apparebat. Igitur *Romani* apparatibus ad utrumque se instruebant, sive res mari gerenda foret, sive in hostium terram exscensio facienda. Quare etiam fortissimo quoque milite e copiis terrestribus delecto, omnem exercitum, quem ducturi erant, quadripartito dividunt. Earum partium unaquæque duplici appellatione signabatur. Nam et *prima legio* dicebatur, et *prima classis;* eademque ratio in ceteris servata: quartæ vero parti præterea tertium etiam nomen impositum erat; nam *Triarii* vocabantur, ut in terrestribus exercitibus solent. Erant omnino in hac classe militum ad centum millia et quadraginta: unaquaque navi remiges capiente trecenos, propugnatores vero centenos vicenos. *Carthaginienses* plurimum studii, atque adeo studium

τὸν κατὰ θάλατταν κίνδυνον· τό γε μὴν πλῆθος αὐτῶν A. U. 498.
ἦν, ὑπὲρ πεντεκαίδεκα μυριάδας, κατὰ τὸν τῶν νεῶν λό-
9 γον. Ἐφ' οἷς, οὐχ οἷον ἄν τις παρὼν καὶ θεώμενος ὑπὸ
τὴν ὄψιν, ἀλλὰ κἂν ἀκούων, καταπλαγείη τὸ τοῦ κιν-
δύνου μέγεθος, καὶ τὴν τῶν πολιτευμάτων ἀμφοτέρων με-
γαλομερίαν καὶ δύναμιν, στοχαζόμενος ἔκ τε τοῦ τῶν
10 ἀνδρῶν καὶ τοῦ τῶν νεῶν πλήθους. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συλ- Acies nava-
λογιζόμενοι, [f] διότι τὸν μὲν πλοῦν εἶναι συμβαίνει [g] πε- lis Roma-
λάγιον, τοὺς δὲ πολεμίους ταχυναυτεῖν, πανταχόθεν nor. tri-
11 ἐπειρῶντο ποιεῖσθαι τὴν τάξιν ἀσφαλῆ καὶ δυσπρόσοδον. quetra.
τὰς μὲν οὖν ἑξήρεις, δύο οὔσας, ἐφ' ὧν ἔπλεον οἱ στρα-
τηγοὶ, Μάρκος Ἀτίλιος καὶ Λεύκιος [h] Μάλλιος, πρώτας
12 ἐν μετώπῳ παραλλήλους ἔταξαν. τούτων δ' ἑκατέρᾳ συν-
εχεῖς κατὰ μίαν ναῦν ἐπιτάττοντες, τῇ μὲν τὸν πρῶτον, τῇ
δὲ τὸν δεύτερον στόλον ἐπέστησαν· ἀεὶ καθ' ἑκάστην ναῦν
ἑκατέρου τοῦ στόλου μεῖζον τὸ μεταξὺ ποιοῦντες διάστημα.
ταῖς δὲ πρώραις ἔξω νεύοντα τὰ σκάφη, τὴν ἐπίστασιν
13 ἐπ' ἀλλήλοις εἶχεν. ἐπειδὴ δὲ τὸν πρῶτον καὶ δεύτερον
στόλον ἁπλῶς εἰς ἔμβολον ἔταξαν, ἐπέβαλον τούτοις ἐπὶ
μίαν ναῦν ἐν μετώπῳ τὸ τρίτον στρατόπεδον· ὧν ἐπιστάν-
14 των, ἀπετελέσθη τρίγωνον τὸ πᾶν εἶδος τῆς τάξεως. ἐπὶ
δὲ τούτοις ἐπέστησαν τὰς ἱππηγοὺς, ῥύματα δόντες ἐξ

[f] Casaub. ex Reg. B. C. ὅτι αὐτοῖς τὸν μὲν. [g] πελάγιον ex ing. posuit Casaub. cum esset πλάγιον. [h] MSti vett. h. l. Μάλιος, juniores Μάνλιος.

omne suum operamque, in navalis prælii præparatione ponebant. Summa copiarum, pro numero quidem navium, quas habebant, millia CL superabat. Quæ, non dicam, præsens oculis spectans, sed ne audiens quidem fuerit quisquam, quin attonitus stupeat instantis periculi magnitudinem, et utriusque Reipublicæ illius amplitudinem ac potentiam, quam ex hominum naviumque numero licuit colligere. Norant Romani, in alto tenendum sibi cursum fore, hostes autem celeritate navium valere: propterea id sedulo agebant, quo ipsa aciei ordinatione periculum undique defenderent et hostem submoverent. Igitur duas prætorias hexeres, quibus vehebantur *Marcus Atilius* et *Lucius Manlius*, primas in frontem juxta se invicem locant. A tergo utriusque harum naves singulas continua serie constituentes, hinc primam, illinc secundam classem, prætorias sequi jubent; vacuum in medio spatium, ut quæque navis accesserat ex utraque classe, majus subinde relinquentes. Atque ita quidem se navigia excipiebant alia alii subjecta, ut proris foras spectarent. Primæ igitur et secundæ classi ad speciem *rostri* hoc modo ordinatis, legionem tertiam, in frontem et ordinem unum directam, postponunt: quibus post priores locatis, effecta est *aciei* totius *facies triquetra.* Hippagines deinde jubent sequi, re-

A. U. 498.

Acies navalis Romanor. triquetra.

αὐτῶν ταῖς τοῦ τρίτου στόλου ναυσί. ταύταις δὲ κατό- 15
πιν ἐπέβαλον τὸν τέταρτον στόλον, τοὺς τριαρίους κλη-
θέντας, ἐπὶ μίαν παρεκτείναντες ναῦν, ὡς ὑπερτείνειν ἐξ
ἑκατέρου τοῦ μέρους τοὺς πρὸ ἑαυτῶν. καὶ συναρμοσθέν- 16
των πάντων κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, τὸ μὲν ὅλον ἀπε-
τελέσθη σχῆμα τῆς τάξεως, ἔμβολον, οὗ τὸ μὲν ἐπὶ τὴν
κορυφὴν μέρος ἦν κοῖλον, τὸ δὲ πρὸς τῇ βάσει στερεόν·
τὸ δὲ σύμπαν, ἐνεργὸν καὶ πρακτικὸν, ἅμα δὲ καὶ δυσ-
διάλυτον.

Acies Pœnorum.

XXVII. Οἱ δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατηγοὶ κατὰ τὸν
αὐτὸν καιρὸν παρακαλέσαντες τὰ πλήθη διὰ βραχέων,
καὶ συνυποδείξαντες αὐτοῖς, ὅτι νικήσαντες μὲν τῇ ναυ-
μαχίᾳ, περὶ Σικελίας ποιήσονται τὸν πόλεμον, ἡττηθέν-
τες δὲ περὶ τῆς σφετέρας πατρίδος κινδυνεύσουσι καὶ τῶν
ἀναγκαίων, οὕτως αὐτοῖς παρήγγειλαν ἐμβαίνειν εἰς τὰς
ναῦς. προθύμως δὲ πάντων ποιούντων τὸ παραγγελλό- 2
μενον διὰ τὸ προορᾶσθαι τὸ μέλλον ἐκ τῶν εἰρημένων,
εὐθαρσῶς ἀνήγοντο καὶ καταπληκτικῶς. θεωροῦντες δὲ 3
τὴν τῶν πολεμίων τάξιν οἱ στρατηγοὶ, καὶ πρὸς ταύτην
ἁρμοζόμενοι, τὰ μὲν τρία μέρη τῆς αὐτῶν δυνάμεως ἐπὶ
μίαν ἔταττον ναῦν, πρὸς τὸ πέλαγος ἀνατείναντες τὸ
δεξιὸν κέρας, ὡς κυκλώσοντες τοὺς ὑπεναντίους, πάσας
ἱστάντες ἀντιπρῴρους τὰς ναῦς τοῖς πολεμίοις. τὸ δὲ 4
τέταρτον, εὐώνυμον τῆς ὅλης τάξεως ἐποίουν, ἐν ἐπικαμ-
πίῳ νεῦον πρὸς τὴν γῆν. Ἡγοῦντο δὲ τῶν Καρχηδονίων, 5

Duces Pœnorum.

mulcis ad tertiæ classis navigia alligatas. Post hippagines quarta classis ponitur, eorum, qui *Triarii* dicebantur; unica serie ita porrecta in longum, ut antecedentium legionum, cornua utrimque superaret. Atque ita aptatis invicem cunctis partibus eo quem diximus modo, universæ aciei figura *rostrum* referebat: cujus proxima vertici pars cava erat, basis solida: totum corpus ad omnia expeditum, efficax, et solvi difficile.

XXVII. Eodem tempore duces Carthaginiensium, suos breviter hortati; docentes, *si ex hoc prœlio superiores discederent, de Sicilia ipsis postmodum certamen futurum; sin vincerentur, de patria et necessariis periclitaturos*; naves deinde conscendere jubent. Alacres imperio obtemperantes omnes, quod ex iis, quæ audiverant, futura ob oculos sibi ponerent, bona cum spe et ferocibus minis oram solvunt. At duces, perspecta ordinatione Romanæ classis, sua quoque consilia ad eorum rationes accommodant, tres quidem partes totius sui exercitus unico simplicique ordine instruunt; dextrum cornu quam longissime in mare, ceu adversarios circumdaturi, porrigunt; omniumque navium suarum proras in hostem obvertunt: quartam partem a lævo reliquæ aciei latere ex obliquo continentem versus collocant. Dux autem Carthaginiensium, in dextro

τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρως, ἔχων ἐπίπλους καὶ πεντήρεις τὰς A. U. 498.
μάλιστα ταχυναυτούσας πρὸς τὴν ὑπερκέρασιν, Ἄννων,
6 ὁ περὶ τὸν Ἀκράγαντα λειφθεὶς τῇ παρατάξει· τῶν δ' εὐωνύμων εἶχε τὴν ἐπιμέλειαν Ἀμίλκας, ὁ περὶ Τυνδαρίδα ναυμαχήσας· ὃς τότε κατὰ μέσην τὴν τάξιν ποιούμενος τὸν κίνδυνον, ἐχρήσατό τινι στρατηγήματι κατὰ
7 τὸν ἀγῶνα τοιῷδε. Τῶν γὰρ Ῥωμαίων συνθεασαμένων Prælium
ἐπὶ λεπτὸν ἐκτεταμένους τοὺς Καρχηδονίους, καὶ ποιη- navale ad Ecnomum.
σαμένων τὴν ὁρμὴν ἐπὶ μέσους, τὴν μὲν ἀρχὴν ὁ κίνδυνος
8 ἔλαβε τοιαύτην. ταχὺ δὲ τῶν περὶ τὰ μέσα Καρχηδο- Triplex
νίων ἐκ παραγγέλματος κλινάντων πρὸς φυγὴν, χάριν prælium navale.
τοῦ διασπάσαι τὴν τῶν Ῥωμαίων τάξιν· οὗτοι μὲν ὑπεχώρουν μετὰ σπουδῆς, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κατόπιν ἠκολούθουν
9 ἐκθύμως. ὁ μὲν οὖν πρῶτος καὶ δεύτερος στόλος ἐπέκειτο τοῖς φεύγουσι, τὸ δὲ τρίτον καὶ τὸ τέταρτον στρατόπεδον [1]ἀπέσπαστο, τῶν μὲν ῥυμουλκούντων τὰς ἱππηγοὺς ναῦς, τῶν δὲ τριαρίων συμμενόντων καὶ συνεφεδρευόντων τούτοις.
10 ἐπεὶ δὲ τὸν πρῶτον καὶ δεύτερον στόλον ἱκανὸν τῶν ἄλλων ἐδόκουν ἀπεσπακέναι τόπον οἱ Καρχηδόνιοι, συνθήματος ἀρθέντος ἐκ τῆς Ἀμίλκου νεὼς, μετεβάλλοντο πάντες
11 ἅμα καὶ συνέβαλον τοῖς ἐπικειμένοις. ἀγῶνος δὲ συστάντος καρτεροῦ, τῷ μὲν ταχυναυτεῖν ἐκπεριπλέοντες, καὶ ῥᾳδίως μὲν προσιόντες, ὀξέως δὲ ἀποχωροῦντες, πολὺ
12 περιῆσαν οἱ Καρχηδόνιοι· τῷ δὲ βιαιομαχεῖν κατὰ τὰς

[1] ἀπεσπᾶτο Aug. Reg. A.

quidem cornu *Hanno* erat, qui ad Agrigentum male pugnaverat; habens naves rostratas et quinqueremes eas, quæ, propter celeritatem ad circumfundenda hostium cornua, erant aptissimæ. In sinistro curabat *Amilcar*, qui ad Tyndaridem navali prælio dimicaverat. Is tunc media acie rem gerens, in ipso discrimine solertis ducis consilio tali est usus. Romani Pœnos tenui agmine in longum porrigi ut viderunt, in medios irruunt: fuitque id totius dimicationis principium. At Carthaginienses, jussu imperatoris, confestim mediam aciem suam in fugam inclinant, quo dissiparetur Romana acies. Pœnis propere cedentibus Romani animose a tergo instant. Ita dum prima et secunda classis fugientes persequitur, divellitur ab his tertia et quarta acies; quarum illa hippagines remulco trahebat, hæc, quæ triariorum erat, in subsidiis prope illam manebat. Ubi primam secundamque classem satis longo a suis intervallo sibi visi sunt Pœni divulsisse; tum subito, e navi Amilcaris dato signo, vertere se, et cum persequentibus manum conserere instituunt. Ibi tum atrox pugna utrimque est accensa. Velocitate navium ad circumvolitandum, ad subito accedendum, propereque recedendum, longe superiores erant Carthaginienses. Contra res Romanorum, cum propter

A. U. 498. Triplex prælium navale.

συμπλοκὰς καὶ συνδεῖν τοῖς κόραξι τοὺς ἅπαξ ἐγγίσαν-
τας, ἅμα δὲ καὶ τῷ συναγωνιζομένων ἀμφοτέρων τῶν
στρατηγῶν [k] καὶ τῷ ἐν ὄψει τῶν ἡγουμένων ποιεῖσθαι τὸν
κίνδυνον, οὐχ ἧττον ἐπικυδεστέρας εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι τῶν
Καρχηδονίων τὰς ἐλπίδας. ἡ μὲν οὖν κατὰ τούτους 13
μάχη, τοιαύτην εἶχε διάθεσιν.

XXVIII. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, τὸ μὲν δεξιὸν
κέρας ἔχων Ἄννων, τὸ μεῖναν ἐν ἀποστάσει κατὰ τὴν
πρώτην συμβολὴν, τό τε πέλαγος ὑπεράρας ἐνέβαλε ταῖς
τῶν τριαρίων ναυσὶ, καὶ πολλὴν ἀπορίαν παρεῖχε καὶ
δυσχρηστίαν αὐτοῖς. οἱ δὲ παρὰ τὴν γῆν τεταγμένοι τῶν 2
Καρχηδονίων, παραγεγονότες εἰς μέτωπον ἐκ τῆς προ-
ϋπαρχούσης τάξεως, καὶ ποιήσαντες ἀντιπρώρους τὰς
ναῦς, ἐνέβαλον τοῖς ῥυμουλκοῦσι τὰς ἱππηγούς· οἱ δὲ,
ἀφέμενοι τὰ ῥύματα, συνεπλέκοντο καὶ διηγωνίζοντο
τοῖς πολεμίοις. Ἦν δὲ τρία μέρη τῆς ὅλης συμπλοκῆς, 3
καὶ τρεῖς ναυμαχίαι συνέστησαν πολὺ κεχωρισμέναι
τοῖς τόποις ἀλλήλων. τῷ δ' ἑκατέρων πάρισα τὰ μέρη 4
γενέσθαι [l] κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς χωρισμὸν, ἐφάμιλλον
εἶναι συνέβαινε καὶ τὸν κίνδυνον. οὐ μὴν, ἀλλὰ τὸ κατὰ 5
λόγον ἐν ἑκάστοις ἐπετελεῖτο περὶ τὴν μάχην, ὅπερ εἰκὸς
ὅταν ᾖ παραπλήσια πάντα τὰ τῶν ἀγωνιζομένων. [m] Οἱ 6
γὰρ πρῶτοι . . . καὶ διεκρίθησαν. τέλος γὰρ ἐκβια-

Vincunt Romani.

[k] καὶ τῷ ἐν ὄψει. Priora duo verba omisit Casaub. cum Reg. B. [l] Fors. κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς χειρισμὸν, secundum rationem ab initio initam. [m] Adjeci signum hiatus, in hanc fere sententiam supplendi: Οἱ γὰρ πρῶτοι συμβαλόντες, πρῶτοι καὶ διεκριθ.

pugnandi violentiam, qua utebantur ubi erat ventum ad manus, et propter *corvorum* apparatum, quibus navigia colligabant; tum, quia una pugnantibus ambobus Consulibus et in conspectu ducum suorum miles prælium faciebat; nihilo deteriore loco erant ac Carthaginiensium. Atque ab ista quidem parte, hæc pugnæ facies erat.

XXVIII. Eodem vero tempore *Hanno*, dextri dux cornu, quod initio pugnæ longius se tenuerat, medium mare emensus, triariorum naves tunc invadit; multumque illis incommodans, in magnas redigit angustias. At qui prope terram collocati fuerant Carthaginienses, mutata priore forma, in frontem repente instructi, proris in hostem versis, eos qui remulco hippagines trahebant, adoriuntur: qui, funibus dimissis, cum hostibus confligunt, fortiter præliantes. Sic tres commissionis totius partes, totidemque pugnæ navales, magno locorum intervallo a se disjunctæ, exstiterunt. Quoniam vero utriusque exercitus æquales erant partes, prout ab initio fuerant divisæ; certamen quoque utrimque æquari contingebat. Enimvero in singulis partibus id merito eveniebat pugnantibus, quod evenire solet, quoties inter adversarios rebus omnibus æquales dimicatur. Nam qua parte primum inceperat prælium, eadem

7 σθέντες οἱ περὶ τὸν Ἀμίλκαν, εἰς φυγὴν ὥρμησαν. Ὁ A. U. 498.
μὲν οὖν Λεύκιος ἀνεδεῖτο τὰς αἰχμαλώτους ναῦς· ὁ δὲ
Μάρκος, συνορῶν τὸν περὶ τοὺς τριαρίους καὶ τὰς ἱππη-
γοὺς ἀγῶνα, κατὰ σπουδὴν ἐβοήθει τούτοις, ἔχων τοῦ
8 δευτέρου στόλου τὰς ἀκεραίους ναῦς. συνάψαντος δὲ
καὶ προσμίξαντος αὐτοῦ τοῖς περὶ τὸν Ἄννωνα, ταχέως
ἀναθαῤῥήσαντες οἱ τριάριοι, καίπερ ἤδη κακῶς ἀπαλ-
9 λάττοντες, πάλιν ἐπεῤῥώσθησαν πρὸς τὸν κίνδυνον. οἱ δὲ
Καρχηδόνιοι, τῶν μὲν κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς προσμα-
χομένων, τῶν δὲ κατὰ νώτου προσπιπτόντων, δυσχρη-
στούμενοι, καὶ παραδόξως ὑπὸ τῶν βοηθησάντων κυκλού-
μενοι, κλίναντες πελαγίαν ἐποιοῦντο τὴν ὑποχώρησιν.
10 Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ὅ τε Λεύκιος, ἐπαναπλέων Victoria Romanorum navalis ad Ecnomum.
ἤδη, καὶ θεωρῶν συγκεκλεισμένον πρὸς τῇ γῇ τὸν τρίτον
στόλον ὑπὸ τοῦ τῶν Καρχηδονίων εὐωνύμου κέρατος· ὅ
τε Μάρκος, ἐν ἀσφαλεῖ καταλιπὼν τὰς ἱππηγοὺς καὶ
τοὺς τριαρίους, ὥρμησαν ἀμφότεροι βοηθεῖν τοῖς κινδυ-
11 νεύουσι. παραπλήσιον γὰρ ἦν ἤδη τὸ γιγνόμενον πολιορ-
κίᾳ· καὶ πάλαι ἂν ἀπολώλεισαν οὗτοί γε προφανῶς, εἰ
μὴ δεδιότες τοὺς κόρακας οἱ Καρχηδόνιοι, περιφράξαντες
μὲν αὐτοὺς πρὸς τῇ γῇ συνεῖχον, πρὸς δὲ τὰς ἐμβολὰς
διὰ τὴν συμπλοκὴν εὐλαβῶς ἔχοντες, οὐ προσῄεσαν.
12 ταχέως δ᾽ ἐπιγενόμενοι καὶ κυκλώσαντες οἱ στρατηγοὶ
τοὺς Καρχηδονίους, αὐτάνδρους μὲν ἔλαβον πεντήκοντα
ναῦς τῶν πολεμίων, ὀλίγαι δέ τινες παρὰ τὴν γῆν ἐξε-

etiam primum diremtum est. Tandem enim *Amilcar*, vim Romanorum non sustinens, in fugam se cum suis dedit. *Manlius* igitur captivas naves suis alligabat: at *Atilius*, quo in discrimine triarii et hippagines versarentur ut sensit, cum iis navibus de secunda classe, quæ integræ erant, subsidio illis proficisci properat. Qui ubi ad *Hannonem* pervenit, eumque adortus est, triariis, jam prope victis, celeriter animus redit, ac statim pugnam redintegrant. Tum Pœni, aliis a fronte, aliis a tergo instantibus, pressi laborantesque, et præter opinionem a consule suis opem ferente circumventi; re inclinata, in altum fuga se recipiunt. Inter hæc *Manlius*, certamen jam repetens, quia videbat tertiam suorum classem a sinistro cornu hostium in littus compulsam, clausam ibi teneri; tum et *Atilius* accedens, quum et hippagines et triarios in tuto jam collocasset; ambo periclitantibus suppetias ferunt. Hi enim jam veluti obsidione premebantur: et profecto perituri erant manifeste jamdudum, nisi quod Carthaginienses, dum a *corvis* sibi metuunt, cinctos quidem et ad terram compulsos continebant; at impetum facere in illos metu comprehensionis non audentes, haud accedebant. Consules repentino superventu Carthaginiensibus circumfusi, quinquaginta ipsorum naves cum remigibus et defensoribus capiunt; paucis, quæ juxta

A. U. 498. Victoria Romanorum navalis ad Ecnomum.

λίξασαι διέφυγον. Ὁ μὲν οὖν κατὰ μέρος κίνδυνος, 13
τοιαύτην ἔσχε τὴν διάθεσιν· τὸ δὲ τέλος τῆς συμπάσης
ναυμαχίας ἐγένετο κατὰ τοὺς Ῥωμαίους. διεφθάρη δὲ 14
τούτων μὲν εἴκοσι καὶ τέτταρα σκάφη, τῶν δὲ Καρχη-
δονίων ὑπὲρ τριάκοντα. ναῦς δὲ τῶν μὲν Ῥωμαίων αὐταν-
δρος οὐδεμία τοῖς πολεμίοις ἐγένετο ὑποχείριος· τῶν δὲ
Καρχηδονίων ἑξήκοντα καὶ τέτταρες.

In Africam appellunt Coss.

XXIX. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν οἱ Ῥωμαῖοι προσεπι-
σιτισάμενοι, καὶ τὰς αἰχμαλώτους ναῦς καταρτίσαντες,
ἔτι δὲ τὴν ἁρμόζουσαν τοῖς προτερήμασιν ἐπιμέλειαν
ποιησάμενοι τῶν πληρωμάτων, ἀνήγοντο ποιούμενοι τὸν
πλοῦν ὡς ἐπὶ τὴν Λιβύην. προσσχόντες δὲ ταῖς πρώταις 2
πλεούσαις ναυσὶν ὑπὸ τὴν ἄκραν τὴν Ἑρμαίαν ἐπονομα-
ζομένην, ἣ πρὸ παντὸς τοῦ περὶ τὴν Καρχηδόνα κόλπου
κειμένη προτείνει πελάγιος ὡς πρὸς τὴν Σικελίαν, καὶ
προσδεξάμενοι τὰς ἐπιπλεούσας ἐνταῦθα ναῦς, καὶ
πάντα συναθροίσαντες τὸν στόλον, ἔπλεον παρὰ τὴν
χώραν, ἕως ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα καλουμένην πόλιν ἀφί-
κοντο. Ποιησάμενοι δὲ τὴν ἀπόβασιν ἐνταῦθα, καὶ 3
νεωλκήσαντες, ἔτι δὲ τάφρῳ καὶ χάρακι περιλαβόντες
τὰς ναῦς, ἐγίγνοντο πρὸς τὸ πολιορκεῖν αὐτὴν, οὐ βου-
λομένων ἑκουσίως σφίσι προσχωρῆσαι τῶν κατεχόντων
τὴν πόλιν. οἱ δὲ διαφυγόντες ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ναυμα- 4
χίαν κινδύνου τῶν Καρχηδονίων, καταπλεύσαντες, καὶ
πεπεισμένοι τοὺς ὑπεναντίους ἐκ τοῦ γεγονότος προτερή-
ματος ἐπαρθέντας εὐθέως ποιήσεσθαι τὸν ἐπίπλουν ἐπ'

Capiunt Clupeam.

littus sese circumegerunt, elapsis. Hæc sunt, quæ navali eo prælio per partes sunt gesta. Summa victoriæ penes Romanos stetit. Perierunt naves Romanorum XXIV; Pœnorum amplius XXX. Romana quidem navis nulla cum vectoribus in potestatem hostium venit: Carthaginiensium vero LXIV.

XXIX. Post hæc *Romani*, parato ampliore commeatu, et navibus quas ceperant refectis instructisque, propriis item remigibus ita curatis, ut re bene gesta par erat, *versus Africam* vela faciunt. Quumque primis navibus ad promontorium appulissent *Hermæum* dictum, quod universo sinui Carthaginiensi præjacens, longe in mare Siciliam versus excurrit; exspectatis eo loci navibus quæ sequebantur, cunctaque in unum coacta classe, oram Africæ tamdiu legunt, donec ad oppidum, cui *Clupeæ* nomen est, perveniunt. Ibi exscensu facto, subductisque navibus et vallo ac fossa munitis; quia deditionem facere oppidani nolebant, ad obsidionem loci sese comparant. Carthaginienses, qui prælio navali effugerant, appulsi in patriam; nihil dubitantes, quin ferox parta victoria Romanus confestim ipsam

αὐτὴν τὴν Καρχηδόνα, παρετήρουν ταῖς πεζικαῖς καὶ A. U. 498.
ναυτικαῖς δυνάμεσι τοὺς προκειμένους τῆς πόλεως τό-
5 πους. ἐπιγνόντες δὲ τοὺς Ῥωμαίους ἀσφαλῶς ἀποβεβη-
κότας καὶ πολιορκοῦντας τὴν Ἀσπίδα, τοῦ μὲν παρα-
φυλάττειν τὸν ἐπίπλουν ἀπέγνωσαν, συνήθροιζον δὲ τὰς
δυνάμεις, καὶ περὶ φυλακὴν ἐγίγνοντο τῆς τε πόλεως καὶ
6 τῆς χώρας. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κυριεύσαντες τῆς Ἀσπίδος,
καὶ φυλακὴν ἀπολιπόντες τῆς πόλεως καὶ χώρας, ἔτι δὲ
πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην πέμψαντες, τοὺς ἀπαγγε-
λοῦντας μὲν περὶ τῶν γεγονότων, ἐρησομένους δὲ περὶ
τῶν μελλόντων, τί δεῖ ποιεῖν, καὶ πῶς χρῆσθαι τοῖς
πράγμασι· [n] μετὰ ταῦτα πάσῃ τῇ δυνάμει κατὰ Populantur Africam.
σπουδὴν ἀναζεύξαντες, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ πορθεῖν τὴν
7 χώραν. οὐδενὸς δ' ἐμποδὼν ἱσταμένου, πολλὰς μὲν
οἰκήσεις περιττῶς κατεσκευασμένας διέφθειραν· πολὺ δὲ
πλῆθος τῆς τετραπόδου λείας περιεβάλοντο· σώματα δὲ
8 πλείω τῶν δισμυρίων ἐπὶ τὰς ναῦς ἀνήγαγον. ἐν δὲ
τούτῳ τῷ καιρῷ παρῆσαν ἐκ τῆς Ῥώμης οἱ διασα-
φοῦντες, ὅτι δεῖ τὸν μὲν ἕνα τῶν στρατηγῶν ἐμμένειν,
ἔχοντα δυνάμεις τὰς ἀρκούσας, τὸν δ' ἕτερον ἀποκομί-
9 ζειν εἰς τὴν Ῥώμην τὸν στόλον. Ὁ μὲν οὖν Μάρκος M. Regulus in Africa manet.
ἔμενεν, ὑπολειπόμενος ναῦς τετταράκοντα, καὶ πεζοὺς
μυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντακοσίους· ὁ
10 δὲ [o] Λεύκιος, ἀναλαβὼν τὰ πληρώματα, καὶ τὸ τῶν

[n] μετὰ ταῦτα. Libri omnes interserebant conjunct. δὲ, quam delevit Casaub.
[o] Perperam edd. et MSti omnes Γάϊος.

Carthaginem classe infesta sit petiturus; oram urbi præjacentem et navalibus et terrestribus copiis custodiebant. Verum cognito, Romanos tuto copias exposuisse in terram, et *Clupeam* obsidione premere; omissa priore cura observandi eorum adventum, contrahunt copias, et urbem regionemque præsidiis firmant. Romani, *Clupea* potiti, relicta manu idonea ad oppidi agrique custodiam, præterea legatis Romam missis, qui et res gestas nuntiarent, et de cetero quid opus esset facto, quæ consilia ineunda, sciscitarentur; mox omnibus profecti copiis, ad vastandum agrum ire pergunt. Nemine occurrere auso, multas villas magnifice structas corrumpunt, ingentemque quadrupedum prædam abigunt, mancipiorum amplius xx millia ad naves adducunt. Inter hæc redeunt Roma, qui Senatus mandata referunt: ut *alter ex Coss. cum idoneis viribus remaneat, alter classem Romam reducat.* Mansit *M. Atilius*, servatis navibus quadraginta, peditibus ad millia quindecim, equitibus quingentis. *L. Manlius* cum

A. U. 498. αἰχμαλώτων πλῆθος, καὶ κομισθεὶς παρὰ τὴν Σικελίαν ἀσφαλῶς, ἧκεν εἰς τὴν Ῥώμην.

Pœni duces suos convocant.

XXX. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, θεωροῦντες τὴν τῶν πολεμίων παρασκευὴν χρονιωτέραν οὖσαν, πρῶτον μὲν, στρατηγοὺς ἑαυτῶν εἵλοντο δύο, τόν τε Ἄννωνος Ἀσδρούβαν, καὶ Βώσταρον· μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Ἀμίλκαν ἔπεμπον εἰς τὴν Ἡράκλειαν, καλοῦντες κατὰ τάχος αὐτόν. ὁ δ' ἀναλαβὼν ἱππεῖς πεντακοσίους, καὶ πεζοὺς 2 πεντακισχιλίους, παρῆν εἰς τὴν Καρχηδόνα· καὶ κατασταθεὶς στρατηγὸς τρίτος, ἐβουλεύετο μετὰ τῶν περὶ τὸν Ἀσδρούβαν, πῶς δεῖ χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν. ἔδοξεν 3 οὖν αὐτοῖς, βοηθεῖν τῇ χώρᾳ, καὶ μὴ περιορᾷν αὐτὴν ἀδεῶς πορθουμένην.

Reguli successus in Africa.

Ὁ δὲ Μάρκος μετά τινας ἡμέρας 4 ἐπεπορεύετο, τὰ μὲν ἀτείχιστα τῶν ἐρυμάτων ἐξ ἐφόδου διαρπάζων, τὰ δὲ τετειχισμένα πολιορκῶν. ἀφικόμενος 5

Adis opp.

δὲ εἰς πόλιν [p] Ἀδὶν ἀξιόχρεων, περιστρατοπεδεύσας ταύτην, συνίστατο μετὰ σπουδῆς ἔργα καὶ πολιορκίαν. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τῇ δὲ πόλει σπουδάζοντες βοηθῆσαι, 6 καὶ τῶν ὑπαίθρων ἀντιποιεῖσθαι κρίνοντες, ἐξῆγον τὴν δύναμιν. καὶ καταλαβόμενοι λόφον ὑπερδέξιον μὲν τῶν 7 πολεμίων, ἀφυῆ δὲ ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσιν, ἐν τούτῳ κατεστρατοπέδευσαν.

Imperite rem gerunt Pœni.

λοιπὸν ἔχοντες μὲν τὰς πλείστας 8 ἐλπίδας ἐν τοῖς ἱππεῦσι καὶ τοῖς θηρίοις, ἀφέμενοι δὲ

p Ἀδὺν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Iidem dant πρὸς πόλιν.

remigibus et classiariis ac captivorum multitudine, sine periculo Siciliam prætervectus, Romam pervenit.

XXX. Carthaginienses, ubi Romanos ad diuturnius bellum se parare sentiunt, duos primo copiarum suarum duces creant *Asdrubalem* Hannonis F. et *Bostarum:* deinde *Amilcarem* Heraclea propere arcessunt. Qui assumtis equitibus quingentis, peditum quinque millibus, Carthaginem venit; ibique dux tertius electus, cum Asdrubale de præsenti rerum statu deliberat. Placet illis, ditioni ferendam opem, neque committendum esse, ut eam hostis impune depopuletur. At *Regulus* post dies paucos per regionem grassari; castella, quæ muris carebant, primo impetu capere; quæ mœnibus cincta erant, oppugnare. Ubi ad *Adin* ventum est, non pœnitendum oppidum; huic quoque Romanus castra admovet; opera atque oppugnationem urget. Tum Pœni, qui et servatam urbem illam cupiebant, et quæ foris erant vindicare a vi hostili decreverant, copias educunt: ac colle occupato, hostibus quidem imminente, sed toto genere copiis ipsorum incommodo, castra eo loci metantur. Sed enim, quum in equitatu maxime atque elephantis spes suas illi sitas haberent; plana camporum relinquendo, et locis abruptis impeditisque se in-

τῶν ἐπιπέδων χωρίων, καὶ συγκλείσαντες [q]σφᾶς αὐτοὺς A. U. 498.
εἰς τόπους ἐρυμνοὺς καὶ δυσβάτους, ἔμελλον διδάξειν
τοὺς πολεμίους ὃ δέον ἦν πράττειν κατ᾽ αὐτῶν. ὃ δὴ
9 καὶ συνέβη γενέσθαι. Συννοήσαντες γὰρ οἱ τῶν Ῥω-
μαίων ἡγεμόνες ἐμπείρως, ὅτι τὸ πρακτικώτατον καὶ
φοβερώτατον τῆς τῶν ὑπεναντίων δυνάμεως ἠχρείωται
διὰ τοὺς τόπους, οὐκ ἀνέμειναν, ἕως ἐκεῖνοι καταβάντες
10 εἰς τὰ πεδία παρετάξαντο. χρώμενοι δὲ τοῖς ἰδίοις Fugantur a Regulo.
καιροῖς, ἅμα τῷ φωτὶ προσέβαινον ἐξ ἑκατέρου τοῦ
11 μέρους πρὸς τὸν λόφον. οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς καὶ τὰ θηρία
τοῖς Καρχηδονίοις ἦν ἄχρηστα τελέως· οἱ δὲ μισθοφόροι
πάνυ γενναίως καὶ προθύμως ἐκβοηθήσαντες, τὸ μὲν
πρῶτον στρατόπεδον ἠνάγκασαν [r]ἐκκλῖναι καὶ φυγεῖν·
12 ἐπεὶ δὲ [s]προπεσόντες καὶ κυκλωθέντες ὑπὸ τῶν ἐκ θα-
τέρου μέρους προσβαινόντων ἐτράπησαν, μετὰ ταῦτα
13 πάντες εὐθὺς ἐκ τῆς στρατοπεδείας ἐξέπεσον. τὰ μὲν
οὖν θηρία μετὰ τῶν ἱππέων, ἐπεὶ τάχιστα τῶν ὁμαλῶν
14 ἥψατο, μετ᾽ ἀσφαλείας ἐποιοῦντο τὴν ἀποχώρησιν. Οἱ
δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς πεζοὺς βραχὺν ἐπιδιώξαντες τόπον,
καὶ τὸν χάρακα διαρπάσαντες, μετὰ ταῦτα πᾶσαν
ἐπιπορευόμενοι τὴν χώραν καὶ τὰς πόλεις, ἀδεῶς ἐπόρ-
15 θουν. γενόμενοι δὲ τῆς προσαγορευομένης πόλεως Τύ- Capitur Tunes.
νητος ἐγκρατεῖς, εὐφυοῦς ὑπαρχούσης πρὸς τὰς προκει-
μένας ἐπιβολὰς, ἔτι δὲ κειμένης εὐκαίρως κατά τε τῆς

[q] σφᾶς constanter Aug. Reg. A. [r] ἐγκλῖναι edd. [s] Vulgo omnes προσπεσόντες. Correxi cum Reisk.

cludendo, hostes videlicet admonitum iverunt, quid faciendum ipsis esset, quo sibi nocerent. Atque ita profecto accidit. Nam duces Romani, pro sua peritia intelligentes, quod erat roboris plurimumque metuendum in adversariorum exercitu, id omne propter locorum conditionem redditum ipsis esse inutile, nequaquam exspectarunt donec castris in planum delatis aciem instruerent: quin potius tempore usi suo, luce prima utrimque ad collem succedunt. Itaque plane nulli tum usui neque equi, neque elephanti, Carthaginiensibus erant. Mercenarii vero milites generoso prorsus obstinatoque animo propugnantes, primam legionem inclinatam fugere compulerunt. Sed hi dum longius insequuntur, circumventi ab ea manu quæ altera ex parte ingruebat, mox ipsi in fugam vertebantur. Tum vero continuo omnes e castris sese proripere. Et elephanti quidem, atque equites, loca plana adepti, deinceps securi se receperunt. Romanus vero, pedites aliquantisper insecutus, mox castris direptis, libere de cetero vagari et agros urbesque incursare. Deinde oppido, cui *Tuneti* nomen, potitus, quod ad ea quæ moliebatur inprimis opportunum, et ipso situ Carthagini

A. U. 498. πόλεως καὶ τῆς συνεγγὺς ταύτῃ χώρας, κατεστρατοπέδευσαν εἰς αὐτήν.

Undique premuntur Pœni. A. U. 499.

XXXI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, μικρῷ μὲν πρότερον κατὰ θάλατταν, τότε δὲ [t] κατὰ γῆν ἐπταικότες, οὐ διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀνανδρίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἡγουμένων ἀβουλίαν, κατὰ πάντα τρόπον ἐνεπεπτώκεσαν εἰς δυσχερῆ διάθεσιν. ἅμα γὰρ τοῖς προειρημένοις, καὶ τὸ τῶν 2
Νομάδων ἔθνος, συνεπιθέμενον αὐτοῖς, οὐκ ἐλάττω, πλείω δὲ τῶν Ῥωμαίων εἰργάζετο κακὰ τὴν χώραν. ἐξ ὧν διὰ 3
τὸν φόβον συμφευγόντων εἰς τὴν πόλιν τῶν ἀπὸ τῆς χώρας, δυσθυμία καὶ λιμὸς ἦν ὁλοσχερὴς, τὰ μὲν διὰ τὸ πλῆθος, τὰ δὲ διὰ τὴν προσδοκίαν τῆς πολιορκίας.

Dura eis imperat Regulus.

Ὁ δὲ Μάρκος, ὁρῶν τοὺς Καρχηδονίους καὶ κατὰ γῆν 4
καὶ κατὰ θάλατταν ἐσφαλμένους, καὶ νομίζων ὅσον οὔπω κρατήσειν τῆς πόλεως, ἀγωνιῶν δὲ, μὴ συμβῇ τὸν ἐπιπαραγιγνόμενον στρατηγὸν ἐκ τῆς Ῥώμης φθάσαντα τὴν ἐπιγραφὴν τῶν πραγμάτων λαβεῖν, προὐκαλεῖτο τοὺς Καρχηδονίους εἰς διαλύσεις. οἱ δ' ἀσμένως ἀκού- 5
σαντες, ἐξέπεμψαν αὐτῶν τοὺς πρώτους ἄνδρας· οἳ καὶ συμμίξαντες αὐτῷ, τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ ῥέπειν ταῖς γνώμαις ἐπὶ τὸ ποιεῖν τι τῶν λεγομένων, ὥστ' οὐδ' ἀκούοντες ὑπομένειν ἐδύναντο τὸ βάρος τῶν ἐπιταγμάτων. Ὁ μὲν γὰρ Μάρκος, ὡς ἤδη κεκρατηκὼς τῶν 6
ὅλων, ὅ τι πότε συνεχώρει, πᾶν ᾤετο δεῖν αὐτοὺς ἐν

[t] Fors. καὶ κατὰ γῆν.

et vicinæ regioni infestum erat, castra ibidem locavit.

xxxi. Pœni, re paullo ante mari, nunc vero terra male gesta, idque non militum ignavia, sed ducum imprudentia, omnibus modis impeditas suorum consiliorum rationes habebant. Nam ad jam dicta accedebat, quod *Numidæ* non secus ac Romani hostiliter eos invaserant; nec pauciora, imo etiam plura, quam illi, damna ditioni ipsorum intulerant. Quam ob caussam metu hostium compulsi in urbem agrestes, perturbationem ac famem ingentem eo invexerant, partim propter hominum multitudinem, partim quod in exspectatione esset obsidio. At *Regulus*, cernens Carthaginienses terra marique victos, seque jamjam urbis potentem futurum arbitrans; anxie sollicitus, ne qui Roma successurus sibi erat Consul, confecti belli titulum sibi interverteret, adversarios ad pacem hortabatur. Audivere illi hos sermones lubenti animo, ac viros primarios Reipublicæ suæ ad eum miserunt. Qui cum ipso collocuti, tantum abfuerunt, ut propositarum conditionum ullam admitterent, ut ne audire quidem quæ imperabantur, adeo gravia illa erant, sustinuerint. Nam *Marcus* quidem, ceu victor jam universæ rei, *quidquid concederet, id omne beneficii munerisque loco haberi*

7 χάριτι καὶ δωρεᾷ λαμβάνειν. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, θεωροῦντες, ὅτι καὶ γενομένοις αὐτοῖς ὑποχειρίοις οὐδὲν ἂν [u]συνακολουθῆσαι βαρύτερον τῶν τότε προσταγμάτων, οὐ μόνον δυσαρεστήσαντες τοῖς προτεινομένοις ἐπανῆλθον,
8 ἀλλὰ καὶ προσκόψαντες τῇ βαρύτητι τοῦ Μάρκου. τὸ δὲ συνέδριον τῶν Καρχηδονίων, διακοῦσαν τὰ προτεινόμενα παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων, καίπερ σχεδὸν ἀπεγνωκὸς τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας, ὅμως οὕτως ἀνδρωδῶς ἔστη καὶ γενναίως, ὥστε πᾶν ὑπομένειν εἵλετο, καὶ παντὸς ἔργου καὶ καιροῦ πεῖραν λαμβάνειν, ἐφ' ᾧ μηδὲν ἀγεννὲς μηδ' ἀνάξιον τῶν πρὸ τοῦ πράξεων ὑπομεῖναι.

A. U. 499. Dura Pœnis imperat Regulus.

XXXII. Περὶ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους καταπλεῖ τις εἰς τὴν Καρχηδόνα ξενολόγος, τῶν ἀπεσταλμένων εἰς τὴν Ἑλλάδα πρότερον, εἰς τὴν Καρχηδονίων ἄγων στρατιώτας πλείστους· ἐν οἷς καὶ Ξάνθιππόν τινα Λακεδαιμόνιον, ἄνδρα τῆς Λακωνικῆς ἀγωγῆς μετεσχηκότα, καὶ
2 τριβὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔχοντα σύμμετρον. ὃς διακούσας τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα, καὶ πῶς καὶ τίνι τρόπῳ γέγονε, καὶ συνθεωρήσας τάς τε λοιπὰς παρασκευὰς τῶν Καρχηδονίων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἐλεφάντων, παραυτίκα συνελογίσατο, καὶ πρὸς τοὺς φίλους ἐνεφάνισε, διότι συμβαίνει τοὺς Καρχηδονίους οὐχ ὑπὸ Ῥωμαίων, αὐτοὺς δ' ὑφ' αὑτῶν ἡττᾶσθαι διὰ τὴν ἀπειρίαν

Xanthippus dux Pœnorum.

[u] Vulgo omnes ξυνακολουθῆσαι.

postulabat. *Carthaginienses* contra, qui viderent *nihil sibi, etiamsi plane sub ditionem pop. Rom. pervenissent, contingere durius posse quam illa erant quæ imperabantur;* non solum aversati propositas conditiones domum redierunt, sed etiam duritia Marci non mediocriter offensi. Senatus vero Carthaginiensium, legibus pacis auditis quas dixerat Marcus, etsi prope jam omni spe salutis amissa, adeo tamen viriliter ac generose restitit, ut pati quidvis, atque omnia experiri, quamlibet denique fortunam subire, cuncti præoptarent, prius quam aliquid ferrent nobilitate sua et gloria rerum gestarum indignum.

XXXII. Sub id tempus appellit Carthaginem eorum unus, quos ad conducendum mercede militem in Græciam antea miserant, ingentem manum secum adducens: in quibus *Xanthippus* quidam fuit, *Lacedæmonius,* vir disciplina Laconica imbutus, et qui rei militaris probabilem usum habebat. Hic vir, audita clade nupera, et quomodo, quave ratione illa esset accepta; contemplatus etiam reliquos Pœnorum apparatus, numerumque equitum atque elephantorum; illico apud animum suum statuit, dixitque inter amicos: *nequaquam Romanos esse, qui Carthaginienses vicissent; verum ipsos a se ipsis, ductorum imperitia, fuisse victos.*

A. U. 499. Xanthippus.

τῶν ἡγουμένων. ταχὺ δὲ διὰ τὴν περίστασιν τῶν τοῦ 3
Ξανθίππου λόγων διαδοθέντων εἰς τὰ πλήθη καὶ τοὺς
στρατηγοὺς, ἔγνωσαν οἱ προεστῶτες ἀνακαλεῖσθαι καὶ
πεῖραν αὐτοῦ λαμβάνειν. ὁ δὲ, παραγενόμενος εἰς τὰς 4
χεῖρας, ἔφερε τοῖς ἄρχουσι τοὺς ἀπολογισμοὺς, καὶ
παρὰ τί νῦν σφαλείησαν, καὶ διότι πεισθέντες αὐτῷ, καὶ
χρησάμενοι τοῖς ἐπιπέδοις τῶν τόπων ἔν τε ταῖς πορείαις
καὶ στρατοπεδείαις καὶ παρατάξεσιν, εὐχερῶς ἑαυτοῖς
τε τὴν ἀσφάλειαν δυνήσονται παρασκευάζειν, καὶ τοὺς
ὑπεναντίους νικᾷν. Οἱ δὲ στρατηγοὶ, δεξάμενοι τὰ λε- 5
γόμενα καὶ πεισθέντες αὐτῷ, παραχρῆμα τὰς δυνάμεις
ἐνεχείρισαν. ἦν μὲν οὖν καὶ κατὰ ταύτην τὴν παρὰ τοῦ 6
Ξανθίππου διαδιδομένην φωνὴν ὁ θροῦς, καὶ λαλιά τις
εὔελπις παρὰ τοῖς πολλοῖς. ὡς δ' ἐξαγαγὼν πρὸ τῆς 7
πόλεως τὴν δύναμιν ἐν κόσμῳ παρενέβαλε, καί τι καὶ
κινεῖν τῶν μερῶν ἐν τάξει, καὶ παραγγέλλειν κατὰ νόμους
ἤρξατο· τηλικαύτην ἐποίει διαφορὰν παρὰ τὴν τῶν
προτέρων στρατηγῶν ἀπειρίαν, ὥστε μετὰ κραυγῆς ἐπι-
σημαίνεσθαι τοὺς πολλοὺς, καὶ σπεύδειν ὡς τάχιστα
συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις· πεπεισμένους, μηδὲν ἂν παθεῖν
δεινὸν ἡγουμένου Ξανθίππου. Τούτων δὲ γιγνομένων, 8
οἱ στρατηγοὶ συνιδόντες τοὺς ὄχλους ἀνατεθαῤῥηκότας
παραδόξως ταῖς ψυχαῖς, παρακαλέσαντες αὐτοὺς τὰ
πρέποντα τῷ καιρῷ, μετ' ὀλίγας ἡμέρας ὥρμησαν ἀνα-
λαβόντες τὴν δύναμιν. αὕτη δ' ἦν, πεζοὶ μὲν εἰς μυρίους 9

Sparsis statim, ut consentaneum erat eo rerum statu, in vulgus atque inter ipsos etiam duces *Xanthippi* sermonibus; placuit principibus civitatis, hominem ad se accitum experiri. Qui ubi ad colloquium venit, rationes eorum quæ dixerat magistratibus exhibet, simul acceptæ cladis caussam aperiens, confirmansque, *si consilio velint uti suo, et qua in agmine ducendo, qua in eligendo castris aut pugnæ loco, plana sectari loca; non solum securitati suæ facile eos hac ratione posse consulere, verum etiam hostem vincere.* Probavere duces quæ dicebantur: atque e vestigio in hujus transeuntes sententiam, ducatum copiarum illi tradunt. Erat igitur de hac etiam *Xanthippi* voce, simulac in vulgus exiit, rumor quidam et communis sermo omnium bonæ spei plenus: sed ubi eductas ante urbem copias ordine instruere, ordinatosque per partes movere, et ex artis legibus jussa dare cœpit; tum vero tanta illius visa est esse præstantia præ superiorum ducum imperitia, ut clamore lætitiam vulgo omnes significarent, et quam primum cum hoste cuperent confligere: persuasi, *Xanthippo* ductore, nihil sibi posse adversi contingere. Post hæc, ut vident duces, multitudinem animos mirabilem in modum resumsisse; pro tempore suos adhortati, paucis interjectis diebus, cum exercitu proficiscuntur. Fuere in eo

καὶ δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τετρακισχίλιοι. τὸ δὲ τῶν A. U. 499.
ἐλεφάντων πλῆθος, ἔγγιστά που τῶν ἑκατόν.

XXXIII. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, θεωροῦντες τοὺς Καρχηδο- Xanthippus et Regulus.
νίους τάς τε πορείας ποιουμένους διὰ τῶν ὁμαλῶν τόπων,
καὶ τὰς στρατοπεδείας τιθέντας ἐν τοῖς ἐπιπέδοις τῶν
χωρίων, κατ' αὐτὸ μὲν τοῦτο ξενιζόμενοι διετρέποντο·
τοῖς γε μὴν ὅλοις ἔσπευδον ἐγγίσαι τοῖς πολεμίοις.
2 συνάψαντες δὲ, τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν κατεστρατοπέ-
3 δευσαν ὡς δέκα σταδίους ἀποσχόντες τῶν ὑπεναντίων. τῇ
δὲ κατὰ πόδας, οἱ μὲν προεστῶτες τῶν Καρχηδονίων
ἐβουλεύοντο, πῶς καὶ τί πρακτέον εἴη κατὰ τὸ παρόν.
4 οἱ δὲ πολλοὶ προθύμως ἔχοντες πρὸς τὸν κίνδυνον, συστρε-
φόμενοι κατὰ μέρη, καὶ κατ' ὄνομα τὸν Ξάνθιππον
5 ἀναβοῶντες, ἐξάγειν σφᾶς ᾤοντο δεῖν τὴν ταχίστην. Οἱ
δὲ στρατηγοὶ, τήν τε τῶν ὄχλων ὁρμὴν καὶ προθυμίαν
θεωροῦντες, ἅμα δὲ καὶ τοῦ Ξανθίππου διαμαρτυρομένου
μὴ παριέναι τὸν καιρὸν, παρήγγειλαν τῷ μὲν πλήθει
διασκευάζεσθαι· τῷ δὲ Ξανθίππῳ χρῆσθαι τοῖς πρά-
6 γμασιν ἐπέτρεψαν, ὥς ποτ' αὐτῷ δοκεῖ συμφέρειν. ὁ δὲ,
λαβὼν τὴν ἐξουσίαν, τοὺς μὲν ἐλέφαντας ἐξαγαγὼν ἐφ'
ἕνα πρὸ πάσης τῆς δυνάμεως ἐν μετώπῳ κατέστησε· τὴν
δὲ φάλαγγα τῶν Καρχηδονίων ἐν ἀποστήματι συμμέτρῳ
7 τούτοις κατόπιν ἐπέστησε. τῶν δὲ μισθοφόρων, τοὺς μὲν
ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας παρενέβαλε, τοὺς δ' εὐκινητοτάτους
ὁμοῦ τοῖς ἱππεῦσιν ἑκατέρου τοῦ κέρατος προέστησεν.

peditum ad duodecim millia, equites quater mille: elephantorum numerus ad centum fere accedebat.

XXXIII. Romani, quando viderunt Carthaginienses per æqua loca iter facere, et in plano locare castra, ipsius quidem hujus rei novitate conturbabantur; at, quidquid esset, tamen propius cum hoste congredi festinabant. Quibus jam propinqui, primo die ad MCCL passus ab illis castra ponunt. Postridie deliberatur a principibus Pœnorum, quid jam, quove modo esset agendum. Milites vero pugnandi cupiditate accensi, circulos passim cogere: *Xanthippi* nomen cum clamoribus usurpare; postulare denique, ut quam primum educerentur. Hunc illorum impetum atque alacritatem quum animadverterent duces, obtestante simul Xanthippo, ne oblatam occasionem elabi sinerent; milites ad pugnam se parare jubent: ipsi Xanthippo, facere quidquid e re futurum judicaret, permittunt. Ille, accepta hac potestate, elephantos in ordinem unum digestos, ante universam aciem in frontem instruit: pone bestias, modico relicto intervallo, phalangem Carthaginiensium statuit. Mercenarii militis partem in dextro cornu locat; reliquam partem, quæ maxime expedita erat, una cum equitibus, cornibus utrimque

A. U. 499. Xanthippus et Regulus.

Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, συνιδόντες παραταττομένους τοὺς ὑπε- 8
ναντίους, ἀντεξῄεσαν ἑτοίμως. καταπληττόμενοι δὲ καὶ 9
προορώμενοι τὴν τῶν ἐλεφάντων ἔφοδον, προθέμενοι τοὺς
γροσφομάχους, πολλὰς ἐπ' ἀλλήλαις κατόπιν ἵστασαν
[x]σημαίας, τοὺς δ' ἱππεῖς ἐμέρισαν ἐφ' ἑκάτερον τὸ κέρας.
τὴν δὲ σύμπασαν τάξιν βραχυτέραν μὲν ἢ πρόσθεν, 10
βαθυτέραν δὲ ποιήσαντες, τῆς μὲν πρὸς τὰ θηρία μάχης
δεόντως ἦσαν ἐστοχασμένοι· τῆς δὲ πρὸς τοὺς ἱππεῖς,
πολλαπλασίους ὄντας τῶν παρ' αὐτοῖς, ὁλοσχερῶς ἠστό-
χησαν. Ἐπεὶ δ' ἀμφότεροι κατὰ τὰς ἑαυτῶν προαιρέ- 11
σεις καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος ἑκάστους ἔθηκαν εἰς
τὰς ἁρμοζούσας τάξεις, ἔμενον ἐν κόσμῳ, καραδοκοῦντες
τὸν καιρὸν τῆς ἀλλήλων ἐπιθέσεως.

Committitur prælium.

XXXIV. Ἅμα δὲ τῷ τὸν Ξάνθιππον τοῖς μὲν ἐπὶ τῶν
θηρίων παραγγεῖλαι προάγειν, καὶ διασπᾷν τὰς τῶν
ὑπεναντίων τάξεις, τοῖς δ' ἱππεῦσιν, ἐφ' ἑκατέρου τοῦ
κέρατος κυκλοῦν, καὶ προσβάλλειν τοῖς πολεμίοις· τότε 2
δὴ καὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον κατὰ τὰ παρ'
αὐτοῖς ἔθη [y]συνεψόφησαν τοῖς ὅπλοις, καὶ συναλαλά-
ξαντες, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς 3
τῶν Ῥωμαίων ταχέως ἀφ' ἑκατέρων τῶν κεράτων ἔφυγον,
διὰ τὸ πολλαπλασίους εἶναι τοὺς Καρχηδονίους. τῶν δὲ 4
πεζῶν οἱ ταχθέντες ἐπὶ τοῦ λαιοῦ κέρως, ἅμα μὲν ἐκ-

[x] Sic Reg. A. ex emend. Reliqui omnes MSti et edd. σημείας, ut passim aliâs. [y] Fors. συμψοφῆσαν, et deinde cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. συναλαλάξαν ὥρμησεν.

præsidio esse jussit. Romani, instrui ab hostibus aciem cernentes, promto et ipsi animo contra exeunt. Timentes vero elephantorum, quam prævidebant, impressionem; velitibus præpositis, a tergo illorum plures deinceps manipulos unum post alterum locant: equites in utrumque cornu distribuunt. Sic totius aciei longitudini, quam prius usurpaverant, aliquid detrahentes, quod altitudini adjiciebatur; ad pugnam cum bestiis commode se fore instructos, recte conjecerunt: in cavendo vero sibi ab equitibus, quorum numerus longe major apud Pœnos erat, tota via aberrarunt. Et Romanus et Pœnus, dispositis ex animi sententia singulis ordinibus acieque universa, ita ordinati se continebant; quum uterque mutuæ invasionis opportunitatem captaret.

XXXIV. Simul ac vero *Xanthippus* eos qui elephantos regebant jussit progredi, et aciem hostium dissipare, equites ab utroque cornu hostem cingere, atque adoriri: tum etiam Romani more suo armis concrepuerunt, et, clamore militari edito, Pœnum invadere cœperunt. Sed Romani quidem equites, quod multis partibus numero superarentur a Carthaginiensibus, ab utroque mox cornu fugerunt. E peditibus vero qui in sinistro cornu

κλίνοντες τὴν τῶν θηρίων ἔφοδον, ἅμα δὲ καταφρονοῦντες A. U. 499.
τῶν μισθοφόρων, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Καρ- Committitur prælium.
χηδονίων· τρεψάμενοι δὲ τούτους, ἐπέκειντο καὶ κατε-
5 δίωκον αὐτοὺς ἕως εἰς τὸν χάρακα. τῶν δὲ κατὰ τοὺς
ἐλέφαντας ταχθέντων, οἱ μὲν πρῶτοι συμπεσόντες, ὑπὸ
τῆς βίας τῶν ζώων ἐξωθούμενοι καὶ καταπατούμενοι,
σωρηδὸν ἐν χειρῶν νόμῳ διεφθείροντο· τῆς γε μὴν ὅλης
τάξεως τὸ σύστημα, διὰ τὸ βάθος τῶν ἐφεστώτων, ἕως
6 τινὸς ἀδιάσπαστον ἔμεινεν. Ἐπεὶ δ' οἱ μὲν τὰς ἐσχάτας Reguli clades.
ἔχοντες τάξεις, κυκλούμενοι πανταχόθεν ὑπὸ τῶν ἱππέων,
ἠναγκάζοντο πρὸς τούτους στρεφόμενοι κινδυνεύειν· οἱ δὲ
διὰ μέσων τῶν ἐλεφάντων εἰς τὸ πρόσθεν ἐκβιαζόμενοι
καὶ κατὰ νώτου παριστάμενοι τῶν θηρίων, εἰς ἀκέραιον
καὶ συντεταγμένην ἐμπίπτοντες τὴν τῶν Καρχηδονίων
7 φάλαγγα, διεφθείροντο· τότε δὴ πανταχόθεν πονοῦντες,
οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν Ῥωμαίων συνεπατήθησαν ὑπὸ τῆς
ὑπερφυοῦς βίας τῶν ζώων, οἱ δὲ λοιποὶ συνηκοντίσθησαν
ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἱππέων ἐν αὐτῷ τῷ τῆς παρατάξεως
8 τόπῳ, τελέως δέ τινες ὀλίγοι πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. οὐσῶν
δὲ πεδινῶν τῶν ὑποχωρήσεων, καὶ τούτων οἱ μὲν [z] ὑπὸ τῶν
θηρίων καὶ τῶν ἱππέων ἀπώλλυντο· πεντακόσιοι δὲ ἴσως Capitur Regulus a Pœnis.
οἱ μετὰ Μάρκου τοῦ στρατηγοῦ φυγόντες, μετ' ὀλίγον
ὑποχείριοι γενόμενοι, σὺν αὐτῷ ἐκείνῳ πάντες ἐζωγρή-
9 θησαν. τῶν μὲν οὖν παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις μισθοφόρων

[z] Mendose vulgo ἀπὸ τῶν θηρ. Correxi ex conject.

erant, partim ut belluarum impetum declinarent, partim quod conductitium militem aspernarentur, dextimos Carthaginiensium petunt: versis in fugam instant, et ad vallum usque eos persequuntur. Qui autem ex adverso elephantorum locati fuerant, horum primi, magna vi facto in eos impetu, bestiarum violentia repulsi et conculcati, acervatim pugnantes conficiebantur. Attamen universæ aciei corpus, propter stantium pone primos ordines profundam seriem, aliquamdiu mansit indivulsum. Postea vero quam extremi ordines, undique ab equitibus circumventi, cogebantur facta conversione cum iis dimicare: et illi qui per medios elephantos in ulteriora perruperant, cum jam a tergo bestiarum consisterent, in Pœnorum integram atque compositam phalangem incidentes, trucidati sunt: tum vero omni ex parte laborantes Romani, plurimi quidem ab immani vi belluarum sunt conculcati, reliqui in ipso pugnæ loco ab equitum turba jaculis sunt confixi: perpauci admodum fuere qui fugam capesserent. Sed quia per patentes campos erat fugiendum, etiam horum plerique ab elephantis equitibusque sunt cæsi: ad quingentos, qui cum *Marco* Consule fugerant, mox in hostium potestatem venerunt, et omnes cum ipso vivi sunt capti. Desiderati

A. U. 499. ἔπεσον εἰς ὀκτακοσίους, οἱ κατὰ τὸ λαιὸν τῶν Ῥωμαίων
ταχθέντες, τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐσώθησαν μὲν εἰς δισχιλίους,
οἱ κατὰ τὸ δίωγμα τῶν προειρημένων ἐκτὸς γενόμενοι τοῦ
κινδύνου. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος διεφθάρη, πλὴν Μάρκου 10
τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῶν ἅμα τούτῳ φυγόντων. αἱ μὲν 11
οὖν [a]σημαῖαι τῶν Ῥωμαίων αἱ σωθεῖσαι, διέπεσον εἰς
τὴν Ἀσπίδα παραδόξως. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τοὺς νεκροὺς 12
σκυλεύσαντες, καὶ τὸν στρατηγὸν ἅμα μετὰ τῶν αἰχ-
μαλώτων ἄγοντες, ἐπανῆλθον περιχαρεῖς τοῖς παροῦσιν
εἰς τὴν πόλιν.

Monita Polybii.

XXXV. Ἐν ᾧ καιρῷ πολλά τις ἄν, ὀρθῶς ἐπισημαι-
νόμενος, εὕροι πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου
[b]συντελεσθέντα. Καὶ γὰρ [c]τὸ διαπιστεῖν τῇ τύχῃ, καὶ 2
μάλιστα κατὰ τὰς εὐπραγίας, ἐναργέστατον ἐφάνη
πᾶσι τότε διὰ τῶν Μάρκου συμπτωμάτων. ὁ γὰρ 3
μικρῷ πρότερον οὐ διδοὺς ἔλεον οὐδὲ συγγνώμην τοῖς
πταίουσι, παρὰ πόδας αὐτὸς ἤγετο, δεησόμενος τούτων
περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. Καὶ μὴν τὸ παρ' Εὐριπίδῃ 4
πάλαι καλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν, ὡς "Ἓν σοφὸν βούλευμα
τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, τότε δι' αὐτῶν τῶν ἔργων
ἔλαβε τὴν πίστιν. εἷς γὰρ ἄνθρωπος καὶ μία γνώμη, τὰ 5
μὲν ἀήττητα πλήθη καὶ πραγματικὰ δοκοῦντα εἶναι
καθεῖλε, τὸ δὲ προφανῶς πεπτωκὸς ἄρδην πολίτευμα,

[a] Vulgo omnes σημεῖαι. [b] An συντελέσοντα? [c] Casaubonus ex jun. MStis edidit τὸ δεῖν ἀπιστεῖν.

sunt eo prælio e mercenariis Pœnorum, qui contra sinistrum Romanorum cornu steterant, ad ıↄ ccc. Romanorum servati sunt ad duo millia; qui, dum alteros, de quibus modo dictum est, persequitur hostis, periculo sunt exemti. Reliqui omnes, excepto Marco Cos. et quos ille fugæ comites habuit, perierunt. Qui superfuerunt manipuli, *Clupeam* miraculo evaserunt. Carthaginienses, post detracta cadaveribus spolia, ipsum quoque Consulem inter captivos ducentes, gaudio ex successu ovantes in urbem sunt reversi.

XXXV. Heic vero multa, si quis recte observet, inveniet accidisse, ad corrigendos vitæ hominum errores profutura. Etenim, *Fortunæ non esse confidendum, utique in rebus lætis*, per ea, quæ Regulo acciderunt, omnibus tunc factum est manifestissimum. Nam qui paullo ante nullum misericordiæ locum dabat, neque ullam afflictis veniam concedebat: mox ductus ipse est, iisdem pro salute sua supplicaturus. Jam porro, quod recte olim dixit *Euripides*, MENS UNA SAPIENS PLURIUM VINCIT MANUS, ex ipsis rebus manifestam tunc fidem invenit. Unus quippe vir, et consilium unum, legiones, quæ propter sollertiam ac præstantiam in re militari vinci non posse credebantur, delevit; civitatem vero illam,

καὶ τὰς ἀπηλγηκυίας ψυχὰς τῶν δυνάμεων, ἐπὶ τὸ A. U. 499.
6 κρεῖττον ἤγαγεν. Ἐγὼ δὲ τούτων ἐπεμνήσθην, χάριν
τῆς τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς ὑπομνήμασι διορθώσεως.
7 Δυοῖν γὰρ ὄντων τρόπων πᾶσιν ἀνθρώποις τῆς ἐπὶ τὸ Fructus Historiæ.
βέλτιον μεταθέσεως· τοῦ τε διὰ τῶν ἰδίων συμπτωμάτων,
καὶ τοῦ διὰ τῶν ἀλλοτρίων· ἐναργέστερον μὲν εἶναι
συμβαίνει τὸν διὰ τῶν οἰκείων περιπετειῶν, ἀβλαβέστερον
8 δὲ τὸν διὰ τῶν ἀλλοτρίων. διὸ τὸν μὲν οὐδέποθ' ἑκουσίως
αἱρετέον, ἐπεὶ μετὰ μεγάλων πόνων καὶ κινδύνων ποιεῖ
τὴν διόρθωσιν· τὸν δὲ ἀεὶ θηρευτέον, ἐπεὶ χωρὶς βλάβης
9 ἐστὶ συνιδεῖν ἐν αὐτῷ τὸ βέλτιον. Ἐξ ὧν συνιδόντι,
καλλίστην παιδείαν ἡγητέον πρὸς ἀληθινὸν βίον τὴν ἐκ
τῆς πραγματικῆς ἱστορίας περιγιγνομένην ἐμπειρίαν.
10 μόνη γὰρ αὕτη χωρὶς βλάβης, ἐπὶ παντὸς καιροῦ καὶ
περιστάσεως, κριτὰς ἀληθινοὺς ἀποτελεῖ τοῦ βελτίονος.
ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

XXXVI. Καρχηδόνιοι δὲ, κατὰ νοῦν ἁπάντων σφίσι Xanthippus domum redit.
κεχωρηκότων, ὑπερβολὴν χαρᾶς οὐκ ἀπέλιπον, διά τε
τῆς πρὸς τὸν θεὸν εὐχαριστίας, καὶ διὰ τῆς μετ' ἀλλή-
2 λων φιλοφροσύνης. Ξάνθιππος δὲ, τηλικαύτην ἐπίδοσιν
καὶ ῥοπὴν ποιήσας τοῖς Καρχηδονίων πράγμασι, μετ' οὐ
πολὺν χρόνον ἀπέπλευσε πάλιν, φρονίμως καὶ συνετῶς
βουλευσάμενος. αἱ γὰρ ἐπιφανεῖς καὶ παράδοξοι πρά-
ξεις, βαρεῖς μὲν τοὺς φθόνους, ὀξείας δὲ τὰς διαβολὰς

quam penitus concidisse palam erat, et fractos desperatione animos militum, recreavit atque erexit. Equidem vero ista commemoravi, ut, qui hos Commentarios legerint, ad meliora instituantur. Nam quum *duæ universis mortalibus propositæ* sint *ad proficiendum rationes; altera per proprios casus, per alienos altera:* evidentior quidem illa est, quæ per propria ducit infortunia; at tutior illa, quæ per aliena. Itaque viam priorem sponte sua nemo umquam debet ingredi: magnis enim ejusmodi correctio laboribus constat ac periculis. Posterior semper nobis captanda: per quam sine ulla noxa id, quod melius est, cernere unicuique licet. Quod reputantem, sic apud se quemque statuere oportet: *pulcerrimum disciplinæ genus esse ad veras vitæ rationes cognoscendas, peritiam ex Pragmatica Historia* (quæ exactam rerum gestarum rationem explicat) *collectam.* Sola namque hæc omni tempore, ac quocumque rerum statu, nullo tuo incommodo dijudicandi id quod melius est facultatem tibi largitur. Verum de his hactenus.

XXXVI. Carthaginienses, quibus ex voto omnia cesserant, significandæ lætitiæ nihil reliqui fecerunt: cum gratias Deo agentes, tum mutua inter se benevolentiæ officia usurpantes. *Xanthippus* vero, qui rebus Carthaginiensium ad nova incrementa tantum momentum attulerat, non multo post inde est profectus: prudenti sane sapientique consilio. *Illustres* enim *atque admirandæ actiones graves invidias et acres calumnias conflare solent:* quibus feren-

A. U. 499. γεννῶσιν· ἃς οἱ μὲν ἐγχώριοι διά τε τὰς συγγενείας καὶ
τὸ τῶν φίλων πλῆθος [d]οἷοί τ' ἂν εἶεν φέρειν· οἱ δὲ ξένοι
ταχέως [e]ἐφ' ἑκατέρων τούτων ἡττῶνται, καὶ κινδυνεύουσι.
λέγεται δὲ καὶ ἕτερος ὑπὲρ τῆς ἀπαλλαγῆς τῆς Ξαν- 4
θίππου λόγος· ὃν πειρασόμεθα διασαφεῖν, οἰκειότερον

M. Æmilius Ser. Fulvius Coss. Africam petunt.

λαβόντες τοῦ παρόντος καιρόν. Ῥωμαῖοι δὲ, προσπε- 5
σόντων σφίσι παρ' ἐλπίδα τῶν ἐν Λιβύῃ συμβεβηκότων,
εὐθέως ἐγίγνοντο πρὸς τὸ καταρτίζειν τὸν στόλον, καὶ
τοὺς ἄνδρας ἐξαιρεῖσθαι τοὺς ἐν τῇ Λιβύῃ διασεσωσμέ-
νους. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μετὰ ταῦτα στρατοπεδεύ- 6
σαντες, ἐπολιόρκουν τὴν Ἀσπίδα, σπουδάζοντες ἐγκρα-
τεῖς γενέσθαι τῶν ἐκ τῆς μάχης διαφυγόντων. διὰ δὲ 7
τὴν γενναιότητα καὶ τόλμαν τῶν ἀνδρῶν, οὐδαμῶς ἑλεῖν
δυνάμενοι, τέλος ἀπέστησαν τῆς πολιορκίας. προσπε- 8
σόντος δ' αὐτοῖς, ἐξαρτύειν τὸν στόλον τοὺς Ῥωμαίους,
καὶ μέλλειν αὖθις ἐπὶ τὴν Λιβύην ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν·
τὰ μὲν ἐπεσκεύαζον σκάφη, τὰ δ' ἐκ καταβολῆς ἐναυ-
πήγουν. ταχὺ δὲ συμπληρώσαντες ναῦς διακοσίας, ἀνή- 9
χθησαν, καὶ παρεφύλαττον τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων.
Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τῆς θερείας ἀρχομένης, καθελκύσαντες 10
τριακόσια καὶ πεντήκοντα σκάφη, καὶ στρατηγοὺς ἐπι-
στήσαντες Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Σερούϊον Φολούϊον ἐξα-
πέστελλον. οἱ δ', ἀναχθέντες, ἔπλεον παρὰ τὴν Σικελίαν,

Capiunt Punicam classem.

ὡς ἐπὶ τῆς Λιβύης. Συμμίξαντες δὲ περὶ τὴν Ἑρμαίαν 11

[d] Sic Casaub. ex Reg. B. C. οἷοί τ' ἀναφέρειν Aug. Reg. A. οἷοί τ' ἂν ἀναφέρειν Vat. Flor. Bav. Verissimum forsan fuerit οἷοί τ' ἂν εἶεν ἀναφέρειν. [e] An ὑφ' ἑκατ.?

dis cives fortasse, cognatorum amicorumque opibus nixi, fuerint pares: at peregrinis utraque res in exitium facile vertit. Sunt vero qui *discessum Xanthippi* aliter narrent: quorum sententiam, commodiorem nacti locum, referemus. Romani, nuntio inopinato accepto de iis quæ in Africa acciderant, ad reparandam classem animum statim applicant, et eos periculo eximendos, qui prælio effugerant. Quos ut in potestatem redigerent Carthaginienses, *Clupeam* castris admotis obsidione cinxerant: sed magno animo atque audacia illis resistentibus, frustra omnia experti, tandem obsidione destiterant. Ut nuntiatum Pœnis, classem Romanos parare, qua in Africam iterum navigent: ipsi quoque alias reficere naves, alias a fundamentis ædificare. Quumque brevi spatio ducentas rebus omnibus instruxissent, classe ire obviam hosti, ejusque adventum observare pergunt. Romani, initio æstatis deductis in mare navibus trecentis et quinquaginta, ductu novorum *Coss. M. Æmilii* et *Servii Fulvii* copias proficisci jubent. Illi sublatis ancoris præter Siciliam navigant, in Africam cursum dirigentes. Circa *Hermæum* promontorium com-

τῷ τῶν Καρχηδονίων στόλῳ, τούτους μὲν ἐξ ἐφόδου καὶ A. U. 499.
ῥᾳδίως τρεψάμενοι, ναῦς ἔλαβον αὐτάνδρους [f]ἑκατὸν δε-
12 κατέσσαρας· τοὺς δ' ἐν Λιβύῃ διαμείναντας νεανίσκους
ἀναλαβόντες ἐκ τῆς Ἀσπίδος, ἔπλεον αὖθις ἐπὶ τῆς
Σικελίας.

XXXVII. Διάραντες δὲ τὸν πόρον ἀσφαλῶς, καὶ Victricis classis naufragium.
προσμίξαντες τῇ τῶν Καμαριναίων χώρᾳ, τηλικούτῳ
περιέπεσον χειμῶνι καὶ τηλικαύταις συμφοραῖς, ὥστε
μηδ' ἂν εἰπεῖν ἀξίως δύνασθαι, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ
2 συμβάντος. τῶν γὰρ ἑξήκοντα καὶ τεττάρων πρὸς ταῖς Infandum Naufragium.
τριακοσίαις ναυσὶν, ὀγδοήκοντα μόνον συνέβη περιλει-
φθῆναι σκάφη· τῶν δὲ λοιπῶν τὰ μὲν ὑποβρύχια γενέ-
σθαι, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ῥαχίας πρὸς ταῖς σπιλάσι καὶ τοῖς
ἀκρωτηρίοις καταγνύμενα, πλήρη ποιῆσαι σωμάτων τὴν
3 παραλίαν καὶ ναυαγίων. ταύτης δὲ μείζω περιπέτειαν
ἐν ἑνὶ καιρῷ κατὰ θάλατταν, οὐδ' ἱστορῆσαι συμβέβηκεν.
ἧς τὴν αἰτίαν οὐχ οὕτως ἐς τὴν τύχην, ὡς εἰς τοὺς ἡγε-
4 μόνας ἐπανοιστέον. πολλὰ γὰρ τῶν κυβερνητῶν διαμαρ-
τυραμένων, μὴ πλεῖν παρὰ τὴν ἔξω πλευρὰν τῆς Σικε-
λίας, τὴν πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος ἐστραμμένην, διὰ
τὸ πελαγίαν εἶναι καὶ δυσπροσόρμιστον, ἅμα δὲ καὶ τὴν Infesta navigationi Signa.
μὲν οὐδέπω καταλήγειν ἐπισημασίαν, τὴν δ' ἐπιφέρεσθαι·
μεταξὺ γὰρ ἐποιοῦντο τὸν πλοῦν τῆς Ὠρίωνος καὶ Κυνὸς

[f] Aut delendus numerus ἑκατὸν ante δεκατέσσαρας, aut cap. sq. v. 2. τριακοσίαις in τετρακοσίαις mutandum; nisi lacunam potius h. l. statuamus, tali modo supplendum: ναῦς ἔλαβον αὐτάνδρους δεκατέσσαρας, κατέδυσαν δὲ καὶ ἑκατὸν καὶ τέσσαρας, naves capiunt XIV, demergunt CIV.

misso cum classe Punica certamine, primo statim impetu hoste in fugam verso, CXIV naves cum ipsis vectoribus capiunt. Tum, receptis *Clupeæ* militibus, qui in Africa adhuc restabant, mox iterum Siciliam petunt.

XXXVII. Jam medium mare sine periculo erant emensi, et *Camarinæorum* ditioni appropinquabant, cum in tantam inciderunt tempestatem tantasque calamitates, ut ne referri quidem pro rei magnitudine satis possint. De navibus enim CCCLXIV solæ remanserunt LXXX: ceterorum navigiorum alia undis obruta, alia æstu maris ad scopulos et promontoria allisa atque fracta, corporibus et naufragii tabulis oram universam compleverunt. Qua clade majorem aliam, uno tempore mari acceptam, ne historiæ quidem commemorant. Caussa vero illius, non tam fortunæ, quam ipsis Consulibus est adscribenda. Quippe gubernatoribus sæpe multum obtestantibus, ne secundum exterius Siciliæ latus, quod mare Africum spectat, navigare vellent; quoniam profundum ibi pelagus est, et tota illa ora importuosa; simul quod, infestorum navigationi signorum, alterum nondum esset confectum, alterum mox oriturum: (nam inter *Orionis* et *Canis* ortum naviga-

A. U. 499. ἐπιτολῆς· οὐδενὶ προσέχοντες τῶν λεγομένων, [g]ἔλαθον 5
ἔξω πελάγιοι, σπουδάζοντες τινὰς τῶν ἐν τῷ παράπλῳ
πόλεις, τῇ τοῦ γεγονότος εὐτυχήματος φαντασίᾳ κατα-
πληξάμενοι, προσλαβέσθαι. πλὴν οὗτοι μὲν μικρῶν ἐλ- 6
πίδων ἕνεκα μεγάλοις περιτυχόντες ἀτυχήμασι, τότε
τὴν αὐτῶν ἀβουλίαν ἔγνωσαν. Καθόλου δὲ Ῥωμαῖοι 7
πρὸς πάντα χρώμενοι τῇ βίᾳ, καὶ τὸ προτεθὲν οἰόμενοι
δεῖν κατ' ἀνάγκην ἐπιτελεῖν, καὶ μηδὲν ἀδύνατον εἶναι
σφίσι τῶν ἅπαξ δοξάντων, ἐν πολλοῖς μὲν κατορθοῦσι
διὰ τὴν τοιαύτην ὁρμήν, ἔν τισι δὲ προφανῶς σφάλλον-
ται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κατὰ θάλατταν. ἐπὶ μὲν γὰρ 8
τῆς γῆς, πρὸς ἀνθρώπους καὶ τὰ τούτων ἔργα ποιούμενοι
τὰς ἐπιβολάς, τὰ μὲν πολλὰ κατορθοῦσι, διὰ τὸ πρὸς
τὰς παραπλησίους δυνάμεις χρῆσθαι τῇ βίᾳ· ποτὲ δέ,
καὶ σπανίως, ἀποτυγχάνουσι. πρὸς δὲ τὴν θάλατταν 9
καὶ πρὸς τὸ περιέχον ὅταν παραβάλωνται καὶ βιαιομα-
χῶσι, μεγάλοις ἐλαττώμασι περιπίπτουσι. ὃ καὶ τότε 10
καὶ πλεονάκις αὐτοῖς ἤδη συνέβη, καὶ συμβήσεται πά-
σχειν, ἕως ἂν ποτε διορθώσωνται τὴν τοιαύτην τόλμαν
καὶ βίαν· καθ' ἣν οἴονται, δεῖν αὐτοῖς πάντα καιρὸν
εἶναι πλωτὸν καὶ πορευτόν.

Pertinax audacia Romanor.

Novæ Pœnorum spes in Sicil.

XXXVIII. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, συνέντες τὸν γεγονότα φθόρον τοῦ τῶν Ῥωμαίων στόλου, καὶ νομίσαντες κατὰ

[g] Fors. ἤλασαν, duxerunt, remigarunt.

bant:) illi, spretis hisce monitis, extrorsum per altum imprudenter sunt provecti; cupientes oppida nonnulla, in illo posita littore quod præternavigabant, recentem victoriam ostentando, perterrefacere, et ad deditionem compellere. Sed hi, ob spes exiguas, magnis mactati infortuniis, stultitiam suam tum certe agnoverunt. At *Romani*, quum in universum *violentiam* ad omnia adhibeant, et quidquid proposuerint id necessario fieri debere existiment, nihilque eorum, quæ semel decreverint, non posse fieri statuant: efficiunt illi quidem, hoc suo impetu, pleraque omnia ex animi sententia; in quibusdam tamen clades patiuntur insignes, maxime autem in mari. Nam in terra quidem, ubi res illis est cum hominibus et operibus humanis, ut plurimum succedit audacia; quoniam adversus similes vires violentia utuntur: tamen etiam heic aliquando, licet raro, ausis excidunt. At quoties contra mare aut cœlum pugnare audent, et obstinata sua violentia vincere omnia posse putant, magnas calamitates incurrunt. Quod et tunc, et sæpe alias, experti sunt: et experientur etiam in posterum, donec audaciam hanc et violentiam correxerint, per quam omni tempore maria terrasque omnes sibi pervias esse debere autumant.

XXXVIII. *Carthaginienses*, cognito Romanæ classis naufragio, rati, ter-

μὲν γῆν [h] ἀξιόχρεῳ εἶναι διὰ τὸ προγεγονὸς εὐτύχημα, A. U. 499.
κατὰ δὲ θάλατταν διὰ τὴν εἰρημένην τῶν Ῥωμαίων πε-
ριπέτειαν, ὥρμησαν προθυμότερον ἐπί τε τὰς ναυτικὰς
2 καὶ πεζικὰς παρασκευάς. καὶ τὸν μὲν Ἀσδρούβαν εὐ-
θὺς ἐξαπέστελλον εἰς τὴν Σικελίαν, δόντες αὐτῷ τούς τε
προϋπάρχοντας, καὶ τοὺς ἐκ τῆς Ἡρακλείας παραγε-
γονότας στρατιώτας, ἅμα δὲ τούτοις ἐλέφαντας ἑκατὸν
3 καὶ τετταράκοντα. τοῦτον δ' ἐκπέμψαντες, διακοσίας
κατεσκευάζοντο ναῦς, καὶ τἄλλα τὰ πρὸς τὸν πλοῦν
4 ἡτοίμαζον. Ὁ δ' Ἀσδρούβας, διακομισθεὶς εἰς τὸ Λι- A. U. 500.
λύβαιον ἀσφαλῶς, τά τε θηρία καὶ τὰς δυνάμεις ἐγύ-
μναζε, καὶ δῆλος ἦν ἀντιποιησόμενος τῶν ὑπαίθρων.
5 Ῥωμαῖοι δὲ τῶν ἐκ τῆς ναυαγίας ἀνακομισθέντων δια- Nova classis Romanor.
κούσαντες τὸ κατὰ μέρος, βαρέως μὲν ἤνεγκαν τὸ γε-
γονός· οὐ [i] βουλευόμενοι δὲ καθάπαξ εἴκειν, αὖθις ἔγνω-
σαν, [k] ἐκ τῶν δρυόχων εἴκοσι καὶ διακόσια ναυπηγεῖσθαι
6 σκάφη. τούτων δὲ τὴν συντέλειαν ἐν τριμήνῳ λαβόντων,
ὅπερ οὐδὲ πιστεῦσαι ῥᾴδιον, εὐθέως οἱ κατασταθέντες
ἄρχοντες, Αὖλος Ἀτίλιος καὶ Γνάϊος Κορνήλιος, καταρ- Aul. Atilius Cn. Cornelius Coss.
7 τίσαντες τὸν στόλον, ἀνήχθησαν· καὶ πλεύσαντες [l] διὰ
πορθμοῦ, προσέλαβον ἐκ τῆς Μεσσήνης τὰ διασωθέντα
τῶν πλοίων ἐκ τῆς ναυαγίας· καὶ κατάραντες εἰς Πάν- Panormum Pœnis eripiunt.
ορμον τῆς Σικελίας τριακοσίαις ναυσὶν, ἥπερ ἦν βαρυ-

[h] ἀξιόχρεως edd. et vett. MSS. [i] Utique βουλόμενοι malim. [k] Inverse libri vett. τῶν ἐκ δρυόχων. Satis fuerat ἐκ δρυόχων. [l] Imo διὰ τοῦ πορθμοῦ.

restribus quidem copiis propter superiorem victoriam pares se Romanis, navalibus vero propter hanc illorum calamitatem: eo animosius utriusque generis paratibus operam dabant. Igitur *Asdrubalem* confestim in Siciliam mittunt: traduntque illi, præter quos ante habebat sub signis, etiam eos qui recens Heraclea advenerant, cum elephantis CXL. Et post hujus profectionem, naves rursus CC parant, et rebus omnibus ad exeundum necessariis instruunt. *Asdrubal*, secunda navigatione *Lilybæum* delatus, et milites et bestias exercebat; palam præ se ferens, copiis eductis aperta camporum sese occupaturum. Romani de omnibus, quæ acciderant, per eos qui naufragium evaserant edocti, magnum quidem ex ea re dolorem ceperunt: sed quum decrevissent nullo modo cedere hosti, iterum naves ædificare CCXX ab ipsis carinis ac statuminibus constituunt. Quibus, trimestri spatio, quod vix credat aliquis, absolutis, illico novi *Consules Aulus Atilius*, *Cn. Cornelius*, classe instructa, proficiscuntur: et trajecto freto, assumtisque Messanæ navibus, quæ ex naufragio supererant, classe navium trecentarum *Panormum* in Sicilia appellunt; eamque urbem, quæ opulentissima erat

A. U. 500. Panormum Pœnis eripiunt.

τάτη πόλις τῆς τῶν Καρχηδονίων ἐπαρχίας, ἐνεχείρησαν
αὐτὴν πολιορκεῖν. συστησάμενοι δὲ κατὰ διττοὺς [m] τό- 8
πους ἔργα, καὶ τἄλλα παρασκευασάμενοι, προσήγαγον
τὰς μηχανάς. ῥᾳδίως δὲ τοῦ παρὰ θάλατταν πύργου 9
πεσόντος, καὶ βιασαμένων ταύτῃ τῶν στρατιωτῶν, ἡ μὲν
καλουμένη νέα πόλις ἑαλώκει κατὰ κράτος· ἡ δὲ πα-
λαιὰ προσαγορευομένη, τούτου συμβάντος, ἐκινδύνευσε.
διὸ καὶ ταχέως ἐνέδωκαν αὐτὴν οἱ κατοικοῦντες. γενό- 10
μενοι δ' ἐγκρατεῖς, οὗτοι μὲν ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Ῥώ-
μην, ἀπολιπόντες φυλακὴν τῆς πόλεως.

A. U. 501. Coss. cum classe hærent in syrti.

XXXIX. Μετὰ δὲ ταῦτα, τῆς θερείας ἐπιγενομένης,
οἱ κατασταθέντες ἄρχοντες, Γνάϊος Σερουΐλιος καὶ
Γάϊος Σεμπρώνιος, ἀνέπλευσαν παντὶ τῷ στόλῳ· καὶ
διάραντες εἰς τὴν Σικελίαν, ἀφώρμησαν ἐντεῦθεν εἰς τὴν
Λιβύην. κομιζόμενοι δὲ παρὰ τὴν χώραν, ἐποιοῦντο καὶ 2
πλείστας ἀποβάσεις. ἐν αἷς οὐδὲν ἀξιόλογον πράττον-
τες, παρεγίγνοντο πρὸς τὴν τῶν Λωτοφάγων νῆσον, ἣ
καλεῖται μὲν [n] Μῆνιγξ, οὐ μακρὰν δ' ἀπέχει τῆς
μικρᾶς Σύρτεως. ἐν ᾗ προσπεσόντες εἴς τινα βράχεα 3
διὰ τὴν ἀπειρίαν, ἐπιγενομένης ἀμπώτεως, καὶ καθισάν-
των τῶν πλοίων, εἰς πᾶσαν ἦλθον ἀπορίαν. οὐ μὴν, ἀλλὰ 4
πάλιν ἀνελπίστως μετά τινα χρόνον ἐπενεχθείσης τῆς
θαλάττης, ἐκρίψαντες ἐκ τῶν πλοίων πάντα τὰ βάρη,
μόλις ἐκούφισαν τὰς ναῦς. οὗ γενομένου, φυγῇ παρα- 5

Meninx, Lothophagorum ins.

[m] τόπους recte Casaub. ex Reg. B. pro τρόπους, quod est in ceteris. [n] Editi ante Gronov. et MSti omnes Μῆνιξ.

ditionis Carthaginiensium, obsidere aggrediuntur. Itaque duobus locis operibus institutis, ceterisque rebus præparatis, machinas admovent. Dejecta non difficulter turri ad mare sita, quum illac irruissent milites, capta est per vim illa oppidi pars quæ dicitur Nova: quo facto, et illa quam Veterem vocant periclitabatur. Itaque deditionem sine mora oppidani fecerunt. Ea potiti urbe Consules, relicto ibi præsidio, Romam repetunt.

XXXIX. Ineunte vero sequentis anni æstate, novi *Coss. Cn. Servilius, C. Sempronius*, cum universa classe, sublatis ancoris, in Siciliam trajiciunt: unde mox in Africam proficiscuntur. Navigantes autem secundum Africæ littus, plurimis locis exscensionem faciunt. Nulla tamen re memorabili gesta, ad *Lotophagorum* insulam, quæ *Meninx* dicitur, neque longe a *Syrti minore* abest, deveniunt. Ibi, propter naturæ locorum imperitiam, in quædam illapsi brevia, quum recedente maris æstu siderent naves, quo se verterent plane nesciebant. Sed mox præter spem redeunte mari, facto om-

πλήσιον ἐποιήσαντο τὸν ἀπόπλουν. ἁψάμενοι δὲ τῆς A. U. 501.
Σικελίας, καὶ κάμψαντες τὸ Λιλύβαιον, καθωρμίσθη-
6 σαν εἰς Πάνορμον. Ἐντεῦθεν δὲ ποιούμενοι παραβόλως Alterum ingens naufragium.
καὶ διὰ πόρου τὸν πλοῦν [o] εἰς τὴν Ῥώμην, πάλιν περιέ-
πεσον χειμῶνι τηλικούτῳ τὸ μέγεθος, ὥστε πλείω τῶν
7 ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα πλοίων ἀποβαλεῖν. Οἱ δ' ἐν τῇ
Ῥώμῃ, τούτων συμβάντων, καίπερ ὄντες ἐν παντὶ φιλό-
τιμοι διαφερόντως, ὅμως τότε διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸ Pœnis mari cedunt Romani.
πλῆθος τῶν συμπτωμάτων, τοῦ μὲν ἔτι στόλον ἀθροίζειν,
8 ἀναγκασθέντες ὑπὸ τῶν πραγμάτων, ἀπέστησαν· ἐν δὲ
ταῖς πεζικαῖς δυνάμεσι τὰς ὑπολοίπους ἔχοντες ἐλπίδας, A. U. 503.
τοὺς μὲν στρατηγοὺς ἀπέστελλον, Λεύκιον [p] Καικίλιον, καὶ Coss. in Sicilia pedestribus copiis.
[q] Γάϊον Φούριον, καὶ στρατόπεδα μετὰ τούτων εἰς τὴν Σι-
κελίαν· ἑξήκοντα δὲ μόνον ἐπλήρωσαν ναῦς, χάριν τοῦ τὰς
9 ἀγορὰς κομίζειν τοῖς στρατοπέδοις. Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων
περιπετειῶν, συνέβη πάλιν ἐπικυδέστερα γενέσθαι τὰ τῶν
10 Καρχηδονίων πράγματα. τῆς μὲν γὰρ θαλάττης ἀδεῶς
ἐπεκράτουν, ἐκκεχωρηκότων τῶν Ῥωμαίων, ἐν δὲ ταῖς
πεζικαῖς δυνάμεσι μεγάλας εἶχον ἐλπίδας. καὶ τοῦτ'
11 ἔπασχον οὐκ ἀλόγως. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι, διαδοθείσης Pavent elephantos.
φήμης περὶ τῆς ἐν τῇ Λιβύῃ μάχης, ὅτι τὰ θηρία τάς
τε τάξεις αὐτῶν [r] διασπάσαι, καὶ τοὺς πλείστους [r] δια-

[o] Vulgo ex Bav. editum est εἰς τὴν πόλιν. [p] Vulgo omnes h. l. et deinde Κεκίλ. excepto Vat. a pr. manu. [q] Perperam vulgo Γνάϊον edd. et vett. libri omnes. [r] Vulgo διασπᾶσαι et διαφθεῖραι.

nium onerum jactu, ægre tandem naves sublevarunt. Quo facto, fugientibus similes discedunt: delatique in Siciliam, superato Lilybæo, *Panormi* naves in portum applicant. Quo ex loco quum temere per medium mare Romam vela dedissent, iterum tempestate correpti sunt adeo vehemente, ut amplius CL naves amitterent. Hæc quum ita accidissent, Senatus populusque Romanus, etsi gloriæ contentione in omni re mirifice stimulabantur; attamen, propter magnitudinem ac frequentiam acceptorum detrimentorum, a paranda amplius classe, rebus ipsis cogentibus, destiterunt: atque in terrestribus copiis suas de cetero spes omnes reponentes, *Coss. L. Cæcilium, C. Furium,* cum legionibus in Siciliam mittunt; navibus tantum LX remigiis classiariisque instructis, ad commeatum exercitui subvehendum. Per has clades factum est, ut denuo gloria florerent res Pœnorum, melioreque loco essent. Nam maris dominatum, cedentibus Romanis, tuto jam obtinebant; et in terrestribus quoque copiis plurimum spei collocabant: neque id immerito. Romani enim, postquam fama accepissent, elephantos in Africana pugna ordines dissipasse, multosque militum

A. U. 503.
φθεῖραι τῶν ἀνδρῶν· οὕτως ἦσαν κατάφοβοι τοὺς ἐλέ- 12
φαντας, ὡς ἐπὶ δύο ἐνιαυτοὺς τοὺς ἑξῆς τῶν προειρημένων
καιρῶν, πολλάκις μὲν ἐν τῇ Λιλυβαιΐτιδι χώρᾳ, πολ-
λάκις δ' ἐν τῇ Σελινουντίᾳ παραταττόμενοι τοῖς πολε-
μίοις, [s] ἐν ἓξ καὶ πέντε σταδίοις, οὐκ ἐθάῤῥησαν οὐδέ-
ποτε κατάρξαι τῆς μάχης, οὐδ' εἰς τοὺς ὁμαλοὺς καθό-
λου συγκαταβῆναι τόπους, δεδιότες τὴν τῶν ἐλεφάντων

Thermam et Liparam capiunt.
ἔφοδον. Θέρμην δὲ μόνον καὶ Λίπαραν ἐξεπολιόρκησαν 13
ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς, ἀντεχόμενοι τῶν ὀρεινῶν καὶ δυσ-
διαβάτων τόπων. Διὸ καὶ θεωροῦντες οἱ Ῥωμαῖοι τὴν 14
ἐν τοῖς πεζικοῖς στρατοπέδοις πτοίαν καὶ δυσελπιστίαν,
αὖθις ἔγνωσαν ἐκ μεταμελείας ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς

Coss. A. 504.
θαλάττης. καὶ καταστήσαντες [t] στρατηγὸν Γάϊον Ἀτί- 15
λιον, καὶ Λεύκιον [u] Μάλλιον, ναυπηγοῦνται πεντήκοντα
σκάφη, καὶ κατέγραφον καὶ συνήθροιζον στόλον ἐνεργῶς.

A. U. 503. Cæcilius et Asdrubal ad Panormum.

XL. Ὁ δὲ προεστὼς τῶν Καρχηδονίων Ἀσδρούβας, ὁρῶν ἀποδειλιῶντας τοὺς Ῥωμαίους ἐν ταῖς προγεγενημέναις παρατάξεσι, πυθόμενος τὸν μὲν ἕνα τῶν στρατηγῶν μετὰ τῆς ἡμισείας δυνάμεως εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀπηλλάχθαι, τὸν δὲ Καικίλιον ἐν τῷ Πανόρμῳ διατρίβειν, τὸ λοιπὸν μέρος ἔχοντα τῆς στρατιᾶς, [x] βουλόμενον ἐφεδρεῦσαι τοῖς τῶν συμμάχων καρποῖς, ἀκμαζούσης τῆς

[s] Vulgo omnes, omissa præpositione, ἓξ καὶ πέντε σταδίους, quod bene haberet, si adjectum esset ἀπέχοντας. [t] στρατηγοὺς legendum contendit Gronov. [u] Vulgo omnes h. l. Μάλιον. [x] βουλόμενον ἐφεδρεῦσαι ex conject. posuit Casaub. βουλόμενος dant libri omnes.

contrucidasse; adeo illos horrere cœperunt, ut continuo inde biennio, quum modo ad Lilybæum, modo in agro *Selinuntio*, intervallo quinque aut sex stadiorum aciem adversus hostes instruerent; initium tamen prælii facere, aut omnino in plana descendere, dum impressionem bestiarum reformidant, numquam sint ausi. Neque aliud quidquam per illa gesserunt tempora, nisi quod, montanis atque inaccessis locis inhærentes, *Thermam* et *Liparam* obsidione expugnarunt. Itaque Romani, cognito pavore et animorum consternatione, quæ in terrestribus copiis versabatur; mutata sententia, iterum ad mare animum sibi esse adjiciendum statuunt. Consulibus creatis *C. Atilio* et *L. Manlio*, naves quinquaginta fabricant; magnaque vi classem, habito delectu militum, reparant.

XL. Animadverterat *Asdrubal*, Carthaginiensium præfectus, Romanos, cum ante aliquoties aciem instruxissent, pavitantes. Itaque, factus certior, alterum Consulem cum dimidia copiarum parte in Italiam rediisse, *Cæcilium* vero *Panormi* agere cum reliquo exercitu, ut, quia adulta jam

2 συγκομιδῆς· ἀναλαβὼν ἐκ τοῦ Λιλυβαίου τὴν δύναμιν,
ὥρμησε καὶ κατεστρατοπέδευσε πρὸς τοῖς ὅροις τῆς χώ-
3 ρας τῆς Πανορμίτιδος. ὁ δὲ Καικίλιος, θεωρῶν αὐτὸν
κατατεθαῤῥηκότα, καὶ σπουδάζων ἐκκαλεῖσθαι τὴν ὁρ-
μὴν αὐτοῦ, συνεῖχε τοὺς στρατιώτας ἐντὸς τῶν πυλῶν.
4 οἷς ἐπαιρόμενος Ἀσδρούβας, ὡς οὐ τολμῶντος ἀντεξιέναι
τοῦ Καικιλίου, θρασέως ὁρμήσας παντὶ τῷ στρατεύ-
5 ματι, κατῆρε διὰ τῶν στενῶν εἰς τὴν Πανορμῖτιν. φθεί-
ροντος δὲ τοὺς καρποὺς αὐτοῦ μέχρι τῆς πόλεως, ἔμενεν
ἐπὶ τῆς ὑποκειμένης γνώμης ὁ Καικίλιος, ἕως αὐτὸν ἐξε-
6 καλέσατο διαβῆναι τὸν πρὸ τῆς πόλεως ποταμόν. ἐπεὶ
δὲ τὰ θηρία διεβίβασαν οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ τὴν δύνα-
μιν· τοτηνικαῦτα δὲ τοὺς εὐζώνους ἐξαποστέλλων ἠρέ-
θιζε, μέχρι πᾶν αὐτοὺς ἐκτάξαι τὸ στρατόπεδον ἠνάγ-
7 κασε. συνθεασάμενος δὲ γιγνόμενον ὃ προέθετο, τινὰς
μὲν τῶν εὐκινήτων πρὸ τοῦ τείχους καὶ τῆς τάφρου
[y] παρέβαλε, προστάξας, ἂν ἐγγίζῃ τὰ θηρία πρὸς αὐ-
8 τοὺς, χρῆσθαι τοῖς βέλεσιν ἀφθόνως· ὅταν δ' ἐκπιέζων-
ται, καταφεύγειν εἰς τὴν τάφρον, καὶ πάλιν ἐκ ταύτης
ὁρμωμένους εἰσακοντίζειν εἰς τὰ προσπίπτοντα τῶν ζώων.
9 τοῖς δ' ἐκ τῆς ἀγορᾶς βαναύσοις φέρειν προσέταξε τὰ
βέλη, καὶ παραβάλλειν ἔξω παρὰ τὸν θεμέλιον τοῦ τεί-
χους. αὐτὸς δὲ, τὰς σημαίας ἔχων, ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ
λαιὸν κέρας τῶν ὑπεναντίων κειμένης πύλης ἐφεστήκει,

A. U. 503. Cæcilius et Asdrubal ad Panormum.

y Fors. παρενέβαλε.

messis erat, sociorum frugibus præsidio esset; Lilybæo cum exercitu profectus, ad fines agri Panormitani castra ponit. *Cæcilius*, videns illius confidentiam, quo hunc ejus impetum magis etiam irritaret, suos intra portas continuit. Qua re elatus *Asdrubal*, tamquam non audente exire contra Cæcilio, audacter cum universis copiis per ipsas fauces in Panormitanum agrum irrumpit. Qui quum ad ipsum usque oppidum fruges corrumperet, in suscepta semel sententia mansit Cæcilius, quoad hostem fluvium transire, qui ante urbem fluit, pellexisset. Postquam elephantos cum exercitu traduxit Pœnus; tum vero expeditos immittere Cæcilius, atque adversarios lacessere, donec universum exercitum in aciem educere coëgisset. Tandem voti compos, manum expeditorum ante urbem fossamque locat, jussam, si propius bestiæ accesserint, crebris telis eas obruere; ubi premi cœpissent, in fossam confugere, atque inde rursus densa tela in illas, quæ appropinquassent, mittere. Simul sellulariis, qui forum obsident, præcipit, ut tela his extra urbem comportent, et ad imam mœnium partem ea deponant. Ipse cum legionariis ad portam lævo hostium cornui oppositam constitit,

A. U. 503. Cæditur fugaturque Asdrubal.

πλείους ἀεὶ καὶ πλείους ἐπαποστέλλων τοῖς ἀκροβολιζο-
μένοις. Ἅμα δὲ τῷ τούτων ὁλοσχερεστέραν γενέσθαι 11
τὴν συμπλοκὴν, ἀντιφιλοδοξοῦντες οἱ τῶν ἐλεφάντων
ἐπιστάται πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν, καὶ βουλόμενοι δι' αὐ-
τῶν ποιῆσαι τὸ προτέρημα, πάντες ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς
προκινδυνεύοντας· τρεψάμενοι δὲ τούτους ῥᾳδίως, συνε-
δίωξαν εἰς τὴν τάφρον. [z] προσπεσόντων δὲ τῶν θηρίων, 12
καὶ τιτρωσκομένων μὲν ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ τείχους τοξευόν-
των, συνακοντιζομένων δ' ἐνεργοῖς καὶ πυκνοῖς τοῖς ὑσσοῖς
καὶ τοῖς γρόσφοις ὑπ' ἀκεραίων τῶν πρὸ τῆς τάφρου
διατεταγμένων· συμβελῆ γιγνόμενα, καὶ κατατραυμα- 13
τιζόμενα, ταχέως διεταράχθη, καὶ στραφέντα κατὰ τῶν
ἰδίων ἐφέρετο, τοὺς μὲν ἄνδρας καταπατοῦντα καὶ δια-
φθείροντα, [a] τὰς δὲ τάξεις συγχέοντα καὶ κατασπῶντα
τὰς αὐτῶν. ἃ καὶ κατιδὼν ὁ Καικίλιος, ἐξῆγε τὴν δύ- 14
ναμιν ἐνεργῶς· καὶ συμπεσὼν ἐκ πλαγίου κατὰ κέρας
τεταραγμένοις τοῖς πολεμίοις, ἀκεραίους ἔχων καὶ συν-
τεταγμένους, τροπὴν ἐποίει τῶν ὑπεναντίων ἰσχυράν· καὶ
πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασε
φεύγειν προτροπάδην. θηρία δὲ σὺν αὐτοῖς μὲν Ἰνδοῖς 15
ἔλαβε δέκα· τῶν δὲ λοιπῶν τοὺς Ἰνδοὺς ἀπεῤῥιφότων,
μετὰ τὴν μάχην περιελασάμενος, ἐκυρίευσε πάντων.
ταῦτα δ' ἐπιτελεσάμενος, ὁμολογουμένως αἴτιος ἐδόκει 16

[z] προπεσόντων maluit Reisk. [a] Vett. libri τάς τε τάξ.

subinde plures alium super alium subsidio mittens velitantibus. Coorta inter hos acriore jam pugna, rectores belluarum, æmuli gloriæ Asdrubalis, suam facere victoriam optantes, uno omnes impetu in primos pugnatores irruunt; quos, non magno negotio fugatos, in fossam compellunt. In hos acti elephanti, quum et ab iis, qui e mœnibus sagittas mittebant, ferirentur, et validis frequentibusque pilis hastisque velitaribus ab integris illis, qui pro fossa positi fuerant, configerentur; mox telis confossi toto corpore, vulneribusque confecti, sævire incipiunt; et conversi, in suos ruunt, ac cum singulos proculcando interimunt, tum ordines ipsos conturbant dissipantque. Hoc cognito, *Cæcilius* copias propere educit: et, quum recentibus suis compositaque acie hostes incompositos a latere invasisset, magna strage edita, multos occidit, reliquos in fugam effusam avertit. Belluæ cum *Indis* suis captæ sunt decem: ceteras, quæ rectores dejecerant, post pugnam omnes, ab equitibus circumventas cepit. Atque his gestis, con-

A. U. 503. Fugatur Asdrubal.

γεγονέναι τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι τοῦ πάλιν ἀναθαῤ-
ῥῆσαι τὰς πεζικὰς δυνάμεις, καὶ κρατῆσαι τῶν ὑπαί-
θρων.

A. U. 504. Novam classem parant Romani.

XLI. Τοῦ δὲ προτερήματος τούτου προσπεσόντος εἰς
τὴν Ῥώμην, περιχαρεῖς ἦσαν, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ τοὺς
πολεμίους ἠλαττῶσθαι, τῶν θηρίων ἐστερημένους· ὡς ἐπὶ
τῷ τοὺς ἰδίους τεθαῤῥηκέναι, τῶν ἐλεφάντων κεκρατηκό-
2 τας. διὸ καὶ πάλιν ἐπεῤῥώσθησαν [b] διὰ ταῦτα κατὰ τὴν
ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, εἰς τὸ μετὰ στόλου καὶ ναυτικῆς δυ-
νάμεως τοὺς στρατηγοὺς ἐπὶ τὰς πράξεις ἐκπέμπειν,
σπουδάζοντες εἰς δύναμιν πέρας ἐπιθεῖναι τῷ πολέμῳ.
3 παρασκευασθέντων δὲ τῶν ἐπιτηδείων πρὸς τὴν ἐξαποστο-
λὴν, ἔπλεον οἱ στρατηγοὶ διακοσίαις ναυσὶν ὡς ἐπὶ τῆς
Σικελίας. ἔτος δ' ἦν τῷ πολέμῳ τεσσαρεσκαιδέκατον.

Lilybæum obsident Romani.

4 Καθορμισθέντες δὲ πρὸς τὸ Λιλύβαιον, ἅμα καὶ τῶν
πεζικῶν ἐκεῖ στρατοπέδων αὐτοῖς ἀπηντηκότων, ἐνεχεί-
ρουν πολιορκεῖν· ὅτι κρατήσαντες ταύτης, ῥᾳδίως με-
5 ταβιβάσουσι τὸν πόλεμον εἰς τὴν Λιβύην. σχεδὸν δὲ
περί γε τούτου τοῦ μέρους καὶ τῶν Καρχηδονίων οἱ προ-
εστῶτες ὡμοδόξουν, καὶ τοὺς αὐτοὺς εἶχον λογισμοὺς
6 τοῖς Ῥωμαίοις. διὸ καὶ τἄλλα πάρεργα ποιησάμενοι,
περὶ τὸ βοηθεῖν ἐγίγνοντο καὶ παραβάλλεσθαι καὶ
πᾶν ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς προειρημένης πόλεως· διὰ τὸ
μηδεμίαν ἀφορμὴν καταλείπεσθαι σφίσι, πάσης δὲ

[b] μετὰ ταῦτα malim.

fessione omnium hæc ei laus tribuebatur, quod per illum terrestribus copiis animus rediisset, ad ea quæ extra munitiones erant vindicanda.

XLI. Allato Romam hujus victoriæ nuntio, efferri omnes lætitia; non tam, quod amissis elephantis multum hosti de viribus suis decessisset; quam, quod militibus, post bestias superatas, animi spiritusque rediissent. Rursus igitur hanc ob caussam, sicut initio proposuerant, animos obfirmarunt, ut Consules cum classe copiisque navalibus in expeditionem mitterent: bello huic finem imponere modis omnibus cupientes. Paratis omnibus ad expeditionem necessariis, classe navium CC in Siciliam Consules proficiscuntur. Erat autem hic *annus hujus belli decimus quartus.* Quum *Lilybæum* appulissent, et pedestres etiam copiæ, quæ in Sicilia erant, eodem illis occurrissent, oppidum illud obsidere instituunt: rati, eo capto bellum in Africam facile se translaturos. In quo sensus ferme idem fuit et ducum Carthaginiensium; qui de ea re non aliter quam Romani judicabant. Quare cetera insuper habentes, in eo toti erant, ut opem ferrent, et quidvis auderent, ac nihil non facerent ejus urbis servandæ

A. U. 501. τῆς ἄλλης Σικελίας ἐπικρατεῖν Ῥωμαίους, πλὴν Δρε-
πάνων. Ἵνα δὲ μὴ τοῖς ἀγνοοῦσι τοὺς τόπους ἀσαφῆ 7
τὰ λεγόμενα γίγνηται, πειρασόμεθα διὰ βραχέων ἀγα-
γεῖν εἰς ἔννοιαν τῆς εὐκαιρίας καὶ θέσεως αὐτῶν τοὺς
ἐντυγχάνοντας.

Siciliæ situs et figura. XLII. Τὴν μὲν οὖν σύμπασαν Σικελίαν τῇ θέσει τε-
τάχθαι συμβαίνει πρὸς τὴν Ἰταλίαν καὶ τὰ ἐκείνης
πέρατα, παραπλησίως τῇ τῆς Πελοποννήσου θέσει πρὸς
τὴν λοιπὴν Ἑλλάδα καὶ τὰ ταύτης ἄκρα· τούτῳ δ' 2
αὐτῷ διαφέρειν ἀλλήλων, ᾗ ἐκείνη μὲν [c]νῆσός ἐστιν, ἡ δὲ
[d]χερσόνησος· ἧς μὲν γὰρ ὁ μεταξὺ τόπος ἐστὶ πορευτὸς,
ἧς δὲ πλωτός. τὸ δὲ σχῆμα τῆς Σικελίας ἐστὶ μὲν 3
τρίγωνον, αἱ δὲ κορυφαὶ τῶν γωνιῶν ἑκάστης ἀκρωτηρίων
λαμβάνουσι τάξεις. ὧν τὸ μὲν πρὸς μεσημβρίαν νεῦον, 4
Pachynus. εἰς δὲ τὸ Σικελικὸν πέλαγος ἀνατεῖνον, Πάχυνος κα-
λεῖται. τὸ δ' εἰς τὰς ἄρκτους κεκλιμένον, ὁρίζει μὲν 5
τοῦ πορθμοῦ τὸ πρὸς δύσει μέρος, ἀπέχει δὲ τῆς Ἰτα-
Pelorias. λίας ὡς [e]δυοκαίδεκα στάδια, προσαγορεύεται δὲ Πε-
λωριάς. τὸ δὲ τρίτον τέτραπται μὲν εἰς αὐτὴν τὴν 6
Λιβύην, ἐπίκειται δὲ τοῖς προκειμένοις τῆς Καρχηδόνος
ἀκρωτηρίοις εὐκαίρως, διέχον ὡς χιλίους σταδίους· νεύει
δ' εἰς χειμερινὰς δύσεις, διαιρεῖ δὲ τὸ Λιβυκὸν καὶ τὸ
Σαρδῷον πέλαγος, προσαγορεύεται δὲ Λιλύβαιον. Ἐπὶ 7

[c] Quatuor verba (νῆσός ἐστιν, ἡ δὲ) a Casaub. adjecta, absunt a MStis, et abesse possunt. [d] χερσόννησος Bav. χεῤῥόνησος Aug. [e] Alii δεκαδύο.

caussa; qua amissa, Romanis totam Siciliam præter Drepana tenentibus, nullam ipsi amplius in insula arcem belli erant habituri reliquam. Sed ne locorum imperitis obscura sint quæ sumus dicturi, conabimur opportunitatis et situs illorum notitiam aliquam lectoribus dare.

XLII. *Sicilia* omnis eodem fere modo se habet, ratione situs, ad Italiam et ejus extrema, quo Peloponnesus ad reliquam Græciam et prominentes illius terminos. Hoc uno differunt, quod insula illa est, hæc peninsula: nam per illius quidem isthmum, pedibus iter patet; per hujus fretum, navibus. Figuram Sicilia habet trigoni: cujusque anguli vertices locum obtinent promontoriorum. Quod ex iis in meridiem vergit, et in mare Siculum porrigitur, *Pachynus* vocatur: quod in Septentriones, fretum ab occasu terminans, distansque ab Italia ad mille passus et quingentos, *Pelorias* dicitur: tertium promontorium Africam spectat, opportune oppositum illis promontoriis, quæ Carthagini præjacent, a quibus distat M. P. CXXV; vergit autem ad hibernum occasum, ac mare Africum Sardoumque dividit, nomine *Lilybæum.* In hac parte urbs habitatur

δὲ τούτῳ πόλις ὁμώνυμος κεῖται τῷ τόπῳ, περὶ ἣν τότε A. U. 504.
συνέβαινε τοὺς Ῥωμαίους συνίστασθαι τὴν πολιορκίαν· Lilybæum obsident
[f]τείχεσι δὲ διαφερόντως ἠσφαλισμένην, καὶ πέριξ τάφρῳ Romani.
βαθείᾳ, καὶ τενάγεσιν ἐκ θαλάττης· δι' ὧν ἐστιν εἰς
τοὺς λιμένας εἴσπλους, πολλῆς δεόμενος ἐμπειρίας καὶ
8 συνηθείας. ταύτῃ δὲ προσστρατοπεδεύσαντες ἐξ ἑκατέρου
μέρους οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων
τάφρῳ καὶ χάρακι καὶ τείχει διαλαβόντες· ἤρξαντο
προσάγειν ἔργα, κατὰ τὸν ἔγγιστα κείμενον τῆς θα-
9 λάττης πύργον, ὡς πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος. προσκα-
τασκευάζοντες δ' ἀεὶ τοῖς ὑποκειμένοις, καὶ παρεκτεί-
νοντες τῶν ἔργων τὰς κατασκευὰς, τέλος ἓξ πύργους
τοὺς συνεχεῖς [g]τῷ προειρημένῳ κατέβαλον· τοὺς δὲ
10 λοιποὺς πάντας ἅμα κριοκοπεῖν ἐνεχείρησαν. γιγνομένης
δ' [h]ἐνεργοῦ καὶ καταπληκτικῆς τῆς πολιορκίας· καὶ τῶν
πύργων, τῶν μὲν πονούντων ἀνὰ ἑκάστην ἡμέραν, τῶν δ'
ἐρειπομένων, ἅμα δὲ καὶ τῶν ἔργων ἐπιβαινόντων ἀεὶ καὶ
11 μᾶλλον ἐντὸς τῆς πόλεως· ἦν ἰσχυρὰ διατροπὴ καὶ κα-
τάπληξις παρὰ τοῖς πολιορκουμένοις, καίπερ ὄντων ἐν τῇ
πόλει, χωρὶς τοῦ πολιτικοῦ πλήθους, αὐτῶν τῶν μισθο-
12 φόρων εἰς μυρίους. οὐ μὴν, ἀλλ' ὅ γε στρατηγὸς αὐτῶν
Ἰμίλκων οὐδὲν [i]παρέλειπε τῶν δυνατῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν Himilcon præf. Lily-
ἀντοικοδομῶν, τὰ δ' ἀντιμεταλλεύων, οὐ τὴν τυχοῦσαν bæi.

[f] Legend. τείχεσί τε, nisi ante hæc verba excidit nonnihil, veluti καὶ φύσει μὲν ὀχυρὰν οὖσαν, aut aliquid simile. [g] τῷ προειρ. debetur Casaubono. Libri omnes mendose τῶν προειρημένων. [h] ἐνεργοῦς Aug. Reg. A. [i] Alii παρέλιπε.

ejusdem cum ipso promontorio nominis: ea est, quam tunc Romani obsidebant; muris egregie munitam, atque in circuitu alta fossa, tum aquis e mari restagnantibus; per quæ stagna patet ad portum aditus, peritia usuque multo opus habens. Ad hanc urbem quum ab utraque parte castra posuissent Romani, juncta inter se fossa valloque ac muro; opera versus turrim mari proximam, qua est in pelagus Libycum prospectus, admovere cœperunt. Dumque prioribus semper aliquid adstruunt, et operum structuras ulterius proferunt; tandem sex dejectis turribus jam dictæ continuis, reliquas omnes quatere ariete parant. Ita quum urgeretur acriter terribilemque in modum obsidio, et turres quotidie aliæ ruinam minarentur, aliæ ruerent, ad hæc opera magis magisque intra urbem penetrarent; pavor et consternatio ingens obsessos invadit, quamvis essent in urbe, præter civilem multitudinem, externorum auxiliorum ad x millia. Enimvero dux ipsorum *Himilcon* nihil eorum quæ fieri poterant prætermittere; sed dejecta instaurans, cuniculos cuniculis eludens, difficultate non mediocri hostes affi-

A. U. 504. ἀπορίαν παρεῖχε τοῖς ὑπεναντίοις. ἔτι δὲ καθ' ἑκάστην 13
ἡμέραν ἐπιπορευόμενος, καὶ τοῖς ἔργοις ἐγχειρῶν, εἴ πως
δύναιτο πῦρ ἐμβαλεῖν, πολλοὺς ὑπὲρ τούτου τοῦ μέρους
καὶ παραβόλους ἀγῶνας δὴ συνίστατο, καὶ μεθ' ἡμέραν
καὶ νύκτωρ· ὥστε πλείους ἐνίοτε γίγνεσθαι νεκροὺς ἐν
ταῖς τοιαύταις συμπλοκαῖς, τῶν εἰωθότων πίπτειν ἐν
ταῖς παρατάξεσι.

Lilybæum prodere conantur mercenarii.

XLIII. Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους τῶν ἡγεμόνων τινὲς
τῶν τὰς μεγίστας χώρας ἐχόντων ἐν τοῖς μισθοφόροις, συλ-
λαλήσαντες αὐτοὶ ἑαυτοῖς ὑπὲρ τοῦ τὴν πόλιν ἐνδοῦναι
τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ πεπεισμένοι πειθαρχήσειν σφίσι τοὺς
ὑποτεταγμένους, ἐξεπήδησαν νυκτὸς ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ
τὸ στρατόπεδον, καὶ διελέγοντο τῷ τῶν Ῥωμαίων στρα-
τηγῷ περὶ τούτων. Ὁ δ' Ἀχαιὸς Ἀλέξων, ὁ καὶ τοῖς 2
Ἀκραγαντίνοις κατὰ τοὺς ἐπάνω χρόνους αἴτιος γενό-
μενος τῆς σωτηρίας, καθ' ὃν καιρὸν ἐπεβάλοντο παρα-
σπονδεῖν αὐτοὺς οἱ τῶν Συρακουσίων μισθοφόροι· καὶ
τότε πρῶτον συνεὶς τὴν πρᾶξιν, ἀνήγγειλε τῷ στρατηγῷ
τῶν Καρχηδονίων. ὁ δὲ διακούσας, παραχρῆμα συνῆγε 3
τοὺς καταλειπομένους τῶν ἡγεμόνων, καὶ παρεκάλει
μετὰ δεήσεως, μεγάλας δωρεὰς καὶ χάριτας ὑπισχνού-
μενος, ἐὰν [k] ἐμμείνωσι τῇ πρὸς αὐτὸν πίστει, καὶ μὴ
κοινωνήσωσι τοῖς ἐξεληλυθόσι τῆς [l] ἐπιβουλῆς. δεχομένων 4
δὲ προθύμως τοὺς λόγους, εὐθέως μετ' αὐτῶν ἀπέστειλε,

Alexonis Achæi fides.

Irrita Lilybæi proditio.

[k] Edd. ex Bav. ἐμμένωσι. [l] Verius fuerit ἐπιβολῆς.

cere. Idem quotidie huc illuc incursans, et machinis intentus, si quo posset modo ignem illis injicere, multa hoc fine ac pæne temeraria et noctu et interdiu certamina excitavit: ut plures interdum in ejusmodi dimicationibus desiderarentur, quam cadere solent, cum acie utrimque instructa res agitur.

XLIII. Inter hæc duces quidam præcipui inter mercenarios, conspiratione facta urbis tradendæ Romanis, persuasi obtemperaturos sibi milites suos, in castra ex oppido noctu transiliunt, deque ea re cum Romano Consule agunt. Verum *Alexo*, Achæus, qui superioribus temporibus Agrigentinis, quorum proditionem mercenarii Syracusanorum moliebantur, salutis auctor fuerat; tunc quoque primus fraudem intellexit, et *Himilconi* aperuit. Is, re cognita, omnes, qui restabant in urbe duces, in unum cogit, hortatur, oratque, magna etiam præmia pollicens, ut in data fide maneant, neque proditionis, quam illi agitabant qui exierant, participes esse velint. Qui quum promto animo assentirentur, ad milites conductitios extemplo eos mittit; et una cum ipsis,

πρὸς μὲν τοὺς Κελτοὺς, Ἀννίβαν τὸν υἱὸν τοῦ Ἀννίβου, A. U. 504.
τοῦ μεταλλάξαντος ἐν Σαρδόνι, διὰ τὴν προγεγενημένην Irrita Lilybæi proditio.
ἐν τῇ στρατείᾳ πρὸς αὐτοὺς συνήθειαν· ἐπὶ δὲ τοὺς
ἄλλους μισθοφόρους Ἀλέξωνα, διὰ τὴν παρ' ἐκείνοις
5 ἀποδοχὴν αὐτοῦ καὶ πίστιν. οἳ καὶ συναγαγόντες τὰ
πλήθη, καὶ παρακαλέσαντες, ἔτι δὲ πιστωσάμενοι τὰς
προτεινομένας ἑκάστοις δωρεὰς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ, ῥα-
6 δίως ἔπεισαν αὐτοὺς μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων. Διὸ
καὶ μετὰ ταῦτα, τῶν ἐκπηδησάντων . . πρὸς τὰ τείχη,
καὶ βουλομένων παρακαλεῖν καὶ λέγειν τι περὶ τῆς τῶν
Ῥωμαίων ἐπαγγελίας, οὐχ οἷον [m] προσεῖχον αὐτοῖς,
ἀλλ' ἁπλῶς οὐδ' ἀκούειν ἠξίουν· βάλλοντες δὲ τοῖς
λίθοις, καὶ συνακοντίζοντες, ἀπεδίωξαν ἀπὸ τοῦ τείχους.
7 Καρχηδόνιοι μὲν οὖν διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, παρὰ
μικρὸν ἦλθον ἀπολέσαι τὰ πράγματα, παρασπονδηθέντες
8 ὑπὸ τῶν μισθοφόρων· Ἀλέξων δὲ πρότερον Ἀκραγαν-
τίνοις ἔσωσε διὰ τὴν πίστιν οὐ μόνον τὴν πόλιν καὶ τὴν
χώραν, ἀλλὰ καὶ τοὺς νόμους καὶ τὴν ἐλευθερίαν· τότε
δὲ Καρχηδονίοις αἴτιος ἐγένετο, τοῦ μὴ σφαλῆναι τοῖς
ὅλοις.

XLIV. Οἱ δὲ ἐν τῇ Καρχηδόνι τούτων μὲν οὐδὲν εἰδότες, συλλογιζόμενοι δὲ τὰς ἐν ταῖς πολιορκίαις χρείας, πληρώσαντες στρατιωτῶν πεντήκοντα ναῦς, καὶ παρακαλέσαντες τοῖς ἁρμόζουσι λόγοις τῆς πράξεως τὸν

Subsidium mittitur Lilybæo.

[m] Lacunæ signum adposui, uno fortasse vocab. προσελθόντων supplendæ. Loco πρὸς dant εἰς Aug. Reg. A.

ad Gallos quidem *Hannibalem*, Hannibalis F. qui in Sardinia vitam finierat, ex veteri commilitio notum ipsis ac familiarem; ad reliquos vero, *Alexonem*, acceptum ipsis virum et cui facile fidem haberent. Hi suos quisque congregare, hortari; et de præmiis, quæ dux Pœnus ostendebat, certam ipsis fidem facere. Ita facile ab iis impetrant, ne quid ultra moveant. Quare quum post hæc qui mœnia transiluerant, iterum ad eadem accessissent, ut suos convenirent, et oblatas a Romanis conditiones ipsis indicarent; ne auribus quidem admittere eorum sermones voluerunt, nedum ut ipsis consentirent: quin immo lapidibus ac telis petitos recedere a mœnibus compellunt. Atque ita Carthaginienses, perfidia mercenariorum, parum abfuerunt, ut omnia perderent: et *Alexo*, qui jam ante fidei integritate suam Agrigentinis urbem, regionem, leges etiam et libertatem conservaverat, tunc Pœnis quoque, ne summæ rei jacturam facerent, in caussa exstitit.

XLIV. Nihil quidem harum rerum, qui erant Carthagine, compertum habebant: sed, qui facile conjicerent, quibus rebus sit obsessis opus, naves quinquaginta milite implent, et *Hanni-*

A. U. 504. ἐπὶ τούτοις τεταγμένον Ἀννίβαν, ὃς ἦν Ἀμίλκου μὲν υἱὸς, τριήραρχος δὲ καὶ φίλος Ἀτάρβου πρῶτος, ἐξαπέστειλαν κατὰ σπουδὴν, ἐντειλάμενοι μὴ [n] καταμελῆσαι, χρησάμενον δὲ σὺν καιρῷ τῇ τόλμῃ, βοηθῆσαι τοῖς πολιορκουμένοις. ὁ δ' ἀναχθεὶς μετὰ μυρίων στρα- 2
τιωτῶν, καὶ καθορμισθεὶς ἐν ταῖς καλουμέναις [o] Αἰγούσαις, μεταξὺ δὲ κειμέναις Λιλυβαίου καὶ Καρχηδόνος, ἐπετήρει τὸν πλοῦν. λαβὼν δ' [p] οὔριον καὶ λαμπρὸν 3
ἄνεμον, ἐκπετάσας πᾶσι τοῖς ἀρμένοις καὶ κατουρώσας, ἐπ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, ἔχων καθωπλισμένους καὶ πρὸς μάχην ἑτοίμους τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τὰ μὲν 4
αἰφνιδίου γενομένης τῆς ἐπιφανείας, τὰ δὲ φοβούμενοι, μὴ σὺν τοῖς πολεμίοις ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πνεύματος συγκατενεχθῶσιν εἰς τὸν λιμένα τῶν ὑπεναντίων, τὸ μὲν [q] διακωλύειν τὸν εἴσπλουν τῆς βοηθείας ἀπέγνωσαν, ἐπὶ δὲ τῆς θαλάττης ἔστησαν καταπεπληγμένοι τὴν τῶν πολεμίων τόλμαν. τὸ δ' ἐκ τῆς πόλεως πλῆθος ἠθροισ- 5
μένον ἐπὶ τὰ τείχη πᾶν ἅμα μὲν ἠγωνία τὸ συμβησόμενον, ἅμα δ' ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς ἐλπίδος ὑπερχαρὲς ὑπάρχον, μετὰ κρότου καὶ κραυγῆς παρεκάλει τοὺς εἰσπλέοντας. Ἀννίβας δὲ, παραβόλως καὶ τεθαῤῥηκότως 6
εἰσδραμὼν, καὶ καθορμισθεὶς εἰς τὸν λιμένα, μετ' ἀσφα-

Hannibal cum subsidio intrat Lilybæum.

[n] καταμελλῆσαι maluit Ernest. [o] Alii Αἰγούσσαις. [p] Suidas οὔριον ἄνεμον καὶ λαμπρόν. [q] Alii τὸν ἐπίπλουν.

bali tradunt, *Amilcaris* filio, Adherbalis triremium præfecto et singulari amico; quem multis adhortati, prout res ac tempus exigebant, propere proficisci jubent; mandantque, ut missa omni lentitudine, simulac opportunum foret, auderet, atque obsessis opem ferret. *Hannibal* cum decem millibus militum solvit, et mox *Ægusas*, quas vocant, inter Lilybæum et Carthaginem sitas, appellit; ibique tempus commodum intrandi *Lilybæum* exspectat. Deinde, ventum nactus secundum ac validum, passis velis omnibus ac flatuum opportunitate usus, ipsum portus ostium cursu petit, milites in navium tabulatis armatos et ad pugnam paratos habens. Romani vero, partim quod ex inopinato hostis apparuisset, partim quod metuerent, ne vi ventorum una cum hostibus in portum deferrentur, aditu quidem prohibere adveniens auxilium supersedent; verum ad mare subsistunt, Pœnorum audaciam cum stupore spectantes. Oppidanorum turba, in murum congregata, anxia simul de eventu, et spe inopinati auxilii supra modum læta, plausu et clamore portum subeuntibus animos addebat. *Hannibal*, audaci fidentique animo delatus cursu, ut portum tenuit, tuto copias in terram

7 λείας ἀπεβίβασε τοὺς στρατιώτας. οἱ δ' ἐν τῇ πόλει A. U. 504.
πάντες οὐχ οὕτως ἦσαν ἐπὶ τῇ τῆς βοηθείας παρουσίᾳ περιχαρεῖς, καίπερ μεγάλην ἐλπίδα καὶ χεῖρα προσειληφότες, ὡς ἐπὶ τῷ μὴ τετολμηκέναι τοὺς Ῥωμαίους κωλῦσαι τὸν ἐπίπλουν τῶν Καρχηδονίων.

Erumpunt Pœni ex Lilybæo.

XLV. Ἰμίλκων δ', ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς πόλεως στρατηγὸς, θεωρῶν τὴν ὁρμὴν καὶ προθυμίαν τῶν μὲν ἐν τῇ πόλει, διὰ τὴν παρουσίαν τῆς βοηθείας, τῶν δὲ παραγεγονότων, διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν περιεστώτων κακῶν·
2 βουλόμενος [r] ἀκεραίοις ἀποχρήσασθαι ταῖς ἑκατέρων ὁρμαῖς πρὸς τὴν διὰ τοῦ πυρὸς ἐπίθεσιν τοῖς ἔργοις,
3 συνῆγε πάντας εἰς ἐκκλησίαν. παρακαλέσας δὲ τῷ καιρῷ τὰ πρέποντα διὰ πλειόνων, καὶ παραστήσας ὁρμὴν ὑπερβάλλουσαν διά τε τὸ μέγεθος τῶν ἐπαγγελιῶν τοῖς κατ' ἰδίαν [s] ἀνδραγαθήσασι, καὶ τὰς κατὰ κοινὸν ἐσομένας χάριτας αὐτοῖς καὶ δωρεὰς παρὰ Καρ-
4 χηδονίων· ὁμοθυμαδὸν ἐπισημαινομένων, καὶ βοώντων μὴ μέλλειν, ἀλλ' ἄγειν αὐτούς· τότε μὲν, ἐπαινέσας καὶ δεξάμενος τὴν προθυμίαν, ἀφῆκε, παραγγείλας ἀναπαύεσθαι καθ' ὥραν, καὶ πειθαρχεῖν τοῖς ἡγουμένοις.
5 μετ' οὐ πολὺ δὲ συγκαλέσας τοὺς προεστῶτας αὐτῶν, διένειμε τοὺς ἁρμόζοντας πρὸς τὴν ἐπίθεσιν ἑκάστοις τόπους, καὶ τὸ σύνθημα καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἐπιθέσεως

[r] MSti et editi ante Gronov. ἀκεραίως. [s] ἀνδραγαθήσασι recte Vat. et Flor. Id Aug. et Reg. A. in ἀνδραγαθήμασι mutarunt, Bav. vero in ἀνδραγαθήσουσι, quod inde in editos et in MStos Reg. B. C. transiit.

exposuit. Tum enimvero, qui in urbe erant, gaudio ovare, non tam propter adlatam sibi in præsens opem; etsi magna tum spe, tum auxiliorum manu suscepta; quam eo potissimum nomine, quod Pœnos Romani appulsu prohibere non essent ausi.

XLV. *Himilco*, præfectus urbi, studio atque alacritate omnium perspecta; oppidanorum, propter subsidii adventum; eorum qui advenerant, quod urgentia obsessos mala necdum erant experti: ratus, priusquam resideret hic in utrisque animorum impetus, eo sibi integro adhuc utendum ad machinis ignem injiciendum, ad concionem cunctos vocat. Ibi multis eos hortatus, prout res poscere videbatur; ingenti cupiditate pugnæ in omnium animis excitata, cum magnitudine eorum, quæ viritim cuique fortiter rem gesturo promittebantur, tum publicæ etiam liberalitatis ac munificentiæ a Rep. Carthaginiensium spe facta; cunctis una voce assentientibus, ac clamore sublato educi poscentibus; tunc quidem illos laudatos, quum gratam sibi hanc ipsorum alacritatem dixisset, dimittit, jubetque ut ad quietem mature se reciperent, ac de cetero ducibus obtemperarent. Mox, ductoribus ordinum ad se vocatis, idonea ad faciendam impressionem loca cuique distribuit; dat tesseram; inchoandi tempus

A. U. 504.

Erumpunt Pœni ex Lilybæo.

ἐδήλωσε, καὶ παρήγγειλε τοῖς ἡγεμόσι, μετὰ πάντων
τῶν ὑποτεταγμένων ἐπὶ τοῖς τόποις ἑωθινῆς εἶναι φυ-
λακῆς. τῶν δὲ πειθαρχησάντων, ἐξαγαγὼν τὴν δύναμιν 6
ἅμα τῷ φωτὶ, κατὰ πλείους τόπους ἐνεχείρει τοῖς
ἔργοις. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, διὰ τὸ προορᾶσθαι τὸ μέλλον, 7
οὐκ ἀργῶς, οὐδ' ἀπαρασκεύως εἶχον, ἀλλ' ἑτοίμως
παρεβοήθουν πρὸς τὸ δεόμενον, καὶ διεμάχοντο τοῖς
πολεμίοις ἐῤῥωμένως. πάντων δ' ἐν βραχεῖ χρόνῳ συμ- 8
πεσόντων ἀλλήλοις, ἦν ἀγὼν παράβολος πέριξ τοῦ τεί-
χους· οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῆς πόλεως ἦσαν οὐκ ἐλάττους
δισμυρίων, οἱ δ' ἔξωθεν ἔτι πλείους τούτων. ὅσῳ δὲ 9
συνέβαινε τοὺς ἄνδρας ἐκτὸς τάξεως ποιεῖσθαι τὴν μά-
χην ἀναμὶξ κατὰ τὰς αὐτῶν προαιρέσεις, τοσούτῳ
λαμπρότερος ἦν ὁ κίνδυνος· ὡς ἂν ἐκ τοσούτου πλήθους
κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ ζυγὸν οἱονεὶ μονομαχικῆς συν-
εστώσης περὶ τοὺς ἀγωνιζομένους τῆς φιλοτιμίας. οὐ 10
μὴν, ἀλλ' ἥ τε κραυγὴ καὶ τὸ σύστρεμμα διαφέρον ἦν
πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἔργοις. οἱ γὰρ ἀρχῆθεν ἐπ' αὐτῷ 11
τούτῳ παρ' ἀμφοῖν ταχθέντες, οἱ μὲν ἐπὶ τῷ τρέψασθαι
τοὺς ἐπὶ τῶν ἔργων, οἱ δ' ἐπὶ τῷ μὴ προέσθαι ταῦτα,
τηλικαύτην ἐποιοῦντο φιλοτιμίαν καὶ σπουδὴν, οἱ μὲν
ἐξῶσαι σπεύδοντες, οἱ δ' οὐδαμῶς εἶξαι τούτοις τολ-
μῶντες [t] διὰ τὴν προθυμίαν· τέλος ἐν αὐταῖς μένοντες
ταῖς ἐξ ἀρχῆς χώραις, ἀπέθνησκον. οἵ γε μὴν ἅμα 12

Frustra tentant machinas Romanorum.

[t] Sub finem claudicat oratio; et videtur utique legendum ὥστε διὰ τὴν προθυμίαν τέλος ἐν αὐταῖς.

aperit; ductoribus imperat, ut cum omnibus suis circa matutinam vigiliam designatis locis se sistant. Quibus jussa facientibus, eductis luce prima copiis, pluribus simul locis machinas invadit. Romani, qui præviderant, quod futurum erat, neque cessabant, neque erant imparati; sed promte, quo res cunque vocabat, laturi opem adcurrebant, hostibusque fortiter resistebant. Nec longa mora est, cum totis utrimque viribus concurritur, fitque pugna atrox circa mœnia. Nam ex urbe ad viginti hominum millia exierant; quem numerum aliquanto superabant, qui foris erant. Quoniam autem non servatis ordinibus, sed promiscue pugnabatur ut quemque ferebat impetus; eo pugna erat acrior: utpote quum e tanta multitudine passim vir cum viro, ordo cum ordine, pari ardore dimicarent ac fieri in singulari certamine solet. Verumtamen clamor ac pugnantium globus præcipuus circa machinas exstitit. Nam qui utrimque a principio ad id ipsum constituti fuerant; hi, ut operum custodes pellerent; illi, ne sinerent damnum inferri; tanta æmulatione gloriæ atque contentione sunt usi, illi propellere nitentes, hi cedere nequaquam sustinentes; ut præ nimio studio tandem iisdem locis, in quibus ab initio steterant, immorerentur. His

A. U. 504.

Frustra tentant machinas Romanorum.

τούτοις ἀναμεμιγμένοι, δᾷδα καὶ [u]στυππεῖον καὶ πῦρ
ἔχοντες, οὕτω τολμηρῶς καὶ πανταχόθεν ἅμα προσπί-
πτοντες ἐνέβαλλον ταῖς μηχαναῖς, ὥστε τοὺς Ῥωμαίους
εἰς τὸν ἔσχατον παραγενέσθαι κίνδυνον, μὴ δυναμένους
13 κατακρατῆσαι τῆς τῶν ἐναντίων ἐπιβολῆς. Ὁ δὲ τῶν
Καρχηδονίων στρατηγὸς, θεωρῶν ἐν μὲν τῷ κινδύνῳ
πολλοὺς ἀποθνήσκοντας, οὗ δ' ἕνεκα ταῦτ' ἔπραττεν, οὐ
δυναμένους κρατῆσαι τῶν ἔργων, ἀνακαλεῖσθαι τοὺς
14 ἑαυτοῦ παρήγγειλε τοῖς [x]σαλπισταῖς. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι
παρ' οὐδὲν ἐλθόντες τοῦ πάσας ἀποβαλεῖν τὰς παρα-
σκευὰς, τέλος ἐκράτησαν τῶν ἔργων, καὶ πάντα διετή-
ρησαν ἀσφαλῶς.

Drepana.

XLVI. Ὁ μὲν οὖν Ἀννίβας μετὰ τὴν χρείαν ταύτην
ἐξέπλευσε νύκτωρ ἔτι μετὰ τῶν νεῶν, λαθὼν τοὺς πολε-
μίους, εἰς [y]τὰ Δρέπανα πρὸς Ἀτάρβαν τὸν Καρχηδονίων
2 στρατηγόν. διὰ γὰρ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, καὶ τὸ
κάλλος τοῦ περὶ [y]τὰ Δρέπανα λιμένος, ἀεὶ μεγάλην
ἐποιοῦντο [z]σπουδὴν οἱ Καρχηδόνιοι περὶ τὴν φυλακὴν
3 αὐτοῦ. συμβαίνει δὲ τοῦ Λιλυβαίου τοῦτον ἀπέχειν τὸν
4 τόπον ὡς ἂν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στάδια. Τοῖς δ' ἐν τῇ
Καρχηδόνι βουλομένοις μὲν εἰδέναι τὰ περὶ τὸ Λιλύ-
βαιον, οὐ δυναμένοις δὲ, διὰ τὸ τοὺς μὲν συγκεκλεῖσθαι,
τοὺς δὲ [a]παραφυλάττεσθαι φιλοτίμως, ἐπηγγείλατό τις

Hannibal Rhodius.

[u] στύππιον Vat. in text. et Flor. στυπεῖον Aug. et ora Vat. [x] Aliâs constanter apud Nostrum σαλπιγκτ. legitur; et h. l. σαλπικταῖς Bav. quod ex illo deflexum. [y] Vulgo utrobique edd. τὸ Δρέπανον ex Bav. [z] Vulgo ἐποιοῦντο τὴν σπουδὴν. [a] παραφυλάττειν voluit Reisk.

autem permisti alii, faces, stuppas, atque ignem ferentes, tanta audacia omni ex parte machinas invadebant, ut extremum periculum Romani adirent, hostilem impetum coërcere non valentes. At Pœnus, quum in pugna multos cadere videret, neque tamen in potestatem opera redigi, cujus rei caussa certamen fuerat aggressus, tubicines receptui canere jubet. Atque adeo Romani, qui omnes suos apparatus tantum non amiserant, potiti tandem operum, tuto omnia conservarunt.

XLVI. Post hanc operam præstitam *Hannibal*, insciis hostibus, noctu *Drepana* ad *Adherbalem* ducem Carthaginiensium est profectus. Nam propter loci opportunitatem, et portus Drepanitani præstantiam, plurimum semper studii adhibuere Pœni, ut id oppidum custodirent: quod a Lilybæo abest ad millia passuum quindecim. Quum autem qui domi erant Carthaginienses, quid ageretur *Lilybæi*, scire cuperent, nec tamen possent, quod alii tenerentur inclusi, alii diligenter observarentur: vir quidam ex hono-

A. U. 504. ἀνὴρ τῶν ἐνδόξων, [b]Ἀννίβας ἐπικαλούμενος Ῥόδιος, εἰσ-
πλεύσας εἰς τὸ Λιλύβαιον, καὶ γενόμενος αὐτόπτης,
ἅπαντα διασαφήσειν. οἱ δὲ τῆς ἐπαγγελίας μὲν ἀσ- 5
μένως ἤκουσαν· οὐ μὴν ἐπίστευόν γε διὰ τὸ τῷ στόλῳ
τοὺς Ῥωμαίους ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν εἴσπλουν στόματος
Securus Lilybæum navi intrat. ἐφορμεῖν. Ὁ δὲ, καταρτίσας τὴν ἰδίαν ναῦν, ἀνήχθη·
καὶ διάρας εἴς τινα τῶν πρὸ τοῦ Λιλυβαίου κειμένων 6
νήσων, τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ λαβὼν εὐκαίρως ἄνεμον
οὔριον, περὶ τετάρτην ὥραν, ἁπάντων τῶν πολεμίων
ὁρώντων, καὶ καταπεπληγμένων τὴν τόλμαν, εἰσέπλευσε.
Καὶ τὴν κατόπιν εὐθέως [c]ἐγένετο περὶ ἀναγωγήν. ὁ δὲ 7
τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, βουλόμενος ἐπιμελέστερον τὸν 8
κατὰ τὸν εἴσπλουν τόπον τηρεῖν, ἐξηρτυκὼς ἐν τῇ νυκτὶ
δέκα ναῦς τὰς ἄριστα πλεούσας, αὐτὸς μὲν ἐπὶ τοῦ
λιμένος ἑστὼς, ἐθεώρει τὸ συμβαῖνον, ὁμοίως δὲ καὶ πᾶν
τὸ στρατόπεδον· αἱ δὲ νῆες τοῦ στόματος ἐξ ἀμφοῖν 9
τοῖν μεροῖν, ἐφ᾽ ὅσον ἦν δυνατὸν, ἔγγιστα τοῖς τενάγεσι
προσάγειν, ἐπεῖχον, ἐπτερωκυῖαι πρὸς τὴν ἐμβολὴν καὶ
Et fidenter exit. σύλληψιν τῆς ἐκπλεῖν μελλούσης νεώς. Ὁ δὲ Ῥόδιος, 10
ἐκ τοῦ προφανοῦς τὴν ἀναγωγὴν ποιησάμενος, οὕτω κα-
τανέστη τῶν πολεμίων τῇ τε τόλμῃ, καὶ τῷ ταχυναυ-
τεῖν, ὥστ᾽ οὐ μόνον ἄτρωτον ἐξέπλευσε τὴν ναῦν ἔχων
καὶ τοὺς ἄνδρας, οἷον ἑστῶτα παραδραμὼν τὰ σκάφη

[b] Forsan Ἀννίβας ὁ ἐπικαλουμ. [c] Alii ἐγίνετο.

ratis, *Hannibal*, cognomine *Rhodius*, recepit, se navi urbem ingressurum, et, quæ vidisset ipse, cuncta renunciaturum. Grata quidem hæc pollicitatio illis erat: sed fidem tamen homini non habebant, quod Romana classis ad ancoras staret in ostio qua aditur ad portum. Ille propriam sibi navem instruit; deinde in altum evectus, ad unam ex iis insulis transmittit, quæ ante *Lilybæum* sunt sitæ; postridieque usus opportune vento secundo, circa horam quartam, in oculis omnium hostium, qui miraculo tantæ audaciæ defixi stabant, portum est ingressus. Tum statim die sequenti ad reditum se accinxit. Consul autem, quo diligentius aditum omni ex parte custodiret, instructis per noctem navibus decem quam expeditissimis, stabat ipse in littore cum omni exercitu, spectator eorum quæ gerebantur: naves vero, ab utraque ostii parte ad paludem quantum fieri poterat accedentes, remos quasi alatæ sustinebant, ad invadendam et comprehendendam navem quæ erat exitura. At *Rhodius*, ora palam soluta, adeo hostibus insultavit, audacia fretus et velocitate navigandi; ut non solum illæsus ipse, cum navi et viris, qui in ea erant, præteriret, quasi immobiles naves Ro-

11 τῶν ὑπεναντίων· ἀλλὰ καὶ βραχὺ [d]προπλεύσας ἐπέστη A. U. 504.
πτερώσας τὴν ναῦν, ὡσανεὶ προκαλούμενος τοὺς πολε-
12 μίους. οὐδενὸς δὲ τολμῶντος ἐπ' αὐτὸν ἀνάγεσθαι διὰ
τὸ τάχος τῆς εἰρεσίας, ἀπέπλευσε καταναστὰς μιᾷ νηῒ
13 παντὸς τοῦ τῶν ἐναντίων στόλου. Καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη
πλεονάκις ποιῶν ταὐτὸ τοῦτο, μεγάλην χρείαν παρεί-
χετο· τοῖς μὲν Καρχηδονίοις ἀεὶ τὰ κατεπείγοντα
διασαφῶν· τοὺς δὲ πολιορκουμένους εὐθαρσεῖς παρα-
σκευάζων· τοὺς δὲ Ῥωμαίους καταπληττόμενος τῷ
παραβόλῳ.

Idem sæpius facit Rhodius et alii.

XLVII. Μέγιστα δὲ συνεβάλλετο πρὸς τὴν τόλμαν
[e]αὐτῷ τὸ [f]διὰ τῶν βραχέων ἐκ τῆς ἐμπειρίας ἀκριβῶς
2 σεσημειῶσθαι τὸν εἴσπλουν. ὑπεράρας γὰρ, καὶ φαινό-
μενος, [g]ἐπειδὰν ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν μερῶν
ἐλάμβανε τὸν ἐπὶ τῆς θαλάττης πύργον κατὰ πρῷραν
οὕτως, ὥστε τοῖς πρὸς τὴν Λιβύην τετραμμένοις πύργοις
τῆς πόλεως [h]ἐπιπροσθεῖν ἅπασι· δι' οὗ τρόπου μόνως
ἐστὶ δυνατὸν ἐξ οὐρίας [i]πλέουσι τοῦ κατὰ τὸν εἴσπλουν
3 στόματος εὐστοχεῖν. τῇ δὲ τοῦ Ῥοδίου τόλμῃ πιστεύ-
σαντες καὶ πλείους, ἀπεθάῤῥησαν τῶν εἰδότων τοὺς
τόπους τὸ παραπλήσιον ποιεῖν. Ἐξ ὧν οἱ Ῥωμαῖοι

[d] προσπλεύσας Bav. Perperam Casaub. περιπροπλεύσας. [e] Alii αὐτοῦ. [f] Vett. libri omnes διὰ τῶν πρὸ βραχέων, quod teneri posse putavit Gronov. Nisi quid intercidit, forsan transposita particula mox scribendum προσεσημειῶσθαι. [g] Aut defecta post ἐπειδὰν est oratio, aut ἐπειδὰν cum ἔπειτα vel ὡσανεὶ vel alio quovis vocab. commutandum. [h] Vulgo ex Bav. ἐπίπροσθεν εἶναι πᾶσι. Alii ἐπιπρόσθεσιν ἅπασι, quod ex hoc, quod dedi, corruptum putavi. [i] Verbum πλέουσι abest a Vat. Flor. Aug. Reg. A.

manas prætervectus: sed ut etiam, quum paulisper esset provectus, remis sublatis cursum sisteret, velut ad pugnam hostem provocans. Ubi nemo, propter remigii celeritatem, contra progredi audet; postquam nave unica classi universæ hostium insultasset, abit. Ac deinceps quoque sæpius idem faciens, magno usui Carthaginiensibus fuit; cum subinde, quæ postulabat usus illis, nuntiaret; obsessis animos adderet; Romanos projecta hac audacia in stuporem daret.

XLVII. Plurimum vero, ut tantum facinus auderet, eo adjuvabatur, quod brevium illorum peritus, semitam in iis, qua patet aditus, exacte notaverat. Nam ubi pelagus medium emensus, in conspectu esse cœperat, quasi ex Italia veniret, sic navem dirigebat, ut, dum ad proram habebat turrim mari proximam, per hanc ipsam turrim conspectus omnium turrium, quæ Africam spectabant, tegeretur: qua sola ratione possunt, qui vento secundo feruntur, a faucibus in aditu non aberrare. Audacia Rhodii pluribus locorum peritis fiduciam adjecit, ut idem atque ille auderent. Qua ex re quum magna Romani incommoda acciperent, fauces

A. U. 504. Portum Lilybæi obstruunt Romani.

δυσχρηστούμενοι τῷ συμβαίνοντι, χωννύειν τὸ στόμα
τοῦ λιμένος ἐπεχείρησαν. κατὰ μὲν οὖν τὸ πλεῖστον 4
μέρος τῆς ἐπιβολῆς, οὐδὲν ἤνυον, διὰ τὸ βάθος τῆς θα-
λάττης, καὶ διὰ τὸ μηθὲν δύνασθαι τῶν ἐμβαλλομένων
στῆναι, μηδὲ συμμεῖναι τὸ παράπαν· ἀλλ' ὑπό τε τοῦ
κλύδωνος καὶ τῆς τοῦ ῥοῦ βίας τὸ ῥιπτούμενον εὐθέως ἐν
τῇ καταφορᾷ παρωθεῖσθαι καὶ διασκορπίζεσθαι. κατὰ 5
δέ τινα τόπον, ἔχοντα βράχεα, συνέστη χῶμα μετὰ
πολλῆς ταλαιπωρίας· ἐφ' ᾧ τετρήρης ἐκτρέχουσα νυκτὸς
ἐκάθισε, καὶ τοῖς πολεμίοις ὑποχείριος ἐγένετο, διαφέ-
ρουσα τῇ κατασκευῇ τῆς ναυπηγίας. ἧς οἱ Ῥωμαῖοι 6
κρατήσαντες, καὶ πληρώματι καταρτίσαντες ἐπιλέκτῳ,
πάντας τοὺς εἰσπλέοντας, μάλιστα δὲ τὸν Ῥόδιον, ἐπε-
τήρουν. ὁ δὲ κατὰ τύχην, εἰσπλεύσας νυκτὸς, μετὰ 7
ταῦτα πάλιν ἀνήγετο φανερῶς. θεωρῶν δ' ἐκ κατα-
βολῆς αὐτῷ τὴν τετρήρη συνεξορμήσασαν, γνοὺς τὴν ναῦν

Capitur Hannibal Rhodius.

διετράπη. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὥρμησεν, ὡς καταταχήσων·
τῇ δὲ τοῦ [k] πληρώματος [l] κατασκευῇ καταλαμβανόμενος, 8
τέλος ἐπιστρέψας ἠναγκάσθη συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις.
καταπροτερούμενος δὲ τοῖς ἐπιβατικοῖς, διά τε τὸ πλῆ- 9
θος, καὶ διὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ἀνδρῶν, ἐγένετο τοῖς ἐχ-
θροῖς ὑποχείριος. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, κυριεύσαντες καὶ 10
ταύτης τῆς νεὼς εὖ κατεσκευασμένης, καὶ καταρτίσαν-

[k] Acute Gronov. πτερώματος suspicatus est. [l] Pro κατασκευῇ dant παρασκ. Vat. Flor. Aug. Reg. A.

portus obstruere sunt aggressi. In ceteris igitur partibus, propter maris altitudinem, et quod nihil eorum quæ injiciebantur consistere aut omnino manere eodem loco poterat, sed semper, quidquid immitteretur, in ipso descensu a fluctibus et fluentium aquarum violentia protrudebatur atque in diversa raptabatur, non procedebat inceptum. At uno loco, mari vadoso, labore improbo agger excitatus est: super quo sidens quadriremis, arte singulari fabrefacta, quæ noctu excurrerat, in hostium potestatem venit. Hac capta, et selecto remigio militeque instructa; Romani omnes, qui inveherentur, maxime autem *Rhodium* illum, observabant. Hic forte, noctis silentio ingressus, rediturus postea palam solvit: qui conspicatus quadriremem illam, quæ simul cum ipso rursus excurrerat, nave agnita, perturbatus est. Primum igitur celeritate navigandi erumpere tentavit: sed cum propter præstantiam remigii jamjam esset comprehendendus, convertere tandem et certamen inire est coactus. Verum qui a milite classiario facile vinceretur, (nam et plures erant Romani et selecti:) in hostium potestatem cadit. Qui hac etiam affabre facta navi potiti, necessariis omni-

A. U. 504.

τες αὐτὴν τοῖς πρὸς τὴν χρείαν, οὕτως ἐκώλυσαν τοὺς
κατατολμῶντας καὶ πλέοντας εἰς τὸ Λιλύβαιον.

Erumpunt obsessi ex Lilybæo.

XLVIII. Τῶν δὲ πολιορκουμένων ταῖς μὲν ἀντοικο-
δομίαις ἐνεργῶς χρωμένων, τοῦ δὲ λυμαίνεσθαι καὶ
διαφθείρειν τὰς τῶν ὑπεναντίων παρασκευὰς ἀπεγνω-
2 κότων· γίγνεταί τις ἀνέμου στάσις, ἔχουσα τηλικαύτην
βίαν καὶ φορὰν εἰς αὐτὰς τὰς τῶν μηχανημάτων προσ-
αγωγὰς, ὥστε καὶ τὰς στοὰς διασαλεύειν, καὶ τοὺς
προκειμένους τούτων πύργους τῇ βίᾳ βαστάζειν, ἐν ᾧ
3 καιρῷ συννοήσαντές τινες τῶν Ἑλληνικῶν μισθοφόρων τὴν
ἐπιτηδειότητα τῆς περιστάσεως πρὸς τὴν τῶν ἔργων
4 διαφθορὰν, προσφέρουσι τῷ στρατηγῷ τὴν ἐπίνοιαν. τοῦ
δὲ δεξαμένου, καὶ ταχέως ἑτοιμάσαντος πᾶν τὸ πρὸς
τὴν χρείαν ἁρμόζον· συστραφέντες οἱ νεανίσκοι κατὰ
5 τριττοὺς τόπους ἐνέβαλον πῦρ τοῖς ἔργοις. Ὡς δ' ἂν
τῶν μὲν κατασκευασμάτων διὰ τὸν χρόνον εὖ παρεσκευ-
ασμένων πρὸς τὸ ῥᾳδίως ἐμπρησθῆναι, τῆς δὲ τοῦ πνεύ-
ματος βίας φυσώσης, καὶ αὐτῶν τῶν πύργων καὶ μη-
χανημάτων διασαλευούσης τὰς βάσεις, τὴν μὲν νομὴν
τοῦ πυρὸς ἐνεργὸν συνέβαινε γίγνεσθαι καὶ πρακτικήν·
τὴν δ' ἐπάρκειαν καὶ βοήθειαν τοῖς Ῥωμαίοις εἰς τέλος
6 ἄπρακτον καὶ δυσχερῆ. τοιαύτην γὰρ ἔκπληξιν παρίστα
τὸ συμβαῖνον τοῖς βοηθοῦσιν, ὥστε μήτε συννοῆσαι μήτε
συνιδεῖν δύνασθαι τὸ γιγνόμενον· ἀλλ' ἀποσκοτουμένους
ὑπὸ τῆς εἰς αὐτοὺς φερομένης λιγνύος καὶ τῶν φεψαλύγων,

Et opera Romanorum incendunt.

Cremantur opera Romanorum ad Lilybæum.

bus rebus illam instruunt, ac deinceps eorum audaciam, qui Lilybæum cursu petebant, coërcent.

XLVIII. Dum vero obsessi instaurare quidem, ut quidque erat dejectum, strenue pergunt, sed de apparatibus hostium perdendis corrumpendisque desperant: venti exoritur tempestas, ea violentia atque impetu in ipsa fulcra, quibus machinæ agebantur, flatus immittens, ut etiam porticus concuteret, structasque ante porticus turres vi abriperet. Cum quidem e mercenariis Græcis nonnulli, animadvertentes, quantam hæc tempestas opportunitatem daret opera hostium corrumpendi, consilium duci aperiunt. Quo rem approbante, ac necessaria omnia statim parante: juvenes isti, manu facta, tribus ex partibus ignem operibus injiciunt. Erant illa ad facile concipiendum ignem cum primis apta, utpote multo ante constructa; tum autem ventorum flatus ita vehementer spirabat, ut ipsas turrium atque machinarum bases concuteret: eo fit, ut omnis depascens ignis magna vi atque efficacia grassaretur; cum interea Romanis impediendi atque opis ferendæ omnes omnino rationes essent difficiles, et consilia irrita. Tantum namque ille casus pavoris afferebat opitulantibus, ut neque intelligerent neque viderent quæ gerebantur: verum tenebris obtecti, cum in eos ferrentur fuligo, scintillæ micantes, et

A. U. 504. Cremantur opera Romanorum ad Lilybæum.

ἔτι δὲ τῆς τοῦ καπνοῦ πολυπληθίας, οὐκ ὀλίγους ἀπόλ-
λυσθαι καὶ πίπτειν, μὴ δυναμένους ἐγγίσαι πρὸς αὐτὴν
τὴν τοῦ πυρὸς βοήθειαν. ὅσῳ δὲ μείζω συνέβαινε γί- 7
γνεσθαι τὴν δυσχρηστίαν περὶ τοὺς ὑπεναντίους διὰ τὰς
προειρημένας αἰτίας, τοσούτῳ πλείων εὐχρηστία περὶ
τοὺς ἐνιέντας ἦν τὸ πῦρ. τὸ μὲν γὰρ προσκοτοῦν καὶ 8
βλάπτειν δυνάμενον, πᾶν ἐξεφυσᾶτο καὶ προωθεῖτο κατὰ
τῶν ὑπεναντίων· τὸ δὲ βαλλόμενον ἢ ῥιπτούμενον ἐπί τε
τοὺς βοηθοῦντας καὶ τὴν τῶν ἔργων διαφθορὰν, εὔστοχον
μὲν ἐπεγίγνετο, διὰ τὸ συνορᾶν τοὺς ἀφιέντας τὸν πρὸ
αὐτῶν τόπον, πρακτικὸν δὲ, διὰ τὸ γίγνεσθαι σφοδρὰν
τὴν πληγὴν, συνεργούσης τοῖς βάλλουσι τῆς τοῦ πνεύ-
ματος βίας. Τὸ δὲ πέρας, τοιαύτην συνέβη γενέσθαι 9
τὴν παντέλειαν τῆς καταφθορᾶς, ὥστε καὶ τὰς βάσεις
τῶν πύργων, καὶ [m] τὰ τύπη τῶν κριῶν ὑπὸ τοῦ πυρὸς

Circumvallant Lilybæum Romani.

ἀχρειωθῆναι. Τούτων δὲ συμβάντων, τὸ μὲν ἔτι διὰ 10
τῶν ἔργων πολιορκεῖν ἀπέγνωσαν οἱ Ῥωμαῖοι· περιτα-
φρεύσαντες δὲ, καὶ χάρακι περιλαβόντες κύκλῳ τὴν
πόλιν, ἔτι δὲ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας τεῖχος [n] προβαλ-
λόμενοι, τῷ χρόνῳ παρέδοσαν τὴν πρᾶξιν. οἱ δ' ἐν τῷ 11
Λιλυβαίῳ τὸ πεπτωκὸς ἐξοικοδομησάμενοι τεῖχος, εὐ-
θαρσῶς ὑπέμενον ἤδη τὴν πολιορκίαν.

A. U. 505. P. Claudius Cos. Drepana tentat.

XLIX. Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην προσπεσόντων τούτων, καὶ μετὰ ταῦτα πλειόνων [o] ἀναγγελλόντων, διότι συμβαίνει

[m] *τὰ τύπη, acumina* vertunt. Imo τὰ στύπη, ex conject. Scaligeri. [n] προβαλλόμενοι Vat. Aug. Reg. A. περιβαλομ. edd. ex Bav. προβαλομ. Flor. [o] ἀναγγελλόντων Aug. Reg. A. ἀναγγελόντων edd. ex Bav.

densissimus fumus, peribant cadebantque multi, prius quam ad ipsum defendendum ignem possent accedere. Quo autem plura incommoda Romani ea dimicatione perferebant; eo melius cum iis agebatur, qui ignem injiciebant. Nam quidquid obtenebrare lædereve poterat, id omne ventorum flatus in hostem impellebat; quæ vero immittebantur jaciebanturve in defendentes aut ad conflagrationem machinarum, ea et ad scopum collineabant, oculis probe utentibus qui mittebant; et efficaciora erant, propter ictus vehementiam, ipsa ventorum violentia jactum adjuvante. Tandem usque adeo sunt corruptæ machinæ, ut et bases turrium et arietum trabes ignis redderet inutiles. Propter hæc Romani de expugnando per vim *Lilybæo* spem omnem ponere: et quum fossa valloque urbem ab omni parte cinxissent, castrorumque locum muro circumdedissent, tempori rem permittere. Oppidani contra, instaurata muri parte quæ ceciderat, obsidionem de cetero magno animo tolerabant.

XLIX. Harum rerum fama Romam perlata, mox etiam renunciantibus multis, partem maximam sociorum navalium militumque classis Romanæ,

τῶν ἀπὸ τοῦ στόλου πληρωμάτων τὸ πλεῖστον μέρος ἔν A. U. 505.
τε τοῖς ἔργοις καὶ τῇ καθόλου πολιορκίᾳ διεφθάρθαι·
2 σπουδῇ κατέγραφον ναύτας, καὶ συναθροίσαντες εἰς
3 μυρίους, ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Σικελίαν. ὧν διὰ τοῦ πορθμοῦ περαιωθέντων, καὶ πεζῇ παραγενομένων εἰς τὸ στρατόπεδον· συναγαγὼν τοὺς χιλιάρχους ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων Πόπλιος Κλαύδιος, ἔφη, καιρὸν εἶναι
4 πλεῖν ἐπὶ τὰ Δρέπανα παντὶ τῷ στόλῳ. τὸν γὰρ στρατηγὸν τῶν Καρχηδονίων Ἀτάρβαν, τὸν τεταγμένον ἐπ' αὐτῶν, ἀπαράσκευον εἶναι πρὸς τὸ μέλλον, ἀγνοοῦντα μὲν τὴν παρουσίαν τῶν πληρωμάτων, πεπεισμένον δὲ μὴ δύνασθαι πλεῖν τὸν αὐτῶν στόλον, διὰ τὴν γεγενημένην
5 ἐν τῇ πολιορκίᾳ καταφθορὰν τῶν ἀνδρῶν. προχείρως δ' αὐτῶν συγκατατιθεμένων, εὐθέως ἐνεβίβαζε τά τε προϋπάρχοντα, καὶ τὰ προσφάτως παραγεγονότα πληρώματα, τοὺς δ' ἐπιβάτας ἐκ παντὸς ἐπέλεξε τοῦ στρατεύματος ἐθελοντὰς τοὺς ἀρίστους· ἅτε δὴ τοῦ μὲν πλοῦ σύνεγγυς ὄντος, τῆς δ' ὠφελείας ἑτοίμου προφαινο-
6 μένης. Ταῦτα δὲ παρασκευασάμενος, ἀνήχθη περὶ μέσας νύκτας, λαθὼν τοὺς πολεμίους. καὶ τὰς μὲν
7 ἀρχὰς, ἄθρους ἔπλει, δεξιὰν ἔχων τὴν γῆν. ἅμα δὲ τῷ φωτὶ, τῶν πρώτων ἐπὶ τὰ Δρέπανα νεῶν ἐπιφαινομένων, κατιδὼν Ἀτάρβας, τὸ μὲν πρῶτον ἐξενίσθη διὰ τὸ πα-
8 ράδοξον· ταχὺ δ' ἐν αὐτῷ γενόμενος, καὶ νοήσας τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων, ἔκρινε παντὸς ἔργου πεῖραν

Adherbal præf. Drepanorum.

P. Claudius Drepana tentat.

qua in propugnatione tormentorum, qua in cetera obsidione, fuisse interemtam; magno studio nautas conscribunt, et collectos ad decies mille in Siciliam mittunt. Qui, per fretum trajecti, quum ad castra pedibus pervenissent; *Pub. Claudius Cos.* tribunis convocatis, *opportunum esse nunc*, ait, *omni classe Drepana proficisci: Adherbalem enim, Pœnorum ducem, loci illius præfectum, imparatum esse ac futuri securum; utpote qui de supplemento, quod recens advenerat, nihil dum rescivisset; et cui persuasum esset, Romanos, post tantam cladem in obsidione contractam, classem habere in mari non posse.* Cunctis ex facili assentientibus, veteres novosque remiges e vestigio navibus imponit, cum selectis militibus; qui ex universis legionibus ultro sese offerebant, quod nec longa navigatio esset conficienda, et paratæ prædæ spes ostenderetur. His ita provisis, nemine hostium animadvertente, circa mediam noctem solvit classis. Quæ primum quidem silentio, ad dextram littus habens, navigabat. Simul vero illuxit, primis navibus ad *Drepana* apparere incipientibus, iis conspectis stupere primo *Adherbal* ad inopinatæ rei spectaculum: sed quum ad se illico rediisset, nec jam dubitaret hostem imminere, quidvis sibi statuit experiundum, quidvis toleran-

A. U. 505.
P. Claudius
Drepana
tentat.

λαμβάνειν, καὶ πᾶν ὑπομένειν, χάριν τοῦ μὴ περιϊδεῖν
σφᾶς εἰς πρόδηλον συγκλεισθέντας πολιορκίαν. διόπερ 9
εὐθέως τὰ μὲν πληρώματα συνῆγε πρὸς τὸν αἰγιαλὸν,
τοὺς δ' ἐκ τῆς πόλεως μισθοφόρους ἤθροιζε μετὰ κηρύ-
γματος. τῶν δὲ συλλεχθέντων, ἐπεβάλετο διὰ βραχέων 10
εἰς ἔννοιαν αὐτοὺς ἄγειν τῆς τε νικᾷν ἐλπίδος, ἐὰν
τολμήσωσι ναυμαχεῖν, καὶ τῆς ἐν τῇ πολιορκίᾳ δυσχρη-
στίας, ἐὰν καταμελήσωσι προϊδόμενοι τὸν κίνδυνον.
Ἑτοίμως δ' αὐτῶν παρορμηθέντων πρὸς τὴν ναυμαχίαν, 11
καὶ βοώντων ἄγειν καὶ μὴ μέλλειν· ἐπαινέσας καὶ
δεξάμενος τὴν ὁρμὴν, παρήγγειλε κατὰ τάχος ἐμβαί-
νειν, καὶ βλέποντας πρὸς τὴν αὐτοῦ ναῦν ἕπεσθαι ταύτῃ
κατὰ πρύμναν. διασαφήσας δὲ τὰ προειρημένα κατὰ 12
σπουδὴν, πρῶτος ἐποιεῖτο τὸν ἀνάπλουν, ὑπ' αὐτὰς τὰς
πέτρας ἐπὶ θάτερα μέρη τοῦ λιμένος ἐξάγων τοῦ τῶν
πολεμίων εἴσπλου.

Ab Adher-
bale male
accipitur.

L. Πόπλιος δ', ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, θεωρῶν
τοὺς μὲν πολεμίους παρὰ τὴν αὑτοῦ δόξαν οὐκ εἴ-
κοντας, οὔτε καταπεπληγμένους τὸν ἐπίπλουν, ἀλλὰ
[p] πρὸς τῷ ναυμαχεῖν ὄντας· τῶν δὲ σφετέρων νεῶν 2
τὰς μὲν ἐντὸς ἤδη τοῦ λιμένος οὔσας, τὰς δὲ ἐν αὐτῷ
τῷ στόματι, τὰς δὲ φερομένας ἐπὶ τὸν εἴσπλουν· πάσαις
ἀναστρέφειν παρήγγειλε, καὶ ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν ἔξω
πάλιν. Ἔνθα δὴ τῶν μὲν ἐν τῷ λιμένι, τῶν δὲ κατὰ τὸν 3
εἴσπλουν ἐκ τῆς μεταβολῆς συμπιπτουσῶν, οὐ μόνον

[p] πρὸς τὸ ναυμαχεῖν Aug. Reg. A.

dum esse, prius quam obsidione, quæ manifesto pararetur, cingi se pateretur. Igitur navalibus sociis propere in littus coactis, et mercenariis ex oppido per præconem convocatis; ubi convenere omnes, brevi ad eos habita oratione, *victoriæ spem, si prælium navale non detrectarint; sin autem, ut periculo prævertant, ignave se gesserint, obsidionis mala* ob oculos ponit. Quum ad dimicandum paratos se ostenderent, et magno cum clamore dicerent, *educeret statim, neque cunctaretur:* laudare illos *Adherbal,* et alacritatem ipsorum sibi gratam esse dicere: tum, ut naves propere conscenderent, utque suam navem intuentes a puppi sequerentur, imperat. Hisce raptim datis præceptis, primus evehi in altum, et sub ipsas rupes in contrariam portus partem copias educere illi, per quam hostis ingrediebatur.

L. Consul *Publius,* qui cerneret, hinc nequaquam cedentem hostem, quod ipse existimaverat, neque adventu suo territum, sed ad prælium se parantem; illinc naves suas partim intra portum receptas, partim in ipso adhuc ostio versantes, alias portus aditum subeuntes; facta conversione, retro foras navigare omnes jubet. Ibi quum aliæ in portu, aliæ in ejus faucibus, dum convertuntur, invicem implicarentur naves; non hominum

θόρυβος ἦν ἐκ τῶν ἀνδρῶν ἄπλετος, ἀλλὰ καὶ τοὺς A. U. 505.
4 ταρσοὺς ἔθραυον αἱ νῆες ἀλλήλαις συγκρούουσαι. ὅμως Claudius ad Drepana
δ' οὖν ἀεὶ τοὺς ἀνατρέχοντας ἐκτάττοντες οἱ τριήραρχοι male accipitur.
παρ' αὐτὴν τὴν γῆν, ταχέως ἐποίουν ἀντιπρώρους τοῖς
5 πολεμίοις. Ὁ δὲ Πόπλιος αὐτὸς ἐπέπλει μὲν ἀρχῆθεν
κατόπιν ἐπὶ παντὶ τῷ στόλῳ, τότε δ' ἐπιστρέψας κατ'
αὐτὸν τὸν πλοῦν πρὸς τὸ πέλαγος, ἔλαβε τὴν εὐώνυμον
6 τῆς ὅλης δυνάμεως τάξιν. Ἀτάρβας δὲ κατὰ τὸν
αὐτὸν καιρὸν ὑπεράρας τὸ λαιὸν τῶν [q] πολεμίων νεῶν,
ἔχων πέντε ναῦς ἐπίπλους, ὑπέστησε τὴν ἑαυτοῦ ναῦν
ἀντίπρωρον τοῖς πολεμίοις, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ πέλαγος
7 μέρους. ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐπιπλεόντων ἀεὶ τοῖς συνά-
πτουσι, [r] προσεπιταττομένοις ταὐτὸ ποιεῖν παρήγγειλε
8 διὰ τῶν ὑπηρετῶν. καταστάντων δὲ πάντων εἰς μέτωπον,
σημήνας διὰ τῶν συνθημάτων, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐποιεῖτο
τὸν ἐπίπλουν ἐν τάξει, μενόντων πρὸς τῇ γῇ τῶν Ῥω-
μαίων, διὰ τὸ προσδέχεσθαι τὰς ἐκ τοῦ λιμένος ἀνατρε-
9 χούσας ναῦς· ἐξ οὗ συνέβαινε μεγάλα τοὺς Ῥωμαίους
ἐλαττωθῆναι, πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ ποιησαμένους τὴν συμ-
πλοκήν.

LI. Ἐπειδὴ δὲ σύνεγγυς αὐτῶν ἦσαν, ἀρθέντων τῶν συνθημάτων ἐφ' ἑκατέρας τῆς ναυαρχίδος, [s] συνέβαλλον Fugatus classem perdit P. Claudius.

[q] Vulgo omnes πολεμίων Ῥωμαίων, quod correxi ex mente Gronov. [r] προσεπιταττομένοις restitui ex Aug. et Reg. A. Alii mendose προσεπιταττόμενος, quod Casaub. ex conject. in προσεπιταττομένων mutavit. [s] συνέβαλλον Aug. Reg. A. συνέβαλον edd. ex Bav.

dumtaxat ingens concitatus est tumultus, sed ipsa quoque navigia, ex mutua collisione, remorum ordines invicem sibi deterserunt. Attamen triremium præfecti, ut quæque navis ex angustiis emerserat, in aciem statim juxta littus eam dirigebant; et brevi omnium proræ in hostem sunt obversæ. *Claudius* principio quidem in extremo agmine universam classem secutus erat; tum vero, in ipso cursu navi versus altum conversa, lævam classis partem tenebat. Inter hæc *Adherbal*, Romanorum cornu sinistrum navibus quinque rostratis prætervectus, ab ea parte quæ altum spectabat constitit, prora navis suæ in hostes directa: simul, ut quæque insequebatur navis, ita imperavit per ministros, ut quæque sibi se ordine adjungeret idemque faceret. Postquam erant omnes in frontem instructæ; primum servato ordine, prout signo dato jusserat imperator, in hostem ire pergunt: Romanis interim ad terram manentibus, quod prodeuntes paullatim naves e portu exciperent. Ex quo factum, ut magno suo incommodo Romani ad ipsum littus decertarent.

LI. Ubi ventum est cominus, sublato ab utriusque exercitus prætoria

A. U. 505. Fugatus classem perdit P. Claudius.

ἀλλήλαις. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἰσόῤῥοπος ἦν ὁ κίνδυνος, 2
ὡς ἂν ἀμφοτέρων τοῖς ἀρίστοις ἐκ τῆς πεζικῆς δυνάμεως
ἐπιβάταις χρωμένων. ἀεὶ δὲ μᾶλλον ὑπερεῖχον οἱ Καρ- 3
χηδόνιοι, διὰ τὸ πολλὰ προτερήματα παρ' ὅλον ἔχειν
τὸν ἀγῶνα. τῷ τε γὰρ ταχυναυτεῖν πολὺ περιῆσαν, διὰ 4
τὴν διαφορὰν τῆς ναυπηγίας, καὶ τὴν τῶν πληρωμάτων
ἕξιν· ἥ τε χώρα μεγάλα συνεβάλετο αὐτοῖς, ἅ τε
πεποιημένων τὴν ἔκταξιν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸ πέλαγος
τόπων. εἴ τε γὰρ πιέζοιντό τινες ὑπὸ τῶν πολεμίων, 5
κατόπιν ἀνεχώρουν ἀσφαλῶς διὰ τὸ ταχυναυτεῖν εἰς τὸν
ἀναπεπταμένον τόπον· κἄπειτ' ἐκ μεταβολῆς τοῖς [t]προ- 6
πίπτουσι τῶν διωκόντων, τοτὲ μὲν περιπλέοντες, τοτὲ δὲ
πλάγιοι προσπίπτοντες στρεφομένοις καὶ δυσχρηστοῦσι
διὰ τὸ βάρος τῶν πλοίων καὶ διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν
πληρωμάτων, ἐμβολάς τε συνεχεῖς ἐδίδοσαν, καὶ πολλὰ
τῶν σκαφῶν ἐβάπτιζον· εἴ τε κινδυνεύοι τις τῶν συμ- 7
μάχων, ἑτοίμως παρεβοήθουν ἔξω τοῦ δεινοῦ καὶ μετ'
ἀσφαλείας, παρὰ τὰς πρύμνας [u]καὶ τὸ πέλαγος ποιού-
μενοι τὸν πλοῦν. Τοῖς γε μὴν Ῥωμαίοις τἀναντία 8
τούτων συνέβαινε. τοῖς τε γὰρ πιεζομένοις οὐκ ἦν εἰς
τοὔπισθεν δυνατὸν ἀποχωρεῖν, πρὸς τῇ γῇ ποιουμένοις τὸν
κίνδυνον· ἀεὶ δὲ τὸ θλιβόμενον ὑπὸ τῶν κατὰ πρόσωπον
σκάφος, ἢ τοῖς βράχεσι περιπῖπτον ἐκάθιζε κατὰ πρύ-

P. Claudii clades ad Drepana.

[t] In MStis est προσπιπτ. [u] Fort. κατὰ τὸ πέλαγος.

navi signo, initur certamen. Ac principio quidem paribus utrimque momentis pugnatum est; quoniam ab utraque parte flos pedestrium copiarum dimicabat. Paullatim tamen magis magisque superior res Pœnorum esse cœpit; quandoquidem toto illo certamine longe melior eorum conditio fuit, quam Romanorum. Nam et velocitate navigandi longe vincebant, cum fabrica ipsa navium, tum usu ac peritia remigum; et ipse locus pugnæ multum eos adjuvabat, quod ab ea parte, quæ pelagus spectabat, aciem suam explicassent. Sive enim hostis instaret vehementius, retrorsum se nullo periculo recipiebant in apertum; quod præ agilitate navium facile ipsis erat: tum autem, si qui hostium inter persequendum longius essent provecti, conversa navi modo circumnavigantes, modo, dum ægre illi cum ob gravitatem tum ob remigum imperitiam circumagunt navem, in latus incurrentes, continuos impetus dabant, multasque naves demergebant. Sive aliquis partium suarum periclitaretur, pronum erat sine sua fraude ac secure ferre opem, nave post aliarum puppes perque altum circumducta. Romani autem contraria his omnia experiebantur. Qui si premerentur, retro se recipere, quum prope terram pugnarent, nequibant: quoties autem aliqua navis a pugnantibus ex adverso urgeretnr infestius, aut a puppe sidebat, in brevia incidens, aut in terram compulsa, solo illide-

9 μναν, ἣ πρὸς τὴν γῆν φερόμενον ἐπώκελλε. διεκπλεῖν A. U. 505.
μὲν οὖν διὰ τῶν πολεμίων νεῶν, καὶ κατόπιν ἐπιφαίνεσθαι τοῖς ἤδη πρὸς ἑτέρους διαμαχομένοις, ὅπερ ἐν τῷ ναυμαχεῖν ἐστι πρακτικώτατον, ἀδυνάτως εἶχον, διά τε τὴν βαρύτητα τῶν πλοίων, προσέτι δὲ καὶ τὴν ἀπειρίαν τῶν
10 πληρωμάτων. οὐδὲ μὴν ἐπιβοηθεῖν τοῖς δεομένοις κατὰ πρύμναν ἐδύναντο, διὰ τὸ συγκεκλεῖσθαι πρὸς τῇ γῇ, καὶ μηδὲ μικρὸν ἀπολείπεσθαι τόπον τοῖς βουλομένοις
11 ἐπαρκεῖν τῷ δεομένῳ. Τοιαύτης δὲ δυσχρηστίας ὑπαρχούσης περὶ τὸν ὅλον ἀγῶνα· καὶ τῶν μὲν καθιζόντων ἐν τοῖς βράχεσι, τῶν δ᾽ ἐκπιπτόντων σκαφῶν· κατιδὼν ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων τὸ συμβαῖνον, ὥρμησε πρὸς φυγὴν, ἀπὸ τῶν εὐωνύμων παρὰ τὴν γῆν ἐξελίξας, καὶ σὺν αὐτῷ περὶ τριάκοντα νῆας, αἵ περ ἔτυχον ἐγγὺς
12 οὖσαι. τῶν δὲ λοιπῶν σκαφῶν, ὄντων ἐνενήκοντα καὶ τριῶν, ἐκυρίευσαν οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ τῶν πληρωμάτων, ὅσοι μὴ τῶν ἀνδρῶν τὰς ναῦς εἰς τὴν γῆν ἐκβαλόντες ἀπεχώρησαν.

LII. Γενομένης δὲ τῆς ναυμαχίας τοιαύτης, Ἀτάρ- Adherbalis gloria.
βας μὲν εὐδοκίμει παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις, ὡς δι᾽ αὐτὸν καὶ διὰ τὴν ἰδίαν πρόνοιαν καὶ τόλμαν κατωρθωκώς.
2 Πόπλιος δὲ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἠδόξει καὶ διεβέβλητο P. Claudii infamia.
μεγάλως, ὡς εἰκῇ καὶ ἀλογίστως τοῖς πράγμασι κεχρημένος, καὶ τὸ καθ᾽ αὐτὸν οὐ μικροῖς ἐλαττώμασι
3 περιβεβληκὼς τὴν Ῥώμην. διὸ καὶ μετὰ ταῦτα με-

batur. Quod autem in prælio navali plurimum ad victoriam solet conferre, per medias adversariorum naves suam transmittere, et a tergo illos invadere qui jam in pugna cum aliis sunt occupati: hoc vero quominus a Romanis fieret, navium gravitas simul et remigum imperitia prohibebat. Postremo ne suppetias quidem laborantibus ire, a tergo navigantes, poterant: qui ad terram essent conclusi, et ne minimum quidem spatii vacuum haberent, ad succurrendum, si cui opus esset. Quibus tantis incommodis suos conflictari conspicatus Consul, quum aliæ naves inter brevia siderent, aliæ terræ allideruntur; a læva fugam capessit, ac circum littus se evolvit, triginta navibus, quas habebat proximas, comitatus. Ceteras, ad tres et nonaginta, cum omnibus qui intus erant, ceperunt Pœni; paucis virorum exceptis, qui e navibus suis, quas ad littus impegerant, aufugere.

LII. Ex hoc prælio magnam apud suos gloriam consecutus est *Adherbal:* ut qui solus, providentia ac fortitudine singulari usus, auctor victoriæ exstitisset. *Publium* contra lacerare maledictis Romani, vehementerque incusare, quod temeritate sua atque imprudentia male rem gessisset, et, quantum in ipso fuerat, maximis Rempublicam detrimentis affecisset. Unde et

A. U. 505.

γάλαις ζημίαις καὶ κινδύνοις κριθεὶς περιέπεσεν. Οὐ 4
μὴν οἵ γε Ῥωμαῖοι, καί περ τοιούτων συμβεβηκότων,
διὰ τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων φιλοτιμίαν, οὐδὲν ἀπέλειπον τῶν
ἐνδεχομένων, ἀλλ' εἴχοντο τῶν ἑξῆς πραγμάτων. διὸ 5
καὶ συνάψαντος τοῦ κατὰ τὰς ἀρχαιρεσίας χρόνου,
στρατηγοὺς ὑπάτους καταστήσαντες, παραυτίκα τὸν
ἕτερον αὐτῶν ἐξέπεμπον Λεύκιον Ἰούνιον, τάς τε σιταρ-
χίας παρακομίζοντα τοῖς τὸ Λιλύβαιον πολιορκοῦσι, καὶ
τὰς ἄλλας ἀγορὰς καὶ χορηγίας τῷ στρατοπέδῳ· πρὸς
δὲ, καὶ παραπομποὺς τούτοις ἐπλήρωσαν ἑξήκοντα ναῦς.
ὁ δὲ Ἰούνιος ἀφικόμενος ἐς τὴν Μεσσήνην, καὶ προσ- 6
λαβὼν τὰ συνηντηκότα τῶν πλοίων ἀπό τε τοῦ στρατο-
πέδου καὶ τῆς ἄλλης Σικελίας, παρεκομίσθη κατὰ
σπουδὴν εἰς τὰς Συρακούσας, ἔχων ἑκατὸν εἴκοσι σκάφη,
καὶ τὴν ἀγορὰν σχεδὸν ἐν ὀκτακοσίαις ναυσὶ φορτηγοῖς.
ἐντεῦθεν δὲ παραδοὺς τοῖς ταμίαις τὰς ἡμισείας φορτη- 7
γοὺς, καί τινα τῶν μακρῶν πλοίων, ἐξαπέστειλε, διακο-
μισθῆναι σπουδάζων τῷ στρατοπέδῳ τὰ πρὸς τὴν χρείαν.
αὐτὸς δ' ἐν ταῖς Συρακούσαις ὑπέμενε, τούς τε [x] κατὰ 8
πλοῦν ἀφυστεροῦντας ἐκ τῆς Μεσσήνης ἀναδεχόμενος,
καὶ παρὰ τῶν ἐκ τῆς μεσογαίου συμμάχων σῖτον προσ-
αναλαμβάνων.

L. Junius Cos. in Siciliam mittitur.

LIII. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀτάρβας μὲν
ἄνδρας τοὺς ἐν τῇ ναυμαχίᾳ ληφθέντας, καὶ τὰς αἰχ-
μαλώτους νῆας, ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν Καρχηδόνα. Καρ- 2

Classi Rom. ad Lilybæum insidiatur Carthalo.

[x] κατὰ τὸν πλοῦν malim.

postea, habito de eo judicio, graviter multatus est, ac pericula magna adiit. Nihil tamen Romani hac tanta clade sunt deterriti, quo minus omnia pro viribus experirentur, ac rerum dehinc agendarum curam sedulo capesserent: tanto ardebant summæ rei obtinendæ studio. Igitur appetente consularium comitiorum tempore, e creatis Coss. alterum, *L. Junium*, mittunt, qui obsidentibus *Lilybæum* annonam deferret, ac necessaria alia exercitui, omnisque generis commeatus: præterea naves LX, his commeatibus præsidio futuras, armant. Junius, assumtis Messanæ navibus, quæ ipsi e castris et e reliqua Sicilia erant obviam missæ, *Syracusas* cum longis navibus CXX, onerariis vero annona ceterisque rebus onustis, prope IↃCCC contendit. Inde Quæstores, cum dimidia parte onerariarum et longis nonnullis navibus, dimittit, ut necessaria legionibus quantocius perferrent. Ipse Syracusis substitit, eos, qui Messana venientem assequi non potuerant, exspectans; simul, ut frumentum mediterraneæ regioni imperatum susciperet.

LIII. Eodem tempore *Adherbal*, quos ceperat viros in prælio navali, quasque habuit naves captivas, misit Carthaginem. Idemque *Carthalonem*,

θάλωνα δὲ τὸν συνάρχοντα, δοὺς τριάκοντα ναῦς, ἐξέπεμψε, πρὸς αἷς ἔχων αὐτὸς ἑβδομήκοντα κατέπλευσε· 3 προστάξας ἄφνω προσπεσόντα ταῖς ὁρμούσαις παρὰ τὸ Λιλύβαιον τῶν πολεμίων ναυσὶν, ὧν μὲν ἂν δυνατὸς ᾖ 4 κυριεῦσαι, ταῖς δὲ λοιπαῖς πῦρ ἐμβαλεῖν. Πεισθέντος δὲ τοῦ Καρθάλωνος, καὶ ποιησαμένου τὸν ἐπίπλουν ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν, καὶ τὰ μὲν ἐμπιπρῶντος, τὰ δὲ ἀποσπῶντος τῶν πλοίων, μεγάλην συνέπεσε γενέσθαι ταραχὴν περὶ 5 τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον. προσβοηθούντων γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τὰς ναῦς, καὶ γιγνομένης κραυγῆς, συννοήσας Ἰμίλκων ὁ τὸ Λιλύβαιον τηρῶν, καὶ θεωρῶν ἤδη τῆς ἡμέρας ὑποφαινούσης τὸ συμβαῖνον, ἐπαποστέλλει τοὺς 6 ἐκ τῆς πόλεως μισθοφόρους. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τοῦ δεινοῦ πανταχόθεν [y] αὐτοῖς περιστάντος, οὐκ εἰς μικρὰν, οὐδ' 7 εἰς τὴν τυχοῦσαν ἦλθον διατροπήν. ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος, ὀλίγα τῶν σκαφῶν, τὰ μὲν ἀποσπάσας, τὰ δὲ συντρίψας, μετὰ ταῦτα μικρὸν ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου παρακομισθεὶς ὡς ἐφ' Ἡρακλείας, ἐτήρει, βουλόμενος διακωλύειν τοὺς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον πλέοντας. 8 Προσαγγειλάντων δὲ τῶν σκοπῶν, πλῆθος ἱκανὸν πλοίων προσφέρεσθαι παντοδαπῶν καὶ συνεγγίζειν, ἀναχθεὶς ἔπλει, συμμίξαι σπεύδων διὰ τὸ καταφρονεῖν τῶν Ῥω-9 μαίων ἐκ τοῦ προγεγενημένου προτερήματος. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῶν Συρακουσῶν προαπεσταλμένοις τα-

A. U. 505. Classi Rom. ad Lilybæum et Heracleam insidiatur Carthalo.

[y] αὐτοὺς περιστάντος Vat. Flor. Aug. Reg. A.

collegam suum, traditis navibus triginta, præter alias LXX quibuscum ipse advenerat, dimittit; jubetque, ut naves hostium, quæ *Lilybæi* in ancoris stabant, repente adortus, quas possit, capiat, ceteris ignem injiciat. Præcepta exsequente *Carthalone*, quum circa vigiliam quartam fecisset in hostes impetum, jamque aliæ naves conflagrarent, aliæ per vim abstraherentur, magna in Romanis castris fuit trepidatio. Adcurrentibus namque his, ut auxilio essent navibus, *Himilco*, Lilybæi præfectus, ex clamore primum re cognita, deinde, ubi subluxit, omnia quæ agebantur cernens, mercenarios ex urbe in eosdem immisit. Quare Romani, undique malis circumventi, non mediocriter utique sunt animis consternati. Posthæc Punicæ classis præfectus, aliis avulsis navibus, aliis confractis, Lilybæo parumper *Heracleam* versus provectus, ibi in statione mansit, prohibiturus eos qui ad exercitum navigarent. Itaque certior factus a speculatoribus, non pœnitendum numerum navium omnis generis adventare, jamque in propinquo esse; pugnæ avidus, ut qui Romanos ex superiore victoria contemneret, obviam proficiscitur. Romanis quoque Quæstoribus, qui Syracusis fuerant

A. U. 505. Classi Rom. ad Heracleam insidiatur Carthalo.

μίαις ἀνήγγειλαν οἱ προπλεῖν εἰθισμένοι λέμβοι τὸν
ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων. οἱ δὲ νομίσαντες οὐκ ἀξ- 10
ιόχρεως σφᾶς αὐτοὺς εἶναι πρὸς ναυμαχίαν, καθώρμισαν
πρός τι πολισμάτιον τῶν ὑπ' αὐτοὺς ταττομένων, ἀλί-
μενον μὲν, σάλους δὲ ἔχον καὶ προβολὰς περικλειούσας
ἐκ τῆς γῆς εὐφυεῖς. οὗ ποιησάμενοι τὴν ἀπόβασιν, καὶ 11
τούς τε καταπέλτας καὶ τοὺς πετροβόλους τοὺς ἐκ τῆς
πόλεως ἐπιστήσαντες, προσεδόκων τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπε-
ναντίων. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι συνεγγίσαντες, τὸ μὲν 12
πρῶτον ἐπεβάλοντο πολιορκεῖν τούτους, ὑπολαβόντες τοὺς
μὲν ἄνδρας καταπλαγέντας εἰς τὸ πολισμάτιον ἀποχω-
ρήσειν, τῶν δὲ πλοίων ἀσφαλῶς κυριεύσειν. οὐ προχω- 13
ρούσης δὲ τῆς ἐλπίδος, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀμυνομένων
γενναίως, καὶ τοῦ τόπου πολλὰς ἔχοντος καὶ παντο-
δαπὰς δυσχρηστίας, ὀλίγα τῶν τὰς ἀγορὰς ἐχόντων
πλοίων ἀποσπάσαντες, ἀπέπλευσαν πρός τινα ποταμὸν,
ἐν ᾧ καθορμισθέντες, ἐπετήρουν τὸν ἀνάπλουν αὐτῶν.

L. Junius Cos. Lilybæum navigat.

LIV. Ὁ δ' ἐν ταῖς Συρακούσαις ὑπολειφθεὶς στρα-
τηγὸς, ἐπεὶ τὰ κατὰ τὴν πρόθεσιν ἀπετέλεσε, κάμψας
τὸν Πάχυνον, ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν ὡς ἐπὶ τὸ Λιλύβαιον,
οὐδὲν εἰδὼς τῶν περὶ τοὺς προπλέοντας συμβεβηκότων. ὁ 2
δὲ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος, σημηνάντων τῶν σκοπῶν
αὐτῷ πάλιν τὴν ἐπιφάνειαν τῶν ὑπεναντίων, ἀναχθεὶς
ἔπλει μετὰ σπουδῆς· βουλόμενος αὐτοῖς ὡς πλεῖστον
ἀπέχουσι τῶν οἰκείων νεῶν συμβαλεῖν. Ὁ δ' Ἰούνιος, 3

præmissi, lembi classem præire soliti, imminere hostem, significant. Illi, impares se solos ad certamen navale rati, ad quoddam Romanæ ditionis oppidulum appellunt; ubi portus quidem nullus erat, sed stationes dumtaxat, et prominentia in mare loca, quæ medium spatium opportune claudebant. Ibi exscensione facta, et catapultis balistisque, quæ in oppido sunt inventæ, dispositis, hostium impressionem exspectabant. Carthaginienses initio consilium ceperant eos obsidendi: quod putarent, milites metu in illud oppidulum recessuros, naves autem sine periculo sibi cessuras. Ea spe exitum non habente, sed contra Romanis fortiter sese defendentibus; quum magnis incommodis eo loci omnifariam conflictarentur Pœni, contenti paucas naves commeatibus onustas abduxisse, ad proximum amnem se recipiunt; ibique applicatis navibus, discessum hostium observant.

LIV. Consul, post res confectas, quarum gratia Syracusis substiterat, *Pachyno* superato, navigationem versus *Lilybæum* instituit; omnium quæ iis acciderant, quos præcedere jusserat, ignarus. Præfectus vero Punicæ classis, factus iterum certior a speculatoribus, hostes apparere, magna celeritate in eos provehitur; id agens, ut, dum ipsi a suis navibus absunt quam longissime, cum eis confligeret. *Junius,* qui e longo spatio classem Puni-

A. U. 505. L. Junius Lilybæum navigat.

κατιδὼν ἐκ πολλοῦ τὸν στόλον τὸν τῶν Καρχηδονίων, καὶ
τὸ πλῆθος τῶν σκαφῶν, οὔτε συμβαλεῖν τολμῶν, οὔτ'
ἐκφυγεῖν ἔτι δυνατὸς ὤν, διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι τοὺς
πολεμίους, ἐγκλίνας εἰς τόπους τραχεῖς, καὶ κατὰ
4 πάντα τρόπον ἐπισφαλεῖς, καθωρμίσθη· κρίνων αἱρετώ-
τερον ὑπάρχειν, [z] ὅ τι δέοι παθεῖν μᾶλλον, ἢ τοῖς πολε-
μίοις αὔτανδρον τὸ σφέτερον στρατόπεδον ὑποχείριον
5 ποιῆσαι. συνιδὼν δὲ καὶ τὸ περὶ τούτου γεγονὸς ὁ τῶν
Καρχηδονίων ναύαρχος, τὸ μὲν παραβάλλεσθαι καὶ
προσάγειν τοιούτοις τόποις, ἀπεδοκίμασε· λαβὼν δὲ
ἄκραν τινὰ, καὶ προσορμισθεὶς ταύτῃ, μεταξὺ τῶν
6 στόλων ἐτήρει, καὶ προσεῖχε τὸν νοῦν ἀμφοτέροις. Ἐπι-
γενομένου δὲ χειμῶνος, καὶ περιστάσεως προφαινομένης
ἐκ τοῦ πελάγους ὁλοσχερεστέρας· οἱ μὲν τῶν Καρχη-
δονίων κυβερνῆται, διά τε τὴν τῶν τόπων καὶ τὴν τοῦ
πράγματος ἐμπειρίαν, προορώμενοι τὸ μέλλον, καὶ προ-
λέγοντες τὸ συμβησόμενον, ἔπεισαν τὸν Καρθάλωνα
φυγεῖν τὸν χειμῶνα, καὶ κάμψαι τὴν ἄκραν τοῦ Πα-
7 χύνου. πεισθέντος δὲ νουνεχῶς, οὗτοι μὲν, πολλὰ μοχθή-
σαντες, καὶ μόλις ὑπεράραντες τὴν ἄκραν, ἐν ἀσφαλεῖ
8 καθωρμίσθησαν. οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων στόλοι, τοῦ χει-
μῶνος ἐπιγενομένου, καὶ τῶν τόπων εἰς τέλος ὑπαρχόντων
ἀλιμένων, οὕτω διεφθάρησαν, ὥστε μηδὲ τῶν ναυαγίων
μηδὲν γενέσθαι χρήσιμον, ἀλλ' ἀμφοτέρους [a] αὐτοὺς
ἄρδην καὶ παραλόγως ἀχρειωθῆναι.

Classem naufragio amittit.

[z] Forsan ὅ τι δή. [a] αὐτοῖς malim.

cam viderat, et ingentem navium numerum; quum neque dimicare sustineret, neque evadere jam, adeo propinquo hoste, posset; ad loca aspera et prorsus importuosa deflectens, eo naves ejicit. Satius enim judicabat, quemvis subire casum potius, quam ut integrum exercitum suum in potestatem hostium traderet. Quo cognito, Pœnus acie quidem decertare, et ad loca tam periculosa accedere, noluit: sed promontorio quodam occupato, classem illuc applicat; ibique, medius inter utramque Rom. classem, ambas observat, pariter in utramque intentus. Tempestate dehinc coorta, quum manifesto appareret funditus turbatum iri mare: Punici quidem gubernatores, quæ erat ipsorum peritia et locorum et rei, procellam imminentem providentes ac suis prædicentes, *Carthaloni* auctores fuerunt, ut *Pachyni* promontorium flecteret, ac tempestati se subduceret. Id consilium prudenter amplectente *Carthalone*, Pœni, magno quidem cum labore, ægre tandem promontorio superato, naves in tuto collocarunt. At Romanorum classis utraque, a sæviente tempestate in locis penitus importuosis deprehensa, ita misere confracta est, ut ne tabula quidem ullius usus e naufragio superaret, sed penitus et supra hominum fidem utraque corrumperetur.

A. U. 505.

Mare omittunt Romani.

LV. Τούτου δὲ συμβάντος, τὰ μὲν τῶν Καρχηδονίων αὖθις ἀνέκυψε, καὶ πάλιν ἐπιῤῥεπεστέρας εἶχε τὰς ἐλπίδας. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, πρότερον μὲν ἐπὶ ποσὸν ἠτυ- 2
χηκότες, τότε δ' ὁλοσχερῶς, ἐκ μὲν τῆς θαλάττης ἐξέβησαν, τῶν δ' ὑπαίθρων ἐπεκράτουν· Καρχηδόνιοι δὲ τῆς μὲν θαλάττης ἐκυρίευον, τῆς δὲ γῆς οὐχ ὅλως ἀπήλπιζον. Μετὰ δὲ ταῦτα πάντες ἐπὶ μὲν τοῖς ὅλοις 3
ἐσχετλίαζον, [b] οἵ τε ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τὰ περὶ τὸ Λιλύβαιον στρατόπεδα, διὰ τὰ προειρημένα συμπτώματα. τῆς γε μὴν προθέσεως οὐκ ἀφίσταντο τῆς κατὰ τὴν 4
πολιορκίαν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐχορήγουν κατὰ γῆν ἀπροφασίστως, οἱ δὲ προσεκαρτέρουν ταύτῃ κατὰ τὸ δυνατόν.

L. Junius Erycem occupat.

Ὁ δὲ Ἰούνιος, ἀνακομισθεὶς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐκ τῆς 5
ναυαγίας, καὶ περιπαθὴς ὤν, ἐγένετο πρὸς τὸ καινοτομῆσαί τι καὶ πρᾶξαι τῶν δεόντων, σπουδάζων ἀναμαχέσασθαι τὴν γεγενημένην περιπέτειαν. διὸ καὶ βραχείας 6
αὐτῷ παραπεσούσης ἀφορμῆς, καταλαμβάνει πραξικοπήσας τὸν Ἔρυκα, καὶ γίγνεται τοῦ τε τῆς Ἀφροδίτης ἱεροῦ καὶ τῆς πόλεως ἐγκρατής. Ὁ δὲ Ἔρυξ, ἔστι μὲν 7

Eryx mons et oppidum.

ὄρος παρὰ θάλατταν τῆς Σικελίας ἐν τῇ παρὰ τὴν Ἰταλίαν κειμένῃ πλευρᾷ, μεταξὺ Δρεπάνων καὶ Πανόρμου, μᾶλλον [c] δ' ὅμορον καὶ συνάπτον πρὸς τὰ Δρέπανα· μεγέθει δὲ παρὰ πολὺ διαφέρον τῶν κατὰ

[b] Sic correxi cum Reisk. pro eo quod erat οἱ δὲ ἐν τ. Ῥ. [c] δ' ὅμορον adscivi ex conject. Gronovii, pro δ' ὀχυρὸν, quod vulgo dant omnes.

LV. His rebus effectum est, ut caput rursus erigeret res *Pœnorum*, et spes eorum lætiores essent firmioresque. At *Romani*, quorum vires priora quidem mala aliquantum imminuerant, hæc vero novissima clades prorsus infregerat, mari tunc excedebant, at continentem tamen et omnia in aperto posita firmiter adhuc obtinebant; Pœnis interim mari dominantibus, neque de terra spei omni renuntiantibus. Post prædictas autem calamitates, tam in urbe Romani, quam legiones ad Lilybæum hærentes, lamentabantur quidem omnes miserum Reipubl. statum: neque tamen eo secius a consilio susceptæ obsidionis recedebant; sed sumtus et necessaria omnia illi absque caussatione per terram suppeditabant; hi totis viribus obsidioni incumbere pergebant. *Junius* vero, ad legiones post naufragium profectus, dolens casum suum, in eam curam totus incubuit, ut novo aliquo et memorabili facinore edito acceptum detrimentum sarciret. Itaque, levi quadam occasione se offerente, *Erycem* proditione occupat, et tam *Veneris ædem*, quam urbem ipsam in potestatem redigit. *Eryx mons* est ad mare, in eo Siciliæ latere quod Italiam spectat, inter *Drepana* et *Panormum*, Drepanis tamen propior et fere contiguus; magnitudine omnes

8 τὴν Σικελίαν ὀρῶν, πλὴν τῆς Αἴτνης. τούτου δ' ἐπ' A. U. 505.
αὐτῆς μὲν τῆς κορυφῆς, οὔσης ἐπιπέδου, κεῖται τὸ τῆς
Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκινῆς ἱερὸν, ὅπερ ὁμολογουμένως Venus Erycina.
ἐπιφανέστατόν ἐστι τῷ τε πλούτῳ καὶ τῇ λοιπῇ προ-
9 στασίᾳ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν. ἡ δὲ πόλις ὑπ'
αὐτὴν τὴν κορυφὴν τέτακται, πάνυ μακρὰν ἔχουσα καὶ
10 προσάντη πανταχόθεν τὴν ἀνάβασιν. Ἐπί τε δὴ τὴν Erycem tenet Junius.
κορυφὴν ἐπιστήσας φυλακὴν, [d] ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐπὶ
Δρεπάνων πρόσβασιν, ἐτήρει φιλοτίμως ἀμφοτέρους
τοὺς τόπους, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τὸν τῆς ἀναβολῆς [e] ἐτρέ-
πετο καιρόν· πεπεισμένος οὕτω καὶ τὴν πόλιν ἀσφαλῶς
καὶ τὸ σύμπαν ὄρος ὑφ' αὑτὸν ἕξειν.

LVI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μετὰ ταῦτα στρατηγὸν Amilcar Barca.
καταστήσαντες αὐτῶν Ἀμίλκαν, τὸν Βάρκαν ἐπικα- A. U. 507. sqq.
2 λούμενον, τούτῳ τὰ κατὰ τὸν στόλον ἐνεχείρισαν. ὃς
παραλαβὼν τὰς ναυτικὰς δυνάμεις, ὥρμησε πορθήσων
τὴν Ἰταλίαν. ἔτος δ' ἦν ὀκτωκαιδέκατον τῷ πολέμῳ.
3 Κατασύρας δὲ τὴν Λοκρίδα καὶ τὴν Βρεττιανὴν χώραν,
ἀποπλέων ἐντεῦθεν κατῆρε παντὶ τῷ στόλῳ πρὸς τὴν
Πανορμῖτιν, καὶ καταλαμβάνει τὸν ἐπὶ τῆς Εἱρκτῆς Ercte, vel Epi-Erctes, castellum prope Panormum.
λεγόμενον τόπον· ὃς κεῖται μὲν Ἔρυκος καὶ Πανόρμου
μεταξὺ πρὸς θαλάττῃ, πολὺ δέ τι τῶν ἄλλων δοκεῖ
διαφέρειν τόπων ἐπιτηδειότητι πρὸς ἀσφάλειαν στρατο-

[d] An ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἀπὸ Δρεπάνων? [e] Duo verba ἐτρέπετο καιρὸν absunt ab Aug. et Reg. A. et in Vat. ab aliena manu adsuta sunt. Quibus omissis, legendum videtur, καὶ μᾶλλον ἔτι τὸν τῆς ἀναβολῆς. scil. τόπον ἐτήρει.

Siciliæ montes, præter Ætnam, longe superans. Habet hic in ipso vertice planitiem, cui immolita est *Veneris Erycinæ* ædes, omnium templorum sine controversia, quæ tota hac insula spectantur, et divitiis et reliquo cultu longe clarissimum. Urbs sub ipsum verticem posita est, adscenditurque ad illam longa admodum et difficili via. *Junius* igitur, cum in cacumine montis præsidio imposito, tum in ea parte qua itur Drepana, locum utrumque impenso studio custodiebat, sed præcipue ei parti, qua a Drepanis adscensus patet, erat intentus: ratus, se hac ratione et urbem et montem totum in potestate sua tuto retenturum.

LVI. Post ista, Carthaginienses ducem constituunt *Amilcarem* cognomento *Barcam*, et classis imperium illi tradunt. Qua mox assumta, ad devastandam Italiam proficiscitur: erat autem is *annus belli hujus* XVIII. Barca, Locrorum et Bruttiorum agros populatus, inde mox in fines Panormitanorum cum universa classe appulit: ibique locum occupavit ad mare situm, inter *Erycem* ac *Panormum*, qui dicitur *Ercte* (vel *Epierctes*, quasi *Supra carcerem;*) videturque omnium locorum, cum ad securitatem castrorum, tum ad fovendum quamvis

A. U. 507. sqq.

Ercte castellum prope Panormum.

πέδων, καὶ χρονισμόν. ἔστι γὰρ ὄρος περίτομον, ἐξανε- 4
στηκὸς ἐκ τῆς περικειμένης χώρας εἰς ὕψος ἱκανόν.
τούτου δ' ἡ περίμετρος τῆς ἄνω στεφάνης οὐ λείπει τῶν
ἑκατὸν σταδίων· ὑφ' ἧς ὁ περιεχόμενος τόπος [f] εὔβατος
ὑπάρχει καὶ γεωργήσιμος, πρὸς μὲν τὰς πελαγίους
πνοιὰς εὐφυῶς κείμενος, θανασίμων δὲ θηρίων εἰς τέλος
ἄμοιρος. περιέχεται δὲ κρημνοῖς ἀπροσίτοις ἔκ τε τοῦ 5
κατὰ θάλατταν μέρους, καὶ τοῦ παρὰ τὴν μεσόγαιαν
παρήκοντος· τὰ δὲ μεταξὺ τούτων ἐστὶν ὀλίγης καὶ
βραχείας δεόμενα κατασκευῆς. ἔχει δ' ἐν αὑτῷ καὶ 6
μαστὸν, ὃς ἅμα μὲν ἀκροπόλεως, ἅμα δὲ σκοπῆς
εὐφυοῦς λαμβάνει τάξιν κατὰ τῆς ὑποκειμένης χώρας.
κρατεῖ δὲ καὶ λιμένος εὐκαίρου πρὸς τὸν ἀπὸ Δρεπάνων 7
καὶ Λιλυβαίου δρόμον ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, ἐν ᾧ πλῆθος
ὕδατος ἄφθονον ὑπάρχει. [g] προσόδους δὲ τρεῖς τὰς πάσας 8
ἔχει δυσχερεῖς· δύο μὲν ἀπὸ τῆς χώρας, μίαν δ' ἀπὸ
τῆς θαλάττης. Ἐν ᾧ καταστρατοπεδεύσας παραβόλως 9
Ἀμίλκας, ὡς ἂν μήτε πόλεως οἰκείας μήτ' ἄλλης
ἐλπίδος μηδεμιᾶς ἀντεχόμενος, εἰς μέσους δὲ τοὺς πολε-
μίους ἑαυτὸν δεδωκώς· ὅμως οὐ μικροὺς, οὐδὲ τοὺς τυ-
χόντας Ῥωμαίοις ἀγῶνας καὶ κινδύνους παρεσκεύασε.
πρῶτον μὲν γὰρ ἐντεῦθεν ὁρμώμενος κατὰ θάλατταν, τὴν 10

Amilcar et Romani ad Panormum.

[f] εὔβατος in εὔβοτος mutatum viri docti voluerunt. [g] Vulgo omnes edd. et MSti προσόδους δὲ τὰς πάσας ἔχει τρεῖς, τὰς δυσχερεῖς· quod ex conject. correxi. Si quis malit προσόδ. δὲ τὰς πάσας ἔχει τρεῖς, καὶ ταύτας δυσχερεῖς, nihil impedio.

diu exercitum, esse appositissimus. Mons quippe est præruptus omni ex parte, e circumjecta planitie in altum admodum se attollens. Est autem ejus ambitus in summo fastigio, non minor quam M. P. XII. et quingentorum. Eo circuitu comprehensum spatium omne pervium est, et frugibus serendis aptum ; adversus marinos flatus egregie comparatum ; pestiferarum bestiarum in totum immune. Utrimque autem, et a mari, et ab ea parte qua cohæret mediterraneis, ita circumdatum est præruptis ac præcipitibus locis, ut ad media intervalla parva brevique munitione sit opus. Tum in illa rursus planitie tumulus assurgit, sic ab natura factus, ut arcis simul vicem obtinere, ac speculæ ad observandam subjectam regionem, queat. Habet porro hic locus portum etiam, aqua abundantem, iis opportunum, qui Drepanis aut Lilybæo Italiam cursu petunt. Aditus ad hunc montem tres omnino sunt, iique oppido difficiles : duo a terra, unus a mari. Ibi igitur quum ingenti audacia castra munisset *Amilcar ;* (sociam enim nullam urbem habens, neque spem ullam aliam, in medios se hostes dederat :) plurimum Romanis negotii facessit, et gravibus illos periculis implicuit. Nam primum, ex eo loco navibus proficiscens, oram Italiæ

παραλίαν τῆς Ἰταλίας ἐπόρθει μέχρι τῆς Κυμαίων
11 χώρας. δεύτερον δέ, κατὰ γῆν παραστρατοπεδευσάντων
αὐτῷ Ῥωμαίων πρὸ τῆς Πανορμιτῶν πόλεως ἐν [h] ἴσως
πέντε σταδίοις, πολλοὺς καὶ ποικίλους ἀγῶνας συνε-
στήσατο κατὰ γῆν σχεδὸν ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτούς. περὶ ὧν
οὐχ οἷόν τε διὰ τῆς γραφῆς τὸν κατὰ μέρος ἀποδοῦναι
λόγον.

A. U. 507. sqq. Amilcar et Romani ad Panormum.

LVII. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν διαφερόντων πυκτῶν καὶ
ταῖς γενναιότησι καὶ ταῖς εὐεξίαις, ὅταν εἰς τὸν ὑπὲρ
αὐτοῦ τοῦ στεφάνου συγκαταστάντες καιρὸν διαμά-
χωνται, πληγὴν ἐπὶ πληγῇ τιθέντες ἀδιαπαύστως, λόγον
μὲν ἢ πρόνοιαν ἔχειν ὑπὲρ ἑκάστης ἐπιβολῆς καὶ πληγῆς,
οὔτε τοῖς ἀγωνιζομένοις, οὔτε τοῖς [i] θεωμένοις ἐστὶ δυ-
2 νατόν· ἐκ δὲ τῆς καθόλου τῶν ἀνδρῶν ἐνεργείας καὶ τῆς
ἑκατέρου φιλοτιμίας, [k] ἐστὶ καὶ τῆς ἐμπειρίας αὐτῶν
καὶ τῆς δυνάμεως, πρὸς δὲ καὶ τῆς εὐψυχίας, ἱκανὴν
ἔννοιαν λαβεῖν· οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν νῦν λεγομένων
3 [l] στρατηγῶν. τὰς μὲν γὰρ αἰτίας, ἢ τοὺς τρόπους, δι'
ὧν ἀνὰ ἑκάστην ἡμέραν ἐποιοῦντο κατ' ἀλλήλων ἐνέδρας,
ἀντενέδρας, ἐπιθέσεις, προσβολάς, οὔτ' ἂν ὁ γράφων
ἐξαριθμούμενος ἐφίκοιτο, τοῖς τ' ἀκούουσιν ἀπέραντος,
ἅμα δ' ἀνωφελὴς ἂν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως κρίνοιτο χρεία.

[h] Mendose vett. libri ἴσῳ. [i] θεωμένοις ex conject. posui pro corrupto θεωρουμένοις. [k] Scripti omnes et edd. ante Casaub. ἔτι καὶ τῆς. Unde fort. legend. ἔτι δὲ καὶ τῆς, et verba καὶ τῆς ἑκατέρου φιλοτ. a præcedentibus interjecto commate separanda cum MS. Aug. [l] Utique στρατῶν videtur scribendum.

ad Cumanorum usque fines devastabat. Deinde vero, quum a terra *Romani* ante *Panormum* castra eodem ex intervallo passuum fere DCXXV opposuissent, multas cum his multiplicesque pugnas terrestres, trium ferme annorum spatio, pugnavit; quæ quidem recenseri omnes sigillatim non queunt.

LVII. Quemadmodum enim in pugilibus fortitudine dexteritateque præstantibus usu venit, cum in certamen de ipsa corona progressi, ictibus subinde ac sine intermissione repetitis inter se pugnant; ut singularum petitionum plagarumque rationem habere, easve notare, neque ipsi qui certant, neque ii qui spectant, possint; sed ex universa eorum industria, et utriusque contentione, abunde licet de peritia certandi quam habent, deque viribus eorum, tum et de animi fortitudine, judicium facere: sic et in his, de quibus nunc loquimur, ducibus res se habet. Nam caussas quidem aut modos, quibus invicem sibi quotidie insidias struebant, aut structas in caput auctoris retorquebant, invasiones et aggressiones, nec percensere scriptori facile fuerit, et longa tædiosaque res audientibus, quæque nullam lectoribus utilitatem sit allatura, merito

A. U. 507. sqq. Amilcar et Romani ad Panormum.

ἐκ δὲ τῆς καθολικῆς ἀποφάσεως περὶ αὐτῶν καὶ τοῦ 4
τέλους τῆς φιλοτιμίας, μᾶλλον ἄν τις εἰς ἔννοιαν ἔλθοι
τῶν προειρημένων. Οὔτε γὰρ τῶν ἐξ ἱστορίας στρατη- 5
γημάτων, οὔτε τῶν ἐκ τοῦ καιροῦ καὶ τῆς ὑποκειμένης
περιστάσεως ἐπινοημάτων, οὔτε τῶν εἰς παράβολον καὶ
βίαιον ἀνηκόντων τόλμαν, οὐδὲν παρελείφθη. κρίσιν γε 6
μὴν ὁλοσχερῆ γενέσθαι, διὰ πλείους αἰτίας, οὐχ οἷόν τ'
ἦν· αἵ τε γὰρ δυνάμεις ἀμφοτέρων ἦσαν ἐφάμιλλοι, τά
τε κατὰ τοὺς χάρακας ὁμοίως ἀπρόσιτα διὰ τὴν
[m]ὀχυρότητα, τό τε διάστημα τῶν στρατοπέδων βραχὺ
παντελῶς. ὅπερ αἴτιον ἦν μάλιστα τοῦ τὰς μὲν κατὰ 7
μέρος συμπτώσεις ἀπαύστους γίγνεσθαι καθ' ἡμέραν,
ὁλοσχερὲς δὲ συντελεῖσθαι μηδέν. τούτους γὰρ αὐτοὺς 8
ἀεὶ συνέβαινε διαφθείρεσθαι κατὰ τὰς συμπλοκάς, τοὺς
ἐν χειρῶν νόμῳ [n]περιπεσόντας· οἱ δ' ἅπαξ ἐγκλίναντες,
εὐθέως ἐκτὸς τοῦ δεινοῦ πάντες ἦσαν ὑπὸ ταῖς αὐτῶν
ἀσφαλείαις, καὶ πάλιν ἐκ μεταβολῆς ἐκινδύνευον.

A. U. 510. sq. Amilcar et Romani ad Erycem.

LVIII. Οὐ μὴν, ἀλλ', ὥσπερ ἀγαθὸς βραβευτὴς, ἡ
τύχη μεταβιβάσασα παραβόλως αὐτοὺς ἐκ τοῦ προειρη-
μένου τόπου καὶ τοῦ προϋπάρχοντος ἀθλήματος, εἰς
παραβολώτερον ἀγώνισμα καὶ τόπον ἐλάττω συνέκλεισεν.
ὁ γὰρ Ἀμίλκας, τῶν Ῥωμαίων τὸν Ἔρυκα τηρούντων 2
ἐπί τε τῆς κορυφῆς καὶ παρὰ τὴν ῥίζαν, καθάπερ

[m] ἐχυρότ. edd. ex Bav. [n] Imo προπεσόντας, aut simpl. πεσόντας.

judicetur. Sed ex eo quod in universum de iis pronuntiatum fuerit, et exitu quem nacta est illa acris contentio, melius dictos viros noscas. Etenim neque eorum strategematum quæ ex historiis peti possunt, neque earum inventionum quas ipsum tempus et instans necessitas suggerunt, neque item eorum quæ abruptam et violentam audaciam desiderant, quidquam est prætermissum. Summam tamen rei prælio decernere, multis de caussis non poterant. Nam et vires utrimque erant pares; et castra pariter ob locorum munitionem inaccessa; et, quum vicinis admodum locis considerent, ex eo fiebat, ut per partes quidem sine intermissione quotidie concurrerent; at, quod in summam totius spei proficeret, nihil patrarent. Nam ex æquo ambobus eveniebat, ut, quoties ad manus ventum esset, illi soli perirent, qui in ipsa pugna cecidissent: at, qui semel aciem inclinarent, continuo extra periculum erant, intra suas munitiones recepti; unde deinde rursus in hostem conversi pugnam redintegrabant.

LVIII. At, veluti bonus *brabeuta*, sic *Fortuna* mirabili modo hos, ex prædicto loco et certato aliquamdiu certamine mirabiliter translatos, in aliud certamen longe periculosius ac locum breviorem conclusit. Custodiebant, sicut diximus, Romani *Erycem*, præsidio vertici et ad radices montis

εἴπομεν, κατελάβετο τὴν πόλιν τῶν Ἐρυκινῶν, ἥτις ἦν A. U. 510. sq. Amilcar et Romani ad Erycem.
μεταξὺ τῆς τε κορυφῆς καὶ τῶν πρὸς τῇ ῥίζῃ στρατοπε-
3 δευσάντων. Ἐξ οὗ συνέβαινε παραβόλως μὲν ὑπομένειν
καὶ διακινδυνεύειν πολιορκουμένους τοὺς τὴν κορυφὴν
κατέχοντας τῶν Ῥωμαίων· ἀπίστως δὲ τοὺς Καρχηδο-
νίους ἀντέχειν, τῶν τε πολεμίων πανταχόθεν προσκει-
μένων, καὶ τῶν χορηγιῶν οὐ ῥᾳδίως αὐτοῖς παρακομιζο-
μένων, ὡς ἂν τῆς θαλάττης καθ' ἕνα τόπον καὶ μίαν
4 πρόσοδον ἀντεχομένοις. οὐ μὴν, ἀλλὰ πάλιν ἐνταῦθα
πάσαις μὲν ἀμφότεροι ταῖς πολιορκητικαῖς ἐπινοίαις καὶ
βίαις χρησάμενοι κατ' ἀλλήλων, πᾶν δὲ γένος ἐνδείας
ἀνασχόμενοι, πάσης δ' ἐπιθέσεως καὶ μάχης πεῖραν
5 λαβόντες· τέλος, οὐχ, ὡς Φάβιος φησὶν, ἐξαδυνατοῦντες
καὶ περικακοῦντες, ἀλλ' ὡς ἂν ἀπαθεῖς καὶ ἀήττητοί
6 τινες ἄνδρες, ἱερὸν ἐποιήσαντο στέφανον. πρότερον γὰρ
ἐκείνους ἀλλήλων ἐπικρατῆσαι, καί περ δύο ἔτη πάλιν
ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ διαγωνισαμένους, δι' ἄλλου τρόπου
7 συνέβη λαβεῖν τὸν πόλεμον τὴν κρίσιν. Τὰ μὲν οὖν περὶ
τὸν Ἔρυκα, καὶ τὰς πεζικὰς δυνάμεις, τοιαύτην ἔσχε
διάθεσιν. τὰ δὲ πολιτεύματα ἦν ἀμφοτέρων παρα- Gallorum gallinaceorum pugna.
8 πλήσια τοῖς ψυχομαχοῦσι τῶν εὐγενῶν ὀρνίθων. ἐκεῖνοί
τε γὰρ πολλάκις, ἀπολωλεκότες τὰς πτέρυγας διὰ τὴν
ἀδυναμίαν, αὐτῇ δὲ τῇ ψυχῇ μένοντες, [o] ἐκβάλλουσι

[o] ἐκβάλλουσι Casaub. in ἐμβάλλουσι mutavit, quod et in MS. Bav. intra lineas notatur.

imposito. Jam *Amilcar* Erycinorum urbem, inter ipsum verticem et eos qui in imo monte onsederant sitam, occupat. Inde eveniebat, ut Romani, qui summum fastigium tenebant, ab hoste obsessi, mirabili constantia quævis aspera tolerarent, et pericula omnia subirent; Carthaginienses vero supra hominum fidem ipsi quoque hostibus undique prementibus resisterent; quamquam et commeatuum accedebat difficultas, quod uno dumtaxat loco et unico aditu usum maris retinerent. Verum heic quoque postquam omnibus rationibus, quæ vel ab arte vel a vi atque robore ad expugnndos hostes petuntur, utrique essent ui, et inopiæ nullum non tolerassent genus, omnis denique invasionis et pugnæ periculum fecissent: tandem, non, ut *Fabius* ait, exhaustis viribus et victi malis, sed ut viri quidam nullo malorum sensu præditi atque invicti, *hieram* fecerunt. Prius enim quam alii alios vincerent, (etsi per biennium rursus continuum eodem hoc loco ab eisdem certatum est;) accidit, ut alia quadam ratione finis bello imponeretur. Igitur, quod ad *Erycem*, et copias terrestres, hic status rerum erat. Utraque autem Respublica *gallis gallinaceis* similis erat, qui majoribus animis decertant quam viribus. Nam et hi sæpe, postquam viribus exhausti usum alarum amiserunt, solis animis resistentes, omittunt aliquantisper pla-

A. U. 510. sq.

τὰς πληγὰς, ἕως ἂν, αὐτομάτως ποτὲ [p]περιπεσόντες
αὐτοῖς, καὶ ῥαδίως ἀλλήλων διαδράξωνται, κἄπειτα
τούτου γενομένου συμβῇ τὸν ἕτερον αὐτῶν προπεσεῖν. οἵ 9
τε Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι, κάμνοντες ἤδη τοῖς πόνοις
διὰ τὴν συνέχειαν τῶν κινδύνων, εἰς τέλος ἀπήλγουν, τήν
τε δύναμιν παρελέλυντο καὶ παρεῖντο διὰ τὰς πολυχρο-
νίους εἰσφορὰς καὶ δαπάνας.

A. U. 511. Classem denuo parant Romani.

LIX. Ὁμοίως δὲ Ῥωμαῖοι ψυχομαχοῦντες, καί περ
ἔτη [q]σχεδὸν ἤδη πέντε τῶν κατὰ θάλατταν πραγμάτων
ὁλοσχερῶς ἀφεστηκότες, διά τε τὰς περιπετείας, καὶ
[r]δι' αὐτὸ τὸ πεπεῖσθαι δι' αὐτῶν τῶν πεζικῶν δυνάμεων
κρίνειν τὸν πόλεμον· τότε συνορῶντες, οὐ προχωροῦν 2
αὐτοῖς τὸ ἔργον κατὰ τοὺς ἐκλογισμοὺς, καὶ μάλιστα
διὰ τὴν τόλμαν τοῦ τῶν Καρχηδονίων ἡγεμόνος, ἔκριναν
τὸ τρίτον ἀντιποιήσασθαι τῶν ἐν ταῖς ναυτικαῖς δυνά-
μεσιν ἐλπίδων· ὑπολαμβάνοντες, διὰ τῆς ἐπινοίας ταύ- 3
της, εἰ καιρίως ἅψαιντο τῆς ἐπιβολῆς, μόνως ἂν οὕτως
πέρας ἐπιθεῖναι τῷ πολέμῳ συμφέρον. ὃ καὶ τέλος
ἐποίησαν. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐξεχώρησαν τῆς θα- 4
λάττης, εἴξαντες τοῖς ἐκ τῆς τύχης συμπτώμασι· τὸ δὲ
δεύτερον, ἐλαττωθέντες τῇ περὶ τὰ Δρέπανα ναυμαχίᾳ·
τότε δὲ τρίτην ἐποιοῦντο ταύτην τὴν ἐπιβολὴν, δι' ἧς 5

[p] Fortasse περιπεσόντες αὐτοῖς αὖθις legendum, aut αὐτοῖς in αὖθις mutandum. [q] σχεδὸν πέντε ex vetere libro citat Ursinus. At nostri omnes, cum Suida, dant σχεδὸν ἢ δεκαπέντε, unde Casaub. fecit id quod edidi. Sed in vestigiis veteris scripturæ latere utique videtur σχεδὸν ἤδη καὶ πέντε, aut σχεδὸν ἤδη δ' καὶ πέντε, *jam ferme quatuor vel quinque annos.* [r] δι' αὐτὸ τὸ πεπεῖσθαι. διὰ τὸ πεπ. malim cum Reiskio.

gas; sed paullo post rursus, veluti casu quodam in se invicem incidentes, facile sese mutuo corripiunt: quo facto tandem alteruter concidere solet. Sic Romani quoque ac Carthaginienses, laboribus jam defatigati propter continua certamina, ad ultimum pæne desperationis jam venerant, solutis etiam ob tot annorum erogationes atque impensas viribus eorum atque remissis.

LIX. Et tamen Romani animorum pervicaciam retinentes; etsi annis ferme jam quinque mari in totum abstinuerant, partim adversis coacti, partim etiam illa spe ducti, quod terrestribus copiis finem bello posse imponi sibi persuaserant; tunc, cum animadverterunt suum illud consilium exitum qualem ipsi autumaverant non habere, obstante cumprimis Pœni ducis virtute, tertio decreverunt, in navalibus apparatibus spem victoriæ sibi esse ponendam. Existimabant enim, hoc demum consilio, si modo rite inceptum curarent, nec ullo alio, finem ex usu suo posse bello imponi. Quod et tandem fecerunt. Nam primo quidem mari cesserant, naufragii calamitate coacti: iterum vero, clade accepta prælio navali ad Drepana: tertio tunc id consilium repetebant, per quod de-

νικήσαντες, καὶ τὰ περὶ τὸν Ἔρυκα στρατόπεδα τῶν
Καρχηδονίων ἀποκλείσαντες τῆς κατὰ θάλατταν χο-
6 ρηγίας, τέλος ἐπέθηκαν τοῖς ὅλοις. Ἦν δὲ τῆς ἐπιβολῆς
[s] τὸ πλεῖον ψυχομαχία. Χορηγία μὲν γὰρ οὐχ ὑπῆρχε
πρὸς τὴν πρόθεσιν ἐν τοῖς κοινοῖς· οὐ μὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν
τῶν προεστώτων ἀνδρῶν εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίαν καὶ
7 γενναιότητα, προσευρέθη ἡ πρὸς τὴν συντέλειαν. κατὰ
γὰρ τὰς τῶν βίων εὐκαιρίας καθ' ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς
ὑφίσταντο παρέξειν πεντήρη κατηρτισμένην, ἐφ' ᾧ τὴν
δαπάνην κομιοῦνται, κατὰ λόγον τῶν πραγμάτων προ-
8 χωρησάντων. Τῷ δὲ τοιούτῳ τρόπῳ [t] ταχέως ἑτοιμα-
σθέντων διακοσίων πλοίων πεντηρικῶν, ὧν ἐποιήσαντο τὴν
ναυπηγίαν πρὸς παράδειγμα τὴν τοῦ Ῥοδίου ναῦν· μετὰ
ταῦτα στρατηγὸν καταστήσαντες Γάϊον Λυτάτιον ἐξέ-
9 πεμψαν ἀρχομένης τῆς θερείας. ὃς καὶ παραδόξως
ἐπιφανεὶς τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν τόποις, τόν τε περὶ
τὰ Δρέπανα λιμένα κατέσχε, καὶ τοὺς περὶ τὸ Λιλύ-
βαιον ὅρμους· παντὸς ἀνακεχωρηκότος εἰς τὴν οἰκείαν
10 τοῦ τῶν Καρχηδονίων ναυτικοῦ. συστησάμενος δὲ περὶ
τὴν ἐν [u] τοῖς Δρεπάνοις πόλιν ἔργα, καὶ τἄλλα πρὸς τὴν
πολιορκίαν παρασκευασάμενος, ἅμα μὲν ταύτῃ προσ-
11 εκαρτέρει, τὰ δυνατὰ ποιῶν· ἅμα δὲ, προορώμενος τὴν

A. U. 511.

Sumtibus privatorum paratur classis.

A. U. 512. C. Lutatius cum classe ad Drepana.

[s] τὸ πλεῖστον edd. [t] Vulgo omnes τάξεως, quod mendosum utique et corrigendum putavi. [u] Forsan h. l. servatum quis voluerit τῷ Δρεπάνῳ, quod habent edd. ex Bav. cum quo et paulo ante, ut sæpius aliâs, dant τὸ Δρέπανον pro τὰ Δρέπανα.

victo hoste, postquam Carthaginiensium exercitum, qui ad *Erycem* erat, maritimis commeatibus interclusissent, summæ rei finem imposuerunt. Ceterum ad hoc inceptum Romanos animorum pervicacia potius, quam res ulla alia, impellebat. Nam publicam quidem pecuniam ad id, quod parabant, in ærario habebant nullam: sed generositate et in Remp. munificentia eorum, a quibus administrabatur, inveniebatur quantum ad exsequenda consilia sufficiebat. Nam pro modo facultatum singuli, bini, vel terni, unam quinqueremem cum omni suo instrumento præbendam suscipiebant; ea lege, ut, rebus ex sententia confectis, sumtus reciperent. Hoc modo paratis brevi tempore quinqueremibus ducentis, quarum fabricam instituerunt ad exemplar illius, qua Rhodium illum dicebamus usum; post hæc *C. Lutatium Cos.* classi præesse atque initio æstatis proficisci jubent. Is ex inopinato in Sicilia apparens, quum Pœnorum copiæ navales domum omnes recessissent, et portum ad Drepana, et stationes ad Lilybæum occupavit. Deinde circa *Drepana* oppidum opera molitus, aliaque ad oppugnationem necessaria; simul urbem hanc obsidione pro virili premebat;

A. U. 512. παρουσίαν τοῦ Καρχηδονίων στόλου, καὶ μνημονεύων τῆς
ἐξ ἀρχῆς προθέσεως, ὅτι μόνως δύναται διὰ τοῦ κατὰ
θάλατταν κινδύνου κρίσεως τὰ ὅλα τυχεῖν, οὐκ ἀχρεῖον,
οὐδ' ἀργὸν εἴα [x]γίγνεσθαι τὸν χρόνον· ἀλλ' ἀν' ἑκάστην 12
ἡμέραν ἀναπείρας καὶ μελέτας ποιῶν τοῖς πληρώμασιν
οἰκείως τῆς ἐπιβολῆς, τῇ τε λοιπῇ τῇ κατὰ τὴν δίαιταν
ἐπιμελείᾳ προσκαρτερῶν, ἀθλητὰς ἀπετέλεσε πρὸς τὸ
προκείμενον ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ τοὺς ναύτας.

Hanno præf. classis Pœnorum. LX. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, παρὰ τὴν ὑπόνοιαν προσπε-
σόντος αὐτοῖς τοῦ πεπλευκέναι στόλῳ τοὺς Ῥωμαίους,
καὶ πάλιν ἀντιποιεῖσθαι τῆς θαλάττης, παραυτίκα κατ-
ήρτιζον τὰς ναῦς· καὶ πληρώσαντες σίτου καὶ τῶν 2
ἄλλων ἐπιτηδείων, ἐξέπεμπον τὸν στόλον, βουλόμενοι
μηδὲν ἐλλείπειν τὰ περὶ τὸν Ἔρυκα στρατόπεδα τῶν
ἀναγκαίων. κατέστησαν δὲ καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τῆς 3
ναυτικῆς δυνάμεως Ἄννωνα· ὃς ἀναχθεὶς καὶ κατάρας
Hiera ins. ἐπὶ τὴν Ἱερὰν καλουμένην νῆσον, ἔσπευδε, τοὺς πολεμίους
λαθὼν διακομισθῆναι πρὸς τὸν Ἔρυκα, καὶ τὰς μὲν
ἀγορὰς ἀποθέσθαι καὶ κουφίσαι τὰς ναῦς, προσλαβὼν
δ' ἐπιβάτας ἐκ τῶν μισθοφόρων τοὺς ἐπιτηδείους, καὶ
Βάρκαν μετ' αὐτῶν, οὕτω συμμίσγειν τοῖς ὑπεναντίοις.
Lutatius et Hanno ad Ægusam. Ὁ δὲ Λυτάτιος, συνεὶς τὴν παρουσίαν τῶν περὶ τὸν 4
Ἄννωνα, καὶ συλλογισάμενος τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν, ἀνα-
λαβὼν ἀπὸ τοῦ πεζοῦ στρατεύματος τοὺς ἀρίστους

[x] γινέσθαι Reg. A. et inter lineas Aug.

simul, prævidens paullo post cum classe occursuros Pœnos, memorque consilii inde ab initio suscepti, non posse aliter universum bellum terminari quam navali prælio, nullam temporis partem frustra et in otio perire sibi sinebat; sed quotidie navales socios ea tentare, et in iis se exercere jubens quæ suis propositis conducerent, tum etiam reliqua disciplina eos cum cura imbuens, brevi spatio nautas omnium rerum, quæ ad futurum certamen pertinebant, peritos reddidit.

LX. Pœni, inopinato nuntio accepto, Romanos classem habere in mari, atque illud denuo sibi ire assertum, naves extemplo instruunt: easque annona et omnibus rebus necessariis oneratas emittunt; omni studio id agentes, ne qui ad *Erycem* erant exercitus ulla re egerent. Dux classi Punicæ præficitur *Hanno:* qui e portu *Hieronnesum* delatus, ad *Erycem*, priusquam hostes animadverterent, appellere magnopere contendebat; ut, commeatibus expositis, et navibus onere levatis, deinde assumtis in classiarium militem idoneis quibusque mercenariorum, atque cum his *Barca*, posset cum hoste confligere. *Lutatius* vero, Hannonis cognito adventu, quid in animo ille haberet facile conjiciens, fortissimum quemque e pedestribus copiis assumit, et insulam *Ægusam*,

ἄνδρας, ἔπλευσε πρὸς τὴν Αἴγουσαν νῆσον, τὴν πρὸ
5 τοῦ Λιλυβαίου κειμένην. κἀνταῦθα παρακαλέσας τὰ
πρέποντα τῷ καιρῷ τὰς δυνάμεις, διεσάφει τοῖς κυβερ-
6 νήταις, ὡς ἐσομένης εἰς τὴν αὔριον ναυμαχίας. Ὑπὸ δὲ
τὴν ἑωθινὴν, ἤδη τῆς ἡμέρας ὑποφαινούσης, ὁρῶν τοῖς μὲν
ἐναντίοις φορὸν ἄνεμον καταῤῥέοντα καὶ λαμπρὸν, σφίσι
δὲ δυσχερῆ γιγνόμενον τὸν ἀνάπλουν πρὸς ἀντίον τὸ
πνεῦμα, κοίλης καὶ τραχείας οὔσης τῆς θαλάττης· τὸ
μὲν πρῶτον διηπόρει, τί δεῖ χρῆσθαι τοῖς παροῦσι.
7 συλλογιζόμενος δὲ, ὡς, ἐὰν μὲν παραβάλληται χει-
μῶνος ὄντος, πρὸς Ἄννωνα ποιήσεται τὸν ἀγῶνα, καὶ
πρὸς αὐτὰς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις, καὶ [y] προσέτι γέ-
8 μοντα τὰ σκάφη· ἐὰν δὲ τηρῶν εὐδίαν, καὶ καταμελῶν
ἐάσῃ διᾶραι καὶ συμμῖξαι τοῖς στρατοπέδοις τοὺς πο-
λεμίους, πρός τε τὰς ναῦς εὐκινήτους καὶ κεκουφισμένας
ἀγωνιεῖται, πρός τε τοὺς ἀρίστους ἄνδρας τῶν ἐκ τοῦ
πεζοῦ στρατευμάτων, τὸ δὲ μέγιστον πρὸς τὴν Ἀμίλκου
9 τόλμαν, ἧς οὐδὲν ἦν τότε φοβερώτερον. διό περ ἔκρινε,
μὴ παρεῖναι τὸν ἐνεστῶτα καιρόν· συνιδὼν δὲ τὰς τῶν
πολεμίων ναῦς ἱστιοδρομούσας, ἀνήγετο μετὰ σπουδῆς.
10 τῶν δὲ πληρωμάτων εὐχερῶς ἀναφερόντων τὸν κλύδωνα
ταῖς εὐεξίαις, ταχέως ἐπὶ μίαν ἐκτείνας ναῦν, ἀντίπρῳρον
κατέστησε τοῖς πολεμίοις τὸν στόλον.

A. U. 512. Lutatius et Hanno ad Ægusam.

LXI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, κατιδόντες τὸν διάπλουν

[y] Forte πρὸς ἔτι γέμοντα.

Lilybæo oppositam, petit. Ibi pro tempore milites allocutus, sequenti die prælium navale commissum iri gubernatoribus denuntiat. Mane vero, illucescente jam die, videns *Lutatius*, secundum hostibus ac validum flare ventum: suis vero difficilem navigationem futuram, ventis adversis, et mari modo dehiscente, modo asperius intumente; hærere primo, anceps animi, et quid consilii caperet incertus. Sed reputans, si per tempestatem periculi aleam subiret, cum *Hannone* rem sibi futuram, et cum solis iis, quas adducebat, navalibus copiis, ac præterea cum oneratis commeatu navibus; sin exspectaret donec desævisset tempestas, et ignavia sua committeret, ut trajicerent hostes et cum veterano exercitu se conjungerent; certamen sibi cum navibus fore celeritate præstantibus, onere jam levatis, et cum lectissimo e terrestribus copiis milite, denique, quod maximum erat, cum *Amilcaris* audacia, qua nihil tum fuit terribilius: hæc igitur reputans, statuit præsentem occasionem non prætermittere; moxque conspicatus hostium naves plenis velis currentes, protinus e portu solvit. Et quum nautarum dexteritas fluctus facile superaret, celeriter navibus in unam frontem directis, classem hostibus opposuit.

LXI. Carthaginienses, ubi præclusum sibi a Romanis transitum senti-

A. U. 512. Prælium navale ad Ægusam.

αὐτῶν προκατέχοντας τοὺς Ῥωμαίους, καθελόμενοι τοὺς
ἱστοὺς, καὶ παρακαλέσαντες κατὰ ναῦν σφᾶς αὐτοὺς,
συνέβαλον τοῖς ὑπεναντίοις. τῆς δ' ἑκατέρων παρασκευῆς 2
τὴν ἐναντίαν ἐχούσης διάθεσιν τῇ περὶ τὰ Δρέπανα
γενομένῃ ναυμαχίᾳ, καὶ τὸ τέλος ἑκάτερον τῆς μάχης
εἰκότως ἐναντίον ἀπέβη. Ῥωμαῖοι μὲν γὰρ τήν τε 3
ναυπηγίαν κατειλήφεσαν, καὶ τὰ βάρη πάντα χωρὶς
τῶν πρὸς τὴν ναυμαχίαν ἐπιτηδείων ἐξετίθεντο· τά τε
πληρώματα συγκεκροτημένα διαφέρουσαν αὐτοῖς τὴν
χρείαν παρείχετο· τούς τ' ἐπιβάτας κατ' ἐκλογὴν ἄν-
δρας ἀπαραχωρήτους ἐκ τῶν πεζικῶν στρατοπέδων εἶχον.
περὶ δὲ τοὺς Καρχηδονίους, τἀναντία τούτοις ὑπῆρχεν. 4
αἱ μὲν γὰρ νῆες γέμουσαι, δυσχρήστως διέκειντο πρὸς
τὸν κίνδυνον· τὰ δὲ πληρώματα τελέως ἦν ἀνάσκητα,
καὶ πρὸς καιρὸν ἐμβεβλημένα· τὰ δ' ἐπιβατικὰ, νεοσύλ-
λογα καὶ πρωτόπειρα πάσης κακοπαθείας καὶ παντὸς
δεινοῦ. διὰ γὰρ τὸ μηδέποτ' ἂν ἔτι τοὺς Ῥωμαίους 5
ἐλπίσαι τῆς θαλάττης ἀντιποιήσασθαι, καταφρονήσαντες,
ὠλιγώρουν τῶν ναυτικῶν δυνάμεων. Τοιγαροῦν, ἅμα τῷ 6
συμβαλεῖν, κατὰ πολλὰ μέρη τῆς μάχης ἐλαττούμενοι,
ταχέως ἐλείφθησαν· καὶ πεντήκοντα μὲν αὐτῶν ναῦς
κατέδυσαν, ἑβδομήκοντα δ' ἑάλωσαν αὔτανδροι. τὸ δὲ 7
λοιπὸν πλῆθος, ἐπαράμενον τοὺς ἱστοὺς καὶ κατουρώσαν,
αὖθις ἀπεχώρει πρὸς τὴν Ἱερὰν νῆσον, εὐτυχῶς καὶ
παραδόξως ἐκ μεταβολῆς αὐτοῖς πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν

C. Lutatius debellat classem Pœnorum.

unt, velis contractis, mutuisque adhortationibus in suis quisque usi navibus, cum Romanis confligunt. Quoniam autem utriusque exercitus apparatus contrario modo se habebat atque in prælio circa Drepana commisso; exitum quoque illi contrarium merito ambo prælia habuerunt. Nam Romani artem construendi naves nunc perceptam habebant; deinde onera omnia, quorum nullus ad pugnam futurus erat usus, deposuerant; tum autem remiges probe exercitati operam in hoc prælio egregiam navaverunt; postremo selectos e copiis pedestribus propugnatores, cedere nescios, Romani habebant. Apud Pœnos contraria his omnia; naves onustæ, ad certamen inhabiles; remiges penitus rudes, et pro tempore navibus impositi; miles classiarius, tiro, et qui militiæ labores terroresque tum primum experiebatur. Nam quum persuasum habuissent Pœni, Romanos de asserendo sibi mari numquam amplius cogitaturos, contemtim et negligenter navales copias curaverant. Itaque quum multis rebus inferiores essent Romanis, primo statim congressu facile superati sunt: demersis navibus ipsorum quinquaginta, captis cum ipsis vectoribus LXX, reliqua multitudo passis velis secundo vento *Hieronnesum* repetierunt; raro felicitatis exemplo ventorum flatu ex inopinato mutante, et præsenti ipso-

8 τοῦ πνεύματος συνεργήσαντος. Ὁ μὲν οὖν τῶν Ῥω-
μαίων στρατηγὸς, ἀποπλεύσας πρὸς τὸ Λιλύβαιον καὶ
τὰ στρατόπεδα, περὶ τὴν τῶν αἰχμαλώτων πλοίων καὶ
τῶν σωμάτων οἰκονομίαν ἐγίγνετο, μεγάλην οὖσαν· οὐ
γὰρ πολὺ τῶν μυρίων [z]ἔλειπε σωμάτων τὰ ληφθέντα
[a]ζωγρείᾳ κατὰ τὸν κίνδυνον.

A. U. 512. C. Lutatius debellat classem Pœnorum.

LXII. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, προσπεσούσης αὐτοῖς
ἀπροσδοκήτως τῆς ἥττης, ταῖς μὲν ὁρμαῖς καὶ ταῖς
φιλοτιμίαις ἀκμὴν ἕτοιμοι πολεμεῖν ἦσαν, τοῖς τε λο-
2 γισμοῖς ἐξηπόρουν. οὔτε γὰρ χορηγεῖν ἔτι ταῖς ἐν τῇ
Σικελίᾳ δυνάμεσιν οἷοί τ' ἦσαν, κρατούντων τῆς θα-
λάττης τῶν ὑπεναντίων· ἀπογνόντες δὲ ταύτας, καὶ
προδόται τρόπον τινὰ γενόμενοι, ποίαις χερσὶν ἢ ποίοις
3 ἡγεμόσι [b]πολεμήσαιεν, οὐκ εἶχον. Διόπερ ὀξέως δια-
πεμψάμενοι πρὸς τὸν Βάρκαν, ἐπέτρεψαν ἐκείνῳ περὶ
τῶν ὅλων. ὁ δὲ καὶ λίαν ἐποίησεν ἔργον ἡγεμόνος
4 ἀγαθοῦ καὶ φρονίμου. μέχρι μὲν γὰρ ἐκ τῶν κατὰ
λόγον ἦν τις ἐλπὶς ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, οὐδὲν τῶν παρα-
βόλων ἢ δεινῶν δοκούντων εἶναι παρέλειπεν· ἀλλὰ πάσας
τὰς τοῦ νικᾶν ἐν τῷ πολεμεῖν ἐλπίδας, εἰ καί τις ἄλλος
5 ἡγεμόνων, ἐξήλεγξεν. ἐπειδὴ δὲ περιέστη τὰ πράγματα,
καὶ τῶν κατὰ λόγον οὐδὲν ἔτι [c]κατέλιπε τῶν πρὸς τὸ
σώζειν τοὺς ὑποταττομένους, πάνυ νουνεχῶς καὶ πρα-

Pacem petunt Pœni per Amilcarem Barcam.

Laus Amilcaris.

[z] ἔλιπε Flor. Aug. Reg. A. [a] ζωγρίᾳ Vat. [b] πολεμήσαιεν Casaubonus ex conject. posuit. πολεμήσειαν Reg. B. Reliqui MSS. omnes πολεμήσειν.
[c] Vel sic, vel κατέλειπε τῶν πρὸς dant vett. libri omnes. κατελείπετο πρὸς dedit Casaub. cum Reg. C.

rum necessitati se accommodante. Romanus Cos. *Lilybæum* ad exercitum profectus, captarum navium et captivorum curam habebat, quorum haud exiguus numerus fuit; nec enim multo pauciores erant decem millibus, qui in prælio vivi capti fuerant.

LXII. Carthaginienses, nuntio hujus cladis præter opinionem accepto, animorum quidem contentione studioque promti ad bellum gerendum æque ac prius erant; sed rationem ejus gerendi inire nullam poterant. Nam subministrare necessaria Siciliensi exercitui, mare hostibus tenentibus, non amplius poterant: horum autem salute desperata, et quodammodo a se prodita, neque milites neque duces ad bellandum sibi superare intelligebant. Ad *Barcam* igitur magna diligentia mittunt, summamque rerum illi permittunt. Atque hic boni prudentisque ducis officio luculente functus est. Nam quamdiu rebus Carthaginiensium spem superesse aliquam ratio probabilis suadebat, nihil est ab eo ne eorum quidem prætermissum, quæ vel cum audacia et præsenti periculo conjuncta videri poterant: sed omnes victoriæ spes, si quis umquam dux alius, bellando tentavit. Ubi vero in contrarium fortuna vertit, et jam nulla ratio consulendi saluti eorum, quibus præerat, erat relicta; tum

A. U. 512. γματικῶς εἴξας τοῖς παροῦσιν, ὑπὲρ σπονδῶν καὶ διαλύσεων ἐξαπέστελλε πρεσβευτάς. τοῦ γὰρ αὐτοῦ νομιστέον 6 εἶναι ἡγεμόνος, τὸ δύνασθαι βλέπειν τόν τε τοῦ νικᾷν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν τοῦ λείπεσθαι καιρόν. Τοῦ δὲ Λυ- 7 τατίου προθύμως δεξαμένου τὰ παρακαλούμενα, διὰ τὸ συνειδέναι τοῖς σφετέροις πράγμασι τετρυμένοις καὶ κάμνουσιν ἤδη τῷ πολέμῳ· συνέβη τέλος ἐπιθεῖναι τῇ διαφορᾷ, τοιούτων τινῶν συνθηκῶν διαγραφεισῶν· Ἐπὶ 8 τοῖσδε φιλίαν εἶναι Καρχηδονίοις καὶ Ῥωμαίοις, ἐὰν καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων συνδοκῇ· Ἐκχωρεῖν Σικελίας ἁπάσης Καρχηδονίους, καὶ μὴ πολεμεῖν Ἱέρωνι, μηδ' ἐπιφέρειν ὅπλα Συρακουσίοις, μηδὲ τῶν Συρακουσίων συμμάχοις. Ἀποδοῦναι Καρχηδονίους Ῥωμαίοις 9 χωρὶς λύτρων ἅπαντας τοὺς αἰχμαλώτους· ἀργυρίου κατενεγκεῖν Καρχηδονίους Ῥωμαίοις ἐν ἔτεσιν εἴκοσι δισχίλια καὶ διακόσια τάλαντα Εὐβοϊκά.

Pacis conditiones.

A. U. 513. Pax concluditur cum Pœnis.

LXIII. Τούτων δ' ἐπανενεχθέντων εἰς τὴν Ῥώμην, οὐ προσεδέξατο τὰς συνθήκας ὁ δῆμος, ἀλλ' ἐξαπέστειλεν ἄνδρας δέκα τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν πραγμάτων. οἳ καὶ παραγενόμενοι, τῶν μὲν ὅλων οὐδὲν ἔτι μετέθηκαν, 2 βραχέα δὲ προσεπέτειναν τοὺς Καρχηδονίους. τόν τε 3 γὰρ χρόνον τῶν φόρων ἐποίησαν [d] ἥμισυν, χίλια τάλαντα προσθέντες· τῶν τε νήσων ἐκχωρεῖν Καρχηδονίους προσ-

[d] Veteres libri omnes corrupte ἢ μεῖον, ex quo Reg. B. μείζονα fecit; Reg. C. vero μείονα, quod tenuit Casaubonus. Mihi Scaligeri potior visa est conjectura.

quidem prudenter admodum, et pro usu rerum quem habebat, præsenti temporum conditioni cedens, legatos de fœdere ac pace ad Consulem misit. Ejusdem namque prudentiæ existimandum est, et vincendi tempus posse perspicere, et cedendi victoria. *Lutatio* grata cum primis ea res accidit, ut ei, qui attritas hoc bello populi Rom. opes, suisque jam grave id onus esse, probe sciret. Ita finis tandem controversiarum est factus, *pacis conditionibus* in hunc fere modum scriptis: *Amicitia Carthaginiensibus cum Romanis, si ita Populo Romano visum fuerit, his legibus esto. Pœni universa Sicilia excedunto. Cum Hierone bellum ne gerunto; neque Syracusanos vel Syracusanorum socios armis petunto. Captivos omnes sine pretio Carthaginienses Romanis reddunto. Argenti talenta Euboica Romanis bis mille et ducenta in annos* XX *Pœni pendunto.*

LXIII. His conditionibus Romam perlatis, quum pacem non probasset populus Romanus, *decem legatos* ad res inspiciendas misit. Qui ut venere, de summa eorum, quæ convenerant, nihil mutarunt: leges tantum Pœnis impositas nonnihil intenderunt. *Tempus* namque *pensionum tributi in dimidium contraxerunt; talenta mille ad summam adjecerunt; et omnibus insulis quotquot sunt inter Italiam atque*

ἐπέταξαν, ὅσαι μεταξὺ τῆς Ἰταλίας κεῖνται καὶ τῆς A. U. 513.
4 Σικελίας. Ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις
συστὰς περὶ Σικελίας πόλεμος, ἐπὶ τοιούτοις καὶ τοι-
οῦτον ἔσχε τὸ τέλος· ἔτη πολεμηθεὶς εἴκοσι καὶ τέτταρα
συνεχῶς· πόλεμος ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἀκοῇ μαθόντες, πο-
5 λυχρονιώτατος καὶ συνεχέστατος καὶ μέγιστος. ἐν ᾧ
χωρὶς τῶν λοιπῶν ἀγώνων καὶ παρασκευῶν, καθάπερ
εἴπομεν ἀνώτερον, ἅπαξ μὲν οἱ συνάμφω πλείοσιν ἢ πεν-
τακοσίοις, πάλιν δὲ μικρῷ λείπουσιν ἑπτακοσίοις σκά-
6 φεσι πεντηρικοῖς, ἐναυμάχησαν πρὸς ἀλλήλους. ἀπέ-
βαλόν γε μὴν Ῥωμαῖοι μὲν ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ
πεντήρεις, μετὰ τῶν ἐν ταῖς ναυαγίαις διαφθαρεισῶν,
7 εἰς ἑπτακοσίας· Καρχηδόνιοι δὲ, εἰς πεντακοσίας. ὥστε
τοὺς θαυμάζοντας τὰς Ἀντιγόνου καὶ Πτολεμαίου καὶ
Δημητρίου ναυμαχίας καὶ τοὺς στόλους, εἰκότως ἂν,
περὶ τούτων ἱστορήσαντας, ἐκπεπλῆχθαι τὴν ὑπερβολὴν
8 τῶν πράξεων. εἰ δέ τις βουληθείη συλλογίσασθαι τὴν
διαφορὰν τῶν πεντηρικῶν πλοίων πρὸς τὰς τριήρεις, αἷς
οἵ τε Πέρσαι πρὸς τοὺς Ἕλληνας, καὶ πάλιν Ἀθηναῖοι
καὶ Λακεδαιμόνιοι πρὸς ἀλλήλους ἐναυμάχουν· οὐδ᾽ ἂν
καθόλου δυνηθείη τηλικαύτας δυνάμεις εὑρεῖν ἐν θα-
9 λάττῃ διηγωνισμένας. Ἐξ ὧν δῆλον τὸ προτεθὲν ἡμῖν
ἐξ ἀρχῆς, ὡς οὐ τύχῃ Ῥωμαῖοι, καθάπερ ἔνιοι δοκοῦσι
τῶν Ἑλλήνων, οὐδ᾽ αὐτομάτως, ἀλλὰ καὶ λίαν εἰκότως,

Belli gesti magnitudo.

Mira classium commissarum moles.

Consilio et virtute, non casu, parta potentia Romanor.

Siciliam, excedere Pœnos jusserunt. His igitur legibus, atque hoc modo, finitum est bellum inter Romanos et Carthaginienses de Sicilia gestum, postquam annos continuos XXIV durasset. Bellum omnium, quæ fando accepimus, longissimum, minime intermissum, denique maximum. Quo quidem, ut reliqua certamina atque apparatus taceam, sicut ante diximus, semel, quinqueremibus amplius quingentis, si classem utramque in unam summam jungas; iterum, non multo paucioribus septingentis, pugnatum est. Ac Romani quidem eo bello quinqueremes amiserunt, cum iis quæ naufragiis periere, ad septingentas. Carthaginienses vero ad quingentas. Ut qui mirari sunt soliti classes et prælia navalia *Antigoni*, *Ptolemæi*, ac *Demetrii* regum, hac cognita historia, merito rerum tunc gestarum magnitudinem cum stupore quodam sint admiraturi. Quod si quis vero inire rationem velit differentiæ, quæ est inter quinqueremes, et triremes, quibus et Persæ adversus Græcos, et Athenienses ac Lacedæmonii inter sese prælia commiserunt: numquam omnino factum esse intelliget, ut tam immensæ copiæ in mari certarent. Ex quibus fit manifestum, quod initio operis ostendendum suscepimus: *Romanos, neque forte fortuna, ut Græcorum nonnulli arbitrantur, neque casu, sed ratione cumprimis probabili, post-*

A. U. 513. ἐν τοιούτοις καὶ τηλικούτοις πράγμασιν ἐνασκήσαντες, οὐ μόνον ἐπεβάλοντο τῇ τῶν ὅλων ἡγεμονίᾳ καὶ δυναστείᾳ τολμηρῶς, ἀλλὰ καὶ καθίκοντο τῆς προθέσεως.

LXIV. Καὶ τί δή ποτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον, ἀπορήσαι τις ἂν, ὅτι, κεκρατηκότες τῶν ὅλων, καὶ πολλαπλασίαν ἔχοντες ὑπεροχὴν νῦν ἢ πρόσθεν, οὔτ' ἂν πληρῶσαι τοσαύτας ναῦς, οὔτ' ἀναπλεῦσαι τηλικούτοις στόλοις δυνηθεῖεν. οὐ μὴν, ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης τῆς ἀπορίας 2 σαφῶς ἐξέσται τὰς αἰτίας κατανοεῖν, ὅταν ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν τῆς πολιτείας ἔλθωμεν· ὑπὲρ ἧς οὐθ' ἡμῖν ἐν παρέργῳ ῥητέον, οὔτε τοῖς ἀκούουσιν ἀργῶς προσεκτέον. τὸ μὲν γὰρ θέαμα καλὸν, σχεδὸν δ', ὡς 3 ἔπος εἰπεῖν, ἄγνωστον ἕως τοῦ νῦν, χάριν τῶν περὶ αὐτῆς συγγεγραφότων. οἱ μὲν γὰρ ἠγνοήκασιν, οἱ δ' ἀσαφῆ 4 καὶ τελέως ἀνωφελῆ πεποίηνται τὴν ἐξήγησιν. Πλὴν ἔν 5 γε τῷ προειρημένῳ πολέμῳ, τὰς μὲν τῶν πολιτευμάτων ἀμφοτέρων προαιρέσεις ἐφαμίλλους εὕροι τις ἂν γεγενημένας, οὐ μόνον ταῖς ἐπιβολαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς μεγαλοψυχίαις· μάλιστα δὲ τῇ περὶ τῶν πρωτείων φιλοτιμίᾳ. Τούς γε μὴν ἄνδρας οὐ μικρῷ, πολλῷ δὲ, 6 γενναιοτέρους ἐν παντὶ Ῥωμαίους· ἡγεμόνα δὲ, καὶ γνώμῃ καὶ τόλμῃ θετέον ἄριστον Ἀμίλκαν τῶν τότε γεγονέναι, τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον, πατέρα δὲ κατὰ φύσιν Ἀννίβου, τοῦ μετὰ ταῦτα πολεμήσαντος Ῥωμαίοις.

Promittitur liber de Forma Reip. Romanæ.

Pœni cum Romanis collati.

quam in talibus tantisque rebus fuissent exercitati, non solum cogitare magno conatu cœpisse de imperio orbis terrarum ac dominatu, sed etiam propositum esse assecutos.

LXIV. Sed *quid tandem caussæ est,* quærat aliquis, *cur, post partum orbis imperium, quum hodie multis partibus major sit illorum potentia quam prius, neque instruere remigio tot naves, neque tantis classibus expeditiones queant suscipere?* Verum dubitationis hujus rationes perspicue declarabuntur, cum ad *explicandam Reip. Romanæ formam* pervenerimus: de qua neque nobis dicendum est obiter, neque audientibus animo parum attento cogitandum. Nam res quidem ipsa contemplatione perquam digna; quæ tamen ad hanc usque diem, per eos qui de illa scripserunt, prope mansit incognita: quod scriptorum alii res Romanas ignoraverint; alii parum dilucide ac plane inutiliter illas sint exsecuti. Ceterum in superiore bello observari potest, ambas hasce Resp. pares inter se fuisse, cum audacia in suscipiendis consiliis, tum magnanimitate, maxime autem, de principatu contentione obstinata. Quod ad milites quidem, illud in universum statuere debemus, generosiores longe fuisse Romanos: e ducibus vero, *Amilcar* cognomento *Barca*, et naturalis pater Hannibalis ejus, qui postea cum Romanis bellum gessit, et consilio et virtute omnium qui tunc fuere præstantissimus est habendus.

A. U. 513.

Bellum Romanorum cum Faliscis.

LXV. Μετὰ δὲ τὰς διαλύσεις ταύτας, ἴδιόν τι καὶ
2 παραπλήσιον ἀμφοτέροις συνέβη παθεῖν. Ἐξεδέξατο
γὰρ πόλεμος ἐμφύλιος, Ῥωμαίους μὲν, ὁ πρὸς τοὺς
Φαλίσκους [e] καλουμένους, ὃν ταχέως καὶ συμφερόντως
ἐπετέλεσαν, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐγκρατεῖς γενόμενοι τῆς
3 πόλεως αὐτῶν· Καρχηδονίους δὲ, κατὰ τὸν αὐτὸν
καιρὸν, οὐ μικρὸς, οὐδ᾽ εὐκαταφρόνητος, ὁ πρὸς τοὺς
ξένους καὶ τοὺς Νομάδας, καὶ τοὺς ἅμα τούτοις ἀπο-
4 στάντας Λίβυας· ἐν ᾧ πολλοὺς καὶ μεγάλους ὑπομεί-
ναντες φόβους, τέλος οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς χώρας ἐκινδύ-
νευσαν, ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τοῦ τῆς πατρίδος
5 ἐδάφους. Ἐπὶ δὲ τὸν πόλεμον τοῦτον ἐπιστῆσαι μὲν
ἄξιον διὰ πλείους αἰτίας, ἐπὶ κεφαλαίου δὲ καὶ διὰ
βραχέων αὐτοῦ ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν κατὰ τὴν ἐξ
6 ἀρχῆς πρόθεσιν. Τόν τε γὰρ παρὰ τοῖς πολλοῖς λεγό-
μενον ἄσπονδον πόλεμον, τίνα φύσιν ἔχει καὶ διάθεσιν,
7 μάλιστά τις ἐκ τῶν τότε γεγονότων ἐπιγνοίη· τούς τε
χρωμένους μισθοφορικαῖς δυνάμεσι, τίνα δεῖ προορᾶσθαι
καὶ φυλάττεσθαι μακρόθεν, ἐναργέστατ᾽ ἂν ἐκ τῆς τότε
περιστάσεως συνθεωρήσειε· πρὸς δὲ τούτοις, τί διαφέρει,
καὶ κατὰ πόσον, ἤθη σύμμικτα καὶ βάρβαρα τῶν ἐν
παιδείαις καὶ νόμοις καὶ πολιτικοῖς [f] ἔθεσιν ἐκτεθραμ-
8 μένων; τὸ δὲ μέγιστον, τὰς αἰτίας ἐκ τῶν ἐν ἐκείνοις
τοῖς καιροῖς πεπραγμένων κατανοήσειε, δι᾽ ἃς ὁ κατ᾽

Bellum Africum Pœnorum cum suis mercenariis.

Inexpiabile bellum, et aliâs memorabile.

[e] καλούμενος Aug. Reg. A.   [f] ἤθεσιν Aug. Reg. A.

LXV. Pace hac facta, peculiaris quidam casus ac similis ambobus hisce populis evenit. Apud *Romanos* enim secutum est civile *bellum cum Faliscis;* quod quidem cito et ex utilitate sua composuerunt, paucis diebus urbe illorum capta. At *Pœnos* eodem tempore *bellum* excepit, non parvum neque contemnendum, quod *cum mercenario milite Numidisque* gesserunt, *et qui una cum his rebellarunt, Afris.* Quo quidem sæpe multumque suis rebus metuere coacti, tandem non de ditione solum, verum etiam de propria salute et patriæ ipsius solo in periculum venerunt. Est vero bellum istud multis de caussis dignum, cui advertamus animum: quapropter illud quoque, summatim quidem ac breviter, sicut initio proposuimus, exponemus. Primo enim, quod vulgo *bellum inexpiabile* vocatur, id quam naturam habeat, et quale sit, ex iis, quæ tum acciderunt, optime cognosci poterit. Tum vero, quæ prævidenda ac multo ante cavenda sint iis qui *milite* utuntur *mercenario*, evidentissime hic Carthaginiensium casus docuerit: præterea etiam illud, quid quantumque differentiæ sit inter confusæ ac barbaræ turbæ mores, et mores eorum qui liberalibus disciplinis imbuti, ac legibus civilibusque institutis fuerint innutriti. Postremo, quod et maximum est, ex iis, quæ tum gesta sunt, caussas percipies, quæ bellum Hanni-

A. U. 513. Ἀννίβαν συνέστη Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πόλεμος.
ὑπὲρ οὗ, διὰ τὸ μὴ μόνον παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν, 9
ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς πεπολεμηκόσιν ἔτι νῦν ἀμφισβη-
τεῖσθαι τὰς αἰτίας, χρήσιμόν ἐστι τὴν ἀληθινωτάτην
παραστῆσαι διάληψιν τοῖς φιλομαθοῦσιν.

Origo belli Africi.

Afri et mercenarii Pœnorum ex Sicil. in Africam trajiciuntur.

LXVI. Ὡς γὰρ θᾶττον, ἐπιτελεσθεισῶν τῶν προειρη-
μένων διαλύσεων, ἀποκατέστησε τὰς περὶ τὸν Ἔρυκα
δυνάμεις εἰς τὸ Λιλύβαιον ὁ Βάρκας, εὐθέως αὐτὸς μὲν
ἀπέθετο τὴν ἀρχήν· ὁ δ' ἐπὶ τῆς πόλεως στρατηγὸς
Γέσκων, ἐγίγνετο περὶ τὸ περαιοῦν τοὺς στρατιώτας εἰς
τὴν Λιβύην. προϊδόμενος δὲ τὸ μέλλον, ἐμφρόνως ἐνεβί- 2
βαζε κατὰ μέρη διαιρῶν αὐτοὺς, καὶ διαλείμματα
ποιῶν τῆς ἐξαποστολῆς· βουλόμενος ἀναστροφὴν διδόναι 3
τοῖς Καρχηδονίοις, εἰς τὸ τοὺς καταπλεύσαντας καὶ
μισθοδοτηθέντας τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀψωνίων, φθάνειν
ἀπαλλαττομένους ἐκ τῆς Καρχηδόνος εἰς τὴν οἰκείαν,
πρὶν ἢ τοὺς ἑξῆς περαιουμένους ἐπικαταλαβεῖν. ὁ μὲν 4
οὖν Γέσκων, ἐχόμενος ταύτης τῆς ἐννοίας, οὕτως [g] ἐχεί-
ριζε τὸ κατὰ τὴν ἐξαποστολήν. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τὰ 5
[h] μὲν οὐκ εὐποροῦμενοι χρημάτων, διὰ τὰς προγεγενη-
μένας δαπάνας, τὰ δὲ καὶ πεπεισμένοι παραιτήσεσθαι
τοὺς μισθοφόρους μέρος τι τῶν προσοφειλομένων ὀψωνίων,
ἐὰν καὶ συναθροίσωσι καὶ δέξωνται πάντας εἰς τὴν Καρ-

[g] Scripti libri omnes ἐχειρίζετο κατὰ, unde Casaub. fecit ἐνεχειρίζετο τὰ κατὰ. Facile paterer ἐχείριζε τὰ κατὰ. [h] Perperam μὲν οὐκ ἀποροῦμ. Vat. Flor. Rectius μὲν ἀποροῦμ. Aug. Reg. A.

balicum Romanos inter et Carthaginienses conflarunt. De cujus quidem belli caussis, quia non solum inter scriptores, verum etiam inter illos ipsos qui id gesserunt, ad hanc diem solet esse controversia: operæ pretium fuerit, eam sententiam quæ verissima est studiosorum lectorum animis insinuare.

LXVI. Statim post ictum fœdus, *Amilcar*, copiis, quæ ad Erycem erant, Lilybæum deductis, imperium deposuit; *Gescone*, urbis præfecto, militum in Africam trajectionem curante. Hic, quod futurum erat providens, prudente consilio divisos in partes navibus imponebat; easdemque per intervalla dimittebat. Dari enim tempus Carthaginiensibus volebat, quo possent qui advenerant, post reliqua stipendiorum cuique persoluta, suam quisque patriam repetentes, Carthagine prius excedere, quam illi qui deinde erant trajiciendi eos consequerentur. Et *Gescon* quidem, cum ita mercenarios transmitteret, id spectabat. Verum Carthaginienses, partim quod prioribus sumtibus erat exhaustum ærarium ipsorum; partim quod crederent, si cunctos simul Carthagine congregas-

χηδόνα, παρακατεῖχον ἐκεῖ τοὺς καταπλέοντας διὰ A. U. 513.
6 ταύτην τὴν ἐλπίδα, καὶ συνεῖχον ἐν τῇ πόλει. Γιγνο- Carthagine mittuntur Siccam.
μένων δὲ πλειόνων ἀδικημάτων καὶ νύκτωρ καὶ μεθ᾽
ἡμέραν· τὸ μὲν πρῶτον, ὑπιδόμενοι τὸν ὄχλον καὶ τὴν
συμβαίνουσιν ἀκρασίαν, ἠξίωσαν τοὺς ἡγεμόνας, ἕως ἂν
ἑτοιμασθῇ μὲν τὰ κατὰ τὰς [i]σιταρχίας αὐτοῖς, προσ-
δέξωνται δὲ τοὺς ἀπολειπομένους, ἀναχωρῆσαι πάντας
εἴς τινα πόλιν τὴν προσαγορευομένην Σίκκαν, λαβόντας
7 εἰς τὰ κατεπείγοντα χρυσοῦν ἕκαστον. προθύμως δὲ
συνυπακουσάντων πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ βουλομένων αὐτοῦ
καταλιπεῖν τὰς ἀποσκευὰς, καθάπερ καὶ [k]τὸν πρῶτον
χρόνον ὑπῆρχον, ὡς θᾶττον ἐσομένης τῆς ἐπανόδου πρὸς
8 τοὺς ὀψωνιασμούς· ἀγωνιῶντες οἱ Καρχηδόνιοι, μή ποτε
διὰ χρόνου παραγεγονότες, καὶ τινὲς μὲν τέκνων, ἔνιοι
δὲ καὶ γυναικῶν ἱμείροντες, οἱ μὲν οὐκ ἐκπορευθῶσι τὸ
παράπαν, οἱ δὲ ἐκπορευθέντες αὖθις ἀνακάμπτωσι πρὸς
ταῦτα, καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ μηδὲν ἧττον ἀδίκημα
9 γίγνηται κατὰ τὴν πόλιν· ταῦτα προορώμενοι, μετὰ
πολλῆς ἀπεχθείας οὐδαμῶς βουλομένους τοὺς ἀνθρώπους
10 ἠνάγκασαν τὰς ἀποσκευὰς μεθ᾽ ἑαυτῶν ἀπαγαγεῖν. Οἱ Stipendii debiti rationes exaggerant.
δὲ μισθοφόροι, [l]συναναχθέντες εἰς τὴν Σίκκαν, καὶ διὰ
πολλοῦ χρόνου τετευχότες ἀνέσεως καὶ σχολῆς· ὅπερ
ἀφυέστατον ὑπάρχει ξενικαῖς δυνάμεσι, καὶ σχεδὸν, ὡς

[i] Sic correxi mendosum ἐπαρχίας, quod est in MStis, quod in ἐπαρκείας mutavit Casaub. [k] τὸν πρὸ τοῦ χρόνου malim cum Gronov. [l] συναχθέντες Aug. Reg. A. B.

sent, impetraturos se ab illis, ut debiti adhuc stipendii gratiam ex aliqua parte civitati facerent; hac spe illecti, omnes qui ad portum appulissent, ibi detinebant, ac deinde etiam in urbe continebant. Sed quum multa et noctu et interdiu a mercenariis maleficia ederentur, essetque jam suspecta multitudo, ob familiarem militibus intemperantiam; egere cum ducibus Carthaginienses, ut tantisper, dum expedissent negotium de solvendo stipendio, et dum ceteri qui adhuc aberant advenissent, omnes interim in oppidum *Siccam*, auro viritim ad præsentes usus accepto, concederent. Quibus voluntati illorum morem gerere paratis, et impedimenta sua ibi relinquere, sicut antea fecerant, cogitantibus, ut qui brevi ad recipienda stipendia essent redituri; magnus Carthaginienses incessit metus, ne, qui post longum adeo tempus rediissent, alii liberorum, alii uxorum desiderio irretiti, partim ne egrederentur quidem penitus, partim egressi mox ad suos affectus redirent, atque ita civitati nihilo melius esset consultum. Hæc suspicati, sane quam odiose impedimenta omnia sua plane invitos secum abducere coëgerunt. Milites, quum se universi *Siccam* recepissent, laborum remissionem et quietem, qua diu caruerant, adepti, (quæ res minime omnium conductitiis copiis convenit, estque, ut sic dicam, vel sola per se

A. U. 513. εἰπεῖν, ἀρχηγὸν καὶ μόνον αἴτιον γίνεται στάσεως· διῆγον ἀδεῶς. ἅμα δὲ ῥαθυμοῦντες, τινὲς μὲν αὐτῶν 11
ἐξελογίζοντο τὰ προσοφειλόμενα σφίσι τῶν ὀψωνίων ἐπὶ τὸ πλεῖον, καὶ συγκεφαλαιούμενοι πολλαπλάσια τῶν καθηκόντων, ταῦτ' ἔφασαν δεῖν ἀπαιτεῖν τοὺς Καρχηδονίους· πάντες δ', ἀναμιμνησκόμενοι τῶν ἐπαγγελιῶν, ὧν 12
οἱ στρατηγοὶ κατὰ τοὺς ἐπισφαλεῖς τῶν καιρῶν παρακαλοῦντες σφᾶς ἐπεποίηντο, μεγάλας εἶχον ἐλπίδας, καὶ μεγάλην προσδοκίαν τῆς ἐσομένης περὶ αὐτοὺς ἐπανορθώσεως.

Seditio mercenariorum militum.

LXVII. Διόπερ ἅμα τῷ συλλεχθῆναι πάντας εἰς τὴν Σίκκαν, καὶ παραγενόμενον Ἄννωνα, τὸν ὑπάρχοντα στρατηγὸν ἐν τῇ Λιβύῃ τότε τῶν Καρχηδονίων, μὴ οἷον τὰς ἐλπίδας καὶ τὰς ἐπαγγελίας ἐκπληροῦν· ἀλλὰ τοὐναντίον, λέγοντα τὸ βάρος τῶν φόρων, καὶ τὴν καθόλου στενοχωρίαν τῆς πόλεως, ἐγχειρεῖν παραιτεῖσθαι μέρος τι τῶν ἐξ ὁμολόγου προσοφειλομένων ὀψωνίων· εὐθέως διαφορὰ καὶ στάσις ἐγεννᾶτο, καὶ συν- 2
δρομαὶ συνεχεῖς ἐγίγνοντο, ποτὲ μὲν κατὰ γένη, ποτὲ δ' ὁμοῦ πάντων. ὡς δ' ἂν μήθ' [m] ὁμοέθνων, μήθ' ὁμογλώττων 3
ὑπαρχόντων, ἦν ἀμιξίας καὶ θορύβου καὶ τῆς λεγομένης τύρβης πλῆρες τὸ στρατόπεδον. Καρχηδόνιοι γὰρ ἀεὶ 4
χρώμενοι ποικίλαις καὶ μισθοφορικαῖς δυνάμεσι, πρὸς

[m] ὁμοεθνῶν Aug. Reg. A.

auctor ac caussa seditionis:) licenter agebant. Simul per otium cœpere quidam stipendii adhuc debiti rationem inire, omnia in majus attollentes; et, quum summam multis partibus majorem vero confecissent, tantum a Carthaginiensibus exigendum esse dictitabant. Omnes vero revocabant in memoriam promissiones sibi a ducibus, dum inter pericula illos adhortarentur, factas; magnasque animis spes concipiebant, et commoda, quæ percepturos se ampla arbitrabantur, avidi exspectabant.

LXVII. Igitur ubi *Siccam* convenere omnes, quum ad eos *Hanno*, qui illa tempestate Africæ Carthaginiensium provinciæ præerat, accessisset, atque ille non solum spei isti militum et prioribus promissis non satisfaceret, sed e contrario gravitatem tributorum caussatus, et publicam rerum omnium inopiam, oraret milites, *ut de stipendiis, quæ ex pacto ipsis deberentur, partem aliquam Reip. condonarent;* ilicet discordia atque seditio est coorta, et concursus assidui modo nationum singularum separatim, modo simul omnium, fieri sunt cœpti. Et quum neque unius gentis, neque unius linguæ essent, aliis alios non intelligentibus, tumultus in castris omnia obtinebat, ac passim turbabatur. Carthaginienses enimvero, qui copiis semper utuntur variis e locis mercede conductis; siquidem illud agitur, ut

μὲν τὸ μὴ ταχέως συμφρονήσαντας ἀπειθεῖν, μηδὲ δυσ- A. U. 513.
καταπλήκτους εἶναι τοῖς ἡγουμένοις, ὀρθῶς στοχάζονται,
5 ποιοῦντες ἐκ πολλῶν γενῶν τὴν δύναμιν· πρὸς δὲ τὸ, Periculosa turba mercenariorum.
γενομένης ὀργῆς ἢ διαβολῆς ἢ στάσεως, διδάξαι καὶ
πραΰναι καὶ μεταθεῖναι τοὺς ἠγνοηκότας, ὁλοσχερῶς
6 ἀστοχοῦσιν. οὐ γὰρ οἷον ἀνθρωπίνῃ χρῆσθαι κακίᾳ
συμβαίνει τὰς τοιαύτας δυνάμεις, ὅταν ἅπαξ εἰς ὀργὴν
καὶ διαβολὴν ἐμπέσωσι πρός τινας· ἀλλ' ἀποθηριοῦσθαι
7 τὸ τελευταῖον, καὶ παραστατικὴν λαμβάνειν διάθεσιν. ὃ
καὶ τότε συνέβη γενέσθαι περὶ αὐτούς· ἦσαν γὰρ οἱ μὲν
Ἴβηρες, οἱ δὲ Κελτοὶ, τινὲς δὲ Λιγυστινοὶ, καὶ Βαλια-
ρεῖς· οὐκ ὀλίγοι δὲ μιξέλληνες, ὧν οἱ πλείους αὐτόμολοι
καὶ δοῦλοι· τὸ δὲ μέγιστον μέρος αὐτῶν ἦν Λίβυες.
8 διόπερ οὔτ' ἐκκλησιάσαι συναθροίσαντα πάντας ὁμοῦ
δυνατὸν ἦν, οὔτ' ἄλλην οὐδεμίαν εὑρέσθαι πρὸς τοῦτο
9 μηχανήν. πῶς γὰρ οἷόν τε; τὸν μὲν γὰρ στρατηγὸν
εἰδέναι τὰς [n] ἑκάστων διαλέκτους ἀδύνατον· διὰ πλειόνων
δὲ ἑρμηνέων ἐκκλησιάζειν, ἅμα τετράκις καὶ πεντάκις
περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγοντας πράγματος, σχεδὸν ὡς εἰπεῖν
10 ἔτι τοῦ πρόσθεν ἀδυνατώτερον. λοιπὸν ἦν, διὰ τῶν ἡγε-
μόνων ποιεῖσθαι τὰς ἀξιώσεις καὶ παρακλήσεις· ὅπερ Hanno sedare tumultum nequit.
11 ἐπειρᾶτό γε συνεχῶς ποιεῖν ὁ Ἄννων. ἀκμὴν δὲ καὶ
τούτους συνέβαινεν ἃ μὲν οὐκ αἰσθάνεσθαι τῶν λεγο-

[n] Vulgo edd. ἑκάστου ex Bav.

rebellioni ex conspiratione obviam eatur, et ut ne terribilis ipsis ducibus sit exercitus, nequaquam a proposito aberrant, dum ex multis gentibus copias cogunt: sin illud agitur, ut, ira semel commota, aut odio concepto, vel seditione facta, docere, lenire, et in viam reducere velis errore lapsos, omnino mala eorum ratio est. Cernere enim licet ejusmodi exercitus, ubi semel iram aut odium contra aliquos susceperint, non solum pro more aliorum hominum maleficia patrare; sed plane ferarum instar sævire, et animos induere ad omnem immanitatem et vesaniam comparatos. Quod quidem tunc istis accidit: erant enim alii Hispani, alii Galli, quidam Ligures et Baleares: nec pauci inerant hybridæ Græci, et in his perfugæ plerique aut servi: pars vero maxima Afri erant. Itaque nec pro concione omnes alloqui in unum locum congregatos quisquam poterat: neque ulla alia ad id ratio poterat excogitari. Qui enim id fiat, obsecro? Nam ut omnium cujusque populi linguarum dux sit peritus, hoc vero fieri nequit: per plures autem interpretes concionem habere, quater aut quinquies eadem de re dicentes, pæne dixerim adhuc esse difficilius. Restabat, ut ducum opera uterentur, si quid rogare milites vellent, aut hortari: atque hoc *Hanno*, quantum pote, faciebat assidue. Sed enim cummaxime isti

A. U. 513. μένων, ἃ δὲ καὶ συναινέσαντας ἐνίοτε τῷ στρατηγῷ, τἀναντία πρὸς τοὺς πολλοὺς ἀναγγέλλειν, τοὺς μὲν δι' ἄγνοιαν, τοὺς δὲ διὰ κακίαν· ἐξ ὧν ἦν ἀσαφίας, °ἀπιστίας, ἀμιξίας, ἅπαντα πλήρη. πρὸς γὰρ τοῖς 12
ἄλλοις, ᾤοντο καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐπίτηδες τοὺς μὲν εἰδότας στρατηγοὺς τὰς γεγενημένας χρείας κατὰ Σικελίαν ἐξ αὐτῶν, καὶ πεποιημένους σφίσι τὰς ἐπαγγελίας, οὐκ ἐξαποστέλλειν ὡς αὐτούς· τὸν δὲ μηδενὶ τούτων παρηκολουθηκότα, τοῦτον ἐκπεπομφέναι. τέλος 13
δ' οὖν ἀπαξιώσαντες μὲν τὸν Ἄννωνα, διαπιστήσαντες δὲ τοῖς κατὰ μέρος ἡγεμόσιν, ἐξοργισθέντες δὲ πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, ὥρμησαν πρὸς τὴν πόλιν· καὶ κατεστρατοπέδευσαν, ἀπέχοντες ὡς ἂν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στάδια τῆς Καρχηδόνος, ἐπὶ τῷ καλουμένῳ Τύνητι, πλείους ὄντες τῶν δισμυρίων.

Tunete seditiosi castra ponunt.

LXVIII. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τότε πρὸ ὀφθαλμῶν ἐλάμβανον τὴν αὑτῶν ἄγνοιαν, ὅτ' ἦν οὐδὲν ὄφελος. με- 2
γάλα μὲν γὰρ ἥμαρτον, εἰς ἕνα τόπον ἀθροίσαντες τοσοῦτο πλῆθος μισθοφόρων, ἔχοντες οὐδεμίαν ἐλπίδα πολεμικῆς χρείας ἐν ταῖς πολιτικαῖς δυνάμεσι· τούτου 3
δὲ μεῖζον ἔτι, προέμενοι τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ σὺν τούτοις τὰς ἀποσκευάς· οἷς ἐξῆν ὁμήροις χρησαμένους, ἀσφαλέστερον μὲν αὐτοὺς βουλεύσασθαι περὶ

Omnia pollicentur Pœni.

° Inverse ἀμιξ. ἀπιστ. Bav.

quoque persæpe, aut, quæ dicerentur, non intelligebant; aut, pacti aliquid cum Hannone, ad milites contraria referebant; alii per imperitiam, alii per malitiam: unde incertitudinis, diffidentiæ, separatorum consiliorum plena erant omnia. Nam ad ceteras querelas etiam illud accedebat, quod existimabant, fecisse consulto Carthaginienses, ut conscios duces operæ ipsis bello Siciliensi præclare navatæ, et factarum pollicitationum auctores, ad se non mitterent; cum venire eum jussissent, qui nulli rerum gestarum interfuisset. Tandem quum *Hannonem* aspernarentur, minoribus autem ducibus fidem non haberent; ira succensi adversus Carthaginienses, numero supra viginti millia, infesti ad urbem feruntur, et ex invervallo ab ea passuum fere quindecim millium prope *Tunetem* castra ponunt.

LXVIII. Tunc demum Carthaginiensibus error suus ob oculos obversari, cum nihil eos sera pœnitentia juvabat. Graviter siquidem peccaverant, quod tantas conductitiorum auxiliorum copias unum in locum congregassent; qui præsertim in urbano milite, si quid bellici tumultus increpuisset, spem nullam repositam haberent: gravius adhuc, quod liberos, uxores, atque omnia impedimenta non detinuerant; quos si veluti obsides retinuissent, licuisset ipsis et tutius de eis quæ inciderent consultare, et mili-

τῶν ὑποπιπτόντων, εὐπειθεστέροις δ᾽ ἐκείνοις χρῆσθαι A. U. 513.
4 πρὸς τὸ παρακαλούμενον. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ, κατα- Omnia pollicentur Pœni.
πλαγέντες τὴν στρατοπεδείαν, πᾶν ὑπέμενον, σπουδά-
5 ζοντες ἐξιλάσασθαι τὴν ὀργὴν αὐτῶν· καὶ τάς τε τῶν
ἐπιτηδείων ἀγορὰς ἐκπέμποντες δαψιλεῖς, ἐπώλουν,
καθὼς ἐκεῖνοι βούλοιντο καὶ τάττοιεν τὰς τιμάς· τῶν τε
τῆς γερουσίας ἀεί τινας ἐξαπέστελλον πρέσβεις, ὑπισ-
χνούμενοι ποιήσειν πᾶν ὅ τι ποτ᾽ ἂν αὐτοὺς ἀξιώσαιεν, εἰ
6 κατὰ δύναμιν. ἦν δὲ πολὺ τὸ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν Majora semper postulant mercenarii.
παρὰ τοῖς μισθοφόροις ἐπινοούμενον, ἅτε δὴ κατατεθαρ-
ῥηκότων μὲν, καὶ συντεθεωρηκότων τὴν κατάπληξιν καὶ
7 πτοίαν τῶν Καρχηδονίων· πεφρονηματισμένων δὲ, καὶ
πεπεισμένων διὰ τοὺς προγεγονότας αὐτοῖς ἐν Σικελίᾳ
πρὸς τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατόπεδα κινδύνους, μὴ οἷον Καρ-
χηδονίους ἀντοφθαλμῆσαί ποτ᾽ ἂν πρὸς αὐτοὺς ἐν τοῖς
ὅπλοις, ἀλλὰ μηδὲ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων μηδένα ῥᾳδίως.
8 Διόπερ ἅμα τῷ συγχωρῆσαι τὰ περὶ τῶν ὀψωνίων
αὐτοῖς τοὺς Καρχηδονίους, εὐθέως ἐπέβαινον, καὶ τῶν
9 τεθνεώτων ἵππων ἀπῄτουν τὰς ἀξίας. προσδεξαμένων δὲ
καὶ τοῦτο, πάλιν τῆς προσοφειλομένης σιτομετρίας ἐκ
πλείονος χρόνου, τὴν μεγίστην γεγονυῖαν ἐν τῷ πολέμῳ
10 τιμὴν, ἔφασκον, αὐτοὺς δεῖν κομίζεσθαι. καθόλου δὲ
[p] ἀεί τι καινὸν προσεξεύρισκον, εἰς ἀδύνατον ἐκβάλλοντες
τὴν διάλυσιν, διὰ τὸ πολλοὺς καχέκτας καὶ στασιώδεις

p Sic correxit Casaub. præeunte Perrotto. Scripti omnes dant partim ἔν τινι καινῶν, partim ἔν τινι καινὸν, et ignorant ἀεὶ. Quare verior fortasse Scaligeri conjectura ἕν τι καινὸν, ni malueris ἕν τι τῶν καινῶν.

tes ad postulata omnia æquiores habere. Quidquid sit, territi tum Carthaginienses hostilium castrorum vicinia, leniendæ militum iræ caussa omnia perpeti; cum annona large subministranda, quam illi pretiis ad libidinem impositis emebant; tum legatis e senatorum numero subinde mittendis, qui omnia impetraturos pollicerentur, quæ postulassent, fieri modo possent. At mercenarii novi aliquid in dies excogitare, quod prioribus postulatis adjicerent; utpote, quos pavor et consternatio, quam in Pœnis animadvertebant, faciebat audaciores. Nam et aliâs inflati erant, qui propter res in Sicilia gestas cum Romanis legionibus persuasum haberent, nemini jam mortalium, nedum Carthaginiensibus, satis fore animi ad standum contra ipsos in acie. Itaque, simulac de stipendiis concessissent Carthaginienses; pergere illi ulterius, et occisorum equorum pretia poscere. Hoc quoque ubi est admissum, rursus illi dicere, *pro frumento, quod a longo tempore deberetur, tantum pretium sibi solvi oportere, quanti plurimi tempore belli frumentum veniisset.* Omnino denique, quia multi inter eos erant perditi homines et seditiosi, novi semper aliquid adinveniebant, per con-

A. U. 513.

Majora semper postulant mercenarii.

ἐν αὐτοῖς ὑπάρχειν. οὐ μὴν, ἀλλὰ πᾶν τὸ δυνατὸν 11
ὑπισχνουμένων τῶν Καρχηδονίων, κατένευσαν ἐπιτρέψειν
περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἑνὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ γεγονότων
στρατηγῶν. πρὸς μὲν οὖν Ἀμίλκαν τὸν Βάρκαν, μεθ' 12
οὗ συγκεκινδυνεύκεσαν ἐν τῇ Σικελίᾳ, δυσχερῶς εἶχον·
δοκοῦντες οὐχ ἥκιστα δι' ἐκεῖνον ὀλιγωρεῖσθαι, τῷ μήτε
πρεσβεύειν πρὸς αὐτοὺς, τήν τε στρατηγίαν ἑκουσίως
δοκεῖν ἀποτεθεῖσθαι. πρὸς δὲ Γέσκωνα πάνυ διέκειντο 13
φιλανθρώπως, ὃς ἐγεγόνει μὲν ἐν Σικελίᾳ στρατηγὸς,
ἐπεποίητο δ' αὐτῶν πρόνοιαν τὴν ἐνδεχομένην, ἔν τε τοῖς
ἄλλοις, καὶ μάλιστα περὶ τὴν ἀνακομιδήν. διόπερ
ἐπέτρεψαν τούτῳ περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων.

Gesconi res committitur.

LXIX. Ὃς παραγενόμενος κατὰ θάλατταν μετὰ τῶν
χρημάτων, καὶ προσπλεύσας πρὸς τὸν Τύνητα, τὸ μὲν
πρῶτον λαμβάνων τοὺς ἡγεμόνας, μετὰ δὲ ταῦτα συνα-
θροίζων κατὰ γένη τοὺς πολλούς· ἃ μὲν ἐπετίμα περὶ 2
τῶν γεγονότων, ἃ δὲ διδάσκειν ἐπειρᾶτο περὶ τῶν πα-
ρόντων· τὸ δὲ πλεῖον, παρεκάλει πρὸς τὸ μέλλον, ἀξιῶν
αὐτοὺς, εὔνους ὑπάρχειν τοῖς ἐξ ἀρχῆς μισθοδόταις.
τέλος δὴ ὥρμησε πρὸς τὸ διαλύειν τὰ προσοφειλόμενα 3
τῶν ὀψωνίων, κατὰ γένη ποιούμενος τὴν μισθοδοσίαν.

Spendius et Mathos irritant commilitones.

Ἦν δέ τις Καμπανὸς ηὐτομοληκὼς παρὰ τῶν Ῥωμαίων 4
δοῦλος, ἔχων σωματικὴν δύναμιν καὶ τόλμαν ἐν τοῖς
πολεμικοῖς παράβολον, ὄνομα Σπένδιος. οὗτος, εὐλα- 5

ditiones quæ fieri non poterant, pacem impedientes. At nihilo minus Carthaginiensibus nullum onus, cui quidem pares forent, detrectantibus, exorari tandem se siverunt, ut arbitrio unius e ducibus, qui in Sicilia fuissent, controversia permitteretur. Sed in *Amilcarem* quidem *Barcam*, sub quo in Sicilia militaverant, infenso atque inimico erant animo; eo maxime auctore negligi se rati, qui neque ad ipsos legatus venisset, et imperium sua sponte videretur deposuisse. *Gesconi* vero, qui et dux in Sicilia fuerat, et cum aliâs, tum in reditu maxime, ipsorum commodis pro virili consuluerat, ex animo bene omnes volebant. Hunc igitur controversiarum suarum ferunt arbitrum.

LXIX. *Gesco*, cum pecuniis mari profectus, ubi *Tunetem* appulit, cum ducibus primum colloquitur, deinde singulas quasque nationes congregari jubet. Ibi tum ille, partim eos ob incepta increpare, partim de præsenti rerum statu admonere; maxime vero hortari in posterum, rogareque, ut *a quibus tot antea stipendia accepissent, iis benevolentiam suam conservarent.* Tandem ad expungenda reliqua stipendiorum, militibus per nationes distributis, se accingit. Erat vero in exercitu *Spendius* quidam, genere *Campanus*, qui apud Romanos servitutem serviens, ad Pœnos transfugerat; et corporis robore, et audaci in rebus bellicis temeritate pollens. Hic veritus, ne se herus fugitivum perse-

βούμενος, μὴ παραγενόμενος αὐτὸν ὁ δεσπότης κομίση- A. U. 513.
ται, καὶ κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους αἰκισθεὶς δια- Spendius et Mathos.
φθαρῇ, πᾶν ἐτόλμα καὶ λέγειν καὶ πράττειν, σπουδάζων
6 διακόψαι τὰς διαλύσεις τὰς πρὸς Καρχηδονίους. ἅμα
δὲ τούτῳ καὶ Λίβυς τις Μάθως, ὃς ἦν μὲν ἐλεύθερος,
καὶ τῶν συνεστρατευμένων, πλεῖστα δὲ κεκινηκὼς κατὰ
τὰς προειρημένας ταραχάς. ἀγωνιῶν οὖν, μὴ τίσῃ καὶ
τὴν ὑπὲρ τῶν λοιπῶν δίκην, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐγένετο
7 γνώμης τοῖς περὶ τὸν Σπένδιον. καὶ λαμβάνων τοὺς
Λίβυας, ὑπεδείκνυε, διότι, μετὰ τὸν ὀψωνιασμὸν χωρι-
σθέντων τῶν ἄλλων γενῶν εἰς τὰς πατρίδας, ἀπερείσονται
καὶ τὴν ὑπὲρ ἐκείνων ὀργὴν εἰς αὐτοὺς οἱ Καρχηδόνιοι,
καὶ βουλήσονται, διὰ τῆς εἰς σφᾶς τιμωρίας, ἅπαντας
8 καταπλήξασθαι τοὺς ἐν τῇ Λιβύῃ. ταχὺ δὲ προσανα-
σεισθέντες οἱ πολλοὶ τοῖς τοιούτοις λόγοις, καὶ [q] λαμβα-
νόμενοι βραχείας ἀφορμῆς, ἐκ τοῦ τὸν Γέσκωνα τὰ μὲν
ὀψώνια διαλύειν, τὰς δὲ τιμὰς τοῦ τε σίτου καὶ τῶν
ἵππων ὑπερτίθεσθαι, συνέτρεχον εὐθέως εἰς ἐκκλησίαν.
9 Καὶ τοῦ μὲν Σπενδίου καὶ τοῦ Μάθω διαβαλλόντων καὶ
κατηγορούντων τοῦ τε Γέσκωνος καὶ τῶν Καρχηδονίων,
10 ἤκουον, καὶ προσεῖχον ἐπιμελῶς τὸν νοῦν τοῖς λεγομένοις.
εἰ δέ τις ἕτερος προσπορευθείη συμβουλεύσων, οὐδ' αὐτὸ Sæviunt in nolentes secum facere.
τοῦτο περιμείναντες ἕως τοῦ γνῶναι, πότερον ἀντερῶν ἢ

[q] λαβόμενοι Casaub. ex Reg. B. C.

quens reciperet, ac mox cruciatum necaret ex Romanorum legibus; dictis factisque omnia moliebatur, quo institutam cum Carthaginiensibus transactionem rumperet. Cum hoc et *Mathos* quidam *Afer* se conjunxerat, liber ille quidem homo, et qui cum ceteris meruerat: sed quod præteritarum turbarum præcipuus exstitisset incentor, timens ne pro ceteris etiam luenda sibi sit pœna, cum *Spendio* conspiravit. Itaque Afros seorsim appellans, persuadere eis aggreditur, *Carthaginienses, simulac receptis stipendiis in suam quisque patriam aliæ nationes discessissent, etiam illam quam adversus ceteros concepissent iram, in capita ipsorum esse effusuros; daturosque operam, ut eas ab ipsis pœnas exigerent, quæ universis Africæ populis terrorem essent incussuræ.* His sermonibus mox magis magisque irritati milites, levem occasionem arripientes, quod *Gesco* stipendia quidem solveret, verum et frumenti et equorum pretia in aliud tempus differret; in concionem, facto concursu, ire pergunt. Ac *Spendium* quidem et *Mathonem*, qui Gesconem et Carthaginienses in odium vocabant, attentis auribus animisque audiebant: sin accederet alius quis dandi consilii gratia, e vestigio, prius quam vel hoc etiam ipsum scirent, assentiendine animo an contradi-

A. U. 513.

συνηγορήσων πάρεστι τοῖς [r] περὶ τὸν Σπένδιον, παρα-
χρῆμα βάλλοντες τοῖς λίθοις [s] ἀπέκτεινον. καὶ πολλοὺς 11
δὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ κατὰ τὰς συνδρομάς, καὶ τῶν
ἡγεμόνων καὶ τῶν ἰδιωτῶν, διέφθειρον. καὶ μόνον τὸ 12
ῥῆμα τοῦτο κοινῇ συνίεσαν, τὸ βάλλε, διὰ τὸ συνεχῶς
αὐτὸ πράττειν. μάλιστα δὲ τοῦτ' ἐποίουν, ὁπότε μεθυ-
σθέντες ἀπὸ τῶν ἀρίστων συνδράμοιεν. διόπερ ὅτε τις 13
ἄρξαιτο βάλλε λέγειν, οὕτως ἐγίγνετο πανταχόθεν ἅμα
καὶ ταχέως, ὥστε μὴ δύνασθαι διαφυγεῖν τὸν ἅπαξ
προσελθόντα. πλὴν οὐδενὸς ἔτι τολμῶντος συμβουλεύειν 14
διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, κατέστησαν αὐτῶν στρατηγοὺς
Μάθω καὶ Σπένδιον.

Duces rebellium Spendius et Mathos.

Gesconem comprehendunt.

LXX. Ὁ δὲ Γέσκων ἑώρα μὲν τὴν ὅλην ἀκαταστα-
σίαν καὶ ταραχήν· περὶ πλείστου δὲ ποιούμενος τὸ τῇ
πατρίδι συμφέρον, καὶ θεωρῶν, ὅτι, τούτων ἀποθηριω-
θέντων, κινδυνεύουσι προφανῶς οἱ Καρχηδόνιοι τοῖς ὅλοις
πράγμασι· παρεβάλλετο, καὶ προσεκαρτέρει, ποτὲ μὲν 2
τοὺς προεστῶτας αὐτῶν εἰς τὰς χεῖρας λαμβάνων, ποτὲ
δὲ κατὰ γένη συναθροίζων καὶ παρακαλῶν. οὐ μὴν, 3
ἀλλὰ τῶν Λιβύων οὐδέπω κεκομισμένων τὰς σιταρχίας,
οἰομένων δὲ δεῖν ἀποδεδόσθαι σφίσι, καὶ προσιόντων
θρασέως, βουλόμενος ὁ Γέσκων ἐπιπλῆξαι τὴν προπέτειαν
αὐτῶν, Μάθω τὸν στρατηγὸν ἀπαιτεῖν ἐκέλευεν. οἱ δ' 4
ἐπὶ τοσοῦτον διωργίσθησαν, ὥστ' οὐδὲ τὸν τυχόντα χρόνον

[r] περὶ τὸν recte Casaub. Mendose libri omnes παρὰ τὸν Σπ. [s] Alii ἀπέκτενον.

cendi Spendio advenisset, lapidibus obrutum occidebant. Atque adeo multos eo modo in istis concursibus et privatos et ordinum ductores peremerunt. Solumque erat verbum hoc, *Feri!* quod communiter intelligerent, quia assidue hoc faciebant: maxime autem, cum vino pleni mox a prandio concurrebant. Itaque simul ut dixerat aliquis, *feri!* tam cito ab omni simul parte hoc fiebat, ut effugere, qui semel accesserat, nulla ratione posset. Nemine tandem eam ob caussam audente amplius ad dandum consilium in medium prodire, *Matho* ac *Spendius* duces sunt creati.

LXX. Non fugiebat quidem *Gesconem*, quanta perturbatio ac tumultus versaretur in castris: sed patriæ utilitatem in præcipua cura habens, qui prævideret, si sævire isti more ferarum cœpissent, in manifestissimum summæ rei periculum Carthaginienses fore venturos: caput suum periculo objectans, ab incepto non desistebat; modo præfectos ad se vocatos appellans, modo singulas nationes cogens, atque adhortans. Accidit vero, cum Afris stipendia nondum essent soluta, hique illa cum impetu et insolentia deposcerent, ut *Gesco*, temeritatem illorum castigare volens, ipsos *a Mathone duce suo stipendia petere* juberet. Qua voce adeo sunt eorum animi irri-

ἀναστροφὴν δόντες, ὥρμησαν τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ τὸ διαρ-
πάζειν τὰ πρόχειρα τῶν χρημάτων, μετὰ δὲ ταῦτα
συλλαμβάνειν τόν τε Γέσκωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ
5 Καρχηδονίους. Οἱ δὲ περὶ τὸν Μάθω καὶ τὸν Σπένδιον,
ὑπολαμβάνοντες, τάχιστ' ἂν οὕτως ἐκκαυθῆναι τὸν
πόλεμον, εἰ παράνομόν τι πράξειαν καὶ παράσπονδον,
συνήργουν ταῖς τῶν ὄχλων ἀπονοίαις, καὶ τὴν μὲν
ἀποσκευὴν τῶν Καρχηδονίων ἅμα τοῖς χρήμασι διήρπα-
ζον, τὸν δὲ Γέσκωνα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, δήσαντες
6 ὑβριστικῶς, εἰς φυλακὴν παρεδίδοσαν. Καὶ τὸ λοιπὸν
ἐπολέμουν ἤδη φανερῶς πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, συνω-
μοσίας ἀσεβεῖς καὶ παρὰ τὰ κοινὰ τῶν ἀνθρώπων ἔθη
7 ποιησάμενοι. Ὁ μὲν οὖν πρὸς τοὺς ξένους καὶ Λιβυκὸς
ἐπικληθεὶς πόλεμος, διὰ ταῦτα καὶ τοιαύτην ἔλαβε τὴν
8 ἀρχήν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Μάθω, συντελεσάμενοι τὰ
προειρημένα, παραυτίκα μὲν ἐξαπέστελλον πρέσβεις ἐπὶ
τὰς κατὰ τὴν Λιβύην πόλεις, παρακαλοῦντες ἐπὶ τὴν
ἐλευθερίαν, καὶ δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν, καὶ συνεπιλαμ-
9 βάνεσθαι τῶν πραγμάτων. Μετὰ δὲ ταῦτα πάντων
σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν Λιβύην ἑτοίμως συνυπακουσάντων
αὐτοῖς πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν Καρχηδονίων ἀπόστασιν, καὶ
τάς τε χορηγίας καὶ τὰς βοηθείας προθύμως ἐξαπο-
στελλόντων, διελόντες σφᾶς, πολιορκεῖν ἐνεχείρησαν, οἱ μὲν
τὴν Ἰτύκην, οἱ δὲ τοὺς Ἱππακρίτας, διὰ τὸ ταύτας τὰς
πόλεις μὴ βούλεσθαι μετασχεῖν αὐτοῖς τῆς ἀποστάσεως.

A. U. 513. Gesconem comprehendunt.

Bellum suscipiunt apertum. A. U. 514.

Concitant Afros adversus Pœnos.

Uticam et Hipponem obsident.

tati, ut, ne minima quidem mora interposita, in paratam eo loci pecuniam primo impetum facerent, mox vero et *Gesconem* et reliquos ejus comites Carthaginienses comprehenderent. Et *Mathos* ac *Spendius*, rati ita facillime accensum iri bellum, si contra jus atque fidem publicam aliquid patrassent, multitudinis perditam audaciam adjuvabant: igitur supellectilem Carthaginiensium una cum pecuniis diripiunt; et Gesconem ejusque comites, contumeliose vinctos, in carcerem condi imperant. Atque ita conjuratione impia et contra jus gentium inita, palam cum Carthaginiensibus bellum incipiunt. Hæ igitur sunt caussæ, hoc *principium Belli contra Mercenarios*, quod *Africum Bellum* dicitur. *Mathos*, his rebus gestis, ad Africæ urbes continuo legatos mittit; ut se in libertatem vindicarent, hortans; utque opem sibi ferrent, et in societatem consiliorum venirent, orans. Deinde, quum omnes prope Africæ populi ad rebellandum contra Carthaginienses promtos se ostenderent, et tam commeatus, quam auxilia undique submitterent; divisis copiis, alii *Uticam*, alii *Hipponem Diarrhytum*, quæ duo oppida rebellantibus se adjungere detrectaverant, obsidere aggrediuntur.

A. U. 514. Pœnorum res angustæ.

LXXI. Καρχηδόνιοι δὲ τοὺς μὲν κατ' ἰδίαν βίους ἀεὶ διεξαγαγόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς χώρας γεννημάτων, τὰς δὲ κοινὰς παρασκευὰς καὶ χορηγίας ἀθροίζοντες ἐκ τῶν κατὰ τὴν Λιβύην προσόδων, ἔτι δὲ πολεμεῖν εἰθισμένοι ξενικαῖς δυνάμεσι· τότε πάντων ἅμα τούτων οὐ μόνον 2
ἐστερημένοι παραλόγως, ἀλλὰ καὶ καθ' αὐτῶν ὁρῶντες ἕκαστα τῶν προειρημένων ἐπιστρέφοντα, τελέως ἐν μεγάλῃ δυσθυμίᾳ καὶ δυσελπιστίᾳ καθέστασαν, ἅτε παρὰ τὴν προσδοκίαν αὐτοῖς τῶν πραγμάτων ἀποβεβηκότων. τετρυμένοι γὰρ ἐν τῷ περὶ Σικελίας πολέμῳ συνεχῶς, 3
ἤλπιζον, ἐπιτελεσθεισῶν τῶν διαλύσεων, ἀναπνοῆς τινὸς τεύξεσθαι καὶ καταστάσεως εὐδοκουμένης. συνέβαινε δ' 4
αὐτοῖς τἀναντία. μείζονος γὰρ ἐνίστατο πολέμου καταρχὴ καὶ φοβερωτέρου. πρόσθεν μὲν γὰρ ὑπὲρ Σικε- 5
λίας ἠμφισβήτουν Ῥωμαίοις· τότε δὲ περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῆς πατρίδος ἔμελλον κινδυνεύσειν, πόλεμον ἀναλαμβάνοντες ἐμφύλιον. πρὸς δὲ τούτοις, οὐχ ὅπλων 6
πλῆθος, οὐ ναυτικὴ δύναμις, οὐ πλοίων κατασκευὴ παρ' αὐτοῖς ἦν, ὡς ἂν τοσαύταις ναυμαχίαις περιπεπτωκότων· καὶ μὴν οὐδὲ χορηγιῶν διάθεσις, οὐδὲ φίλων οὐδὲ συμμάχων τῶν βοηθησόντων ἔξωθεν ἐλπίς, οὐδ' ἥτις οὖν, ὑπῆρχε. διὸ καὶ τότε σαφῶς ἔγνωσαν, ἡλίκην ἔχει 7
διαφορὰν ξενικὸς καὶ διαπόντιος πόλεμος, ἐμφυλίου στάσεως καὶ ταραχῆς. οὐχ ἥκιστα δ' αὐτοὶ σφίσι

LXXI. Carthaginienses, qui rem familiarem ex agrorum proventibus quærere semper consueverant, publicos vero apparatus et necessaria bello subsidia ex Africæ reditibus comparare; ad hæc, peregrino milite bellare soliti: tunc temporis, cum non solum hisce universis commodis simul privatos se inopinato viderent, verum etiam eadem omnia, quæ commemorata sunt, in suam perniciem esse conversa; tanta animorum anxietudine sunt affecti, ut rebus suis penitus diffiderent: adeo contra omnium opinionem hæc ipsis acciderant. Quippe, continuis in Siciliense bellum sumtibus attriti, ubi pax semel convenisset, respiraturos sese, et in aliquo tolerabili statu se futuros, speraverant. Jam vero in contrarium hæc ipsis spes vertebat: majus enim ac periculosius bellum erat, cujus tunc principium eruperat. Nam antea cum Romanis de Sicilia fuerat certamen: nunc civile bellum erat illis futurum, et de propria salute ac patria periclitandum. Ad hæc nulla arma, nullæ navales copiæ, nullius classis apparatus apud eos erant; ut qui tot navalibus præliis male pugnassent. Sed nec annonæ copia parata erat in horreis publicis, nec pecuniæ in ærario; neque externi auxilii ab amicis aut sociis præstandi vel tenuissima spes suppetebat. Tum itaque liquido cognoscere Carthaginienses, *bellum externum et transmarinum a civili seditione tumultuque quantum differat.* Erant vero ipsi cum-

τῶν τοιούτων καὶ τηλικούτων κακῶν ἐγεγόνεισαν αἴτιοι.

A. U. 514.

LXXII. Κατὰ γὰρ τὸν προγεγονότα πόλεμον εὐλόγους ἀφορμὰς ἔχειν ὑπολαμβάνοντες, πικρῶς ἐπεστά-
2 τησαν τῶν κατὰ τὴν Λιβύην ἀνθρώπων· παραιρούμενοι μὲν τῶν ἄλλων πάντων [t] τῶν καρπῶν τοὺς ἡμίσεις· διπλασίους [u] δὲ ταῖς πόλεσι τοὺς φόρους ἢ πρὶν ἐπιτάττοντες· συγγνώμην δὲ τοῖς ἀπόροις ἢ συμπεριφορὰν οὐδ'
3 ἡντινοῦν ἐπ' οὐδενὶ τῶν πραττομένων διδόντες· θαυμάζοντες δὲ καὶ τιμῶντες [x] τῶν στρατηγῶν, οὐ τοὺς πράως καὶ φιλανθρώπως τῷ πλήθει χρωμένους, ἀλλὰ τοὺς αὐτοῖς μὲν ἑτοιμάζοντας πλείστας χορηγίας καὶ ἐπισκευάς, τοῖς δὲ κατὰ τὴν χώραν [y] πικρότατα χρωμένους·
4 ὧν εἷς ἦν Ἄννων. Τοιγαροῦν οἱ μὲν ἄνδρες οὐχ οἷον παρακλήσεως πρὸς τὴν ἀπόστασιν, ἀλλ' ἀγγέλου μόνον,
5 ἐδεήθησαν· αἱ δὲ γυναῖκες, αἳ τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ἀπαγομένους περιορῶσαι τοὺς σφετέρους ἄνδρας καὶ γονεῖς πρὸς τὰς εἰσφοράς, τότε συνομνύουσαι κατὰ πόλεις, ἐφ' ᾧ μηδὲν κρύψειν τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς, ἀφαιρούμεναι τὸν κόσμον εἰσέφερον ἀπροφασίστως εἰς τοὺς ὀψωνιασ-
6 μούς. καὶ τοιαύτην παρεσκεύασαν εὐπορίαν τοῖς περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον, ὥστε μὴ μόνον διαλῦσαι τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀψωνίων τοῖς μισθοφόροις [z] κατὰ

Durum imperium Pœnorum in subditos.

Fœminæ cum viris rebellioni favent.

[t] Abest artic. ab Aug. et Reg. A. [u] δὲ ἐν ταῖς πόλεσι edd. ex Bav. [x] Ex conject. ejeci particulam τε, quam vulgo omnes interserunt post τῶν, quæ, si vera est, indicabit, aliud intercidisse nomen. [y] πικρώτατα Aug. Reg. A. [z] καὶ τὰς ἐπαγγ. Bav. absque præpos.

primis horumce tot tantorumque malorum sibi auctores.

LXXII. Etenim superiore bello quum satis justam sibi viderentur caussam nacti, crudeliter imperaverant Africæ populis: a ceteris omnibus dimidiam partem annuorum proventuum exigentes; urbium vero incolas alterum tantum tributi nomine pendere cogentes, quantum ante bellum pependerant; tum in exigendo nullam egenis veniam aut gratiam, ne minimam quidem, ulla in re concedentes; denique præsides provinciarum eos maxime mirantes, et in pretio habentes, non qui benignitate et humanitate in subditos uterentur, sed qui civitati plurimos reditus plurimaque subsidia pararent, homines vero agrestes ac rusticos acerbissime tractarent: quorum unus fuerat *Hanno*. Quapropter *Afri*, non dicam hortatu, sed vix nuntio opus habebant ad rebellandum. Quin etiam mulieres, quæ antea persæpe maritos parentesque suos ab exactoribus tributorum in carcerem duci passæ erant, tunc in suis quæque civitatibus inter se conjuratæ, nihil rerum suarum se occultaturas; detractum sibi mundum absque ulla tergiversatione in stipendium militi conferebant. Moxque tanta pecuniæ vi *Matho* et *Spendius* abundarunt, ut non solum reliqua stipendiorum mer-

A. U. 514. τὰς ἐπαγγελίας, ἃς ἐποιήσαντο πρὸς τὴν ἀπόστασιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ συνεχὲς εὐπορῆσαι χορηγίας. Οὕτως 7 οὐδέ ποτε δεῖ πρὸς τὸ παρὸν μόνον, ἔτι δὲ μᾶλλον πρὸς τὸ μέλλον [a]ἀποβλέπειν ἀεὶ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους.

Pœnorum apparatus.

LXXIII. Οὐ μὴν, ἀλλὰ, καί περ ἐν τοιούτοις κακοῖς ὄντες οἱ Καρχηδόνιοι, προστησάμενοι τὸν Ἄννωνα στρατηγὸν, διὰ τὸ δοκεῖν τοῦτον καὶ πρότερον αὐτοῖς τὰ κατὰ τὴν Ἑκατοντάπυλον τῆς Λιβύης καταστρέψασθαι, συνήθροιζον μὲν μισθοφόρους, καθώπλιζον δὲ τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις τῶν πολιτῶν· ἐγύμναζον δὲ καὶ συνέταττον τοὺς 2 πολιτικοὺς ἵππους· παρεσκεύαζον δὲ καὶ τὰ περίλιπῆ τῶν πλοίων, τριήρεις, καὶ πεντηκοντόρους, καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀκατίων. Οἱ δὲ περὶ τὸν Μάθω, παραγενο- 3 μένων αὐτοῖς εἰς ἑπτὰ μυριάδας Λιβύων, ἐπιδιελόντες τούτους, ἀσφαλῶς ἐπολιόρκουν τοὺς Ἰτυκαίους καὶ τοὺς Ἱππακρίτας· βεβαίως δὲ τὴν ἐν τῷ Τύνητι στρατοπεδείαν κατεῖχον· ἀποκεκλείκεσαν δὲ τοὺς Καρχηδονίους ἁπάσης τῆς ἐκτὸς Λιβύης. Ἡ γὰρ Καρχηδὼν [b]αὐτὴ 4 μὲν ἐν κόλπῳ κεῖται, προτείνουσα καὶ [c]χεῤῥονησίζουσα τῇ θέσει, τὸ [d]μὲν τῇ θαλάττῃ, τὸ δέ τι καὶ λίμνῃ περιεχομένη κατὰ τὸ πλεῖστον. ὁ δὲ συνάπτων ἰσθμὸς 5 αὐτὴν τῇ Λιβύῃ, τὸ πλάτος ὡς εἴκοσι καὶ πέντε σταδίων ἐστί. τούτου δ' ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τὸ πέλαγος

Hippo et Utica obsessæ a rebellibus.

Carthaginis situs.

[a] Sic cum Reisk. correxi. Vulgo omnes ἀποβλέπειν δεῖ. [b] αὐτὴ ex emend. Reiskii dedi pro vulgato αὕτη. [c] χεῤῥονησίζουσα cum Ursino correxit Casaub. Mendose MSti χεῤῥονησιτοῦσα. [d] μέν τι θαλ. Aug. Reg. A.

cenariis exsolverent, quæ fuerat ab initio pacta ipsis rebellionis merces, sed etiam ad reliqua incepta sumtus large suppeteret. Adeo, si quis rectam consiliorum inire viam cupit, non solum præsentis, sed etiam futuri semper habenda ei ratio est.

LXXIII. At Carthaginienses, quantumvis pressi malis, belli ducatu *Hannoni* delato, cujus opera jam ante in subigenda parte Libyæ circa *Hecatompylum* fuerant usi, mercenarios undique cogere, cives armare qui ætate essent militari, equites urbanos centuriare et exercere; navium denique quidquid supererat, triremes, actuarias, et acatiorum maxima quæque, instruere. Interea *Matho* et *Spendius*, postquam LXX jam Africanorum millia ad eos convenissent, partiti copias, *Uticam* et *Hipponem* tuti ab hoste obsidebant: et posita *Tunete* castra adversus omnia pericula firmata servabant; Carthaginiensibus ab universa exteriore Africa exclusis. Urbs namque ipsa *Carthago* in sinu maris sita, e medio sinu ad peninsulæ formam prominet; hinc mari, inde lacu, maxima sui parte cincta. Isthmus, quo Africæ jungitur, patet in latitudinem millia passuum tria. In hujus altero latere, quod vergit ad mare,

νεύοντος μέρους, οὐ μακρὰν ἡ τῶν Ἰτυκαίων κεῖται A. U. 514.
6 πόλις· ἐπὶ δὲ θατέρου, παρὰ τὴν λίμνην, ὁ Τύνης. ἐφ' Utica. Tunes.
ὧν ἑκατέρων τότε στρατοπεδεύσαντες οἱ μισθοφόροι, καὶ διακλείσαντες ἀπὸ τῆς χώρας τοὺς Καρχηδονίους, λοιπὸν
7 ἐπεβούλευον αὐτῇ τῇ πόλει· καὶ ποτὲ μὲν ἡμέρας, ποτὲ δὲ καὶ νύκτωρ [e] παραγιγνόμενοι πρὸς τὸ τεῖχος, εἰς φόβους καὶ θορύβους ὁλοσχερεῖς ἐνέβαλλον [f] τοὺς ἔνδον.

LXXIV. Ἄννων δὲ περὶ μὲν τὰς παρασκευὰς ἐνδεχομένως ἐγίγνετο· καὶ γὰρ ἦν πρὸς τοῦτο τὸ μέρος εὐφυής· Hanno imperite rem gerit.
2 ἐξορμήσας δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως, ἕτερος ἦν· καὶ γὰρ τοῖς καιροῖς ἀστόχως ἐχρῆτο, καὶ τοῖς ὅλοις πράγμασιν
3 ἀπείρως καὶ νωθρῶς. Διὸ καὶ τὸ μὲν πρῶτον εἰς Ἰτύκην παραβοηθήσας τοῖς πολιορκουμένοις, καὶ καταπληξάμενος τοὺς ὑπεναντίους τῷ πλήθει τῶν θηρίων· εἶχε γὰρ οὐκ ἐλάττους ἑκατὸν ἐλεφάντων· καὶ μετὰ ταῦτα λαβὼν προτερήματος ἀρχὴν ὁλοσχεροῦς, οὕτως ἐχρήσατο κακῶς, ὥστε κινδυνεῦσαι προσαπολέσαι καὶ τοὺς
4 πολιορκουμένους. κομίσας γὰρ ἐκ τῆς πόλεως τοὺς καταπέλτας καὶ τὰ βέλη, καὶ συλλήβδην ἁπάσας τὰς πρὸς τὴν πολιορκίαν παρασκευὰς, καὶ στρατοπεδεύσας [g] πρὸ τῆς πόλεως, ἐνεχείρησε προσβάλλειν πρὸς τὸν τῶν
5 ὑπεναντίων χάρακα. τῶν δὲ θηρίων βιασαμένων εἰς τὴν παρεμβολὴν, οὐ δυνάμενοι τὸ βάρος οὐδὲ τὴν ἔφοδον οἱ πολέμιοι ὑπομεῖναι, πάντες ἐξέπεσον ἐκ τῆς στρατοπε-

[e] παραγινομ. Aug. Reg. A. Edd. ex Bav. [f] τοὺς ἄνδρας Aug. Reg. A. [g] πρὸς τῇ πόλει

sita est *Utica*, modico ab urbe intervallo; in altero, secundum lacum, est *Tunes*. Ad quæ duo loca quum mercenarii castra tunc admovissent, et Carthaginienses a cetera regione exclusissent; ipsi jam Carthagini imminebant: ac modo interdiu, modo noctu, ad muros ipsos accedentes, metu ac trepidatione maxima intus omnia miscebant.

LXXIV. *Hanno* autem, in apparatibus quidem conquirendis, nihil quod fieri posset prætermittebat: erat enim ad eam rem ingeniosus. Sed quoties cum exercitu in hostem ibat, alium diceres: qui quidem oblatis occasionibus uti nesciebat, et imperite atque ignave omnia administrabat. Quum igitur prima expeditione obsessis *Uticensibus* suppetias venisset, ac multitudine elephantorum, quos habuit non pauciores centum, hosti pavorem injecisset, moxque universæ victoriæ principium esset adeptus; adeo male se gessit, ut præter exercitum, ipsos insuper Uticenses propemodum perdiderit. Catapultis namque et telis et omnino omni apparatu, qui ad oppugnandum pertinet, *Utica* efferri jussis, castrisque ante oppidum locatis, vallum hostium adoriri cœpit. Et quum bestiæ in eorum castra irrupissent, hostes violentam impressionem illarum non sustinentes, e castris omnes

A. U. 514. Hanno ad Uticam imperite rem gerit.

δείας. καὶ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἀπέθανον, τρωθέντες ὑπὸ 6
τῶν θηρίων· τὸ δὲ διασωζόμενον μέρος πρός τινα λόφον
ἐρυμνὸν καὶ σύμφυτον ἔμενε, πιστεῦον ταῖς ἐξ αὐτῶν τῶν
τόπων ἀσφαλείαις. Ὁ δ' Ἄννων, εἰθισμένος Νομάσι 7
καὶ Λίβυσι πολεμεῖν, οἵτινες, ὅταν ἅπαξ ἐγκλίνωσι,
ποιοῦνται τὴν φυγὴν ἐπὶ δύο ἡμέρας καὶ τρεῖς ἐκτοπί-
ζοντες αὑτούς· ὑπολαβὼν καὶ τότε, πέρας ἔχειν [h] τοὺς
πολεμίους, καὶ νενικηκέναι τοῖς ὅλοις· τῶν μὲν [i] στρα- 8
τιωτῶν ὠλιγώρησε, καὶ καθόλου τῆς παρεμβολῆς, αὐτὸς
δ' εἰσελθὼν εἰς τὴν πόλιν, ἐγίγνετο περὶ τὴν τοῦ σώματος
θεραπείαν. Οἱ δὲ συμπεφευγότες τῶν μισθοφόρων εἰς τὸν 9
λόφον, σύντροφοι μὲν γεγονότες τῆς Βάρκα τόλμης·
συνήθεις δ' ἐκ τῶν κατὰ Σικελίαν ἀγώνων, πολλάκις
τῆς αὐτῆς ἡμέρας ποτὲ μὲν ὑποχωρεῖν, ποτὲ δὲ πάλιν ἐκ
μεταβολῆς ἐγχειρεῖν τοῖς πολεμίοις· καὶ τότε [k] συνι- 10
δόντες τὸν μὲν στρατηγὸν ἀπηλλαγμένον εἰς τὴν πόλιν,
τοὺς δὲ πολλοὺς διὰ τὸ προτέρημα ῥαθυμοῦντας καὶ
διαῤῥέοντας ἐκ τῆς στρατοπεδείας· συστραφέντες ἐπι- 11
τίθενται τῷ χάρακι, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν,
τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασαν φυγεῖν αἰσχρῶς ὑπὸ τὰ
τείχη καὶ τὰς πύλας. ἐκυρίευσαν δὲ τῆς ἀποσκευῆς 12
ἁπάσης, καὶ τῆς τῶν πολιορκουμένων παρασκευῆς· ἣν
Ἄννων πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐκκομίσας ἐκ τῆς πόλεως,
ἐποίησε τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριον. Οὐ μόνον δὲ περὶ 13

[h] Fors. τὸν πόλεμον. Reisk. [i] στρατιῶν Reg. A. στρατειῶν Aug. [k] συνειδότες Bav.

se proripuerunt. Ac multi quidem ex iis, ab elephantis vulnerati, perierunt: qui autem evaserunt, ad proximum collem munitum et arboribus consitum substiterunt, rati ipsa natura loci se tutos fore. *Hanno*, bellare contra Numidas et Afros antea solitus, qui, inclinata semel acie, fugam ita arripiunt, ut bidui vel tridui viam recedant: existimans tunc quoque, omnino jam debellatum esse, hostemque penitus profligatum; et milites et castra in totum neglexit; atque ipse urbem ingressus, corpori curando operam dedit. Mercenarii vero qui in collem fugerant, assueti longo militiæ usu audaciæ *Barcæ;* quibus præterea familiare erat ex rebus in Sicilia gestis, persæpe eodem die modo hosti cedere, modo conversione facta eundem invadere: videntes tunc, ducem in oppidum concessisse, milites propter victoriam agere negligentius, et ex castris dilabi; in globos collecti vallum adoriuntur, et, multis hostium occisis, reliquos ad portas ac muros turpiter fugere compellunt. Potitique sunt omnibus impedimentis, et obsessorum adparatu; quem quum *Hanno* cum ceteris rebus ex oppido exportari jussisset, effecit ut in potestatem adversariorum veniret. Neque hoc so-

τοῦτον τὸν καιρὸν οὕτως ἀνεστράφη νωθρῶς, ἀλλὰ καὶ A. U. 514.
μετ' ὀλίγας ἡμέρας περὶ τὴν καλουμένην Γόρζαν ἀντι- Rursus ad Gorzam.
στρατοπεδευσάντων αὐτῷ τῶν πολεμίων, λαβὼν καιροὺς,
δὶς μὲν ἐκ παρατάξεως εἰς τὸ νικᾷν, δὶς δ' ἐξ ἐπιθέσεως·
14 [1]ὅτε μὲν στρατοπεδευόντων σύνεγγυς αὐτῷ τῶν ὑπεναν-
τίων, ἀμφοτέρους δοκεῖ τούτους εἰκῇ καὶ παραλόγως
προέσθαι.

LXXV. Διόπερ οἱ Καρχηδόνιοι, θεωροῦντες αὐτὸν A. U. 515.
κακῶς χειρίζοντα τὰς πράξεις, Ἀμίλκαν τὸν ἐπικαλού- Amilcar Barca.
2 μενον Βάρκαν αὖθις προεστήσαντο. καὶ τοῦτον ἐξέ-
πεμπον εἰς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον στρατηγὸν, δόντες
ἑβδομήκοντα μὲν ἐλέφαντας, καὶ τοὺς ἐπισυνηγμένους
τῶν μισθοφόρων, καὶ τοὺς ηὐτομοληκότας ἀπὸ τῶν
πολεμίων, ἅμα δὲ τούτοις πολιτικοὺς ἱππεῖς καὶ πεζοὺς,
3 ὥστε τοὺς σύμπαντας ἐς μυρίους ὑπάρχειν. ὃς κατὰ Amilcar
τὴν πρώτην εὐθέως ἔξοδον καταπληξάμενος τῷ παραδόξῳ Barca Uticam obsi-
τῆς ἐπιβολῆς, ἥττησε μὲν τὰς ψυχὰς τῶν ὑπεναντίων, dione libe-
ἔλυσε δὲ τὴν τῆς Ἰτύκης πολιορκίαν· ἐφάνη δ' ἄξιος τῶν rat.
προγεγονότων ἔργων, καὶ τῆς παρὰ τῷ πλήθει προσδο-
4 κίας. Τὸ δὲ πραχθὲν ἦν ὑπ' αὐτοῦ περὶ τὴν χρείαν
ταύτην τοιοῦτον. τῶν γεωλόφων, τῶν ἐπιζευγνύντων τὸν
αὐχένα τὸν συνάπτοντα τὴν Καρχηδόνα πρὸς τὴν Λιβύην,
ὄντων δυσβάτων, καὶ χειροποιήτους ἐχόντων διεκβολὰς
ἐπὶ τὴν χώραν· συνέβαινε τοὺς περὶ τὸν Μάθω πάντας

[1] Duo verba ὅτε μὲν temere Casaub. in ἅτε καὶ mutavit.

lum tempore ignave se *Hanno* gessit; sed rursus pariter paucos post dies, cum apud oppidum *Gorzam* castra ei opposita haberent hostes, et plures ei offerrentur rei bene gerendæ (bis justo prælio, bis subita invasione) occasiones: nam et tunc, quamvis in propinquo essent hostium castra, utramque opportunitatem frustra per imprudentiam passus est perire.

LXXV. Itaque Carthaginienses, male res geri ab illo conspicati, *Amilcarem Barcam* exercitui denuo præficiunt. Eum igitur ad hoc bellum mittunt, traditis elephantis LXX, et quotquot præterea cogi poterant mercenariis, cum iis qui transitum ab hoste fecerant, urbanorum item equitum peditumque manu, ut universus copiarum numerus ad decem millia esset. Et *Barca* quidem primo statim egressu hostes ex inopinato adortus, tantum illis pavoris injecit, ut animis collapsi, *Uticæ* obsidione desisterent: atque ipse gloria anteactarum rerum dignus videretur, et ea exspectatione quam apud omnes concitaverat. Series eorum, quæ hac expeditione gessit, hæc est. Cervix illa, quæ Africæ Carthaginem jungit, præcingitur collibus arduis atque difficilibus, in quibus arte munitæ sunt viæ, per quas in regionem patet transitus. Tunc autem *Matho* omnia bello opportuna

A. U. 515. τοὺς διὰ τῶν προειρημένων λόφων εὐκαίρως κειμένους
τόπους φυλακαῖς διειληφέναι· πρὸς δὲ τούτοις, τοῦ προσ- 5
αγορευομένου [m] Βακάρα ποταμοῦ διείργοντος κατά
τινας τόπους παραπλησίως τὴν ἐπὶ τὴν χώραν τοῖς ἐκ
τῆς πόλεως ἔξοδον, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ῥεύματος
ἀβάτου κατὰ τὸ πλεῖστον ὑπάρχοντος, μιᾶς δ' οὔσης
ἐπ' αὐτῷ γεφύρας, καὶ ταύτην τηρεῖν τὴν δίοδον ἀσφα-
λῶς, πόλιν ἐπ' αὐτῆς ᾠκοδομηκότας. ἐξ ὧν συνέβαινε, 6
τοὺς Καρχηδονίους, μὴ οἷον στρατοπέδῳ τῆς χώρας
ἐπιβαίνειν, ἀλλὰ μηδὲ τοὺς κατ' ἰδίαν θέλοντας διαπε-
σεῖν, ῥᾳδίως ἂν δύνασθαι λαθεῖν τοὺς ὑπεναντίους. εἰς ἃ 7
βλέπων Ἀμίλκας, καὶ παντὸς πράγματος καὶ καιροῦ
πεῖραν λαμβάνων, διὰ τὸ δυσχρηστεῖν περὶ τὴν ἔξοδον,
διενοήθη τι τοιοῦτον. Τοῦ προειρημένου ποταμοῦ κατὰ 8
τὴν εἰς θάλατταν ἐκβολὴν συνθεωρήσας κατά τινας
ἀνέμων στάσεις ἀποθινούμενον τὸ στόμα, καὶ τεναγώδη
γιγνομένην τὴν παρ' αὐτῷ τῷ στόματι πάροδον· ποιήσας
εὐτρεπῆ τῷ στρατοπέδῳ τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ κρύπτων
ἐν αὐτῷ τὴν ἐπιβολὴν, ἐτήρει τὸ προειρημένον σύμπτωμα.
παραπεσόντος δὲ τοῦ καιροῦ, νυκτὸς ἐξορμήσας ἔλαθε 9
πάντας ἅμα τῷ φωτὶ τὸν προειρημένον τόπον διαβιβάσας
τὴν δύναμιν. παραδόξου δὲ τοῦ πράγματος φανέντος 10
καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει καὶ τοῖς ὑπεναντίοις, ὁ μὲν Ἀμίλ-

Bacara fluvium vado trajicit.

Custodes pontis a tergo adoritur.

[m] Sic correxi. Vulgo Μάκαρος cum Bav. Aug. Reg. A. Μακάρα cod. Urbin. Μάκαρα Vat. Flor. Reg. B. C. Βουκάρα Suidas.

loca in illis collibus firmata præsidiis interceperat. Ad hæc, quum locis nonnullis *Bacara* fluvius similiter transitum impediat iis, qui Carthagine profecti in regionem tendunt, ac propter aquarum copiam vado ut plurimum transiri nequeat; *Matho* pontem ei amni impositum, qui est unicus, magna diligentia tuebatur, oppido etiam ad illum exstructo. Quo fiebat, ut non solum exercitus in regionem ducere Carthaginienses non possent, sed ut ne singuli quidem hostem effugerent, qui transire conarentur. Hæc *Amilcar* intuens, ad omnes et rerum et temporum occasiones semper intentus, quia educere exercitum non poterat, hujusmodi consilium excogitavit. Observaverat, circa exitum fluminis ejus in mare, quo tempore certi quidam venti obtinent, sabulo oppleri ostium; atque ita vadosum quemdam transitum prope ipsum ostium patefieri. Igitur exercitu ad profectionem parato, nemine consilii conscio, exspectabat dum id fieret de quo diximus. Ubi tempus advenit, noctu eductis copiis, luce prima, prius quam animadvertisset quisquam, universas trajecit. Mirari ergo factum, quod fieri posse non putabant, et qui in urbe erant, et hostes. Interea per patentes

κας προῆγε διὰ τοῦ πεδίου, ποιούμενος τὴν πορείαν ἐπὶ τοὺς τὴν γέφυραν φυλάττοντας. A. U. 515.

LXXVI. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σπένδιον, συνέντες τὸ γεγονὸς, ἀπήντων εἰς τὸ πεδίον· καὶ παρεβοήθουν ἀλλήλοις, οἱ μὲν ἐκ τῆς περὶ τὴν γέφυραν πόλεως ὄντες οὐκ ἐλάττους μυρίων, οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἰτύκης ὑπὲρ τοὺς μυ-
2 ρίους καὶ πεντακισχιλίους. ἐπεὶ δ' εἰς [n] συνάπτον ἧκον ἀλλήλοις, νομίσαντες ἐν μέσῳ τοὺς Καρχηδονίους ἀπειληφέναι, σπουδῇ παρηγγύων ἅμα παρακαλοῦντες σφᾶς αὐ-
3 τοὺς, καὶ συνῆπτον τοῖς πολεμίοις. Ὁ δ' Ἀμίλκας ἦγε μὲν τὴν πορείαν, πρώτους ἔχων τοὺς ἐλέφαντας, ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς ἱππεῖς καὶ τοὺς εὐζώνους, τελευταῖα δὲ τὰ
4 βαρέα τῶν ὅπλων. κατιδὼν δὲ προχειρότερον ἐπιφερομένους τοὺς ὑπεναντίους, ἀναστρέφειν παρήγγειλε πᾶσι
5 τοῖς ἑαυτοῦ. καὶ τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς πρωτοπορείας ἀναστρέψαντας, σπουδῇ ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν ἐκέλευσε· τοὺς δ' ἐπὶ τῆς οὐραγίας ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχοντας, ἐξ ἐπιστροφῆς περισπῶν, ἐξέταττε πρὸς τὴν τῶν πολεμίων Profligat rebelles Amilcar.
6 ἐπιφάνειαν. Οἱ δὲ Λίβυες καὶ μισθοφόροι, νομίσαντες αὐτοὺς καταπεπληγμένους φυγεῖν, λύσαντες τὴν τάξιν,
7 ἐπέκειντο, καὶ συνῆπτον εἰς τὰς χεῖρας ἐῤῥωμένως. ἅμα δὲ τῷ τοὺς ἱππεῖς, συνεγγίσαντας τοῖς παρατεταγμένοις, ἐκ μεταβολῆς ὑποστῆναι, τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἐπάγειν, ἐκπλαγεῖς [o] γιγνόμενοι διὰ τὸ παράδοξον οἱ Λίβυες,

[n] εἰς τὸ συνάπτειν edd. ex Bav. [o] γενόμενοι MS. Flor. et Suidas.

campos progrediebatur *Amilcar*, itinere versus pontis custodes instituto.

LXXVI. At *Spendius*, re cognita, obviam Amilcari in planitiem procedit: et ad mutuum sibi auxilium ferendum, cum illi ex urbe ad pontem sita, decem millibus non pauciores, tum hi ab Utica, supra XV hominum millia, properabant. Qui ubi invicem appropinquassent, rati Pœnos in medio deprehensos teneri, sedulo alii aliis dare mandata, invicem se adhortari, hostem aggredi. Pergebat contra *Amilcar* agmen ducere: præcedebant elephanti; sequebantur equites cum levi armatura; agmen scutati claudebant. Is ut videt hostem in suos ferri inconsultius, verti aciem totam imperat. Igitur qui in primo agmine erant, hos flectere se, ac retro propere ire jubet; eos vero qui in extremo agmine prius erant, facta conversione circumducens, in aciem instructos hostibus opponit. Afri et mercenarii, fugere Carthaginienses ex pavore rati, solutis ordinibus eos invadunt, ac manu pugnam valide capessunt. Quum vero equites, postquam ad illos qui in aciem instructi erant pervenerunt, conversis equis subsisterent, et reliqua acies in hostem ire pergeret; tum quidem Afri, novitate rei perculsi, cum temere ac spar-

A. U. 515. Profligat rebelles Amilcar.

[p]ἐγκλίναντες εὐθέως ἔφευγον, ὡς ἂν εἰκῇ καὶ σποράδην
ἐπικείμενοι. λοιπὸν, οἱ μὲν τοῖς κατόπιν ἐπιφερομένοις 8
[q]περιπίπτοντες, ἐσφάλλοντο, καὶ διέφθειρον αὐτούς τε
καὶ τοὺς οἰκείους· οἱ δὲ πλείους συνεπατήθησαν, ἐκ
χειρὸς τῶν ἱππέων ἐπικειμένων αὐτοῖς καὶ τῶν θηρίων.
ἀπώλοντο μὲν οὖν εἰς ἑξακισχιλίους τῶν Λιβύων καὶ τῶν 9
ξένων, ἑάλωσαν δὲ περὶ δισχιλίους· οἱ δὲ λοιποὶ διέ-
φυγον, οἱ μὲν εἰς τὴν πρὸς τῇ γεφύρᾳ πόλιν, οἱ δὲ ἐπὶ
τὴν πρὸς τῇ Ἰτύκῃ παρεμβολήν. Ἀμίλκας δὲ, ποιήσας 10
τὸ προτέρημα τὸν προειρημένον τρόπον, εἵπετο κατὰ πό-
δας τοῖς πολεμίοις· καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τῆς γεφύρας πόλιν
ἐξ ἐφόδου κατέσχε, προεμένων καὶ φευγόντων εἰς τὸν
Τύνητα τῶν ἐν αὐτῇ πολεμίων· τὴν δὲ λοιπὴν χώραν,
ἐπιπορευόμενος, τὰς μὲν προσήγετο, πλείστας δὲ κατὰ
κράτος ἐξῄρει. τοῖς δὲ Καρχηδονίοις βραχύ τι θάρσους 11
ἐνειργάσατο καὶ τόλμης, ἐπὶ ποσὸν αὐτοὺς ἀπαλλάξας
τῆς προγεγενημένης δυσελπιστίας.

Rursus Amilcarem premit Spendius.

LXXVII. Ὁ δὲ Μάθως αὐτὸς μὲν ἐπὶ τῆς τῶν
Ἱππακριτῶν πολιορκίας ἐπέμενε· τοῖς δὲ περὶ τὸν Αὐ-
τάριτον, τὸν τῶν Γαλατῶν ἡγεμόνα, καὶ Σπένδιον, ἔχε-
σθαι τῶν ὑπεναντίων συνεβούλευε· τὰ μὲν πεδία φεύ- 2
γοντας, διὰ τὸ πλῆθος τῶν παρὰ τοῖς ὑπεναντίοις
ἱππέων καὶ θηρίων, ταῖς δὲ ὑπωρείαις ἀντιπαράγοντας
καὶ συνεπιτιθεμένους κατὰ τὰς ὑποπιπτούσας ἀεὶ δυσ-

[p] ἐκκλίναντες Suid. et puto cod. Urbin. [q] ἐπιπίπτοντες edd. ex Bav.

sim illos essent persecuti, e vestigio ipsi in fugam sunt conversi. Horum deinde alii, quum in suos a tergo sequentes incidissent, corruebant, et sibi suisque perniciem afferebant: alii, et quidem plerique omnes, equitibus atque elephantis terga prementibus, permixtim sunt conculcati. Periere igitur ex Afris et mercenariis ad sex millia; capti sunt ad duo millia: reliqui partim in urbem ponti adjacentem, partim in castra ante *Uticam* posita, fugere. Parta hoc modo victoria, fugientes e vestigio persecutus *Amilcar*, proximam ponti urbem primo impetu cepit, profugientibus Afris, et *Tunetem* se recipientibus: regionem vero reliquam incursans, alia oppida ad deditionem coëgit, alia vi expugnavit. Atque ita Carthaginienses, qui paullo ante de suis rebus plane desperaverant, metu nonnihil levatos, aliquanto audentiores reddidit.

LXXVII. *Matho* interim in *Hipponis* obsidione permanens, *Autarito* Gallorum duci, ac *Spendio*, auctor erat, ut ab hostibus ne longius recederent: sed ut campos evitantes, quod equitum elephantorumque copia Pœni valerent, secus montium radices exercitum ductantes, quantum inimici procederent, tantum ipsi progrederentur: et ubi difficultate aliqua impeditos sensissent, impetum in eos face-

3 χρείας. ἅμα δὲ ταῖς ἐπινοίαις ταύταις, καὶ πρὸς A. U. 515.
τοὺς Νομάδας καὶ τοὺς Λίβυας ἐξέπεμπε, δεόμενος
βοηθεῖν σφίσι, καὶ μὴ καταπροΐεσθαι τοὺς ὑπὲρ τῆς
4 ἐλευθερίας καιρούς. Ὁ δὲ Σπένδιος, προσλαβὼν ἐκ τοῦ
Τύνητος ἀφ' ἑκάστου τῶν γενῶν τοὺς πάντας εἰς ἑξα-
κισχιλίους, προῆγε, ταῖς ὑπωρείαις ἀντιπαράγων τοῖς
Καρχηδονίοις· ἔχων, ἅμα τοῖς προειρημένοις, καὶ τοὺς
5 μετ' Αὐταρίτου Γαλάτας, ὄντας εἰς δισχιλίους. τὸ
γὰρ λοιπὸν μέρος αὐτῶν τοῦ κατ' ἀρχὰς συστήματος
ηὐτομολήκει πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐν ταῖς περὶ τὸν Ἔρυ-
6 κα στρατοπεδείαις. Τοῦ δ' Ἀμίλκου παρεμβεβληκό-
τος ἔν τινι πεδίῳ πανταχόθεν ὄρεσι περιεχομένῳ, συνέβη
τὰς παρὰ τῶν Νομάδων καὶ Λιβύων βοηθείας εἰς τὸν
7 καιρὸν τοῦτον συνάψαι τοῖς περὶ τὸν Σπένδιον. γενομένης
δὲ τοῖς Καρχηδονίοις τῆς μὲν τῶν Λιβύων ἐπιστρατοπε-
δείας αἰφνιδίου καὶ κατὰ πρόσωπον, τῆς δὲ τῶν Νομάδων
ἀπ' οὐρᾶς, τῆς δὲ περὶ τὸν Σπένδιον ἐκ πλαγίου, μεγάλην
αὐτοῖς ἀπορίαν συνέβη περιστῆναι, καὶ δυσέκφευκτον.

Amilcarem premit Spendius.

Autaritus Gallus et Afri Numidæque cum Spendio.

LXXVIII. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον [r] Ναραύας, ὃς ἦν μὲν Νομὰς τῶν ἐνδοξοτάτων εἷς, ἦν δὲ καὶ πλήρης ὁρμῆς [s] πολεμικῆς· οὗτος ἀεὶ μὲν οἰκείως διέκειτο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, πατρικὴν ἔχων σύστασιν· τότε δὲ μᾶλλον παρωρμήθη, διὰ τὴν Ἀμίλκου τοῦ στρατηγοῦ
2 καταξίωσιν. διὸ καὶ νομίσας ἔχειν εὐφυῆ καιρὸν πρὸς

Narava Numida ad Amilcarem transit.

[r] Vulgo omnes h. l. Ναραύασος ἦν. Malim Ναραύας ἦν. [s] βασιλικῆς editi ante Casaub. cum Bav. Aug. Reg. A.

rent. Simul cum his consiliis, ad Numidas et Afros mittit, rogans ut auxilia subministrent, et recuperandæ libertatis occasionem ne omittant. *Spendius*, ex omnium nationum copiis, quæ Tunete erant, militum ad sex millia seligit: iisque assumtis, quoquo irent Carthaginienses, circa radices montium suos ex adverso ducebat; etiam Gallicas *Autariti* copias, ad bis mille homines, secum trahens: nam ceteri Galli, qui initio sub Autarito militaverant, quo tempore ad Erycem castra habebant, ad Romanos defecerant. Quum autem *Amilcar* in planitie quadam montibus undique cincta consedisset, eodemque tempore Spendius Numidarum atque Afrorum auxilia accepisset; Afris a fronte castra repente ponentibus, a tergo Numidis, ad latus Spendio, in magnas angustias et prope ineluctabile periculum Carthaginienses devenerunt.

LXXVIII. Per id tempus *Narava* quidam erat, genere *Numida*, inter suos nobilissimus, militari animo juvenis. Hic Pœnis jam ante faverat, propter eam notitiam quæ patri ipsius cum illis intercesserat: tunc vero Amilcaris ducis præstante gloria motus, magis adhuc in eadem mente est confirmatus. Itaque, ratus opportu-

A. U. 515. Narava Numida ad Amilcarem transit.

ἔντευξιν αὐτῶν καὶ σύστασιν, ἧκε [t] πρὸς τὴν στρατοπε-
δείαν, ἔχων περὶ αὐτὸν Νομάδας εἰς ἑκατόν. καὶ συν- 3
εγγίσας τῷ χάρακι, τολμηρῶς ἔμενε, κατασείων τῇ
χειρί. τοῦ δ' Ἀμίλκου θαυμάσαντος τὴν ἐπιβολὴν, καὶ 4
προπέμψαντός τινα τῶν ἱππέων, εἰς λόγους ἔφη βού-
λεσθαι συνελθεῖν τῷ στρατηγῷ. διαποροῦντος δ' ἀκμὴν, 5
καὶ διαπιστοῦντος τοῦ τῶν Καρχηδονίων ἡγεμόνος, πα-
ραδοὺς ὁ Ναραύας τὸν ἵππον καὶ τὰς λόγχας τοῖς μεθ'
ἑαυτοῦ, παρῆν ἄνοπλος εὐθαρσῶς εἰς τὴν παρεμβολήν. οἱ 6
δὲ τὰ μὲν ἐθαύμαζον, τὰ δὲ κατεπλήττοντο τὴν τόλμαν·
ὅμως δὲ προσεδέξαντο, καὶ συνῆλθον εἰς τὰς χεῖρας. Ὁ 7
δὲ, παραγενόμενος εἰς λόγους, ἔφη, πᾶσι μὲν Καρχηδο-
νίοις εὐνοεῖν, μάλιστα δ' ἐπιθυμεῖν Βάρκᾳ γενέσθαι
φίλος· διὸ καὶ νῦν παρεῖναι συσταθησόμενος αὐτῷ, καὶ
κοινωνήσων ἀδόλως παντὸς ἔργου καὶ πάσης ἐπιβολῆς.
Ἀμίλκας δὲ, ταῦτα ἀκούσας, οὕτως ἥσθη μεγάλως, 8
ἐπί τε τῷ κατὰ τὴν παρουσίαν θάρσει, καὶ τῇ κατὰ τὴν
ἔντευξιν ἁπλότητι τοῦ νεανίσκου· ὡς οὐ μόνον εὐδοκῆσαι
κοινωνὸν αὐτὸν προσλαβέσθαι τῶν πράξεων, ἀλλὰ καὶ
τὴν θυγατέρα δώσειν ἐπηγγείλατο μεθ' ὅρκου, διαφυ-
λάξαντος αὐτοῦ τὴν πρὸς Καρχηδονίους πίστιν. Γενο- 9
μένων δὲ τῶν ὁμολογιῶν, ὁ μὲν [u] Ναραύας ἧκε, τοὺς ὑφ'
αὐτὸν τεταγμένους ἔχων Νομάδας, ὄντας εἰς δισχι-

[t] εἰς τὴν στρατοπ. Vat. Flor. Urb.

[u] Alii codd. et h. l. et plerumque deinde Ναραύασος, et sic edd. constanter.

num venisse tempus ejus conveniendi, et gratiæ conciliandæ, ad castra accedit, centum circiter Numidis comitatus. Jamque vallo proximus, subsistit intrepidus, manu mota dans signum. *Amilcar*, quid hic sibi vellet admirans, unum ex equitibus ad eum mittit: ille, *ducem convenire se velle*, dixit. Dum Pœnus cum maxime dubitat, verbis fidem non habens; *Narava* equum et hastas comitibus tradit, et magna confidentia nudus intra munitiones venit. Mirari omnes et stupere ad hanc hominis audaciam: excipiunt tamen venientem, et cum eo congrediuntur. *Narava*, colloquio instituto, dixit, *omnibus se quidem Carthaginiensibus bene velle, sed cum Barca imprimis jungere amicitiam optare: eo nunc consilio venisse, ut ipsi conciliaretur; futurus illi in posterum omnis consilii atque incepti consors fidelis.* His auditis, tanta lætitia incessit *Barcam*, et quia magna fiducia juvenis accesserat, et quod miram in sermonibus simplicitatem præ se ferebat; ut non solum in societatem omnium consiliorum lubens illum admitteret, sed filiam quoque suam ei se daturum jurejurando confirmaret, dummodo in fide populi Carthaginiensis perpetuo maneret. Icto fœdere, venit *Narava* cum Numidis quibus imperabat, circiter bis mille. *Amilcar*, hac manu

10 λίους. Ὁ δ᾽ Ἀμίλκας, προσγενομένης αὐτῷ τῆς χειρὸς A. U. 515.
ταύτης, παρετάξατο τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ περὶ τὸν
Σπένδιον, συνάψαντες ἐπὶ ταὐτὸ τοῖς Λίβυσι, καὶ κα-
ταβάντες εἰς τὸ πεδίον, [x]συνέβαλον τοῖς Καρχηδονίοις.
11 Γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, ἐνίκων οἱ περὶ τὸν Ἀμίλ- Amilcar acie vincit rebelles.
καν· καλῶς μὲν τῶν θηρίων ἀγωνισαμένων, ἐπιφανεστάτην
12 δὲ τοῦ Ναραύα [y]παρασχομένου χρείαν. ὁ μὲν οὖν Αὐ-
τάριτος καὶ Σπένδιος διέφυγον· τῶν δὲ λοιπῶν ἔπεσον
13 μὲν εἰς μυρίους, ἑάλωσαν δὲ εἰς τετρακισχιλίους. ἐπι-
τελεσθέντος δὲ τοῦ κατορθώματος, Ἀμίλκας τοῖς μὲν
βουλομένοις τῶν αἰχμαλώτων μεθ᾽ ἑαυτοῦ συστρατεύειν,
ἐξουσίαν ἔδωκε, καὶ καθώπλιζε τοῖς ἀπὸ τῶν πολεμίων
14 σκύλοις· τοὺς δὲ μὴ βουλομένους ἀθροίσας παρεκάλει,
φάσκων, ἕως μὲν τοῦ νῦν συγγνώμην αὐτοῖς ἔχειν τῶν
ἡμαρτημένων· διὸ καὶ συγχωρεῖν τρέπεσθαι κατὰ τὰς
ἰδίας ὁρμὰς, οὗ ποτ᾽ ἂν ἕκαστος αὐτῶν προαιρῆται.
15 μετὰ δὲ ταῦτα διηπειλήσατο, μηθένα φέρειν ὅπλον
πολέμιον κατ᾽ αὐτῶν· ὡς, ἐὰν ἁλῷ τις, ἀπαραιτήτου
τευξόμενος τιμωρίας.

LXXIX. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς οἱ τὴν [z]Σαρδόνα νῆσον παραφυλάττοντες τῶν μισθοφόρων, ζηλώσαντες τοὺς περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον, ἐπιτίθενται Mercenarii in Sardinia deficiunt a Pœnis.
2 τοῖς ἐν τῇ νήσῳ Καρχηδονίοις. καὶ τὸν μὲν τότε παρ᾽
αὐτοῖς ὄντα βοήθαρχον Βώσταρον, συγκλείσαντες εἰς

[x] συνέβαλλον Aug. Reg. A. [y] παρεχομένου edd. cum Bav. Aug. Reg. B. C.
[z] Libri omnes τὴν Σαρδόνα τὴν νῆσον. Delevi posteriorem artic.

adauctus, copias ad pugnam educit. *Spendius* cum Afris se conjungit: juncti omnes in campum descendunt, et cum Carthaginiensibus confligunt. Fit pugna atrox: vincit *Amilcar:* nam et elephanti strenue certarant, et *Narava* insignem præ ceteris eo prælio operam navaverat. Evasere fuga *Autaritus* et *Spendius:* e reliquis desiderati sunt ad decem millia; capti ad quatuor. Hac victoria parta *Amilcar,* captivis qui secum militare vellent, potestatem ejus rei facit, et de spoliis cæsorum arma ipsis præbet. Qui recusabant, iis pro concione dixit: *eorum, quæ hactenus deliquissent, veniam se illis dare; idcirco etiam liberam facultatem omnibus tribuere abeundi quo sua quemque voluntas ferret. In posterum vero ne quod telum nocivum contra Carthaginienses quisquam eorum gestaret,* magnopere interminatus est, *Qui secus facere deprehensus foret; hunc, omni spe veniæ præcisa, grave supplicium manere.*

LXXIX. Per idem tempus mercenariorum præsidium quod in *Sardinia* insula erat, *Mathonis* ac *Spendii* exemplum secutum, adversus Carthaginienses, qui in insula erant, insurgit. *Bostarem* igitur auxiliorum præfectum, in arcem conclusum, cum suis popu-

A. U. 515. τὴν ἀκρόπολιν, μετὰ τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν ἀπέκτειναν.
αὖθις δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸν ἐξαποστειλάντων 3
μετὰ δυνάμεως Ἄννωνα, κἄπειτα καὶ τούτων τῶν δυ-
νάμεων ἐγκαταλειπουσῶν τὸν Ἄννωνα, καὶ μεταθεμένων
πρὸς σφᾶς· γενόμενοι [a]ζωγρείᾳ κύριοι τοῦ προειρημένου, 4
παραυτίκα τοῦτον μὲν ἀνεσταύρωσαν· μετὰ δὲ ταῦτα
[b]παραλελειμμένας ἐπινοοῦντες τιμωρίας, πάντας τοὺς ἐν
τῇ νήσῳ Καρχηδονίους στρεβλοῦντες ἀπέκτειναν· καὶ τὸ 5
λοιπὸν ἤδη ποιησάμενοι τὰς πόλεις ὑφ' ἑαυτοὺς, εἶχον
ἐγκρατῶς τὴν νῆσον, ἕως οὗ στασιάσαντες πρὸς τοὺς
[c]Σαρδονίους, ἐξέπεσον ὑπ' ἐκείνων εἰς τὴν Ἰταλίαν. Ἡ 6
μὲν οὖν Σαρδὼ τοῦτον τὸν τρόπον [d]ἀπηλλοτριώθη Καρ-
χηδόνος, [e]οὖσα νῆσος καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ πολυαν-
θρωπίᾳ καὶ τοῖς γεννήμασι διαφέρουσα. τῷ δὲ πολλοὺς, 7
καὶ πολὺν, ὑπὲρ αὐτῆς πεποιῆσθαι λόγον, οὐκ ἀναγκαῖον
ἡγούμεθ' εἶναι ταυτολογεῖν ὑπὲρ τῶν ὁμολογουμένων.

Omnis Sardinia deficit a Pœnis.

Μάθως δὲ καὶ Σπένδιος, ἅμα δὲ τούτοις Αὐτάριτος ὁ 8
Γαλάτης, ὑπιδόμενοι τὴν Ἀμίλκου φιλανθρωπίαν εἰς
τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ φοβηθέντες, μὴ τῷ τοιούτῳ
τρόπῳ ψυχαγωγηθέντες ὁρμήσωσι πρὸς τὴν ὑποδεικνυ-
μένην ἀσφάλειαν οἵ τε Λίβυες καὶ τὸ τῶν μισθοφόρων
πλῆθος· ἐβουλεύοντο, πῶς ἂν, καινοτομήσαντές τι τῶν
πρὸς ἀσέβειαν, εἰς τέλος ἀποθηριώσαιεν τὰ πλήθη πρὸς

In Africa rebelles commentis ducum suorum confirmantur.

[a] ζωγρίᾳ Vat. et Suidas. [b] παραλελειμμένας in παρηλλαγμ. mutandum censuerunt Casaub. et Gronov. [c] Σαρδωνίους Bav. [d] Vulgo cum aliis ἠλλοτριώθη. [e] Pro οὖσα, in Vat. Flor. et marg. Reg. A. est ὢν, quod indicare videtur, plane abfuisse olim participium, et pro Καρχηδόνος alios legisse Καρχηδονίων.

laribus interimunt. Deinde quum eodem Pœni, *Hannone* duce, novas copias misissent, atque etiam illæ Hannone relicto ad conjuratos se adjunxissent; vivi Hannonis potiti rebelles, confestim ipsum quidem in crucem agunt, Carthaginienses vero omnes, qui erant in insula, inusitatis atque exquisitis suppliciis cruciatos necant. Tum autem, urbium potentes facti, insulam vi obtinebant: donec, seditione inter ipsos et *Sardos* orta, in Italiam ab his sunt ejecti. Atque hoc modo *a Carthagine alienata* est *Sardinia:* insula, et magnitudine, et frequentia hominum, et fructuum proventu præstans. Sed quia de illa multi jam multa scripserunt, necessarium non duximus, super re, de qua dubitat nemo, aliis dicta reponere. Ceterum *Matho, Spendius,* et una cum his Gallus *Autaritus,* suspectam illam humanitatem habebant, qua usus Amilcar erat erga captivos. Itaque veriti, ne et Afri et pars magna mercenariorum ea arte deliniti, ostensam sibi impunitatem cupide amplecterentur; habito concilio deliberant, qui possent aliquo insigni ad impietatem facinore edito, multitudinem adversus

9 τοὺς Καρχηδονίους. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς συναθροῖσαι τοὺς πολλούς. γενομένου δὲ τούτου, γραμματοφόρον εἰσήγαγον, ὡς ἀπεσταλμένον ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Σαρδόνος
10 αἱρετιστῶν. ἡ δ' ἐπιστολὴ διεσάφει, τόν τε Γέσκωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας, οὓς παρεσπόνδησαν ἐν τῷ Τύνητι, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, φυλάττειν ἐπιμελῶς· ὡς πραττόντων τινῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου τοῖς Καρχηδο-
11 νίοις ὑπὲρ τῆς τούτων σωτηρίας. Λαβόμενος δὲ τῆς ἀφορμῆς ταύτης ὁ Σπένδιος, πρῶτον μὲν παρεκάλει, μὴ πιστεύειν τῇ ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ τοῦ τῶν Καρχηδονίων
12 γεγενημένῃ φιλανθρωπίᾳ πρὸς τοὺς αἰχμαλώτους. οὐ γὰρ σῶσαι προαιρούμενον αὐτὸν ταῦτα βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ἁλόντων, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐκείνων ἀφέσεως ἡμῶν ἐγκρατῆ γενέσθαι σπουδάζοντα· πρὸς τὸ, μή τινας, ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς ἅμα τιμωρήσασθαι, πιστεύσαντας
13 αὐτῷ. πρὸς δὲ τούτοις φυλάττεσθαι παρῄνει, μὴ, [f] προέμενοι τοὺς περὶ τὸν Γέσκωνα, καταφρονηθῶσι μὲν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, μεγάλα δὲ βλάψωσι τὰς ἰδίας πράξεις, ἄνδρα τοιοῦτον καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν ἐάσαντες διαφυγεῖν, ὃν εἰκὸς ἐχθρὸν αὐτοῖς ἔσεσθαι φοβερώτατον.
14 Ἔτι δὲ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, παρῆν ἄλλος γραμματοφόρος, ὡς ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ Τύνητος ἀπεσταλμένος, παραπλήσια τοῖς ἐκ τῆς Σαρδόνος διασαφῶν.

A. U. 515.

Spendius irritat rebelles.

LXXX. Ἐφ' οἷς Αὐτάριτος ὁ Γαλάτης ἐπιβαλὼν,

[f] Mendose προεμένους MSS. omnes et edd. ante Casaub.

Carthaginienses penitus efferare. Placuit ergo, milites in unum convocari: quo facto, in hunc cœtum introducitur tabellarius cum epistola, quasi ab ejusdem sectæ hominibus, qui in Sardinia erant, missus. Erat autem in epistola scriptum, *custodirent magna cura Gesconem, et ceteros qui cum illo erant omnes, quibus*, ut ante ostendimus, *Tunete fidem violaverant: esse enim in exercitu nonnullos, qui cum Carthaginiensibus secreta consilia ad eos liberandos inierint.* Hac occasione arrepta, *Spendius* primum hortatur suos, *ne in ea humanitate, quam Pœnus captivis exhibuisset, spem ullam salutis ponerent. Non enim id illum spectasse hoc consilio, ut captos servaret; sed id potius egisse, ut illis dimittendis, nos omnes in potestatem redigat, et sic non aliquos, sed omnes nos simul, si fidem illi habuerimus, supplicio afficiat. Ad hæc cavendum* admonet, *ne, Gescone dimisso, ludibrium hostibus debeant, et præterea rebus suis plurimum incommodent, si talem virum, ducem egregium, quem par sit credere inimicum ipsis futurum maxime terribilem, siverint evadere.* Hæc adhuc loquebatur *Spendius*, cum ecce alium tabellarium, qui se ab iis missum, qui *Tunete* sedebant, fingens, literas idem cum Sardiniensibus dicentes adferebat.

LXXX. Posthæc verba fecit Autari-

A. U. 515. Autaritus Gallus sæva suadet.

μίαν, ἔφη, σωτηρίαν εἶναι τοῖς ἑαυτῶν πράγμασι, τὸ
πάσας ἀπογνῶναι τὰς ἐν Καρχηδονίοις ἐλπίδας. ἕως δ' 2
ἂν ἀντέχηταί τις τῆς ἐκείνων φιλανθρωπίας, οὐ δυνατὸν
αὐτοῖς ἀληθινὸν γενέσθαι τὸν τοιοῦτον σύμμαχον. διόπερ 3
ἠξίου, τούτοις πιστεύειν, τούτους ἀκούειν, τοῖς τοιούτοις
προσέχειν τὸν νοῦν, οἵτινες ἀεί τι τῶν ἀπεχθεστάτων
καὶ πικροτάτων εἰσαγγέλωσι κατὰ Καρχηδονίων· τοὺς
δ' ἐναντία τούτοις λέγοντας, προδότας καὶ πολεμίους
ἡγεῖσθαι παρῄνει. Ταῦτα δ' εἰπὼν, παρῄνει καὶ συνε- 4
βούλευε τόν τε Γέσκωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ συλλη-
φθέντας, καὶ τοὺς ὕστερον γενομένους αἰχμαλώτους τῶν
Καρχηδονίων, αἰκισαμένους ἀποκτεῖναι. πρακτικώτατος 5
δ' ἦν οὗτος ἐν ταῖς συμβουλίαις, διὰ τὸ πολλοὺς τὴν
φωνὴν αὐτοῦ συνιέναι. πάλαι γὰρ στρατευόμενος, ᾔδει 6
διαλέγεσθαι Φοινικιστί· ταύτῃ δέ πως οἱ πλεῖστοι συνε-
σαίνοντο τῇ διαλέκτῳ, διὰ τὸ μῆκος τῆς προγεγενημένης
στρατείας. διόπερ ἐπαινέσαντος αὐτὸν ὁμοθυμαδὸν τοῦ 7
πλήθους, οὗτος μὲν εὐδοκιμῶν ἀνεχώρησε. Πολλῶν δὲ 8
[g] προπορευομένων ἀφ' ἑκάστου γένους ἅμα, καὶ βουλο-
μένων αὐτὴν παραιτεῖσθαι τὴν αἰκίαν, διὰ τὰς γεγενη-
μένας ἐκ τοῦ Γέσκωνος εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίας· [h] οὔτε
μὲν τῶν λεγομένων οὐθὲν ἦν συνετόν· ὡς ἂν ἅμα πολλῶν,
ἑκάστου δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον συμβουλεύοντος.

Sæviunt rebelles in humaniores.

[g] Casaubonus in προσπορ. mutavit. [h] Sic ex conject. posui. Vulgo omnes οὔτε μὴν, quod, si ab auctore est, indicaverit excidisse aliquid ante hæc verba.

tus Gallus, et, *salutem unicam rebus ipsorum esse*, ait, *si omni spei, quæ a Carthaginiensibus ostenderetur, penitus renuntiassent. Quamdiu namque aliquis illorum humanitatem respiceret, non posse eum, hoc animo præditum, veram cum ipsis societatem colere.* Monuit igitur, *eis crederent, eos audirent, iis auscultarent, qui inimicissimarum et acerbissimarum sententiarum adversus Carthaginienses auctores essent. Qui his contraria dicerent, pro hostibus ac proditoribus habendos.* Hæc locutus, hortari suadereque cœpit, ut *Gesconem, quique cum eo capti essent, nec non quotquot postea e Carthaginiensibus vivi in potestatem venissent, cruciatos omnes trucidarent.* Omnino autem vir hic in conciliis plurimum poterat, quod dicentem multi intelligerent. Nam et Punice loqui didicerat, longo militiæ usu; cujus linguæ plerique etiam, quod perdiu sub signis Pœnorum meruerant, familiaritatem aliquam contraxerant. *Autaritus* ergo, una voce laudatus a multitudine, magnam ex ea concione laudem reportavit. Quum autem ex omnibus nationibus multi prodiissent, qui propter egregia *Gesconis* in ipsos merita cruciatus saltem deprecari pro eo cuperent; multis simul verba facientibus, et unoquoque propriam gentis suæ loquelam usurpante, nihil poterat in-

9 [i]ἐπεὶ δὲ καὶ παρεγυμνώθη, διότι τὴν τιμωρίαν παραι- A. U. 515.
τοῦνται, καί τις ἐκ τῶν καθημένων εἶπεν, [k]ὅτι Βάλλε,
10 πάντας ἅμα κατέλευσαν τοὺς [l]προπορευθέντας. καὶ
τούτους μὲν, ὥσπερ ὑπὸ θηρίων διεφθαρμένους, ἐξέφερον
11 οἱ προσήκοντες. Τοὺς δὲ περὶ τὸν Γέσκωνα λαβόντες, Gesconem misere trucidant.
ὄντας εἰς ἑπτακοσίους, ἦγον ἐκ τοῦ χάρακος οἱ περὶ τὸν
Σπένδιον· καὶ προαγαγόντες βραχὺ πρὸ τῆς στρατοπε-
12 δείας, πρῶτον μὲν ἀπέκοπτον τὰς χεῖρας· ποιούμενοι
τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Γέσκωνος, ὃν βραχεῖ χρόνῳ πρότερον
ἐκ πάντων Καρχηδονίων προκρίναντες, ἀνέδειξαν μὲν
εὐεργέτην αὑτῶν, ἐπέτρεψαν δὲ περὶ τῶν ἀμφισβητου-
13 μένων. ἐπειδὴ δὲ τὰς χεῖρας ἀπέκοψαν, ἠκρωτηρίαζον
τοὺς ταλαιπώρους· κολοβώσαντες δὲ, καὶ συντρίψαντες
τὰ σκέλη, ἔτι ζῶντας ἔρριψαν εἴς τινα τάφρον.

LXXXI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τοῦ δυστυχήματος αὐ-
τοῖς ἀναγγελθέντος, ποιεῖν μὲν οὐδὲν εἶχον, ἐσχετλίαζον
δὲ, καὶ περιπαθεῖς γιγνόμενοι τῇ συμφορᾷ, πρὸς μὲν
Ἀμίλκαν καὶ τὸν ἕτερον τῶν στρατηγῶν Ἄννωνα πρεσ-
βευτὰς ἐξέπεμπον, δεόμενοι βοηθεῖν καὶ τιμωρεῖν τοῖς
2 ἠτυχηκόσι. πρὸς δὲ τοὺς ἠσεβηκότας, κήρυκας ἐξαπέ-
3 στελλον περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως. Οἱ δ' οὔτε Sæva alia consilia capiunt.
ἔδοσαν, προεῖπόν τε τοῖς παροῦσι, μήτε κήρυκα πέμπειν
πρὸς σφᾶς, μήτε πρεσβευτὴν, ὡς τῆς αὐτῆς κολάσεως
ὑπομενούσης τοὺς παραγενομένους, ἧς νῦν Γέσκων τέ-

[i] MSti omnes ἐπειδὴ, cui δὲ adjecit Casaubonus: nos δὴ in δὲ mutavimus.
[k] Abest partic. ὅτι a Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vocabulum πάντας alii cum βάλλε conjungunt. [l] Casaubonus in προσπορ. mutavit.

telligi. Ubi tandem intellectum est, supplicium istos deprecari, atque aliquis assidentium dixit, *Feri!* tum vero continuo cunctos, qui prodierant, lapidibus obruerunt. Et hos quidem, tanquam a bestiis interemtos, propinqui extulerunt. At *Gesconem* et reliquos captivos, numero ad septingentos, correptos, extra vallum ducit *Spendius:* et productis paullulum ante castra, manus primo præcidunt; initio facto a Gescone ipso, quem virum non multo ante, omnibus prælatum Carthaginiensibus, et bene meritum de se prædicaverant, et controversiarum suarum arbitrum legerant. Manibus præcisis, deartuant miseros: mutilatis crura suffringunt, et spirantes adhuc in fossam conjiciunt.

LXXXI. Carthaginienses, cognito horum infortunio, qui aliud nihil possent, lamentantes, tantisque malis ingemiscentes, ad *Amilcarem* et alterum ducem *Hannonem* legatos mittunt; orant, Reipublicæ ferant opem, et miseris cæde hostium parentent. Missi et caduceatores ad scelere impiatos, qui defunctorum cadavera tollerent. Sed illi neque hæc tradiderunt, et eos qui advenerant monuerunt, *ne vel caduceatorem postea ad se mitterent, vel legatum: si qui accederent, eodem*

A. U. 515. τεύχει. πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν ἐδογματοποίησαν καὶ παρ- 4
ήνεσαν ἑαυτοῖς, ὃν μὲν ἂν λάβωσι Καρχηδονίων, τιμω-
ρησαμένους ἀποκτείνειν· ὃν δ' ἂν τῶν συμμαχούντων
αὐτοῖς, ἀποκόψαντας τὰς χεῖρας, αὖθις [m] εἰς Καρ-
χηδόνα ἀποπέμπειν. ὃ δὴ καὶ διετέλεσαν ἐπιμελῶς
Animorum ulcera insanabilia. ποιοῦντες. Διόπερ εἰς ταῦτα βλέπων, οὐκ ἄν τις εἰπεῖν 5
ὀκνήσειεν, ὡς οὐ μόνον τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων, καί
τινα τῶν ἐν αὐτοῖς γεννωμένων ἑλκῶν καὶ φυμάτων
ἀποθηριοῦσθαι συμβαίνει, καὶ τελέως ἀβοήθητα γίγνε-
σθαι· πολὺ δὲ μάλιστα τὰς ψυχάς. ἐπί τε γὰρ τῶν 6
ἑλκῶν, ἐὰν μὲν [n] θεραπείαν τοῖς τοιούτοις προσάγῃ τις,
ὑπ' αὐτῆς ἐνίοτε ταύτης ἐρεθιζόμενα, θᾶττον ποιεῖται
τὴν νομήν· ἐὰν δὲ πάλιν ἀφῇ, κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν φύσιν
φθείροντα τὸ συνεχὲς, οὐκ ἴσχει παῦλαν, ἕως ἂν ἀφανίσῃ
τὸ ὑποκείμενον. ταῖς τε ψυχαῖς παραπλησίως τοιαῦται 7
πολλάκις ἐπιφύονται μελανίαι καὶ σηπεδόνες, ὥστε
μηδὲν ἀσεβέστερον ἀνθρώπου μηδὲ ὠμότερον ἀποτελεῖ-
σθαι τῶν ζώων. οἷς ἐὰν μὲν συγγνώμην τινὰ προσάγῃς 8
καὶ φιλανθρωπίαν, ἐπιβουλὴν καὶ παραλογισμὸν ἡγού-
μενοι τὸ συμβαῖνον, ἀπιστότεροι καὶ δυσμενέστεροι γίγ-
νονται πρὸς τοὺς φιλανθρωποῦντας. ἐὰν δὲ ἀντιτιμωρῇ· 9
[o] διαμιλλώμενοι τοῖς θυμοῖς, οὐκ ἔστι τὶ τῶν ἀπειρημένων
ἢ δεινῶν, ὁποῖον οὐκ ἀναδέχονται, σὺν καλῷ τιθέμενοι

[m] εἰς Καρχηδονίους edd. ex Bav. [n] θεραπείαν dedi cum Reg. C. et Reiskio. Vulgo omnes θεραπείας. [o] διαμιλλώμενος edd. cum Bav. Aug. Reg. A. C.

supplicii genere cum Gescone perituros. Decretum deinde, multum sese invicem hortati, in posterum faciunt; *quicumque Carthaginiensium captus fuerit, hunc se cruciatum occisuros; quicumque e sociis illorum, hunc præcisis manibus ad Carthaginienses remissuros.* Idque postea magna cura semper servarunt. Hæc igitur intuens aliquis, merito dixerit, non corpora solummodo hominum, et quæ in iis nascuntur *ulcera* tuberaque nonnulla aliquando efferari, ut prorsus fiant *insanabilia:* sed multo etiam magis hoc idem *animis* evenire. Et in ulceribus quidem, si curationem ita affectis admoveas, illa ipsa irritatum nonnumquam malum, tanto serpit velocius: rursus si curatio omittatur, proxima quæque loca corrumpendo, ut natura est horum ulcerum, non ante finem faciunt, quam corpori subjecto perniciem attulerint. Similiter in animis quoque fuligines quædam ingenerantur, ac tabes ejusmodi, ut nullum animal inveniri possit, quod impietate atque crudelitate homo non superet. His si veniam delictorum dare et humanitatem præstare velis; dolum ac fraudem subesse rati, minus etiam quam antea fidei habent, et acrioribus odiis eos persequuntur, a quibus fuerint humanitate provocati. Sin vicissim ultum eas; intendunt furorem, nec ullum est tantum nefas, nullum scelus tam abominandum, quo se non

τὴν τοιαύτην τόλμαν· τέλος δ᾽ ἀποθηριωθέντες, ἐξέ- A. U. 515.
10 στησαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Τῆς δὲ διαθέσεως ἀρχ- Animorum ulcera insanabilia.
ηγὸν μὲν καὶ μεγίστην μερίδα νομιστέον, ἔθη μοχθηρὰ
καὶ τροφὴν ἐκ παίδων κακήν· συνεργὰ δὲ καὶ πλείω,
μέγιστα δὲ τῶν συνεργῶν, τὰς ἀεὶ τῶν προεστώτων
11 ὕβρεις καὶ πλεονεξίας. ἃ δὴ τότε συνέβαινε καὶ περὶ
μὲν τὸ σύστημα τῶν μισθοφόρων, ἔτι δὲ μᾶλλον περὶ
τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν, ὑπάρχειν.

LXXXII. Ἀμίλκας δὲ, δυσχρηστούμενος τῇ τῶν πο- Pœnorum duces Amilcar et Hanno.
λεμίων ἀπονοίᾳ, τὸν μὲν Ἄννωνα πρὸς ἑαυτὸν ἐκάλει·
πεπεισμένος, ἀθροισθέντων ὁμοῦ τῶν στρατοπέδων, θᾶττον
2 ἐπιθήσειν τέλος τοῖς ὅλοις. τῶν δὲ πολεμίων οὓς ποτε
κρατήσειε, τοὺς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, τοὺς δὲ
ζωγρείᾳ πρὸς αὐτὸν εἰσαναχθέντας, ὑπέβαλλε τοῖς
θηρίοις· μίαν ὁρῶν λύσιν ταύτην, εἰ δυνηθείη τοὺς ἐχ-
3 θροὺς ἄρδην ἀφανίσαι. Δοκούντων δὲ τῶν Καρχηδονίων Amilcar et Hanno discordes inter se.
ἐπικυδεστέρας ἐλπίδας ἔχειν ἤδη κατὰ τὸν πόλεμον,
γίγνεταί τις ὁλοσχερὴς καὶ παράδοξος περὶ αὐτοὺς
4 παλίρροια τῶν πραγμάτων. οἵ τε γὰρ στρατηγοὶ συν-
ελθόντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ, διεστασίασαν πρὸς σφᾶς ἐπὶ
τοσοῦτον, ὥστε μὴ μόνον τοὺς κατὰ τῶν ἐχθρῶν παραλι-
πεῖν καιροὺς, ἀλλὰ καὶ κατὰ σφῶν αὐτῶν πολλὰς
ἀφορμὰς διδόναι τοῖς ὑπεναντίοις, διὰ τὴν πρὸς ἀλλή-
5 λους φιλονεικίαν. ἃ δὴ καὶ συνέντες οἱ Καρχηδόνιοι, τῷ

obligent, laudi ducentes talem audaciam; donec tandem prorsus efferati, hominum exuant naturam. Non est autem dubitandum, provenire hunc animorum habitum a malis moribus, et prava a teneris educatione. Sed adjuvantes caussæ sunt vel plures: inter quas omnes principem locum tenent injuriæ a magistratibus illatæ ac rapinæ. Id quod tunc temporis, cum in universo mercenariorum corpore, tum in illorum maxime ducibus, locum habuerat.

LXXXII. *Amilcar*, per hanc desperatam hostium audaciam magnis difficultatibus conflictatus, *Hannonem* ad se vocat: persuasus, si omnes copiæ in unum cogerentur, universo bello facilius posse finem imponi. Hostium dehinc quotquot in ipsius potestatem veniebant, vel in ipso discrimine interficiebat, vel, si capti adducti fuissent, feris objiciebat; unicum ratus esse tot malorum remedium, si ad internecionem hostes posset delere. Quum autem viderentur Carthaginienses longe meliore jam spe de hoc bello niti posse; ingenti atque mirabili mutatione facta, res illorum sublabi retro cœperunt. Nam et duces, simulac fuerunt una, eo discordiarum venerunt, ut non solum rei bene gerendæ tempora omitterent, verum etiam mutuam ob invidiam occasiones multas sibi nocendi darent hostibus. Quod ubi Carthaginienses animadverterunt;

A. U. 515.

Commeatus Pœnorum perit naufragio.

μὲν ἑνὶ τῶν στρατηγῶν ἀπαλλάττεσθαι προσέταξαν· τῷ
δ' ἑτέρῳ μένειν, ὃν ἂν αἱ δυνάμεις προκρίνωσιν. Ἅμα 6
δὲ τούτοις καὶ τὰς παρακομιζομένας ἀγορὰς ἐκ τῶν
παρ' αὐτοῖς καλουμένων [p] Ἐμπορείων, ἐφ' αἷς εἶχον τὰς
μεγίστας ἐλπίδας περί τε τῆς τροφῆς καὶ τῶν ἄλλων
ἐπιτηδείων, διαφθαρῆναι συνέβη κατὰ θάλατταν ὁλο-
σχερῶς ὑπὸ χειμῶνος. τὰ δὲ κατὰ τὴν Σαρδόνα, καθάπερ 7
ἐπάνω προεῖπον, ἐτύγχανεν ἀπηλλοτριωμένα, μεγάλας
αὐτοῖς ἀεί ποτε χρείας παρεχομένης τῆς νήσου ταύτης

Hippo et Utica deficiunt ad rebelles.

κατὰ τὰς περιστάσεις. Τὸ δὲ μέγιστον, ἡ τῶν Ἱπ- 8
πακριτῶν καὶ τῶν Ἰτυκαίων ἀπέστη πόλις, αἵ τινες
ἐτύγχανον μόναι τῶν κατὰ τὴν Λιβύην οὐ μόνον τὸν
ἐνεστῶτα πόλεμον ἀναδεδεγμέναι γενναίως, ἀλλὰ καὶ
τοὺς κατ' Ἀγαθοκλέα καιροὺς καὶ τὴν Ῥωμαίων ἔφοδον
εὐγενῶς ὑπομεμενηκυῖαι, καὶ συλλήβδην οὐδέ ποτε βε-
βουλευμέναι Καρχηδονίοις οὐδὲν ὑπεναντίον. τότε δὲ, 9
χωρὶς τῆς ἀλόγου πρὸς τοὺς Λίβυας ἀποστάσεως, καὶ
[q] διὰ τῆς μεταθέσεως εὐθέως τούτοις μὲν τὴν μεγίστην
οἰκειότητα καὶ πίστιν ἐναπεδείξαντο, πρὸς δὲ τοὺς Καρ-
χηδονίους ἀπαραίτητον ὀργὴν ἐνεστήσαντο καὶ μῖσος.
τοὺς μὲν γὰρ παραβεβοηθηκότας αὐτοῖς παρ' ἐκείνων, 10
ὄντας εἰς πεντακοσίους, καὶ τὸν ἡγεμόνα τούτων, ἀπο-
κτείναντες ἅπαντας ἔῤῥιψαν κατὰ τοῦ τείχους, τὴν δὲ
πόλιν ἐνεχείρισαν τοῖς Λίβυσι· τοῖς γε μὴν Καρχηδο-

[p] Ἐμπορίων Aug. Reg. A. Ἐμποριῶν h. l. Flor. [q] An ἀπὸ τῆς μεταθέσεως ?

ducem alterum abire, alterum remanere, quem exercitus elegissent, jusserunt. Præterea eodem tempore contigit, ut commeatus, qui ex *Emporiis*, id loci apud Afros est nomen, advehebantur, in quibus spes ferme omnes cum de alimentis, tum de aliis exercitui necessariis, collocatas habebant, tempestate in mari coorta, funditus perirent. Jam et *Sardinia*, ut ante commemoravimus, imperio eorum erat subtracta; quæ insula semper antea, necessariis Reipublicæ temporibus, maximo usui ipsis fuerat. Cumulus vero malorum fuit, quod et *Hippacritarum* et *Uticensium* civitates defecerunt; quæ solæ, ex omnibus totius Africæ, non solum præsens bellum generoso animo sustinuerant, sed etiam temporibus Agathoclis, et cum Romani Africam invaserunt, fortiter restiterant; atque uno verbo Rempubl. Carthaginiensium nulla unquam re læserant. Tunc vero, non contentæ sine ulla idonea caussa ad Afros defecisse, in ipsa etiam statim defectione pro conjunctissimis ac fidelissimis erga istos se gesserunt, adversum Carthaginienses vero inexpiabilem iram atque odium susceperunt. Nam trucidatis omnibus qui Carthagine illis suppetias fuerant missi, numero fere quingentis, ac de muro dejectis, urbes Afris tradiderunt; ne sepeliendi qui-

νίοις οὐδὲ θάψαι συνεχώρησαν τοὺς ἠτυχηκότας αἰτου- A. U. 515.
11 μένοις. Τούτων δὲ συμβαινόντων, οἱ μὲν περὶ τὸν Μάθω
καὶ Σπένδιον, ἐπαρθέντες τοῖς συμβεβηκόσι, πολιορκεῖν
12 [r] ἐνεχείρησαν αὐτὴν τὴν Καρχηδόνα. Βάρκας δὲ, παρα-
λαβὼν Ἀννίβαν τὸν στρατηγόν· τοῦτον γὰρ ἐξαπέστειλαν
οἱ πολῖται πρὸς τὰς δυνάμεις, ἐπεὶ τὸν Ἄννωνα τὸ
στρατόπεδον ἔκρινε δεῖν ἀπαλλάττεσθαι, κατὰ τὴν ὑπὸ
τῶν Καρχηδονίων αὐτοῖς δοθεῖσαν ἐπιτροπὴν περὶ τὰς γε-
13 νομένας τῶν στρατηγῶν στάσεις πρὸς ἀλλήλους· διόπερ
Ἀμίλκας, ἔχων τοῦτόν τε καὶ Ναραύαν, ἐπῄει τὴν
χώραν, διακλείων τὰς χορηγίας τοῖς περὶ τὸν Μάθω
καὶ Σπένδιον· μεγίστην αὐτῷ παρεχομένου χρείαν περί
14 τε ταῦτα καὶ τἄλλα Ναραύα τοῦ Νομάδος. Τὰ μὲν
οὖν περὶ τὰς ὑπαίθρους δυνάμεις, ἐν τούτοις ἦν.

Rebelles Carthaginem obsident.

LXXXIII. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, περικλειόμενοι παν-
ταχόθεν, ἠναγκάζοντο καταφεύγειν ἐπὶ τὰς συμμα-
2 χίδας πόλεις. Ἐπιστὰς δὲ Ἱέρων ἀεὶ μέν ποτε κατὰ
τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, μεγάλην ἐποιεῖτο σπουδὴν εἰς
3 πᾶν τὸ παρακαλούμενον ὑπ' αὐτῶν. τότε δὲ καὶ μᾶλλον
ἐφιλοτιμεῖτο, πεπεισμένος συμφέρειν ἑαυτῷ καὶ πρὸς τὴν
ἐν Σικελίᾳ δυναστείαν, καὶ πρὸς τὴν Ῥωμαίων φιλίαν,
τὸ σώζεσθαι Καρχηδονίους· ἵνα μὴ παντάπασιν ἐξῇ τὸ
προτεθὲν [s] ἀκονιτὶ συντελεῖσθαι τοῖς ἰσχύουσι· πάνυ
φρονίμως καὶ νουνεχῶς λογιζόμενος. οὐδέ ποτε γὰρ χρὴ

Hiero juvat Pœnos.

[r] ἐπιχείρησαν Bav. [s] ἀκοννητὶ h. l. edd. et scripti omnes, præter Reg. B.

dem occisos potestate facta Carthaginiensibus, qui id petebant. Itaque his successibus elati *Matho* et *Spendius*, de Carthaginis ipsius obsidione cogitarunt. At *Barca*, secum assumto *Hannibale* duce: (hunc enim populus proficisci ad copias jusserat, posteaquam exercitus, accepta a Carthaginiensibus potestate cognoscendi de controversiis inter duces, expedire pronuntiasset ut castris Hanno excederet:) *Barca*, inquam, hunc secum habens, et *Naravam*, regionem incursabat, commeatibus *Mathonem* et *Spendium* intercludens: in quo, ut in ceteris rebus omnibus, multam et fidelem ei operam Numida Narava præbuit. Et earum quidem copiarum quæ foris erant, hic tum fuit status.

LXXXIII. At Carthaginienses, undique circumclusi, ad socias civitates confugere cogebantur. Et *Hiero* quidem, animum ad eam rem advertens, toto quidem belli tempore studiose quidquid rogaverant ipsis contulerat: tum vero impensiore etiam studio in eam curam incumbebat; persuasus, *expedire sibi, cum ad suum in Sicilia dominatum firmandum, tum ad Romanorum amicitiam, saluti Carthaginiensium esse consultum; ne in potestate præpotentium penitus foret, quidquid libuisset, nemine adversante facere.* In quo prudenter omnino et sapienter

A. U. 515.

Nec Romani desunt Pœnis.

τὰ τοιαῦτα παρορᾷν· οὐδὲ τηλικαύτην οὐδενὶ συγκατα-
σκευάζειν δυναστείαν, πρὸς ἣν οὐδὲ περὶ τῶν ὁμολογου-
μένων ἐξέσται δικαίων ἀμφισβητεῖν. Οὐ μὴν, ἀλλὰ 5
καὶ Ῥωμαῖοι, τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια,
προθυμίας οὐδὲν [t] ἀπέλειπον. Ἐν ἀρχαῖς μὲν γὰρ ἐγέ- 6
νετό τις ἀμφισβήτησις ἐξ ἀμφοῖν, διά τινας τοιαύτας
αἰτίας. τῶν Καρχηδονίων τοὺς πλέοντας ἐξ Ἰταλίας εἰς 7
Λιβύην, καὶ χορηγοῦντας τοῖς πολεμίοις, καταγόντων
ὡς αὐτοὺς, καὶ σχεδὸν ἀθροισθέντων τούτων εἰς τὴν
φυλακὴν εἰς τοὺς πεντακοσίους, ἠγανάκτησαν οἱ Ῥω-
μαῖοι. Μετὰ δὲ ταῦτα διαπρεσβευσάμενοι, καὶ κομι- 8
σάμενοι διὰ λόγου πάντας, ἐπὶ τοσοῦτον εὐδόκησαν,
ὥστε παραχρῆμα τοῖς Καρχηδονίοις ἀντιδωρήσασθαι
τοὺς ὑπολειπομένους παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτους ἐκ τοῦ
περὶ Σικελίαν πολέμου. ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ καιροῦ πρὸς 9
ἕκαστα τῶν παρακαλουμένων ἑτοίμως καὶ φιλανθρώπως
ὑπήκουον. διὸ καὶ πρὸς μὲν τοὺς Καρχηδονίους ἐπέ- 10
τρεψαν τοῖς ἐμπόροις ἐξαγαγεῖν αἰεὶ τὸ κατεπεῖγον,
πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους ἐκώλυσαν. μετὰ δὲ ταῦτα, τῶν 11
μὲν ἐν τῇ Σαρδόνι μισθοφόρων, καθ' ὃν καιρὸν ἀπὸ τῶν
Καρχηδονίων ἀπέστησαν, ἐπισπωμένων αὐτοὺς ἐπὶ τὴν
νῆσον, οὐχ ὑπήκουσαν· τῶν δ' Ἰτυκαίων ἐγχειριζόντων
σφᾶς, οὐ προσεδέξαντο· τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συν-
θήκας δίκαια. Καρχηδόνιοι μὲν οὖν, τῆς παρὰ τῶν 12

[t] ἀπέλιπον Aug. Flor. et Bav. ex pr. scriptura.

rem reputavit. Numquam enim ejusmodi principia contemnere oportet, neque tanta cuiquam adstruenda est potentia, ut cum eo postea ne de manifesto quidem jure tuo disceptare ex æquo queas. At enimvero etiam *Romani*, fœderis leges servantes, nulla in re iis deerant: quamquam initio quidem controversia quædam inter duos hosce populos, ejusmodi fere ob caussam, contigerat. Eos qui ex Italia in Africam navigabant, et commeatus hostibus comportabant, in suos portus Carthaginienses deduxerant: jamque prope quingentos id genus homines carceribus inclusos tenebant; cum Romani graviter succensere illis eo nomine cœperunt. Sed iidem, missis legatis, ubi rogatu suo omnes recepissent; gratum adeo id officium habuerunt, ut extemplo Carthaginiensibus ipsi vicissim donarent quotquot adhuc restabant penes ipsos captivi e bello in Sicilia gesto. Ab eoque tempore promte benigneque Romani omnia illis tribuebant, quæ postulassent. Idcirco etiam, mercatoribus suis facta potestate, ut ad Carthaginienses necessaria exportarent; ne ad eorundem hostes accederent, vetuerunt. Ac postea mercenarios, qui in *Sardinia* fidem mutaverant, et in insulam ipsos vocabant, audire noluerunt. *Uticenses* quoque, tradentes sese ipsis, quo fœderis legibus starent, non admiserunt. Carthaginienses igitur, amicorum, quos

προειρημένων φίλων τυγχάνοντες ἐπικουρίας, ὑπέμενον A. U. 515.
τὴν πολιορκίαν.

LXXXIV. Τοῖς δὲ περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον, οὐχ A. U. 516.
2 ἧττον πολιορκεῖσθαι συνέβαινεν, ἢ πολιορκεῖν. εἰς τοι-
αύτην γὰρ αὐτοὺς οἱ περὶ τὸν Ἀμίλκαν ἔνδειαν καθ-
ίστασαν τῶν ἐπιτηδείων, ὥστ' ἀναγκασθῆναι τέλος αὐτοὺς
3 διαλῦσαι τὴν πολιορκίαν. μετὰ δέ τινα χρόνον, ἀθροί-
σαντες τῶν τε μισθοφόρων τοὺς ἀρίστους καὶ Λιβύων,
τοὺς ἅπαντας εἰς πεντακισμυρίους, μεθ' ὧν ἦν [u]Ζάρζας
ὁ Λίβυς, ἔχων τοὺς ὑφ' αὑτὸν ταττομένους, ὥρμησαν
αὖθις ἀντιπαράγειν ἐν τοῖς ὑπαίθροις, καὶ τηρεῖν τοὺς
4 [v]περὶ τὸν Ἀμίλκαν. τῶν μὲν οὖν πεδινῶν τόπων ἀπεί-
χοντο, καταπεπληγμένοι τὰ θηρία, καὶ τοὺς περὶ τὸν
Ναραύαν ἱππεῖς· τοὺς δ' ὀρεινοὺς καὶ στενοὺς ἐπειρῶντο
5 προκαταλαμβάνειν. ἐν οἷς καιροῖς συνέβη ταῖς μὲν
ἐπιβολαῖς καὶ τόλμαις μηδὲν αὐτοὺς λείπεσθαι τῶν
ὑπεναντίων, διὰ δὲ τὴν ἀπειρίαν πολλάκις ἐλαττοῦσθαι.
6 Τότε γὰρ ἦν, ὡς ἔοικε, συνιδεῖν ἐπ' αὐτῆς ἀληθείας,
πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικὴ, καὶ [x]στρα-
τηγικὴ δύναμις, ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρα-
7 τιωτικῆς. πολλοὺς μὲν γὰρ αὐτῶν ἐν ταῖς κατὰ μέρος
χρείαις ἀποτεμνόμενος, καὶ συγκλείων ὥσπερ ἀγαθὸς
8 πεττευτὴς, [y]ἅμα καὶ διέφθειρε. [z]πολλοὺς δ' ἐν τοῖς

Rebelles premit Amilcar.

Ars imperatoria quantum præstet rudi audaciæ.

[u] Variant libri, Ζαίζας, Ζάρζας, Ζάρξας. [v] Sic correxi cum Reisk. Mendose vulgo omnes ἐπὶ pro περὶ. [x] πρακτικὴ Bav. Aug. Reg. A. [y] Acute Reiskius ἀμαχεὶ suspicatus est. [z] πολλοὺς δ' ὡς ἐν editi, inde ab Hervag. cum Aug. et Reg. A.

diximus, opibus sublevati, obsidionem tolerabant.

LXXXIV. *Matho* vero ac *Spendius* non minus obsidebantur quam obsidebant. Tanta enim rerum omnium inopia eos premebat *Amilcar*, ut tandem obsidione desistere cogerentur. Paulo post vero, selectis fortissimis quibusque ex mercenariorum et Afrorum numero, coactisque ad L millibus hominibus, in quibus et *Zarzas* Afer erat cum suis; expeditionem repetere, et e regione hostium longo agmine suos ducere, atque Amilcarem observare instituunt. Ac planis quidem locis, metu bestiarum et equitatus Naravæ, abstinebant: montana vero et arcta occupare conabantur. Quo tempore, molitionibus quidem ac fortitudine nihil deteriores Pœnis, propter imperitiam tamen bellicæ disciplinæ sæpe vincebantur. Tum nempe in ipsa re, ut mihi quidem videtur, cernere licuit, *peritia ratione nitens arsque imperatoria quantum præstet temeritati usuique militari arte carenti.* Nam multos passim, qui minoribus agminibus exierant, intercipiens *Amilcar*, et tamquam aleator bonus circumveniens, absque pugna trucidabat:

A. U. 516. ὁλοσχερέσι κινδύνοις, τοὺς μὲν, εἰς ἐνέδρας ἀνυπονοήτους
ἐπαγόμενος, ἀνήρει· τοῖς δ' ἀνελπίστως καὶ παραδόξως,
ποτὲ μὲν μεθ' ἡμέραν, ποτὲ δὲ νύκτωρ, ἐπιφαινόμενος
ἐξέπληττεν· ὧν ὅσους λάβοι ζωγρείᾳ, πάντας [a] παρέ-
βαλλε τοῖς θηρίοις. Τέλος δ' ἐπιστρατοπεδεύσας αὐτοῖς 9
ἀνυπονοήτως, ἐν τόποις ἀφυέσι μὲν πρὸς τὴν ἐκείνων
χρείαν, εὐφυέσι δὲ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, εἰς τοῦτ'
ἤγαγε περιστάσεως, ὥστε, μήτε διακινδυνεύειν τολ-
μῶντας, μήτ' ἀποδρᾶναι δυναμένους, διὰ τὸ τάφρῳ καὶ
Fame pressi rebelles se mutuo vorant. χάρακι περιειλῆφθαι πανταχόθεν, τέλος ὑπὸ τοῦ λιμοῦ
συναγομένους, ἐσθίειν ἀλλήλων ἀναγκασθῆναι· τοῦ δαι- 10
μονίου τὴν οἰκείαν ἀμοιβὴν αὐτοῖς ἐπιφέροντος, τῇ πρὸς
τοὺς πέλας ἀσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ. πρὸς μὲν γὰρ τὸν 11
κίνδυνον οὐκ ἐτόλμων ἐξιέναι, προδήλου τῆς ἥττης καὶ
τῆς τιμωρίας τοῖς ἁλισκομένοις ὑπαρχούσης· περὶ δὲ
διαλύσεως οὐδ' ὑπενόουν ποιεῖσθαι μνήμην, συνειδότες
σφίσι τὰ πεπραγμένα. προσανέχοντες δ' ἀεὶ ταῖς ἐκ 12
τοῦ Τύνητος βοηθείαις, διὰ τὰς τῶν ἡγουμένων ἐπαγ-
γελίας, πᾶν ὑπέμενον ποιεῖν κατὰ σφῶν αὐτῶν.

LXXXV. Ἐπεὶ δὲ κατεχρήσαντο μὲν ἀσεβῶς τοὺς
αἰχμαλώτους, τροφῇ ταύτῃ χρώμενοι, κατεχρήσαντο δὲ
τὰ δουλικὰ τῶν σωμάτων, ἐβοήθει δ' ἐκ τοῦ Τύνητος
οὐδείς· τότε, προδήλου τῆς αἰκίας διὰ τὴν περικάκησιν 2
ἐκ τῶν πολλῶν τοῖς ἡγεμόσιν ὑπαρχούσης, ἔκριναν οἱ

[a] Alii vulgo παρέβαλε.

multos, ubi majoribus copiis res agebatur, in inopinatas insidias adductos, tollebat: aliis præter suam spem et opinionem modo noctu, modo interdiu, superveniens, terrorem incutiebat; e quibus si quos caperet vivos, bestiis omnes objiciebat. Tandem ex improviso deprehensos in loco ipsis quidem incommodo, sibi vero et suo exercitui opportuno, quum castris admotis obsedisset, eo necessitatis adegit, ut, qui neque prælii aleam subire auderent, neque effugere valerent, fossa valloque cincti undique, urgente ad extremum *fame sese mutuo vorare* cogerentur: hanc vicem numine divino rependente impietati et immanitati, qua in alios erant usi. Nam ad certamen quidem exire, manifestam cladem certaque captis supplicia prævidentes, non audebant: pacis vero ut mentionem facerent, quod præteritorum scelerum essent sibi conscii, ne venit quidem ipsis in mentem. Sed auxilia Tunete submittenda, propter pollicitationes ducum, semper exspectantes, dira omnia adversus se mutuo patrare sustinebant.

LXXXV. Ubi vero jam captivi, quos in usum alimenti, proh scelus! verterant, erant absumti, itemque servorum corpora deficiebant; nemine Tunete ad opem ferendam veniente, victa malis multitudine ac supplicia

A. U. 516.

περὶ τὸν Αὐτάριτον καὶ Ζάρζαν καὶ Σπένδιον ἐγχει-
ρίζειν ἑαυτοὺς τοῖς πολεμίοις, καὶ διαλαλεῖν περὶ δια-
3 λύσεως Ἀμίλκᾳ. Πέμψαντες οὖν κήρυκα καὶ λα-
βόντες συγχώρημα περὶ πρεσβείας, ἧκον, ὄντες δέκα,
4 πρὸς τοὺς Καρχηδονίους. πρὸς οὓς Ἀμίλκας ὁμολογίας
ἐποιήσατο τοιαύτας· ἐξεῖναι Καρχηδονίοις, ἐκλέξασθαι
τῶν πολεμίων, οὓς ἂν αὐτοὶ βούλωνται, δέκα· τοὺς δὲ
5 λοιποὺς ἀφιέναι μετὰ χιτῶνος. Γενομένων δὲ τούτων,
εὐθέως Ἀμίλκας ἔφη τοὺς παρόντας ἐκλέγεσθαι κατὰ
τὰς ὁμολογίας. τῶν μὲν οὖν περὶ τὸν Αὐτάριτον καὶ
Σπένδιον, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιφανεστάτων ἡγεμόνων,
6 τοῦτον τὸν τρόπον ἐκυρίευσαν οἱ Καρχηδόνιοι. Τῶν δὲ
Λιβύων, ἐπεὶ τὴν σύλληψιν ᾔσθοντο τῶν ἡγεμόνων, νο-
μισάντων αὐτοὺς παρεσπονδῆσθαι, διὰ τὸ τὰς συνθήκας
ἀγνοεῖν, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὁρμησάντων ἐπὶ τὰ
7 ὅπλα· περιστήσας αὐτοῖς Ἀμίλκας τά τε θηρία καὶ
τὴν λοιπὴν δύναμιν, ἅπαντας διέφθειρε, πλείους ὄντας
τῶν τετρακισμυρίων, περὶ τὸν τόπον τὸν Πρίονα καλού-
μενον· ὃν συμβαίνει, διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ σχήματος
πρὸς τὸ νῦν εἰρημένον ὄργανον, ταύτης τετευχέναι τῆς
προσηγορίας.

Amilcari dedit se Spendius.

Necatur multitudo rebellium.

Prion vel Serra, locus prope Carthag.

x. Illyrii, assumtis ex fœderis legibus septem Acarnanum navibus armatis, in altum provecti, juxta *Paxos* cum Achæorum classe prælium ineunt. Et *Acarnanes* quidem, cum his opposita Achaïcarum navium parte, æquo Marte rem gerentes, integri e dimicatione, exceptis virorum vulneribus, discesserunt. *Illyrii* vero, quaternis lembis simul colligatis, sic cum hostibus confligebant, ut de suis lembis securi, obliquos illos objiciendo, hostilem impetum adjuvarent. Sed postquam adversæ naves, perfossis impressione facta lembis, sese illigaverant; dum ipsæ impeditæ hærebant, ut ex quarum rostris vincti inter se lembi dependerent; tum vero Illyrii in tabulata *Achaicarum* navium insilientes, ob classiarii militis multitudinem superiores evadebant. Hac ratione quadriremes quatuor ab iis sunt captæ; quinqueremis una cum viris ipsis demersa: in qua *Marcus Cerynensis* erat, vir erga commune Achæorum omni officii genere semper, quoad vixit, egregie functus. Qui cum Acarnanibus dimicabant, secundam Illyriorum pugnam cernentes, freti navium suarum celeritate, quum secundus

A. U. 525.

αὐτεῖν, ἐπουρώσαντες, ἀσφαλῶς τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν
οἰκείαν ἐποιήσαντο. τὸ δὲ τῶν Ἰλλυριῶν πλῆθος, φρονη- 7
ματισθὲν ἐπὶ τῷ προτερήματι, λοιπὸν ἤδη ῥᾳδίως ἐχρή-
σατο τῇ πολιορκίᾳ, καὶ τεθαῤῥηκότως. Οἱ δὲ Κερκυ- 8
ραῖοι, [x] δυσελπιστήσαντες τοῖς ὅλοις ἐκ τῶν συμβεβη-
κότων, βραχὺν ἔτι χρόνον ὑπομείναντες τὴν πολιορκίαν,
συνέθεντο τοῖς Ἰλλυριοῖς, καὶ παρεδέξαντο φρουρὰν, καὶ
μετὰ τῆς φρουρᾶς Δημήτριον τὸν Φάριον. τούτων δὲ 9
πραχθέντων, εὐθέως οἱ τῶν Ἰλλυριῶν προεστῶτες ἀνή-
γοντο· καὶ κατάραντες εἰς τὴν Ἐπίδαμνον, ταύτην
πάλιν ἐπεβάλοντο πολιορκεῖν τὴν πόλιν.

Corcyra Illyriis se dedit.

Demetrius Pharius, Corcyræ præfectus.

BELLUM ROMANOR. ILLYRICUM.

XI. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς τῶν τὰς ὑπάτους
ἀρχὰς ἐχόντων Γνάϊος μὲν Φουλούϊος ἐξέπλει ναυσὶ
διακοσίαις ἐκ τῆς Ῥώμης· Αὖλος δὲ Ποστούμιος τὰς
πεζικὰς ἔχων δυνάμεις, ἐξώρμα. τὴν μὲν οὖν πρώτην 2
ἐπιβολὴν ἔσχε [y] πλεῖν ὁ Γνάϊος ἐπὶ τῆς Κερκύρας, ὑπο-
λαμβάνων ἔτι καταλήψεσθαι τὴν πολιορκίαν ἄκριτον.
ὑστερήσας δὲ [z] τοῦ καιροῦ, ὅμως ἐπὶ τὴν νῆσον ἔπλει, 3
βουλόμενος ἅμα μὲν ἐπιγνῶναι σαφῶς τὰ γεγονότα
περὶ τὴν πόλιν· ἅμα δὲ πεῖραν λαβεῖν τῶν παρὰ τοῦ
Δημητρίου προσαγγελλομένων. Ὁ γὰρ Δημήτριος ἐν 4
διαβολαῖς ὢν, καὶ φοβούμενος τὴν Τεύταν, [a] ἐπέμπετο
πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ἐπαγγελλόμενος, τήν τε πόλιν

Cn. Fulvius A. Postumius Coss.

Demetrius Pharius et Corcyrenses Romanis se tradunt.

[x] δυσελπιστήσαντες Vat. Flor. δυσελπίσαντες edd. cum aliis. [y] Mendose vett. libri πλεῖον. [z] τοῦ καιροῦ ex Reg. B. C. adscivi. Perperam veteres τὸν καιρὸν, cui Bav. τῶν καιρῶν superscripsit. [a] ἐπέμπετο Vat. Flor. ἔπεμπε edd. cum ceteris.

ventus vela impleret, patriam tuto repetunt. *Illyrii*, hac victoria superbi, de cetero facilem victoriam habuerunt, impune quidvis audentes. *Corcyrenses* vero, propter illa quæ acciderant, plane omni spe salutis dejecti, non amplius diu obsidione tolerata, pacem cum Illyriis faciunt, et præsidium in urbem suam recipiunt, ac simul cum eo *Demetrium Pharium*. Quibus rebus gestis, duces Illyriorum naves extemplo solvunt, et classe *Dyrrhachium* appulsa, ejus urbis obsidionem iterum moliuntur.

XI. Circa idem tempus *Cn. Fulvius Cos.* cum ducentarum navium classe, itemque alter Consul, *A. Postumius*, cum terrestribus copiis, Roma proficiscuntur. *Fulvio* erat animus ante omnia *Corcyram* petere; quod prius se illuc perventurum speraret, quam exitum obsidio haberet. Ac licet serum jam auxilium esset, ad insulam tamen accessit, cum ut propius omnia cognosceret, quæ ibi facta essent; tum ut, vera, an falsa essent, quæ de Demetrio nuntiabantur, disceret. *Demetrius* enim, nonnullis apud *Teutam* ipsum criminantibus, metuens ab illa sibi, ad Romanos miserat, qui pollicerentur, et

ἐγχειρεῖν, καὶ τὰ λοιπὰ πράγματα παραδώσειν, ὧν ἦν A. U. 525.
5 αὐτὸς κύριος. Οἱ δὲ Κερκυραῖοι, τὴν παρουσίαν τῶν
Ῥωμαίων ἀσμένως ἰδόντες, τήν τε φρουρὰν παρέδοσαν
τῶν Ἰλλυριῶν μετὰ τῆς τοῦ Δημητρίου γνώμης, αὐτοί
τε σφᾶς ὁμοθυμαδὸν ἔδωκαν παρακληθέντες εἰς τὴν τῶν
Ῥωμαίων πίστιν· μίαν ταύτην ὑπολαβόντες ἀσφάλειαν
αὐτοῖς ὑπάρχειν εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον πρὸς τὴν τῶν
6 Ἰλλυριῶν παρανομίαν. Ῥωμαῖοι δὲ, προσδεξάμενοι τοὺς
Κερκυραίους εἰς τὴν φιλίαν, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Ἀπολλωνίας,
ἔχοντες εἰς τὰ κατάλοιπα τῶν πραγμάτων ἡγεμόνα τὸν
7 Δημήτριον. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ Ποστούμιος
τὰς πεζικὰς διεβίβαζε δυνάμεις ἐκ τοῦ [b] Βρεντεσίου,
πεζοὺς μὲν εἰς δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ περὶ δισχιλίους.
8 ἅμα δὲ τῷ [c] προσέχειν ἑκατέρας ὁμοῦ τὰς δυνάμεις πρὸς
τὴν Ἀπολλωνίαν, ὁμοίως καὶ τούτων ἀποδεξαμένων καὶ Tum Apollonia et Dyrrhachium.
δόντων ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐπιτροπὴν, παραχρῆμα πάλιν
9 ἀνήχθησαν, ἀκούοντες πολιορκεῖσθαι τὴν Ἐπίδαμνον. οἱ
δ' Ἰλλυριοὶ συνέντες τὴν ἔφοδον τῶν Ῥωμαίων, οὐδενὶ
10 κόσμῳ λύσαντες τὴν πολιορκίαν, ἔφυγον. Ῥωμαῖοι δὲ
καὶ τοὺς Ἐπιδαμνίους παραλαβόντες εἰς τὴν πίστιν,
προῆγον εἰς τοὺς εἴσω τόπους τῆς Ἰλλυρίδος, ἅμα κατα-
11 στρεφόμενοι τοὺς [d] Ἀρδιαίους. συμμιξάντων δὲ πρεσ- Ardiæi subacti.
βευτῶν αὐτοῖς καὶ πλειόνων, οἱ παρὰ τῶν [e] Παρθεινῶν Partheni, Atintani Issæi, in fidem recepti.
ἧκον, ἐπιτρέποντες τὰ καθ' αὐτούς· δεξάμενοι τούτους

[b] Βρεντησίου edd. ex Bav. [c] προσελθεῖν iid. ex eod. [d] MSti omnes h. l. Σαρδιαίους. [e] Fors. Παρθηνῶν.

urbem se, et quæcunque alia in potestate haberet, ipsis traditurum. *Corcyrenses*, Romanorum adventu læti, præsidium Illyriorum consentiente *Demetrio* eis tradunt: deinde etiam, invicem cohortati, de communi cunctorum sententia, fidei Romanorum se dedunt: hanc solam rati superesse rationem, qua tuti in posterum ab Illyriorum injuriis forent. Romani, Corcyrensibus in amicitiam receptis, *Apolloniam* classe petunt, ducem ad peragenda reliqua *Demetrium* habentes. Inter hæc et *Postumius* terrestres copias Brundusio trajecit: pedites ad viginti millia, equitum duo millia. Uterque simul exercitus *Apolloniam* appulit; et statim eos Apolloniatæ pariter, ut Corcyrenses, in urbem receperunt, et Romanorum fidei se tradiderunt. Quo facto, e vestigio Consules, quod *Dyrrhachium* obsideri audierant, portu rursus solvunt. Illyrii, ubi adventare Romanos sensere, obsidione soluta effusam fugam capessunt. Dyrrhachinis quoque in fidem receptis, ad interiora Illyrici progrediuntur, subactis obiter *Ardiæis*. Adfuere mox plures legationes aliorum populorum; et in his etiam *Parthenorum*, nec non

A. U. 525. εἰς τὴν φιλίαν, παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς παρὰ τῶν
Ἀτιντάνων προσεληλυθότας, προῆγον ὡς ἐπὶ τὴν Ἴσσαν,
διὰ τὸ καὶ ταύτην ὑπὸ τῶν Ἰλλυριῶν πολιορκεῖσθαι τὴν
πόλιν. ἀφικόμενοι δὲ, καὶ λύσαντες τὴν πολιορκίαν, 12
προσεδέξαντο καὶ τοὺς Ἰσσαίους εἰς τὴν ἑαυτῶν πίστιν.
εἷλον δὲ καὶ πόλεις τινὰς Ἰλλυρίδας ἐν τῷ παράπλῳ 13
Damnum ad Nutriam acceptum. κατὰ κράτος· ἐν αἷς περὶ Νουτρίαν οὐ μόνον τῶν στρα-
τιωτῶν ἀπέβαλον πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν χιλιάρχων
τινὰς καὶ τὸν ταμίαν. ἐκυρίευσαν δὲ καὶ λέμβων εἴκοσι, 14
τῶν ἀποκομιζόντων τὴν ἐκ τῆς χώρας ὠφέλειαν. τῶν δὲ 15
πολιορκούντων τὴν Ἴσσαν, οἱ μὲν ἐν τῇ Φάρῳ διὰ τὸν
Δημήτριον ἀβλαβεῖς ἔμειναν· οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἔφυγον
Arbo opp. εἰς τὸν [f]Ἄρβωνα σκεδασθέντες. ἡ δὲ Τεῦτα πάνυ μετ' 16
Rizon opp. et fluv. ὀλίγων εἰς τὸν Ῥίζονα διεσώθη, πολισμάτιον εὖ πρὸς
ὀχυρότητα κατεσκευασμένον, ἀνακεχωρηκὸς μὲν ἀπὸ τῆς
θαλάττης, ἐπ' αὐτῷ δὲ κείμενον τῷ [g]Ῥίζονι ποταμῷ.
Demetrius a Romanis Illyrico præficitur. Ταῦτα δὲ πράξαντες, καὶ τῷ Δημητρίῳ τοὺς [h]πλείους 17
ὑποτάξαντες τῶν Ἰλλυριῶν, καὶ μεγάλην αὐτῷ περι-
θέντες δυναστείαν, ἀνεχώρησαν εἰς τὴν Ἐπίδαμνον ἅμα
τῷ στόλῳ καὶ τῇ πεζικῇ δυνάμει.

A. U. 526. Pax Illyriis data. XII. Γνάϊος μὲν οὖν Φουλούϊος εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέ-
πλευσε, τὸ πλεῖον ἔχων μέρος τῆς τε ναυτικῆς καὶ
πεζικῆς στρατιᾶς. ὁ δὲ Ποστούμιος, ὑπολειπόμενος τετ- 2
ταράκοντα σκάφη, καὶ στρατόπεδον ἐκ τῶν περικειμένων

[f] Ἀρβῶνα edd. invitis MStis. *Narbonem* Perrott. An Νάρβωνα, vel potius Νάρωνα? [g] Ῥίζωνα Aug. Reg. A. et mox Ῥίζωνι Aug. [h] πλείστους Vat. Aug. Reg. A.

Atintanum: qui omnes, quum se fidei Romanorum permitterent, sunt in amicitiam suscepti. Ita ventum ad *Issam* urbem, quæ et ipsa ab Illyriis oppugnabatur. Adventu Romanorum solutum est obsidium: Issæi in fidem recepti. Sed et per vim, dum oram illam prætervehuntur, ex Illyricis oppidis quædam Consules expugnavere: in his *Nutriam,* ad quam non solum multos milites, sed etiam tribunorum aliquos et Quæstorem amiserunt. Ceperunt autem et lembos viginti, qui fructus ex agris devehebant. Eorum qui *Issam* obsidebant, Pharii quidem in gratiam Demetrii immunes omni damno manserunt: reliqui omnes varie dissipati *Arbonem* confugerunt. Teuta cum paucis admodum *Rizonem* evasit: id nomen est oppiduli, egregie muniti, procul quidem a mari, ad ipsum vero *Rizonem fluvium* siti. His rebus gestis, Romani plerosque Illyrici populos *Demetrio* subjiciunt: magnoque illi dominatu tradito, utrumque exercitum *Dyrrhachium* reducunt.

XII. Romam inde *Cn. Fulvius,* cum majore parte navalium terrestriumque copiarum, est reversus. *Postumius* cum XL navibus longis est relictus;

A. U. 526.
Pax Illyriis data.

πόλεων ἀθροίσας, παρεχείμαζε· συνεφεδρεύων τῷ τε τῶν [i]Ἀρδιαίων ἔθνει, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς δεδωκόσιν ἑαυτοὺς
3 εἰς τὴν πίστιν. Ὑπὸ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν ἡ Τεῦτα διαπρεσβευσαμένη πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ποιεῖται συνθήκας, ἐν αἷς εὐδόκησε· Φόρους τε τοὺς διαταχθέντας οἴσειν, πάσης τε ἀναχωρήσειν τῆς Ἰλλυρίδος, πλὴν ὀλίγων τόπων· καὶ, τὸ συνέχον ὃ μάλιστα πρὸς τοὺς Ἕλληνας διέτεινε· [k]μὴ πλεύσειν πλέον ἢ δυσὶ λέμβοις
4 ἔξω τοῦ Λίσσου, καὶ τούτοις ἀνόπλοις. Ὧν συντελεσθέντων, ὁ Ποστούμιος μετὰ ταῦτα πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλε πρός τε τοὺς Αἰτωλοὺς καὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος· οἳ καὶ παραγενόμενοι, πρῶτον μὲν [l]ἀπελογίσαντο τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου, καὶ τῆς διαβάσεως, ἑξῆς δὲ τούτοις, τὰ πεπραγμένα διεξῆλθον, καὶ τὰς συνθήκας παρανέγνωσαν, ἃς [m]ἐπεποίηντο πρὸς τοὺς Ἰλλυριούς.
5 τυχόντες δὲ παρ' ἑκατέρου τῶν ἐθνῶν τῆς καθηκούσης φιλανθρωπίας, αὖθις ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κέρκυραν, ἱκανοῦ τινὸς ἀπολελυκότες φόβου τοὺς Ἕλληνας διὰ τὰς προ-
6 ειρημένας συνθήκας. οὐ γὰρ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσι, τότε
7 κοινοὺς ἐχθροὺς εἶναι συνέβαινε τοὺς Ἰλλυριούς. Ἡ μὲν οὖν πρώτη διάβασις Ῥωμαίων μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἰλλυρίδα καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς Εὐρώπης, ἔτι δ' ἐπιπλοκὴ μετὰ πρεσβείας εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα

Legatio Romana ad Græcos de rebus Illyricis.

[i] Ἀρδυαίων h. l. Bav. [k] καὶ μὴ πλεύσειν edd. ex Bav. [l] ἀπελογίσαντο correxit Casaub. cum esset ἀπελογήσ. [m] ἐπεποίηντο Vat. Flor. ἐποιήσαντο edd. cum cet.

et exercitu e circumjacentibus oppidis conscripto, in hiberna concessit, ita ut simul *Ardiæis* reliquisque populis, qui fidei Rom. se permiserant, esset præsidio. Sub initium veris *Teuta*, legatis ad Romanos missis, pacem hisce conditionibus cum illis sanxit: *Ut tributa, quæ ipsi imperarentur, quotannis penderet: ut toto Illyrico, paucis exceptis locis, cederet: et* (quo continetur id, quod ad Græcos maxime pertinebat) *ne pluribus quam duobus lembis, iisque inermibus, ultra Lissum navigare ei liceret.* Quibus rebus confectis, *Postumius* legatos ad Ætolos et Achæorum gentem mittit; qui caussas primum belli, et trajectionis Romanorum in illas partes, eis exponerent; deinde, quæ gesta erant, commemorarent; denique pacis leges, cum Illyriis initæ, in consessu illorum prælegerent. Legati, ea qua par erat comitate habiti ab utroque populo, *Corcyram* revertuntur; non mediocri metu liberatis Græciæ populis per prædictas pacis leges. Quippe ea tempestate, non horum aut illorum, sed in universum omnium Græcorum hostes erant Illyrii. *Prima* igitur *Romanorum cum exercitu in Illyricum, et partes illas Europæ, trajectio; primum item cum Græciæ populis per legationem commer-*

A. U. 526.

Romani Isthmicorum ludorum participes facti.

τόπους, τοιάδε καὶ διὰ ταύτας ἐγένετο τὰς αἰτίας. ἀπὸ 8 δὲ ταύτης τῆς καταρχῆς, Ῥωμαῖοι μὲν εὐθέως ἄλλους πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς Κορινθίους καὶ πρὸς Ἀθηναίους· ὅτε δὴ καὶ Κορίνθιοι πρῶτον ἀπεδέξαντο μετέχειν Ῥωμαίους τοῦ τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνος.

RES HISPANIENSES.

Asdrubal Novam Carthaginem condit.

XIII. Ἀσδρούβας δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους (ἐν γὰρ τούτοις ἀπελίπομεν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν) νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς χειρίζων τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν, ἔν τε τοῖς ὅλοις μεγάλην ἐποιεῖτο προκοπὴν, τήν τε παρὰ μέν τισι Καρχηδόνα, παρὰ δέ τισι Καινὴν πόλιν προσαγορευομένην κατασκευάσας, οὐ μικρὰ, μεγάλα δὲ συνεβάλλετο Καρχηδονίοις, εἰς πραγμάτων λόγον· καὶ μά- 2 λιστα διὰ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, πρός τε τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα, καὶ πρὸς τὰ κατὰ τὴν Λιβύην· περὶ ἧς ἡμεῖς, εὐφυέστερον καιρὸν λαβόντες, ὑποδείξομεν τὴν θέσιν αὐτῆς καὶ τὴν χρείαν, ἣν ἀμφοτέραις δύναται παρέχεσθαι ταῖς εἰρημέναις χώραις. Ὃν καὶ θεωροῦντες 3 Ῥωμαῖοι, μείζω καὶ φοβερωτέραν ἤδη συνιστάμενον δυναστείαν, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ πολυπραγμονεῖν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν. εὑρόντες δὲ σφᾶς ἐπικεκοιμημένους ἐν τοῖς 4 ἔμπροσθεν χρόνοις, καὶ [n] προϊεμένους εἰς τὸ μεγάλην χεῖρα κατασκευάσασθαι Καρχηδονίους, ἀνατρέχειν ἐπειρῶντο κατὰ δύναμιν.

Fœdus Romanorum cum Asdrubale.

Αὐτόθεν μὲν οὖν ἐπιτάττειν ἢ 5 πολεμεῖν οὐκ ἐτόλμων τοῖς Καρχηδονίοις, διὰ τὸ τὸν

[n] προϊεμένους revocavi ex Bav. quod Casaub. in προιεμένους mutavit. προΐμένους Flor. Aug. Reg. A. forsan ex προειμένους.

cium ejusmodi fuit, easque caussas habuit. Ab illo vero initio, mox deinde alii ad *Corinthios* atque *Athenienses* legati missi fuere a Romanis: eoque primum tempore a Corinthiis decretum est, ut *Isthmicorum Ludorum participes Romani* fierent.

XIII. Iisdem temporibus *Asdrubal*, (in eo namque eramus, cum a *rebus Hispaniæ* divertimus:) magna prudentia atque solertia provinciam administrans, cum aliis omnibus ad summam rerum proficiebat; tum urbe condita, quam alii *Carthaginem*, alii *Novam Urbem* nuncupant, magnum ad amplificandum Pœnorum imperium momentum attulerat. Nam, ut alia ne dicam, loci opportunitas maxima est, sive in Hispania, sive in Africa res sint gerendæ. Cujus urbis situm, et quanta illius queat esse utilitas ad utramque regionem, alibi commodiore loco declarabimus. Ubi animadvertere *Romani*, magnam hunc et jam terribilem consecutum esse potentiam; ipsi quoque aliquid in Hispania tentandi impetum cœperunt. Quumque ita judicarent, eo crevisse opes Carthaginiensium, quia ipsi hactenus profundo quodam somno capti omnem illarum rerum curam neglexerant; quod prius erat peccatum, emendare omnibus viribus studebant. Sed impræsentiarum quidem durius aliquid

ἀπὸ τῶν Κελτῶν φόβον ἐπικρέμασθαι τοῖς σφετέροις A. U. 526.
πράγμασι, καὶ μονονοὺ καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσδοκᾷν
6 τὴν ἔφοδον αὐτῶν. καταψήσαντες δὲ καὶ πραΰναντες τὸν
Ἀσδρούβαν, οὕτως ἔκριναν ἐγχειρεῖν τοῖς Κελτοῖς, καὶ
διακινδυνεύειν πρὸς αὐτούς· οὐδέ ποτ' ἂν ὑπολαμβά-
νοντες, οὐχ οἷον δυναστεῦσαι τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν,
ἀλλ' οὐδ' ἀσφαλῶς οἰκῆσαι τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, τού-
7 τους ἔχοντες ἐφέδρους τοὺς ἄνδρας. Διόπερ ἅμα τῷ,
διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν, ποιήσασθαι
συνθήκας, ἐν αἷς τὴν μὲν ἄλλην Ἰβηρίαν παρεσιώπων,
τὸν δὲ καλούμενον Ἴβηρα ποταμὸν οὐκ ἔδει Καρχηδονίους
ἐπὶ πολέμῳ διαβαίνειν, εὐθέως ἐξήνεγκαν τὸν πρὸς τοὺς
κατὰ τὴν Ἰταλίαν Κελτοὺς πόλεμον.

XIV. Ὑπὲρ ὧν δοκεῖ μοι χρήσιμον εἶναι, κεφαλαιώδη Res Gallicæ.
μὲν ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν, ἵνα τὸ τῆς προκατασκευῆς
οἰκεῖον [o] συνενώσωμεν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν· ἀνα-
δραμεῖν δὲ τοῖς χρόνοις ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ἐξ ὅτου κατέσχον
2 οἱ προειρημένοι τὴν χώραν. ἡγοῦμαι γὰρ τὴν περὶ αὐτῶν
ἱστορίαν οὐ μόνον ἀξίαν εἶναι γνώσεως καὶ μνήμης,
ἀλλὰ καὶ τελέως ἀναγκαίαν, χάριν τοῦ μαθεῖν, τίσι
μετὰ ταῦτα πιστεύσας ἀνδράσι καὶ τόποις Ἀννίβας
3 ἐπεβάλετο καταλύειν τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν. Πρῶτον Gallia Cisalpina.
δὲ περὶ τῆς χώρας ῥητέον, ποία τίς ἐστι, καὶ πῶς κεῖται

[o] *συσσώσωμεν* utique malim cum Ernest.

Carthaginiensibus imperare, aut bellum adversus eos movere, ob impendentem a Gallis metum, non audebant; quippe tantum non quotidie exspectabant nuncium de impetu ab his in Rom. imperium facto. Igitur mitigandum sibi esse deliniendumque *Asdrubalem* prius statuunt: atque ita Gallos aggrediendum, et acie cum ipsis dimicandum: quippe, dum a tergo sibi semper imminentes Gallos haberent, non dicam imperare Italiæ, sed ne patriam quidem sine periculo retinere se posse, arbitrabantur. Quapropter, icto per legatos *fœdere cum Asdrubale*, quo cavebatur, *ne Iberum amnem, bellandi consilio, transirent Pœni*, nulla interim reliquæ Hispaniæ mentione facta; extemplo *adversus Gallos Italiam incolentes* bellum suscepere.

XIV. De his *Gallis* operæ pretium mihi videtur, nonnihil commemorare; summatim illud quidem, quo servetur ratio ea, quæ ex instituto nostro, quod inde ab initio secuti sumus, propria est huic *Præparationi;* at paullo tamen altius repetita narratione ab eis temporibus, quibus illas regiones occupare cœperunt. Res namque illorum non solum scitu memoratuque dignas ducimus; sed etiam prorsus necessarias, ut cognosci deinceps queat, quibus viris, quibusve locis fretus *Hannibal* Romanorum imperium evertere sit aggressus. Sed *de regione ipsa*

πρὸς τὴν ἄλλην Ἰταλίαν. οὕτω γὰρ ἔσται καὶ τὰ περὶ τὰς πράξεις διαφέροντα [p]κατανοεῖν βελτίονα, ὑπογραφέντων τῶν περί τε τοὺς τόπους καὶ τὴν χώραν ἰδιωμάτων.

Italiæ figura triquetra.

4 Τῆς δὴ συμπάσης Ἰταλίας τῷ σχήματι τριγωνοειδοῦς ὑπαρχούσης, τὴν μὲν μίαν ὁρίζει πλευρὰν αὐτῆς, τὴν πρὸς ἀνατολὰς κεκλιμένην, ὅ τ' Ἰόνιος πόρος, καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ὁ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπος· τὴν δὲ πρὸς μεσημβρίαν καὶ δυσμὰς τετραμμένην, τὸ Σικελικὸν καὶ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος. 5 αὗται δ' αἱ πλευραὶ συμπίπτουσαι πρὸς ἀλλήλας, κορυφὴν ποιοῦσι τοῦ τριγώνου, τὸ προκείμενον ἀκρωτήριον τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν μεσημβρίαν, ὃ προσαγορεύεται μὲν [q]Κόκυνθος, διαιρεῖ δὲ τὸν Ἰόνιον πόρον καὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος. 6 τὴν δὲ λοιπὴν τὴν παρά τε τὰς ἄρκτους καὶ τὴν μεσόγαιαν παρατείνουσαν, ὁρίζει κατὰ τὸ συνεχὲς ἡ τῶν Ἄλπεων παρώρεια, λαμβάνουσα τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Μασσαλίας καὶ τῶν ὑπὲρ τὸ Σαρδῷον πέλαγος τόπων, παρήκουσα δὲ συνεχῶς μέχρι πρὸς τὸν τοῦ παντὸς Ἀδρίου μυχόν· πλὴν βραχέος, ὃ προκαταλήγουσα λείπει τοῦ μὴ συνάπτειν αὐτῷ. 7 παρὰ δὲ τὴν προειρημένην παρώρειαν, ἣν δεῖ νοεῖν ὡσανεὶ βάσιν τοῦ τριγώνου, παρὰ ταύτην ἀπὸ μεσημβρίας ὑπόκειται πεδία τῆς συμπάσης Ἰταλίας τελευταῖα πρὸς τὰς ἄρκτους, ὑπὲρ ὧν ὁ νῦν δὴ λόγος· ἀρετῇ καὶ μεγέθει διαφέροντα τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην, ὅσα πέπτωκεν ὑπὸ

[p] Vulgo omnes κατὰ τὸ νοεῖν. Correxi ex mente Casaub. et Reiskii. [q] Κόκινθος edd. invitis vett. libris.

prius nobis dicendum, qualis ipsa sit, et quomodo ad reliquam Italiam sita. Locorum enim et provinciæ universæ natura ob oculos posita, melius, quæ fuerint præcipue observanda in actionibus postea commemorandis, capias. Quum igitur *trigoni speciem Italia tota* referat; unum ejus latus, quod orientem spectat, Ionium mare et continuus illi sinus Adriaticus terminant; meridiei vero et occidenti obversum latus, Siculum Etruscumque mare. Qua se duo hæc latera contingunt, triquetræ figuræ vertex efficitur: estque ibi procurrens ex Italia meridiem versus promontorium, quod *Cocynthus* appellatur, quo separantur Ionium mare et Siculum pelagus. Reliquum latus, quod septentrionem spectat, et mediterranea prætexit, *Alpium* continua juga definiunt: quæ a *Massilia* et superjectis mari Sardoo locis incipiunt, indeque tractu perpetuo ad ultimum Adriatici sinus recessum extenduntur; nisi quod aliquantulo prius desinunt, quam mare contingant. Horum montium latus illud, quod meridiem spectat, pro basi trigoni accipiendum est: eique subjecti campi sunt, in ultima et maxime boreali parte Italiæ siti, de quibus nunc nobis sermo est; camporum omnium, quos nos quidem vel vidimus, vel fama novimus, tota Europa præstantissimi rebus omnibus, latissimeque

Figura et fines Galliæ Cisalpinæ.

8 τὴν ἡμετέραν ἱστορίαν. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ὅλον εἶδος καὶ
τῆς ταῦτα τὰ πεδία περιγραφούσης γραμμῆς τριγω-
νοειδές. τούτου δὲ τοῦ σχήματος τὴν μὲν κορυφὴν ἥ τε
τῶν Ἀπεννίνων καλουμένων ὀρῶν καὶ τῶν Ἀλπεινῶν σύμ-
πτωσις, οὐ μακρὰν ἀπὸ τοῦ [r] Σαρδῴου πελάγους ὑπὲρ
9 Μασσαλίας, ἀποτελεῖ. τῶν δὲ πλευρῶν παρὰ μὲν τὴν
ἀπὸ τῶν ἄρκτων, ὡς ἐπάνω προεῖπον, τὰς [s] Ἄλπεις αὐτὰς
ἐπὶ δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους παρήκειν συμ-
10 βαίνει. παρὰ δὲ τὴν ἀπὸ μεσημβρίας, τὸν Ἀπέννινον ἐπὶ
11 τρισχιλίους ἑξακοσίους. βάσεώς γε μὴν τάξιν λαμ-
βάνει τοῦ παντὸς σχήματος ἡ παραλία τοῦ κατὰ τὸν
Ἀδρίαν κόλπου· τὸ δὲ μέγεθος τῆς βάσεώς ἐστιν, ἀπὸ
πόλεως Σήνης ὡς ἐπὶ τὸν μυχὸν, ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους
12 σταδίους καὶ πεντακοσίους. ὥστε τὴν πᾶσαν περίμετρον
τῶν προειρημένων πεδίων, μὴ πολὺ λείπειν τῶν μυρίων
σταδίων.

Ubertas Galliæ Cisalpinæ.

XV. Περί γε μὴν τῆς ἀρετῆς, οὐδ' εἰπεῖν ῥᾴδιον.
σίτου τε γὰρ τοσαύτην ἀφθονίαν ὑπάρχειν συμβαίνει
κατὰ τοὺς τόπους, ὥστ' ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς πολ-
λάκις τεττάρων ὀβολῶν εἶναι τῶν πυρῶν τὸν Σικελικὸν
μέδιμνον, τῶν δὲ κριθῶν δυοῖν, τοῦ δ' οἴνου τὸν μετρητὴν
2 ἰσόκριθον. ἐλύμου γε μὴν καὶ κέγχρου τελέως ὑπερβάλ-
λουσα δαψίλεια γίγνεται παρ' αὐτοῖς. τὸ δὲ τῶν
βαλάνων πλῆθος τὸ γιγνόμενον ἐκ τῶν κατὰ διάστημα
δρυμῶν ἐν τοῖς πεδίοις, ἐκ τούτων ἄν τις μάλιστα

[r] Σαρδονίου edd. ex Bav. [s] Sic correxi cum Reisk. Vulgo omnes Ἄλπεις αὐτῶν.

patentes. Habet vero planities etiam ista figuram et ambitum similem trigono: cujus verticem contactus duorum montium facit, Apennini atque Alpium, non procul a Sardinio mari, supra Massiliam. Porro boreale hujus latus claudunt perpetua ipsarum *Alpium juga*, ut ante dicebamus, per M. P. CCLXXV: meridionale, *Apenninus*, patens in longitudinem CDL millia passuum. Locum baseos figuræ totius obtinet ora maritima Adriatici sinus, ab urbe *Sena* ad ultimum usque recessum per CCCXII millia et quingentos passus, atque amplius, progrediens. Ut non multum absit, quin universus ambitus dictæ planitiei, millia passuum colligat CIƆCCL.

XV. Quantum vero excellat rebus omnibus hic terrarum tractus, ne dici quidem satis potest. Jam primum, *frumenti* ea *copia* est, ut persæpe nostra hac ætate tritici medimnus Siculus obolis quatuor veneat, hordei duobus; *vini* metreta ejusdem pretii sit cum medimno hordei. *Panico* et *milio* adeo abundat, ut nihil supra. *Glans* quam larga copia in quercetis proveniat, quæ totis illis campis per intervalla cernuntur, sic facile intelli-

Ubertas Galliæ Cisalpinæ.

τεκμήραιτο· πλείστων γὰρ ὑϊκῶν ἱερείων κοπτομένων ἐν 3
Ἰταλίᾳ, διά τε τὰς εἰς τοὺς ἰδίους βίους, καὶ τὰς εἰς
τὰ στρατόπεδα παραθέσεις, τὴν ὁλοσχερεστάτην χο-
ρηγίαν ἐκ τούτων συμβαίνει τῶν πεδίων αὐτοῖς ὑπάρχειν.
περὶ δὲ τῆς κατὰ μέρος εὐωνίας καὶ δαψιλείας τῶν 4
πρὸς τὴν τροφὴν ἀνηκόντων οὕτως ἄν τις ἀκριβέστατα
κατανοήσειε· ποιοῦνται γὰρ τὰς καταλύσεις οἱ διο- 5
δεύοντες τὴν χώραν ἐν τοῖς πανδοχείοις, οὐ συμφωνοῦντες
περὶ τῶν κατὰ μέρος ἐπιτηδείων, ἀλλ' ἐρωτῶντες,
πόσου τὸν ἄνδρα δέχεται. ὡς μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πολὺ 6
παρίενται τοὺς καταλύτας οἱ [t] πανδοχεῖς, ὡς ἱκανὰ
πάντ' ἔχειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ἡμιασσαρίου· τοῦτο
δ' ἔστι τέταρτον μέρος ὀβολοῦ· σπανίως δὲ τοῦθ' ὑπερ-
βαίνουσι. τό γε μὴν πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὸ μέγεθος 7
[u] καὶ κάλλος τῶν σωμάτων, ἔτι δὲ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις
τόλμαν, ἐξ αὐτῶν τῶν πράξεων σαφῶς ἔσται καταμα-
θεῖν. Τῶν δ' Ἄλπεων ἑκατέρας τῆς πλευρᾶς, τῆς ἐπὶ 8
τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν, καὶ τῆς ἐπὶ τὰ προειρημένα πεδία
νευούσης, τοὺς βουνώδεις καὶ [x] γαιώδεις τόπους κατοι-
κοῦσι, τοὺς μὲν ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν καὶ τὰς ἄρκτους
ἐστραμμένους, Γαλάται Τρανσάλπινοι προσαγορευό-
μενοι· τοὺς δ' ἐπὶ τὰ πεδία, Ταυρίσκοι καὶ [y] Ἄγωνες,
καὶ πλείω γένη βαρβάρων ἕτερα. Τρανσάλπινοί γε 9
μὴν, οὐ διὰ τὴν τοῦ γένους, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ τόπου

Galli Alpini.

Galli Transalpini.

[t] πανδοκεῖς Flor. Aug. Reg. A. [u] καὶ τὸ κάλλος edd. ex Bav. [x] γεώδεις Flor. Aug. Reg. A. C. [y] Ἀγῶνες edd. invitis vett. libris. An Εὔγανες vel Εὐγανεῖς?

gas: nempe, quum plurimos Itali homines *porcos* mactent, tum ut privatim illis victitent, tum ut in usus exercituum reponant; maximam eorum copiam hæc planities subministrat. Omnium denique rerum ad victum necessariarum quanta sit vilitas atque abundantia, ex eo non male aliquis conjiciat. Scilicet qui per regionem iter faciunt, cum ad *caupones* divertunt, non paciscuntur de singulis rebus, quas cupiunt, particulatim; sed, *quanti quemque excipiant?* rogant. Atque illi ut plurimum, *præbituros se hospitibus necessaria omnia, ita ut desit nihil*, recipiunt, *semisse;* quæ oboli quarta pars est: idque pretium raro excedunt. *Incolarum* multitudinem, corporum magnitudinem ac pulchritudinem, nec non audaciam in bellis, res gestæ manifesto arguent. In utroque Alpium latere, tam eo quod Rhodanum fluvium, quam quod prædictos campos spectat, paullo humiliores colles depressioraque loca incolis frequentata sunt: versus Rhodanum atque septentrionem *Galli Transalpini*, qui vocantur, habitant; versus campos illos, *Taurisci* et *Agones*, [an *Euganes?*] et aliæ gentes barbaræ. *Transalpini* e

διαφορὰν προσαγορεύονται· τὸ γὰρ τρᾶνς ἐξερμηνευό-
μενόν ἐστι πέραν· διὸ τοὺς ἐπέκεινα τῶν Ἄλπεων, Τρανσ-
10 αλπίνους καλοῦσι. Τὰ δ' ἄκρα, διά τε τὴν τραχύ-
τητα καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐπιμενούσης ἀεὶ χιόνος, ἀοίκητα
[z] τέως ἐστί.

XVI. [a]Τὸν δ' Ἀπέννινον, ἀπὸ μὲν τῆς ἀρχῆς, τῆς Apenninus
ὑπὲρ Μασσαλίαν καὶ τῆς πρὸς τὰς Ἄλπεις συμπτώ- mons.
σεως, Λιγυστινοὶ κατοικοῦσι, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ Τυῤῥηνικὸν
πέλαγος πλευρὰν αὐτοῦ κεκλιμένην, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ
2 πεδία· παρὰ θάλατταν μὲν, μέχρι πόλεως [b]Πίσης, ἣ
πρώτη κεῖται τῆς Τυῤῥηνίας ὡς πρὸς τὰς δυσμάς· κατὰ
δὲ τὴν μεσόγαιαν, ἕως τῆς Ἀῤῥητίνων χώρας. ἑξῆς δὲ
3 Τυῤῥηνοί· τούτοις δὲ συνεχεῖς ἑκάτερον τὸ κλίμα νέ-
4 μονται τῶν προειρημένων ὀρῶν [c]Ὄμβροι. Λοιπὸν ὁ μὲν
Ἀπέννινος, ἀπέχων τῆς κατὰ τὸν Ἀδρίαν θαλάττης
σταδίους ὡσανεὶ πεντακοσίους, ἀπολείπει τὰ πεδία,
δεξιὸς ἀπονεύων, καὶ διὰ μέσης τῆς λοιπῆς Ἰταλίας
5 διήκων εἰς τὸ Σικελικὸν κατατείνει πέλαγος. τὸ δ' ἀπο-
λειπόμενον μέρος πεδινὸν τῆς πλευρᾶς, ἐπὶ θάλατταν
6 καὶ πόλιν καθήκει [d]Σήνην. Ὁ δὲ Πάδος ποταμὸς, ὑπὸ Padus flu-
δὲ τῶν ποιητῶν Ἠριδανὸς θρυλλούμενος, ἔχει μὲν τὰς vius.
πηγὰς ἀπὸ τῶν Ἄλπεων, ὡς πρὸς τὴν κορυφὴν μᾶλλον
τοῦ προειρημένου σχήματος· καταφέρεται δ' εἰς τὰ
7 πεδία, ποιούμενος τὴν ῥύσιν ὡς ἐπὶ μεσημβρίαν. ἀφικό-

[z] Fors. τελέως ἐστί. Reisk. [a] τὸ δ' Ἀπ. Bav. Aug. Reg. A. τῶν δ' Ἀπεννίνων Urb. Possis suspicari τοῦ δ' Ἀπεννίνου. [b] Πίσσης edd. ex Bav. [c] Mendose alii Ἴσομβροι. [d] Σήναν h. l. MSti. Hinc Σῆναν edd. inde ab Hervag.

re nomen habent: neque enim ad generis differentiam, sed quia trans Alpes habitant, sic Italis sunt dicti. Cacumina vero, propter locorum asperitatem, et altas nives ibi perennantes, a nemine adhuc coluntur.

XVI. *Apenninum*, inde a principio, quod supra Massiliam est, ubi Alpibus jungitur, *Ligures* habitant ex utroque latere, et quod Etruscum mare spectat, et quod illam, de qua diximus, planitiem; illic quidem, secundum mare, *Pisam* usque, primam Etruriæ urbem, occidentem versus; hinc vero, in mediterraneis, usque ad fines *Arretinorum*. Sequuntur *Etrusci*; et qui hos contingunt *Umbri*, dictorum montium latus utrumque inhabitantes. Dehinc idem Apenninus, distans a mari Adriatico circiter LXII millia passuum et quadringentos, relictis campis, deflectit ad dextram, et reliquam mediam Italiam secans, ad Siculum usque mare pertinet. Campi vero, quos relinqui dicebamus ab Apennino in hoc latere, ad mare et ad urbem *Senam* pertingunt. *Padus* fluvius, quem *Eridani* nomine poëtæ celebrant, oritur ex Alpibus, qua potissimum parte est figuræ supra expositæ vertex. Primo quidem cursu subjectos petit campos, in meridiem conversus: sed deinde,

Padus fluvius.

μενος δ' εἰς τοὺς ἐπιπέδους τόπους, ἐκκλίνας τῷ ῥεύματι, πρὸς ἕω φέρεται δι' αὐτῶν· ποιεῖ δὲ τὴν ἐκβολὴν δυσὶ στόμασιν εἰς τοὺς κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπους· τὸ δὲ πλεῖον ἀποτέμνεται μέρος τῆς πεδιάδος χώρας εἰς τὰς Ἄλπεις καὶ τὸν Ἀδριατικὸν μυχόν. ἄγει δὲ πλῆθος 8
ὕδατος, οὐδενὸς ἔλαττον τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποταμῶν· διὰ τὸ τὰς ῥύσεις, τὰς ἐπὶ τὰ πεδία νευούσας, ἀπό τε τῶν Ἄλπεων καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν εἰς τοῦτον ἐμπίπτειν ἁπάσας καὶ πανταχόθεν. μεγίστῳ δὲ καὶ 9
καλλίστῳ ῥεύματι φέρεται περὶ Κυνὸς ἐπιτολὴν, αὐξόμενος ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀνατηκομένων χιόνων ἐν τοῖς προειρημένοις ὄρεσιν. ἀναπλεῖται δ' ἐκ θαλάττης κατὰ 10
τὸ στόμα τὸ καλούμενον [e] Ὄλανα, σχεδὸν ἐπὶ δισχιλίους σταδίους. τὴν μὲν γὰρ πρώτην ἐκ τῶν πηγῶν ἔχει 11
ῥύσιν ἁπλῆν, σχίζεται δ' εἰς δύο μέρη κατὰ τοὺς προσαγορευομένους Τριγαβόλους· τούτων δὲ τὸ μὲν ἕτερον στόμα προσονομάζεται [f] Παδόα, τὸ δ' ἕτερον [g] Ὄλανα. κεῖται δ' ἐπὶ τούτῳ λιμὴν, οὐδενὸς τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν 12
ἧττω παρεχόμενος ἀσφάλειαν τοῖς ἐν αὐτῷ καθορμιζομένοις. παρά γε μὴν τοῖς ἐγχωρίοις ὁ ποταμὸς προσαγορεύεται Βόδεγκος. Τἄλλα δὲ τὰ περὶ τὸν ποταμὸν 13
τοῦτον ἱστορούμενα παρὰ τοῖς Ἕλλησι, λέγω δὴ τὰ περὶ Φαέθοντα καὶ τὴν ἐκείνου πτῶσιν, ἔτι δὲ τὰ δάκρυα τῶν αἰγείρων, καὶ τοὺς μελανείμονας τοὺς περὶ τὸν

[e] Alii Ὀλανα. [f] Παδόσα voluit Cluver. [g] Alii Ὄλανα.

planitiem ingressus, mutato in orientem cursu, per eam labitur, donec sinum Adriaticum duobus ostiis ingrediatur: ceterum universam planitiem ita dividit Padus, ut major longe pars ea sit, quæ ad Alpes et intimam Adriam porrigitur. Copia aquarum tanta, ut nulli Italicorum fluviorum concedat: quidquid enim aquarum in hosce campos sive ex Alpibus sive ex Apenninis montibus defluit, id omne undique in Padum illabitur. Fluit autem copiosissimus pulcerrimusque circa Caniculæ ortum, ubi liquatis in utroque monte nivibus augetur. Adscendunt in eo naves e mari, per ostium, cui *Olana* nomen est, ad millia passuum ducenta propemodum et quinquaginta. Nam primum quidem, inde a fontibus, unico fertur alveo; ubi vero ad *Trigabolos*, quos vocant, pervenit, in duo ostia funditur, quorum alteri nomen *Paduæ* [vel *Padusæ*,] est, alteri *Olanæ*; ubi portus est, nulli omnium quos habet sinus Adriaticus inferior, ad securitatem appellentibus præstandam. Indigenæ flumen hoc *Bodencum* nuncupant. Cetera quæ de *Pado* a Græcis sunt prodita: narrationem, inquam, de *Phaethonte*, et ejus casu; de *populorum arborum lacrymis*; de *atrata* ad hunc

ποταμὸν οἰκοῦντας, οὕς φασι τὰς ἐσθῆτας [h] εἰσέτι νῦν
14 φορεῖν τοιαύτας ἀπὸ τοῦ κατὰ Φαέθοντα πένθους· καὶ
πᾶσαν δὴ τὴν τραγικὴν καὶ ταύτῃ προσεοικυῖαν ὕλην,
ἐπὶ μὲν τοῦ παρόντος ὑπερθησόμεθα, διὰ τὸ μὴ λίαν
καθήκειν τῷ τῆς προκατασκευῆς γένει τὴν περὶ τῶν
15 τοιούτων ἀκριβολογίαν. μεταλαβόντες δὲ καιρὸν ἁρ-
μόττοντα, ποιησόμεθα τὴν καθήκουσαν μνήμην, καὶ μά-
λιστα διὰ τὴν Τιμαίου περὶ τοὺς προειρημένους τόπους
ἄγνοιαν.

Padus fluvius.

XVII. Πλὴν ταῦτά γε τὰ πεδία, τὸ παλαιὸν ἐνέ-
μοντο Τυῤῥηνοὶ, καθ' οὓς χρόνους καὶ τὰ Φλέγραια
ποτὲ καλούμενα τὰ περὶ Καπύην [i] καὶ Νώλην· ἃ δὴ
καὶ, διὰ τὸ πολλοῖς ἐμποδὼν εἶναι καὶ γνωρίζεσθαι,
2 μεγάλην ἐπ' ἀρετῇ δόξαν εἴληφε. διὸ καὶ τοὺς ἱστο-
ροῦντας τὰς Τυῤῥηνῶν δυναστείας, οὐ χρὴ ποιεῖσθαι τὴν
ἀναφορὰν ἐπὶ τὴν νῦν κατεχομένην ὑπ' αὐτῶν χώραν,
ἀλλ' ἐπὶ τὰ προειρημένα πεδία, καὶ τὰς ἐκ τούτων τῶν
3 τόπων ἀφορμάς. Οἷς ἐπιμιγνύμενοι κατὰ τὴν παράθεσιν
Κελτοὶ, καὶ περὶ τὸ κάλλος τῆς χώρας ὀφθαλμιάσαντες,
ἐκ μικρᾶς προφάσεως μεγάλῃ στρατιᾷ παραδόξως
ἐπελθόντες, ἐξέβαλον ἐκ τῆς περὶ τὸν Πάδον χώρας
4 Τυῤῥηνούς· καὶ κατέσχον αὐτοὶ τὰ πεδία. Τὰ μὲν οὖν
πρῶτα καὶ περὶ τὰς ἀνατολὰς τοῦ Πάδου κείμενα,

Etrusci superiore Italia pulsi a Gallis.

Galli Transpadani.

[h] ἰσέτι Flor. Reg. A. [i] Corrupte dant MSti περὶ Καπύην καὶ Νωληνάδην· καὶ διὰ τὸ πολλοῖς &c. tum in fine ἐπ' ἀρετῇ δόξαν εἰληφέναι. Casaubonus Νωληνάδην in Νώλην πεδία mutans, dein ante verba καὶ διὰ τὸ lacunæ notam interposuit. Mihi, cum Reiskio, leviori medicina indigere locus visus est.

amnem *gente*, quam dicunt etiamnunc vestitum illum servare a Phaëthontis luctu; et quæ sunt hujus generis tragicæ fabulæ aliæ, eas impræsentiarum missas facimus: neque enim Præparationi, cujusmodi hæc est, accuratior de talibus disputatio conveniat. In sequentibus vero, loco magis idoneo, maxime ut *Timæi* ignorantiam horum tractuum ostendamus, quoad satis erit, ista sumus persecuturi.

XVII. Istam igitur planitiem tenuere quondam *Etrusci:* quo tempore et *campos* circa Capuam ac Nolam, *Phlegræos* olim dictos, possederunt; quorum de præstantia, quoniam multis hi in medio positi cognitique sunt, satis etiam celebris apud omnes fama est. Idcirco, qui historias legunt de *principatibus Etruscorum*, eos oportet, non ad hanc ditionem quam nunc obtinent, oculos referre; verum ad illos, de quibus diximus, campos, et ad opes quas ista loca suppeditabant. Etruscorum finitimi erant *Galli,* et commercia cum eis frequentabant: deinde cupiditatis oculis in pulcerrimam planitiem adjectis, arrepta levi occasione, numeroso cum exercitu nihil cogitantes Etruscos invadunt, ex regione Circumpadana ejiciunt, atque ipsi planitiem illam occupant. Et prima quidem, quæ circa Padi exortus sita sunt, loca *Lai* [sive *Lævi*]

[k]Λάοι καὶ Λεβέκιοι, μετὰ δὲ τούτους [l]Ἴσομβρες κατ-
ῴκησαν, ὃ μέγιστον ἔθνος ἦν αὐτῶν· ἑξῆς δὲ τούτοις,
παρὰ τὸν ποταμὸν, [m]Γονομάνοι. τὰ δὲ πρὸς τὸν Ἀδρίαν 5
ἤδη προσήκοντα γένος ἄλλο πάνυ παλαιὸν διακατέσχε·
προσαγορεύονται δὲ Οὐένετοι, τοῖς μὲν ἔθεσι καὶ τῷ
κόσμῳ βραχὺ διαφέροντες Κελτῶν, γλώττῃ δ' ἀλλοίᾳ
χρώμενοι. περὶ ὧν οἱ τραγῳδιογράφοι πολύν τινα πε- 6

Galli Cispadani.

ποίηνται λόγον, καὶ πολλὴν διατίθενται τερατείαν. Τὰ 7
δὲ πέραν τοῦ Πάδου, τὰ περὶ τὸν Ἀπέννινον, πρῶτοι μὲν
[n]Ἄνανες, μετὰ δὲ τούτους Βοῖοι κατῴκησαν· ἑξῆς δὲ
τούτων ὡς πρὸς τὸν Ἀδρίαν, [o]Λίγγωνες· τὰ δὲ τελευ-
ταῖα πρὸς θαλάττῃ Σήνωνες. τὰ μὲν οὖν ἐπιφανέστατα 8
τῶν κατασχόντων τοὺς προειρημένους τόπους ἐθνῶν, ταῦθ'

Vitæ ratio Gallorum Cisalpinorum.

ὑπῆρχεν. Ὤικουν δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, τῆς 9
λοιπῆς κατασκευῆς ἄμοιροι καθεστῶτες. διὰ γὰρ τὸ 10
στιβαδοκοιτεῖν καὶ [p]κρεωφαγεῖν, ἔτι δὲ μηδὲν ἄλλο
πλὴν τὰ πολεμικὰ καὶ τὰ κατὰ γεωργίαν ἀσκεῖν,
ἁπλοῦς εἶχον τοὺς βίους· οὔτ' ἐπιστήμης ἄλλης, οὔτε
τέχνης παρ' αὐτοῖς τὸ παράπαν γινωσκομένης, ὕπαρξίς 11
γε μὴν ἑκάστοις ἦν θρέμματα καὶ χρυσὸς, διὰ τὸ μόνα
ταῦτα κατὰ τὰς περιστάσεις ῥᾳδίως δύνασθαι πανταχῇ
περιαγαγεῖν καὶ μεθιστᾶναι κατὰ τὰς αὐτῶν προαι-
ρέσεις. περὶ δὲ τὰς ἑταιρείας μεγίστην σπουδὴν ἐποι- 12

[k] Λαῖοι malim cum Cluv. Et *Laii* habet Perrot. [l] Ἴνσοβρες h. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A. et Urb. [m] Τονομάνοι h. l. mendose vett. libri. Κενομάνοι constanter Casaub. cum Reg. B. C. [n] Ἄνωνες Aug. Ἀνίανες Reg. B. Infra apud Nostrum, Ἀνάμαρες, et Ἄνδρες, idem populus dici videtur. [o] Λίγγωνες correxi cum Cluvero. Vulgo omnes Αἴγωνες. [p] κρεαφαγεῖν Urb. Vat.

occuparunt et *Lebecii* [vel *Libicii*]: hos sequebantur *Insubres*, gens inter omnes tunc maxima; deinde juxta fluvium *Cenomani.* Quod superest spatium ad Adriaticum sinum, alius populus longe antiquissimus obtinebat, *Venetos* vocant; sermone quidem diverso a Gallis utentes, ceterum moribus et cultu haud multum dissimiles. De his multam Tragici poëtæ mentionem fecerunt, multaque fabulantur. *Ultra Padum,* circa Apenninum, primi occurrunt *Ananes*, deinde *Boii;* post istos, versus Adriam, *Lingones;* postremi omnium, ad mare *Senones.* Atque hæ nobilissimæ sunt gentes inter illas, quæ prædictas regiones occuparunt. Habitabant autem vicatim sine muris, neque supellectilis ullum usum norant. Quippe simplex illis vivendi modus; ut quibus somnus in herbæ aut stramenti toro erat; alimonium, carnes potissimum; nec quidquam aliud curæ, nisi res bellicæ et agrorum cultus: nulla alia, neque scientia, neque ars, apud ipsos cognita. Opes singulorum erant in pecore et auro; quod sola hæc ad omnes fortunæ casus facile sit circumducere, ac pro arbitrio transferre. Sodalitatibus colendis præ-

οὖντο, διὰ τὸ καὶ φοβερώτατον καὶ δυνατώτατον εἶναι
παρ' αὐτοῖς τοῦτον, ὃς ἂν πλείστους ἔχειν δοκῇ τοὺς
θεραπεύοντας καὶ συμπεριφερομένους αὐτῷ.

XVIII. Τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς οὐ μόνον τῆς χώρας ἐπε- A. U. 364.
κράτουν· ἀλλὰ καὶ τῶν σύνεγγυς πολλοὺς ὑπηκόους Irruptiones Gallorum
2 ἐπεποίηντο, τῇ τόλμῃ καταπεπληγμένοι. Μετὰ δέ τινα in ditionem Romanam.
χρόνον μάχῃ νικήσαντες Ῥωμαίους καὶ τοὺς μετὰ τού-
των παραταξαμένους, ἑπόμενοι τοῖς φεύγουσι, τρισὶ τῆς
μάχης ἡμέραις ὕστερον κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην,
3 πλὴν τοῦ [q] Καπιτωλίου. γενομένου δ' ἀντισπάσματος,
καὶ τῶν Οὐενέτων [r] ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν,
τότε μὲν ποιησάμενοι συνθήκας πρὸς Ῥωμαίους, καὶ τὴν
4 πόλιν ἀποδόντες, ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. μετὰ δὲ
ταῦτα, τοῖς ἐμφυλίοις συνείχοντο πολέμοις· ἔνιοι δὲ καὶ
τῶν τὰς Ἄλπεις κατοικούντων ὁρμὰς ἐποιοῦντο, καὶ
συνηθροίζοντο πολλάκις ἐπ' αὐτούς, θεωροῦντες ἐκ παραθέ-
5 σεως τὴν παραγεγενημένην αὐτοῖς εὐδαιμονίαν. ἐν ᾧ
καιρῷ Ῥωμαῖοι τήν τε σφετέραν δύναμιν ἀνέλαβον, καὶ
τὰ κατὰ τοὺς Λατίνους αὖθις πράγματα συνεστήσαντο.
6 Παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν στρα- A. U. 393.
τεύματι μεγάλῳ, μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει
τριακοστῷ, τότε μὲν οὐκ ἐτόλμησαν ἀντεξαγαγεῖν Ῥω-
μαῖοι τὰ στρατόπεδα· διὰ τὸ, παραδόξου γενομένης τῆς
ἐφόδου, προκαταληφθῆναι, καὶ μὴ καταταχῆσαι τὰς

[q] Καπιτ. Vat. Flor. Aug. Reg. A. [r] ἐμβαλλ. Flor.

cipue studebant: is namque apud illos plurimum timetur, et potentissimus censetur, quem plurimi colunt, ex nutu illius ac voluntate pendentes.

XVIII. Ac principio quidem Galli non solum regionem illam obtinebant; sed multos etiam vicinorum populorum, audacia sua perterrefactos, parere sibi coëgerunt. Verum aliquanto post, parta de Romanis victoria, et aliis qui simul in acie contra ipsos steterant, per tres dies insecuti fugientes, ipsam mox *Romam* præter Capitolium *ceperunt*. Mox interveniente casu qui domum eos revocabat, quod Veneti ipsorum fines cum infesto exercitu erant ingressi, pace cum Romanis facta, urbeque ipsis reddita, ad suas sedes redierunt. Posthæc vero bella civilia Gallos exceperunt: nonnulli item Inalpini populi, conjunctis viribus, bella frequentia in eos moverunt; quum, ex comparatione rerum suarum, opes, quas illi sibi paraverant, animadverterent. Interea Romani priores recuperant vires, ac cum Latinis res componunt. *Annis* inde *elapsis triginta* ab occupata Urbe, iterum Galli magno cum exercitu *Albam usque* progrediuntur: cum quidem Romani, quod inopinata hac invasione ipsorum conatus hostis anteverterat, neque satis

A. U. 404. Irruptiones Gallorum in ditionem Romanor.

τῶν συμμάχων ἀθροίσαντας δυνάμεις. Αὖθις δ' ἐξ ἐπι- 7
βολῆς ἑτέρας, ἔτει δωδεκάτῳ μετὰ μεγάλης στρατιᾶς
ἐπιπορευομένων, προαισθόμενοι καὶ [s] συναγείροντες τοὺς
συμμάχους, μετὰ πολλῆς προθυμίας ἀπήντων, σπεύ-
δοντες συμβαλεῖν καὶ διακινδυνεῦσαι περὶ τῶν ὅλων. οἱ 8
δὲ Γαλάται καταπλαγέντες τὴν ἔφοδον αὐτῶν, καὶ δια-
στασιάσαντες πρὸς σφᾶς, νυκτὸς ἐπιγενομένης, φυγῇ
παραπλησίαν ἐποιήσαντο τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν οἰκείαν.

A. U. 426.

Ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ φόβου, [t] τριακαίδεκα μὲν ἔτη τὴν 9
ἡσυχίαν ἔσχον· μετὰ δὲ ταῦτα, συνορῶντες αὐξανο-
μένην τὴν Ῥωμαίων δύναμιν, εἰρήνην ἐποιήσαντο καὶ συν-
θήκας.

A. U. 455.

XIX. Ἐν αἷς ἔτη [u] τριάκοντα μείναντες ἐμπεδῶς, αὖθις
γενομένου κινήματος ἐκ τῶν Τρανσαλπίνων, δείσαντες
μὴ πόλεμος αὐτοῖς ἐγερθῇ βαρὺς, ἀπὸ μὲν αὐτῶν
ἔτρεψαν τὰς ὁρμὰς τῶν ἐξανισταμένων, [x] δωροφοροῦντες
καὶ προτιθέμενοι τὴν συγγένειαν· ἐπὶ δὲ Ῥωμαίους παρ-
ώξυναν, καὶ μετέσχον αὐτοῖς τῆς στρατείας. ἐν ᾗ τὴν 2
ἔφοδον ποιησάμενοι διὰ Τυῤῥηνίας, ὁμοῦ συστρατευσα-
μένων σφίσι Τυῤῥηνῶν, καὶ περιβαλόμενοι λείας πλῆθος,
ἐκ μὲν τῆς Ῥωμαίων ἐπαρχίας ἀσφαλῶς ἐπανῆλθον. εἰς 3
δὲ τὴν οἰκείαν ἀφικόμενοι, καὶ στασιάσαντες περὶ τὴν
τῶν εἰλημμένων πλεονεξίαν, τῆς τε λείας καὶ τῆς αὐτῶν

[s] συναγείραντες Flor. [t] τρισκαίδεκα edd. ex Bav. Sed τρία καὶ εἴκοσι, *viginti tria*, videtur rescribendum. [u] τετταράκοντα suspicatus est Reisk. [x] δωροφοροῦντες ex marg. edit. Hervag. adscivit Casaub. Scripti libri omnes δορυφοροῦντες.

cito sociorum auxilia contrahi potuerant, ire contra non sunt ausi. Sed *anno duodecimo* post, Gallis iterum magna vi eos invadentibus; re prius cognita, Romani, sociis contractis, magna cum alacritate obviam procedunt; manum conserere, et ad universæ rei dimicationem venire cupientes. Quo ipso territi Galli, quod occurrere Romanus auderet, dissidio etiam inter ipsos orto, insequenti nocte fugientibus similes domum retrocesserunt. Quietem post hæc *per annos tredecim* egerunt: deinde ut vident Romanorum incrementa, etiam pacem fœdusque cum illis icerunt.

XIX. *Triginta* jam *annos* pacem constanter servaverant, cum *Transalpinis* arma in ipsos moventibus, bellum pavescentes, quod perniciosum fore arbitrabantur; largitione munerum, et generis communione allegata, hostis jam concitati impetum a se amoliti, in Romanos eumdem irritarunt, atque adeo expeditionis comites ipsi fuerunt. Per fines Etruscorum, qui et ipsi expeditionis participes erant, incursione in Romanam ditionem facta, copiosa quidem præda potiti, sine periculo redierunt. Verum in patriam ubi rediissent, mutua cupiditate rerum captarum ad seditionem impulsi, et prædæ

4 δυνάμεως τὸ πλεῖστον μέρος διέφθειραν. τοῦτο δὲ σύνηθές
ἐστι Γαλάταις πράττειν, ἐπειδὰν σφετερίσωνταί τι τῶν
πέλας, καὶ μάλιστα διὰ τὰς ἀλόγους οἰνοφλυγίας καὶ
5 πλησμονάς. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν, ἔτει τετάρτῳ, A.U.458 sq.
συμφρονήσαντες ἅμα Σαυνῖται καὶ Γαλάται, [y] παρε- Galli in agro Camertæ
τάξαντο Ῥωμαίοις ἐν τῇ Καμερτίων χώρᾳ, καὶ πολλοὺς cædunt Romanos.
6 αὐτῶν ἐν τῷ κινδύνῳ διέφθειραν. ἐν ᾧ καιρῷ, προσφιλο-
νεικήσαντες πρὸς τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα [z] αὐτοῖς Ῥω-
μαῖοι, μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἐξῆλθον· καὶ συμβαλόντες Cæduntur a Romanis.
πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις ἐν τῇ τῶν Σεντινατῶν χώρᾳ πρὸς
τοὺς προειρημένους, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν, τοὺς
δὲ λοιποὺς ἠνάγκασαν προτροπάδην ἑκάστους εἰς τὴν
7 οἰκείαν διαφυγεῖν. Διαγενομένων δὲ πάλιν ἐτῶν [a] δέκα, A. U. 471.
παρεγένοντο Γαλάται μετὰ μεγάλης στρατιᾶς, πολιορ-
8 κήσοντες τὴν Ἀῤῥητίνων πόλιν. Ῥωμαῖοι δὲ παραβοηθή- L. Cæcilius prætor cadit in pugna.
σαντες, καὶ συμβαλόντες πρὸ τῆς πόλεως, ἡττήθησαν. ἐν
δὲ τῇ μάχῃ ταύτῃ Λευκίου τοῦ στρατηγοῦ τελευτή-
9 σαντος, Μάνιον ἐπικατέστησαν τὸν Κόριον. οὗ πρεσ-
βευτὰς ἐκπέμψαντος εἰς Γαλατίαν ὑπὲρ τῶν αἰχμα-
λώτων, παρασπονδήσαντες ἐπανείλοντο τοὺς πρέσβεις.
10 τῶν δὲ Ῥωμαίων ὑπὸ [b] τὸν θυμὸν ἐκ χειρὸς ἐπιστρατευ-
σαμένων, ἀπαντήσαντες [c] συνέβαλλον οἱ Σήνωνες καλού-
11 μενοι Γαλάται. Ῥωμαῖοι δ' ἐκ παρατάξεως κρατή- Delentur Senones Galli.

[y] παρετάξ. τοῖς Ῥωμ. Aug. Reg. A. Vulgo omnes ἐλάττωμα τοῖς Ῥωμαίοις. [z] αὐτοῖς Ῥωμαῖοι ex conject. posui. [a] An τριακαίδεκα? [b] τὸν θυμὸν vett. libri omnes. τοῦ θυμοῦ Casaub. cum Reg. B. C. [c] συνέβαλλον Aug. Reg. A. συνέβαλον edd. cum aliis.

et exercitus sui plurimam partem perdiderunt. Familiaris est hæc Gallis insania, quoties aliena rapuerunt, ubi præsertim mero ciboque sese ingurgitarunt. *Quarto* deinde *anno* conspirant inter se *Samnites* et *Galli*, et cum Romanis in *Camertium* finibus acie dimicant, magnamque eorum cædem faciunt. Quo quidem tempore Romani, clade accepta vehementius irritati, paucis diebus interjectis copias educunt: et omnibus legionibus in agro *Sentinati* cum eisdem Gallis inito prælio, partem illorum maximam obtruncant, reliquos effusa fuga in suam quemque patriam se recipere compellunt. Rursus *decem* elapsi erant *anni;* ecce iterum Gallos, magna belli mole *Arretium* parantes obsidere. Adsunt et Romani ad ferendam opem: sed ante urbem collatis signis, inferiores e pugna discedunt. Illo prælio quum occisus fuisset *Lucius* Prætor, in ejus locum *Manius Curius* est suffectus. Hic postmodum legatos de redemtione captivorum ad Gallos mittit: quos ipsi, datam fidem fallentes, necant. Tum ira accensi Romani, e vestigio copias educunt, et cum *Senonibus Gallis* obviam prodeuntibus conserunt manum.

A. U. 471. Delentur Senones Galli.

σαντες αὐτῶν, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ
λοιποὺς ἐξέβαλον· τῆς δὲ χώρας ἐγένοντο πάσης ἐγκρα-
τεῖς. εἰς ἣν καὶ πρώτην τῆς Γαλατίας ἀποικίαν ἔστειλαν 12

Sena colonia.

τὴν Σήνην προσαγορευομένην πόλιν, ὁμώνυμον οὖσαν τοῖς
πρότερον αὐτὴν κατοικοῦσι Γαλάταις· ὑπὲρ ἧς ἀρτίως 13
διεσαφήσαμεν, φάσκοντες αὐτὴν παρὰ τὸν Ἀδρίαν ἐπὶ
τῷ πέρατι κεῖσθαι τῶν περὶ τὸν Πάδον πεδίων.

Cæduntur Boii cum Etruscis ad Vadimonem lacum.

XX. Οἱ δὲ Βοῖοι, θεωροῦντες ἐκπεπτωκότας τοὺς Σή-
νωνας, καὶ δείσαντες περὶ σφῶν καὶ τῆς χώρας, μὴ
πάθωσι τὸ παραπλήσιον, ἐξεστράτευσαν πανδημεὶ παρα-
καλέσαντες Τυῤῥηνούς. ἀθροισθέντες δὲ περὶ τὴν Ὀάδ- 2
μονα προσαγορευομένην λίμνην, παρετάξαντο Ῥωμαίοις.
ἐν δὲ τῇ μάχῃ ταύτῃ, Τυῤῥηνῶν μὲν οἱ πλεῖστοι κατε- 3

A. U. 472. Rursus victi pacem petunt.

κόπησαν, τῶν δὲ Βοίων τελέως ὀλίγοι διέφυγον. Οὐ μὴν, 4
ἀλλὰ τῷ κατὰ πόδας ἐνιαυτῷ συμφρονήσαντες αὖθις οἱ
προειρημένοι, καὶ τοὺς ἄρτι τῶν νέων ἡβῶντας καθοπλί-
σαντες, παρετάξαντο πρὸς Ῥωμαίους. ἡττηθέντες δ' 5
ὁλοσχερῶς τῇ μάχῃ, μόλις εἶξαν ταῖς ψυχαῖς· καὶ
διαπρεσβευσάμενοι περὶ σπονδῶν καὶ διαλύσεων, συν-
θήκας ἔθεντο πρὸς Ῥωμαίους. Ταῦτα δὲ συνέβαινε γίγ- 6
νεσθαι τῷ τρίτῳ πρότερον ἔτει τῆς Πύῤῥου διαβάσεως εἰς
τὴν Ἰταλίαν, πέμπτῳ δὲ τῆς Γαλατῶν περὶ Δελφοὺς
διαφθορᾶς. ἐν γὰρ τούτοις ἡ τύχη τοῖς καιροῖς, ὡσανεὶ 7
λοιμικήν τινα πολέμου διάθεσιν ἐπέστησε πᾶσι Γαλά-
ταις. Ἐκ δὲ τῶν προειρημένων ἀγώνων, δύο τὰ κάλ- 8

Prælio superiores, maximam hostium partem cædunt, reliquos sedibus expellunt. Ita *potiti* universa *Senonum ditione*, primam in Galliam coloniam eo mittunt; quæ *Sena* dicitur, de eorum Gallorum nomine, qui prius tenuere. Fecimus nos paullo ante ejus mentionem, ostendimusque, ad Adriam esse sitam, in extrema planitie quam Padus irrigat.

xx. *Boii*, ut excidisse patria Senones vident, metu similis fortunæ, omnibus suis qui arma ferre poterant excitis, *Etruscis* etiam advocatis, adversus Romanos proficiscuntur. Postquam ad *Vadimonis lacum*, qui vocatur, copiæ universæ convenerant, acie instructa certamen ineunt. Cæsi sunt in eo prælio Etrusci plerique omnes: Boiorum oppido pauci evaserunt. Neque vero eo secius insequenti statim anno iidem populi iterum conspirationem faciunt; juventutem omnem, quicumque vix puberes essent, armant; et contra Romanos in aciem progrediuntur. A quibus victi, atque in totum profligati, ægre tandem animis cessere; petitaque per legatos pace et belli compositione, fœdus cum Romanis feriunt. Gesta hæc sunt triennio prius quam *Pyrrhus* in Italiam trajiceret: quinque annis ante *Delphicam Gallorum cladem*. Eo namque tempore ubique locorum fortuna Gallos, ceu pestilenti quodam sidere afflatos, bellis exercebat. *Romani* vero ex prædictis certaminibus

λιστα συνεκύρησε Ῥωμαίοις· τοῦ γὰρ κατακόπτεσθαι
συνήθειαν ἐσχηκότες ὑπὸ Γαλατῶν, οὐδὲν ἠδύναντο δεινό-
τερον ἰδεῖν, οὐδὲ προσδοκῆσαι, τῶν αὐτοῖς ἤδη πεπρα-
9 γμένων. ἐξ ὧν πρός τε Πύῤῥον ἀθληταὶ τέλειοι γεγο-
10 νότες τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων συγκατέστησαν. [d]τήν τε
τῶν Γαλατῶν τόλμαν ἐν καιρῷ καταπληξάμενοι, λοιπὸν
ἀπερισπάστως τὸ μὲν πρῶτον πρὸς Πύῤῥον περὶ τῆς
Ἰταλίας ἐπολέμουν· μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς Καρχηδονίους
ὑπὲρ τῆς τῶν Σικελιωτῶν ἀρχῆς διηγωνίζοντο.

A. U. 472. Bellis Gallicis durantur Romani ad alia.

XXI. Γαλάται δὲ ἐκ τῶν προειρημένων ἐλαττωμάτων
ἔτη μὲν πέντε καὶ τετταράκοντα τὴν ἡσυχίαν ἔσχον,
2 εἰρήνην ἄγοντες πρὸς Ῥωμαίους. Ἐπεὶ δ' οἱ μὲν αὐτό-
πται γεγονότες τῶν δεινῶν ἐκ τοῦ ζῆν ἐξεχώρησαν διὰ
τὸν χρόνον, ἐπεγένοντο δὲ νέοι, θυμοῦ μὲν ἀλογίστου
πλήρεις, ἄπειροι δὲ καὶ ἀόρατοι παντὸς κακοῦ καὶ
3 πάσης περιστάσεως· αὖθις ἤρξαντο τὰ καθεστῶτα κι-
νεῖν· ὃ φύσιν ἔχει γίγνεσθαι· καὶ τραχύνεσθαι μὲν ἐκ
τῶν τυχόντων πρὸς Ῥωμαίους, ἐπισπᾶσθαι δὲ τοὺς ἐκ
4 τῶν Ἄλπεων Γαλάτας. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον χωρὶς τοῦ
πλήθους, δι' αὐτῶν τῶν ἡγουμένων, ἐν ἀποῤῥήτοις ἐπράτ-
5 τετο τὰ προειρημένα. διὸ καὶ, παραγενομένων τῶν Τρανσ-
αλπίνων ἕως [e]Ἀριμίνου μετὰ δυνάμεως, διαπιστήσαντα
τὰ πλήθη τῶν Βοίων, καὶ στασιάσαντα πρός τε τοὺς
ἑαυτῶν προεστῶτας, καὶ πρὸς τοὺς παραγεγονότας, ἀνει-

A. U. 517. Novi motus Gallorum.

Boii suos reges occidunt.

[d] Abest artic. τῶν a Vat. Flor. Bav.

[e] Alii plerique Ἀριμήνου h. l. et deinde.

duo consecuti sunt pulcerrima. Quippe crebris ab eis cladibus affecti, nihil deinceps terribilius aut videre aut exspectare poterant, quam fuerant ea, quæ ab his patrata erant. Ex quo cum adversus Pyrrhum perfecti bellicorum certaminum athletæ evasere; tum vero, Gallorum audacia opportune repressa, de cetero, absque ullo impedimento, primo contra eumdem Pyrrhum de Italia bellum gesserunt, deinde cum Carthaginiensibus de Siculorum dominatu certamen susceperunt.

XXI. Quievere, post hæc detrimenta, Galli per *annos quadraginta quinque*, pacem cum Romanis colentes. Postea vero, quam temporis progressu e vivis excesserant priorum malorum oculati testes, successerantque illis juvenes, animosæ temeritatis pleni, omniumque belli malorum atque adversæ fortunæ rudes et inexperti; cœperunt denuo Galli, prout natura est hominum, præsentem rerum statum sollicitare, et adversus Romanos leves ob caussas exasperari, Inalpinosque Gallos adsciscere socios. Initio quidem soli principes, absque multitudinis consensu, in occulto hujusmodi consilia agitabant. Idcirco quum *Transalpinorum* exercitus *Ariminum* usque processisset, plebes *Boiorum* parum illis fidei habens; seditione cum adversus proprios duces, tum adversus eos qui advenerant, ex-

U. C. 522. λον μὲν τοὺς ἰδίους βασιλεῖς [f]Ἄτιν καὶ Γάλατον, κατέκοψαν δ' ἀλλήλους, συμβαλόντες ἐκ παρατάξεως. ὅτε 6 δὴ καὶ Ῥωμαῖοι κατάφοβοι γενόμενοι τὴν ἔφοδον, ἐξῆλθον μετὰ στρατοπέδου· συνέντες δὲ τὴν αὐθαίρετον καταφθορὰν τῶν Γαλατῶν, αὖθις ἀνεχώρησαν εἰς τὴν

Lex agraria C. Flaminii οἰκείαν. Μετὰ δὲ τοῦτον τὸν φόβον ἔτει πέμπτῳ, 7 Μάρκου Λεπίδου στρατηγοῦντος, κατεκληρούχησαν ἐν Γαλατίᾳ Ῥωμαῖοι τὴν Πικεντίνην προσαγορευομένην χώραν, ἐξ ἧς νικήσαντες ἐξέβαλον τοὺς Σήνωνας προσαγορευομένους Γαλάτας· Γαΐου Φλαμινίου ταύτην τὴν 8 δημαγωγίαν εἰσηγησαμένου καὶ πολιτείαν, [g]ἣν δὴ καὶ Ῥωμαίοις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, φατέον ἀρχηγὸν μὲν γενέσθαι

gravis belli Gallici origo. τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τοῦ δήμου διαστροφῆς· αἰτίαν δὲ καὶ τοῦ μετὰ ταῦτα πολέμου συστάντος αὐτοῖς πρὸς τοὺς προειρημένους. πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν Γαλατῶν ὑπεδύοντο 9 τὴν πρᾶξιν, μάλιστα δ' οἱ Βοῖοι, διὰ τὸ συντερμονεῖν τῇ τῶν Ῥωμαίων χώρᾳ· νομίσαντες, οὐχ ὑπὲρ ἡγεμονίας ἔτι καὶ δυναστείας Ῥωμαίους τὸν πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι πόλεμον, ἀλλ' ὑπὲρ ὁλοσχεροῦς ἐξαναστάσεως καὶ καταφθορᾶς.

A.U.523 sq. Insubres et Boii concitant Gæsatas. XXII. Διόπερ εὐθέως τὰ μέγιστα τῶν ἐθνῶν, τό τε τῶν Ἰσόμβρων καὶ Βοίων, συμφρονήσαντα, διεπέμποντο πρὸς τοὺς κατὰ τὰς Ἄλπεις καὶ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν κατοικοῦντας Γαλάτας, προσαγορευομένους δὲ διὰ τὸ

[f] Ἄτιν Bav. Temere edd. Ἄτην. [g] ἣν δὴ malui, quam ἥν γε, quod Casaub. dedit, pro mendoso ἣν δὲ, quod habent libri omnes.

citata; reges primum suos, *Atin* et *Galatum*, occidit; deinde mutuis cædibus inter se, signis etiam collatis, sunt grassati. Cum quidem etiam Romani, horum invasione territi, copias suas eduxerunt: at deinde certiores facti de pernicie quam ipsi sibi consciverant, domum rediere. Quinto ab hoc tumultu anno, *M. Lepido* Consule, Romani Galliæ Cisalpinæ *agrum*, *Picenum* dictum, quem devictis Senonibus ademerant, diviserunt; postquam *C. Flaminius*, popularem auram captans, legem illam tulisset; quam profecto legem, verum si quærimus, et mutatorum in deterius morum populi Romani, et orti postea Romanis cum prædictis populis belli, caussam et originem fuisse, existimandum est. Multi enim Gallorum populi, præsertim *Boii*, in societatem ejus belli nomina dederunt, quod Romanis essent contermini: quippe, non jam de imperio aut dominatione secum illos certare, arbitrabantur; sed ut ipsos sedibus suis funditus everterent atque delerent.

XXII. Statim igitur communi consilio, duæ inter illas potentissimæ gentes, *Insubres* et *Boii*, legationem ad eos Gallos misere, qui inter Alpes et Rhodanum accolebant; *Gæsati* e re dicti, quod *æra bellando mereri* essent

μισθοῦ στρατεύειν Γαισάτους· ἡ γὰρ λέξις αὕτη τοῦτο A.U.523 sq.
2 σημαίνει κυρίως. ὧν τοῖς βασιλεῦσι, Κογκολιτάνῳ καὶ Insubres et Boii concitant Gæsatas.
Ἀνηροέστῳ, παραυτίκα μὲν χρυσίου προτείναντες πλῆθος, εἰς τὸ μέλλον δὲ ὑποδεικνύντες τὸ μέγεθος τῆς Ῥωμαίων εὐδαιμονίας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὑπαρξόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν ἐὰν κρατήσωσι, προετρέποντο καὶ παρώξυνον
3 πρὸς τὴν ἐπὶ Ῥωμαίους στρατείαν. ῥᾳδίως δ' ἔπεισαν, ἅμα τοῖς προειρημένοις διδόντες μὲν τὰ πιστὰ περὶ τῆς αὐτῶν συμμαχίας, ἀναμιμνήσκοντες δὲ τῆς τῶν ἰδίων
4 προγόνων πράξεως αὐτούς· ἐν ᾗ ἐκεῖνοι στρατεύσαντες, οὐ μόνον ἐνίκησαν μαχόμενοι Ῥωμαίους, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν μάχην ἐξ ἐφόδου κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην·
5 γενόμενοι δὲ καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἁπάντων ἐγκρατεῖς, καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς ἑπτὰ μῆνας κυριεύσαντες, τέλος ἐθελοντὶ καὶ μετὰ χάριτος παραδόντες τὴν πόλιν, ἄθραυστοι καὶ ἀσινεῖς ἔχοντες τὴν ὠφέλειαν, εἰς τὴν οἰκείαν
6 ἐπανῆλθον. Ὧν ἀκούοντες οἱ περὶ αὐτοὺς ἡγεμόνες, οὕτω παρωρμήθησαν ἐπὶ τὴν στρατείαν, ὥστε μηδέ ποτε μήτε πλείους, μήτ' ἐνδοξοτέρους, μήτε μαχιμωτέρους ἄνδρας ἐξελθεῖν ἐκ τούτων τῶν τόπων τῆς Γαλατίας.
7 Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους Ῥωμαῖοι, τὰ μὲν ἀκού- Metuunt Romani.
οντες, τὰ δὲ καταμαντευόμενοι τὸ μέλλον, εἰς φόβους
8 ἐνέπιπτον συνεχεῖς καὶ ταραχάς· ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε ποτὲ μὲν στρατόπεδα καταγράφειν, καὶ σίτου καὶ τῶν ἐπιτηδείων ποιεῖσθαι παρασκευάς, ποτὲ δὲ καὶ τὰς δυνά-

soliti: id enim vox illa proprie significat. Horum reges *Concolitanum* et *Aneroëstum*, magnam in præsens auri vim illis pollicentes, in futurum autem magnitudinem opum Romanorum ob oculos ponentes, et immensas divitias quibus parta victoria sint fruituri, hortantur incitantque ad bellum Romanis inferendum. Id vero *Gæsatis* facile isti persuadent: quum præsertim illud adderent, socios belli se futuros, ejusque rei certam ipsis fidem facerent; tum vero etiam *majorum suorum res gestas* illis in memoriam revocarent: *qui, expeditione simili suscepta, non solum prælio Romanos vicissent, sed etiam a pugna Romam ipsam primo impetu cepissent; bonis deinde illorum omnibus potiti, urbe etiam ipsa per septem menses in potestate sua detenta, posteaquam sua sponte et gratia a victis relata urbem his reddidissent, illæsi ipsi atque incolumes cum omni præda in patriam essent reversi.* Hujusmodi sermones tantam *Gæsatarum* ducibus ejus belli cupiditatem injecerunt, ut numquam ex illo Galliarum tractu, neque major exercitus, neque præstantiorum aut bellicosiorum virorum, exierit. Per hæc tempora Romani, quum et multa de Gallorum consiliis audirent, et futura mala cogitatione præciperent, inter metus ac trepidationem assidue versabantur: adeo ut

A. U. 523 sqq.

μεις ἐξάγειν ἐπὶ τοὺς ὅρους, ὡς ἤδη παρόντων εἰς τὴν χώραν τῶν πολεμίων, οὐδέπω κεκινηκότων ἐκ τῆς οἰκείας τῶν Κελτῶν. οὐκ ἐλάχιστα δὲ συνήργησε καὶ Καρχη- 9
δονίοις τοῦτο τὸ κίνημα, πρὸς τὸ κατασκευάσασθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀσφαλῶς. Ῥωμαῖοι γὰρ, ὡς καὶ 10
πρόσθεν ἡμῖν εἴρηται, κρίνοντες ἀναγκαιότερα ταῦτα διὰ τὸ πρὸς ταῖς πλευραῖς αὐτῶν ὑπάρχειν, παροραν ἠναγκάζοντο τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, σπουδάζοντες πρότερον ἐν καλῷ θέσθαι τὰ κατὰ τοὺς Κελτούς. διόπερ 11
ἀσφαλισάμενοι τὰ πρὸς τοὺς Καρχηδονίους διὰ τῶν πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν ὁμολογιῶν, ὑπὲρ ὧν ἄρτι δεδηλώκαμεν, ἐνεχείρησαν ὁμοθυμαδὸν ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς [i] πρὸς τὰ κατὰ τοὺς πολεμίους· νομίζοντες, συμφέρειν σφίσι τὸ διακριθῆναι πρὸς τούτους.

A. U. 529. Erumpit Bellum Gallicum Cisalpinum.

XXIII. Οἱ δὲ Γαισάται Γαλάται συστησάμενοι δύναμιν πολυτελῆ καὶ βαρεῖαν, ἧκον, ὑπεράραντες τὰς Ἄλπεις, [k] εἰς τὸν Πάδον ποταμὸν, ἔτει μετὰ τὴν τῆς χώρας διάδοσιν ὀγδόῳ. τὸ μὲν οὖν τῶν Ἰσόμβρων καὶ 2
Βοίων γένος, ἔμεινε γενναίως ἐν ταῖς ἐξ ἀρχῆς ἐπιβολαῖς· οἱ δὲ Οὐένετοι καὶ [l] Γονομάνοι, διαπρεσβευσαμένων Ῥωμαίων, τούτοις εἵλοντο συμμαχεῖν. διὸ καὶ μέρος τι 3
τῆς δυνάμεως καταλιπεῖν ἠναγκάσθησαν οἱ βασιλεῖς τῶν

[i] πρὸς τοὺς κατὰ τοὺς πολ. Vat. Flor. Aug. Reg. A. An τοῖς κατὰ, absque πρὸς? [k] Vulgo omnes sic: εἰς τὸν Πάδον ποταμόν· Γαλάται δὲ ἔτει μετὰ &c. Delevi duo verba, quæ, nisi alia quædam exciderunt aut turbata sunt, importune intrusa videri debent. Κενομάνοι Casaub. invitis MStis, ut alibi.

modo exercitus conscriberent, parandisque commeatibus operam darent; modo copias etiam ad fines usque educerent, hostes adesse rati; qui e patria nondum moverant. Non mediocriter vero profuere *Carthaginiensibus* isti tumultus, ut interea tuto res in Hispania componerent. Romani enim, quod et ante diximus, apparatum ad Gallicum bellum magis necessarium statuentes, quæ interim in Hispania gerebantur, metu imminentis e proximo hostis, negligere sunt coacti; dum in eam solum curam incumbunt, ut ante omnia extra periculum a Gallis Remp. collocent. Itaque Punica pace firmata eo fœdere quod cum Asdrubale, ut paullo ante exposuimus, icerunt, uno consensu omnes hac tempestate in præsentem hostem cogitationes suas convertebant: expedire suis rebus persuasi, ut cum his debelletur.

XXIII. *Gæsatæ Galli*, cum bene instructo et numeroso exercitu, superatis Alpibus, ad Padum venere, octavo demum anno post ejus agri, qui Senonum fuerat, divisionem. Et *Insubres* quidem ac *Boii* in suscepto semel consilio fortiter persistebant: *Veneti* vero ac *Cenomani*, accepta a Romanis legatione, horum societatem

Κελτῶν, φυλακῆς χάριν τῆς χώρας πρὸς τὸν ἀπὸ τούτων A. U. 529.
4 φόβον. Αὐτοὶ δ' ἐξάραντες παντὶ τῷ στρατεύματι Veneti et Cenomani favent Romanis.
κατατεθαῤῥηκότως ὥρμησαν, ποιούμενοι τὴν πορείαν ὡς
ἐπὶ Τυῤῥηνίας, ἔχοντες πεζοὺς μὲν εἰς πεντακισμυρίους, Copiæ hostium.
5 ἱππεῖς δὲ καὶ συνωρίδας, εἰς [m] δισμυρίους. Ῥωμαῖοι δ', L. Æmilius Cos.
ὡς θᾶττον ἤκουσαν τοὺς Κελτοὺς ὑπερβεβληκέναι τὰς
Ἄλπεις, Λεύκιον μὲν Αἰμίλιον ὕπατον, μετὰ δυνάμεως
ἐξαπέστειλαν ὡς ἐπ' Ἀριμίνου, τηρήσοντα ταύτῃ τῶν
ἐναντίων τὴν ἔφοδον, ἕνα δὲ τῶν [n] πελεκυφόρων εἰς Τυῤ-
6 ῥηνίαν. ὁ μὲν γὰρ ἕτερος τῶν ὑπάτων Γάϊος Ἀτίλιος
προεξεληλυθὼς ἔτυχεν εἰς Σαρδόνα μετὰ τῶν στρατοπέ-
7 δων. οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ πάντες περιδεεῖς ἦσαν, μέγαν
καὶ φοβερὸν αὐτοῖς ὑπολαμβάνοντες ἐπιφέρεσθαι κίνδυνον.
ἔπασχον δὲ τοῦτ' εἰκότως, ἔτι περὶ Γαλατῶν ἐγκαθη-
8 μένου ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τοῦ παλαιοῦ φόβου. Διὸ καὶ Ingentes apparatus Romanorum.
πρὸς ταύτην ἀναφέροντες τὴν ἔννοιαν, τὰ μὲν συνήθροιζον,
τὰ δὲ κατέγραφον στρατόπεδα, τοῖς δ' ἑτοίμοις εἶναι
9 παρήγγελλον τῶν συμμάχων. καθόλου δὲ τοῖς ὑποτε-
ταγμένοις ἀναφέρειν ἐπέταξαν ἀπογραφὰς τῶν ἐν ταῖς
ἡλικίαις, σπουδάζοντες εἰδέναι τὸ σύμπαν πλῆθος τῆς
10 ὑπαρχούσης αὐτοῖς δυνάμεως. [o] μετὰ μὲν δὴ τῶν ὑπά-
των ἐξεληλυθέναι τὸ πλεῖστον ἐσπούδαζον καὶ ἄριστον
11 τῆς δυνάμεως. σίτου δὲ καὶ βελῶν καὶ τῆς ἄλλης

[m] δισμυρίας Flor. [n] πελέκεων Vat. Flor. Aug. Reg. A. truncato vocab. ex ἐξαπελέκεων, quod verum puto. [o] Totum comma, μετὰ μὲν usque δυνάμεως, desideratur in Vat. Flor. Aug. Reg. A. et apud Perrottum.

præoptarunt. Quare etiam necesse fuit Gallorum regibus, quod sibi ab istis metuerent, partem copiarum ad fines tutandos relinquere. Ipsi cum reliquo omni exercitu, in quo numerabantur peditum circiter quinquaginta, equitum et essedariorum ad viginti millia, fidenter progrediuntur, *Etruriam* petentes. Romani, audito Celtas trajecisse Alpes, quantocyus *L. Æmilium Cos.* cum legionibus *Ariminum* miserunt; si forte hostis impetum illac esset facturus. Prætorum uni decreta est Etruria: nam alter Consul, *C. Atilius*, jam ante in Sardiniam cum suis legionibus erat profectus. At Romæ inter hæc metus ingens omnes incesserat; ut qui magnum et formidabile periculum sibi imminere existimarent. Neque id mirum: utpote quorum animis terror pristinus nominis Gallici adhuc insidebat. Igitur dum hoc unum mentibus agitant, exercitus alios contrahunt, alios conscribunt: sociis, ut præsto sint auxilia, imperant. Tabulas præterea universæ militaris ætatis undique ad se adferri jubent; ut, quas omnino vires habeant, cognoscant. Et cum Consulibus quidem majorem melioremque exercitus partem exire jubent. Frumentum, tela, et quidquid

A. U. 529. ἐπιτηδειότητος πρὸς πόλεμον τηλικαύτην ἐποιήσαντο
[p]παρασκευὴν, ἡλίκην οὐδείς πω μνημονεύει πρότερον.
συνηργεῖτο δ' αὐτοῖς πάντα καὶ πανταχόθεν ἑτοίμως. 12
καταπεπληγμένοι γὰρ οἱ τὴν Ἰταλίαν οἰκοῦντες τὴν τῶν 13
Γαλατῶν ἔφοδον, οὐκ ἔτι Ῥωμαίοις ἡγοῦντο συμμαχεῖν,
οὐδὲ περὶ τῆς τούτων ἡγεμονίας γίγνεσθαι τὸν πόλεμον·
ἀλλὰ περὶ σφῶν ἐνόμιζον ἕκαστοι, καὶ τῆς ἰδίας πόλεως
καὶ χώρας ἐπιφέρεσθαι τὸν κίνδυνον. διόπερ ἑτοίμως τοῖς 14
παραγγελλομένοις ὑπήκουον.

Copiæ Romanorum et sociorum.

XXIV. Ἵνα δὲ συμφανὲς ὑπ' αὐτῶν γένηται τῶν
ἔργων, ἡλίκοις Ἀννίβας ἐτόλμησε πράγμασιν ἐπιθέσθαι
[q]μετὰ ταῦτα, καὶ πρὸς ἡλίκην δυναστείαν παραβόλως
ἀντοφθαλμήσας, ἐπὶ τοσοῦτον καθίκετο τῆς προθέσεως,
ὥστε τοῖς μεγίστοις συμπτώμασι περιβάλλειν Ῥωμαίους·
[r]ῥητέον ἂν εἴη τὴν παρασκευὴν καὶ τὸ πλῆθος 2
τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς τότε δυνάμεως. [s]Ἅμα μὲν οὖν 3
τοῖς ὑπάτοις ἐξεληλύθει τέτταρα στρατόπεδα Ῥωμαϊκὰ,
πεντάκις μὲν χιλίους καὶ διακοσίους [t]πεζοὺς, ἱππεῖς δὲ
τριακοσίους ἔχον ἕκαστον. σύμμαχοι δὲ μεθ' ἑκατέρων 4
ἦσαν οἱ συνάμφω, πεζοὶ μὲν τρισμύριοι, δισχίλιοι δ'
ἱππεῖς. τῶν δ' ἐκ τοῦ καιροῦ προσβοηθησάντων εἰς τὴν 5
Ῥώμην Σαβίνων καὶ Τυῤῥηνῶν, ἱππεῖς μὲν ἦσαν εἰς

Legio Romana.

[p] Alii κατασκευὴν. [q] Vulgo omnes μετὰ δὲ ταῦτα. Ejeci particulam perperam intrusam. [r] Scripti omnes, ῥητέον εἶναι, quod Casaub. in ῥητέον εἴη ἂν mutavit. [s] μετὰ μὲν δὴ τῶν ὑπάτων Vat. Flor. Aug. Reg. A. [t] πεζικοὺς iidem codd.

aliud ad bellum solet esse necessarium, tanta copia congerunt, quantam nemo ad eam diem poterat meminisse. Et undique omnes, ut quisque poterat, conatus eorum studiose adjuvabant. Populi namque Italiæ, adventu Gallorum perterriti, non jam ut Romanorum socii pugnare sibi videbantur, neque de illorum imperio agi hoc bello putabant: sed vero salutem suam, suas urbes, suos agros in periculum vocari, omnes autumabant. Itaque alacres jussa capessebant.

XXIV. Ut autem ex ipsis rebus intelligatur, quantæ fuerint opes, contrà quas aliquanto post Hannibal ausus est insurgere; quantumque illud imperium fuerit, adversus quod ubi mira audacia oculos sustinuisset attollere, voti sui in tantum factus est compos, ut maximis cladibus Romanos afficeret; operæ pretium fuerit, apparatum ad hoc bellum, et copiarum vim, quas tunc habebant, commemorare. Exiere igitur cum Consulibus *legiones* Romanæ quatuor, in quarum unaquaque erant *peditum quinque millia et ducenti; equites trecenti.* Sociorum auxilia utrique Consuli aderant, quæ junctim numerum efficiebant peditum tricies mille: equitum bis mille. Aderant præterea, qui necessario tempore suppetias Romam venerant, *Sabinorum* et *Etruscorum* equites quater mille,

τετρακισχιλίους, πεζοὶ δὲ πλείους τῶν πεντακισμυρίων. A. U. 529.
6 τούτους μὲν ἀθροίσαντες, ὡς ἐπὶ Τυῤῥηνίας προεκάθισαν, Copiæ Romanorum
7 ἐξαπέλεκυν αὐτοῖς ἡγεμόνα συστήσαντες. οἱ δὲ τὸν et sociorum.
Ἀπέννινον κατοικοῦντες Ὄμβροι καὶ Σαρσινάτοι συν-
ήχθησαν εἰς δισμυρίους· μετὰ δὲ τούτων Οὐένετοι καὶ
8 Κενομάνοι δισμύριοι. τούτους δ᾽ ἔταξαν ἐπὶ τῶν [u] ὅρων
τῆς Γαλατίας, ὡς ἂν ἐμβαλόντες εἰς τὴν τῶν Βοίων
χώραν, ἀντιπερισπῶσι τοὺς ἐξεληλυθότας. τὰ μὲν οὖν
9 προκαθήμενα στρατόπεδα τῆς χώρας ταῦτα ἦν. Ἐν δὲ
τῇ Ῥώμῃ διέτριβον ἡτοιμασμένοι, χάριν τῶν συμβαινόν-
των ἐν τοῖς πολέμοις, ἐφεδρείας ἔχοντες τάξιν, Ῥω-
μαίων μὲν αὐτῶν πεζοὶ δισμύριοι, μετὰ δὲ τούτων
ἱππεῖς χίλιοι καὶ πεντακόσιοι· τῶν δὲ συμμάχων, πεζοὶ
10 μὲν τρισμύριοι, δισχίλιοι δ᾽ ἱππεῖς. Καταγραφαὶ δὲ
ἀνηνέχθησαν, Λατίνων μὲν ὀκτακισμύριοι πεζοί, πεντα-
κισχίλιοι δ᾽ ἱππεῖς. Σαυνιτῶν δὲ πεζοὶ μὲν ἑπτακισμύ-
11 ριοι, μετὰ δὲ τούτων ἱππεῖς ἑπτακισχίλιοι. καὶ μὴν
Ἰαπύγων καὶ Μεσσαπίων, συνάμφω, πεζοὶ μὲν πέντε
12 μυριάδες, ἱππεῖς δὲ μύριοι σὺν ἑξακισχιλίοις. Λευ-
κανῶν δὲ πεζοὶ μὲν τρισμύριοι, τρισχίλιοι δ᾽ ἱππεῖς.
Μάρσων δὲ καὶ Μαῤῥουκίνων, καὶ [x] Φρεντανῶν, ἔτι δὲ
Οὐεστίνων, πεζοὶ μὲν δισμύριοι, τετρακισχίλιοι δ᾽ ἱπ-
13 πεῖς. ἔτι δὲ μὴν καὶ ἐν Σικελίᾳ καὶ Τάραντι στρατο-
πεδα δύο παρεφήδρευεν· ὧν ἑκάτερον ἦν ἀνὰ τετρα-

[u] ὅρων posui ex mente Casaub. Vulgo omnes ὀρῶν. [x] Φρεντάνων h. l. vulgo omnes.

pedites ultra L millia: quos in unum coactos pro finibus Etruriæ hosti objecerunt, duce illis imposito Prætore. Convenerunt et ex *Umbris* ac *Sarsinatibus*, qui Apenninos montes incolunt, ad XX millia; item e *Venetis* ac *Cenomanis*, millia pariter viginti: qui in Galliæ finibus sunt collocati, ut, facta impressione in Boiorum ditionem, eos qui exierant retrocedere coactos a ceteris divellerent. Ac pro finibus quidem variis locis dispositi exercitus hi erant. Romæ vero, præsto erant propter incertos belli casus, velut subsidiaria manus quædam, e civibus, viginti peditum millia; equites mille et quingenti: e sociis, peditum XXX, equitum duo millia. In *tabulis ætatis militaris*, quæ ad Senatum sunt adlatæ, descripti erant, *sociorum Latini nominis*, octuaginta peditum millia, equitum quinque: e *Samnitibus*, peditum millia septuaginta, et cum his equites septies mille. Ad hæc *Apuli* et *Messapii*, juncti, peditum quinquaginta millia detulere, equitum decem et sex: *Lucani*, peditum XXX, equitum III millia: *Marsi*, *Marrucini*, *Ferentani* et *Vestini*, pedites vicies mille, equites quater. Præterea duas legiones in Sicilia et Tarenti subsidio locaverant, in quarum utraque fuere

A. U. 529. κισχιλίους καὶ διακοσίους πεζοὺς, ἱππεῖς δὲ διακοσίους.

Copiæ Romanorum et sociorum.

14 Ῥωμαίων δὲ καὶ Καμπανῶν ἡ πληθὺς, πεζῶν μὲν εἰς εἴκοσι καὶ πέντε κατελέχθησαν μυριάδες· ἱππέων δὲ, ἐπὶ ταῖς δύο μυριάσιν ἐπῆσαν ἔτι τρεῖς χιλιάδες. 15 ὥστ᾽ εἶναι τὸ κεφάλαιον τῶν μὲν προκαθημένων τῆς Ῥώμης δυνάμεων, πεζοὶ μὲν ὑπὲρ πεντεκαίδεκα μυριάδες, ἱππεῖς δὲ πρὸς ἑξακισχιλίους· 16 τὸ δὲ σύμπαν πλῆθος τῶν δυναμένων ὅπλα βαστάζειν, αὐτῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων, πεζῶν μὲν ὑπὲρ τὰς ἑβδομήκοντα μυριάδας, ἱππέων δὲ εἰς ἑπτὰ μυριάδας. 17 Ἐφ᾽ οὓς Ἀννίβας, ἐλάττους ἔχων δισμυρίων, ἐπέβαλεν εἰς τὴν Ἰταλίαν. περὶ μὲν οὖν τούτων ἐν τοῖς ἑξῆς σαφέστερον ἐκποιήσει κατανοεῖν.

Galli Etruriam populantur.

XXV. Οἱ δὲ Κελτοὶ, καταράντες εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν, ἐπεπορεύοντο τὴν χώραν, πορθοῦντες ἀδεῶς· οὐδενὸς δ᾽ αὐτοῖς ἀντιταττομένου, τέλος ἐπ᾽ αὐτὴν ὥρμησαν τὴν Ῥώμην. 2 ἤδη δ᾽ αὐτῶν περὶ πόλιν ὄντων, ἣ καλεῖται μὲν [y] Κλούσιον, ἀπέχει δ᾽ ἡμερῶν τριῶν ὁδὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης, προσαγγέλλεται, διότι κατόπιν αὐτοῖς ἕπονται καὶ συνάπτουσιν αἱ προκαθήμεναι τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ Τυῤῥηνίᾳ δυνάμεις. 3 οἱ δ᾽, ἀκούσαντες, ἐξ ὑποστροφῆς ἀπήντων, σπεύδοντες τούτοις συμβαλεῖν. 4 ἐγγίσαντες δ᾽ ἀλλήλοις ἤδη περὶ δυσμὰς ἡλίου, τότε μὲν ἐν συμμέτρῳ διαστήματι καταστρατοπεδεύσαντες ηὐλίσθησαν ἀμφό-

[y] Κλούσιον correxit Casaub. Scripti omnes, Καλούσιον.

pedites quater milleni et duceni, equitesque duceni. Jam vero e *plebe Romana* atque *Campana* dedere nomina militiæ, peditum ducenta et quinquaginta millia, equitum tria et viginti millia. Ita efficiebatur *summa copiarum* quæ Romano imperio præsidebant, peditum amplius millia centum quinquaginta, equitum circiter millia sex. Universus vero *numerus aptæ ad militiam multitudinis* erat, peditum amplius millia septingenta; equitum ad septuaginta millia. Et ausus tamen est *Hannibal*, quum vix ipse viginti millia haberet, quos huic numero opponeret, Italiam invadere. Verum de his melius ex iis, quæ inferius dicentur, judicare licebit.

XXV. *Galli*, postquam in *Etruriam* pervenissent, regionem incursantes impune populabantur: et quum neminem, qui se opponeret, invenirent, Romam tandem ipsam petunt. Jam circa *Clusium* erant, urbem tridui spatio ab Roma distantem; cum nuntius eis adfertur, Romanum exercitum, qui in finibus Etruriæ hosti fuerat objectus, insequi ipsos a tergo, et jam imminere. Quo cognito, Galli agmen convertere, obviam hostibus procedere, pugnandi cum istis desiderio ardere. Quum vergente ad occasum sole invicem appropinquassent, tunc quidem, modico spatio in medio relicto, eo loci positis castris utrique sunt commorati. Nocte vero oborta,

5 τεροι. τῆς δὲ νυκτὸς ἐπιγενομένης, [z] πῦρ ἀνακαύσαντες A. U. 529.
οἱ Κελτοὶ, τοὺς μὲν ἱππεῖς ἀπέλιπον· συντάξαντες, ἅμα
τῷ φωτὶ, συμφανεῖς γενομένους τοῖς πολεμίοις, ὑποχω-
6 ρεῖν κατὰ τὸν αὐτὸν στίβον. αὐτοὶ δὲ λαθραίαν ποιησά-
μενοι τὴν ἀποχώρησιν ὡς ἐπὶ πόλιν [a] Φαίσολα, [b] αὐτοῦ
παρενέβαλον· πρόθεσιν ἔχοντες, ἅμα μὲν ἐκδέχεσθαι
τοὺς ἑαυτῶν ἱππεῖς, ἅμα δὲ παραδόξως ἐνοχλῆσαι τὴν
7 τῶν ὑπεναντίων ἔφοδον. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τῆς ἡμέρας Cæduntur Romani ad Fæsulam.
ἐπιγενομένης, συνιδόντες τοὺς ἱππεῖς αὐτοὺς, καὶ νομί-
σαντες τοὺς Κελτοὺς ἀποδεδρακέναι, κατὰ σπουδὴν
ἠκολούθουν τοῖς ἱππεῦσι κατὰ τὴν ἐκείνων ἀποχώρησιν.
8 ἅμα δὲ τῷ συνεγγίζειν τοῖς πολεμίοις, διαναστάντων
τῶν Κελτῶν, καὶ συμπεσόντων αὐτοῖς, ἦν ἀγὼν τὰς
9 ἀρχὰς ἐξ ἀμφοῖν βίαιος. τέλος δὲ, καθυπερεχόντων
τῶν Κελτῶν τῇ τόλμῃ καὶ τῷ πλήθει, συνέβη διαφθα-
ρῆναι μὲν τῶν Ῥωμαίων οὐκ ἐλάττους ἑξακισχιλίων,
τοὺς δὲ λοιποὺς φεύγειν· ὧν οἱ πλείους πρός τινα τόπον
10 ἐρυμνὸν ἀποχωρήσαντες ἔμενον. οὓς τὸ μὲν πρῶτον οἱ
Κελτοὶ πολιορκεῖν ἐπεβάλοντο· κακῶς δ' ἀπαλλάτ-
τοντες ἐκ τῆς προγεγενημένης ἐν τῇ νυκτὶ πορείας καὶ
κακοπαθείας καὶ ταλαιπωρίας, ὥρμησαν πρὸς ἀνά-
παυσιν καὶ θεραπείαν, φυλακὴν ἀπολιπόντες τῶν ἰδίων
11 ἱππέων περὶ τὸν λόφον· πρόθεσιν ἔχοντες, κατὰ τὴν

[z] *πυρὰ* malim cum Reiskio et Perrotto. [a] *Φαισόλαν* alibi legitur apud Nostrum. [b] *αὐτοῦ παρενέβ.* ex ingenio dedit Casaub. Libri omnes, *αὐτοὶ, soli.*

accensis ignibus, equitatum suum Galli relinquunt, mandatumque dant, ut prima luce, postquam conspiciendos se hostibus præbuissent, per eadem mox vestigia se subsequerentur: ipsi occulta profectione *Fæsulam* tendunt; ibique eo consilio castra locant, ut et equites suos reciperent, et hosti terga ipsorum prementi ex inopinato instarent. Romani, ubi illuxit, solos equites conspicati, Gallosque aufugisse rati, equitatum recedentem magno studio insequuntur. Postquam ad hostem propius accesserant, insurgentibus ex insidiis Gallis, eosque adorientibus, utrimque acris principio pugna fuit. Tandem et audacia et numero prævalentibus Gallis, post amissa sex millia suorum, fugiunt qui supererant Romani: quorum plerique in munitum quemdam locum evadunt, ibique subsistunt. Hos primo Galli parabant statim obsidere: verum ex itinere superioris noctis vexati, laboribusque plane confecti, relicta ad custodiam circa tumulum parte equitatus, ad quietem et corpora curanda convertuntur: habentes in animo, po-

A. U. 529. ἐπιοῦσαν πολιορκεῖν τοὺς συμπεφευγότας, ἐὰν μὴ παραδῶσιν ἑαυτοὺς ἑκουσίως.

Succurrit L. Æmilius et servat reliquos.

XXVI. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Λεύκιος Αἰμίλιος, ὁ προκαθήμενος ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν τόπων, ἀκούσας τοὺς Κελτοὺς διὰ Τυῤῥηνίας ἐμβεβληκότας [c] συνεγγίζειν τῇ Ῥώμῃ, παρῆν βοηθῶν [d] καὶ κατὰ σπουδὴν εὐτυχῶς εἰς δέοντα καιρόν. 2 καταστρατοπεδεύσαντος δ' αὐτοῦ σύνεγγυς τῶν πολεμίων, κατιδόντες τὰ πυρὰ καὶ νοήσαντες τὸ γεγονὸς οἱ συμπεφευγότες ἐπὶ τὸν λόφον, ταχέως ἀναθαῤῥήσαντες, ἐξαπέστειλαν αὐτῶν τινὰς τῆς νυκτὸς ἀνόπλους διὰ τῆς ὕλης, ἀναγγελοῦντας τῷ στρατηγῷ τὸ συμβεβηκός. 3 ὁ δὲ, διακούσας, καὶ θεωρῶν οὐδὲ διαβούλιον αὐτῷ καταλιπόμενον ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων, τοῖς μὲν χιλιάρχοις ἅμα τῷ φωτὶ παρήγγειλε τοὺς πεζοὺς ἐξάγειν· αὐτὸς δὲ τοὺς ἱππεῖς ἀναλαβὼν, καθηγεῖτο τῆς δυνάμεως, ποιούμενος τὴν πορείαν ἐπὶ τὸν προειρημένον βουνόν.

Domum repetunt Galli.

4 Οἱ δὲ τῶν Γαλατῶν ἡγεμόνες, ἀφορῶντες τὰ πυρὰ τῆς νυκτὸς, καὶ συλλογιζόμενοι τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων, συνήδρευον. 5 οἷς [e] Ἀνηροέστης ὁ βασιλεὺς γνώμην εἰσέφερε, λέγων, ὅτι δεῖ τοσαύτης λείας ἐγκρατεῖς γεγονότας· (ἦν γὰρ, ὡς ἔοικε, καὶ τὸ τῶν σωμάτων καὶ θρεμμάτων πλῆθος, ἔτι δὲ τῆς ἀπο-

[c] συνεγγίζειν τε τῇ Ῥώμῃ edd. ex Bav. συνεγγίζειν τῇ τε Ῥώμῃ Aug. Reg. A. Incommodam partic. ejeci cum Flor. [d] Pariter per errorem irrepsisse videtur καὶ ante κατὰ. [e] Forsan et hoc loco, ut alibi, Ἀνηρόεστος scribi debuit.

stero die per vim eos expugnare qui in collem confugerant, nisi deditionem sponte sua facerent.

XXVI. Dum hæc agebantur, advenit sane quam opportune et feliciter *Lucius Æmilius:* qui, quum locis ad Adriaticum mare sitis præsedisset, simul atque audivit, in Etruriam hostes irrupisse, Romamque contendere, ad ferendam opem adcurrerat. Qui ubi prope hostes castra posuit, tum vero ii qui in tumulum confugerant, ex ignibus quos cernebant adventu illius cognito, animos confestim resumunt, et suorum nonnullos inermes per sylvam mittunt, qui rem omnem gestam Consuli renuntient. *Æmilius,* ne ad prensandum quidem consilium tempus sibi relictum intelligens, tribunis imperat, ut luce prima pedites educant: ipse, assumtis equitibus, recta ad tumulum illum pergit ire. Gallorum vero duces, quum per noctem ignes cernerent, hostium adventum conjectura assecuti, quid esset opus facto, communi consilio deliberabant. Ibi *Aneroëstus* rex hujusmodi sententiæ auctor exstitit: *quoniam tanta jam præda essent potiti;* (quippe facile intelligitur, hominum, pecorum, et omnis supellectilis tantam vim ab eis captam fuisse, ut

6 σκευῆς, ἧς εἶχον, ἀμύθητον·) διόπερ ἔφη, δεῖν μὴ κινδυ-
νεύειν ἔτι, μηδὲ παραβάλλεσθαι τοῖς ὅλοις, ἀλλ' εἰς
τὴν οἰκείαν ἀδεῶς ἐπανάγειν· ταῦτα δ' ἀποσκευασα-
μένους, καὶ γενομένους εὐζώνους, αὖθις ἐγχειρεῖν ὁλο-
7 σχερῶς, ἐὰν δοκῇ, τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι. δόξαντος
δὲ σφίσι κατὰ τὴν [f] Ἀνηροέστου γνώμην χρήσασθαι τοῖς
παροῦσιν, οὗτοι μὲν τῆς νυκτὸς ταῦτα βουλευσάμενοι,
πρὸ φωτὸς [g] ἀναζεύξαντες, προῆγον παρὰ θάλατταν, διὰ
8 τῆς Τυῤῥηνῶν χώρας. Ὁ δὲ Λεύκιος, ἀναλαβὼν ἐκ τοῦ
βουνοῦ τὸ διασωζόμενον τοῦ στρατοπέδου μέρος ἅμα
ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι, τὸ μὲν διακινδυνεύειν ἐκ παρα-
τάξεως οὐδαμῶς ἔκρινε συμφέρειν, ἐπιτηρεῖν δὲ μᾶλλον
καιροὺς καὶ τόπους εὐφυεῖς, ἑπόμενος, ἐάν που τὶ
βλάψαι τοὺς πολεμίους ἢ τῆς λείας ἀποσπάσαι
δυνηθῇ.

A. U. 529. Domum repetunt Galli.

XXVII. Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους ἐκ Σαρδόνος
μετὰ τῶν στρατοπέδων Γάϊος Ἀτίλιος ὕπατος εἰς
[h] Πίσας καταπεπλευκὼς, [i] προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως
εἰς Ῥώμην, ἐναντίαν ποιούμενος τοῖς πολεμίοις τὴν πο-
2 ρείαν. ἤδη δὲ περὶ Τελαμῶνα τῆς Τυῤῥηνίας τῶν
Κελτῶν ὑπαρχόντων, οἱ προνομεύοντες ἐξ αὐτῶν ἐμ-
πεσόντες εἰς τοὺς παρὰ τοῦ Γαΐου [k] προπορευσαμένους,
ἑάλωσαν· καὶ τά τε προγεγονότα διεσάφουν ἀνακρινό-

Abeuntibus occurrit C. Atilius Cos. ex Sardinia rediens.

[f] Ἀροέστου h. l. Flor. Bav. Reg. A. Ἀορέστου Urb. [g] ἀνέζευξαν καὶ edd. ex Bav. [h] Πίσσας semper edd. ex Bav. [i] προῆγε correxit Casaub. Libri omnes προσῆγε. [k] προπορευομένους edd. ex Bav.

verbis nemo queat exprimere:) *idcirco*, ait, *prælii aleam non esse subeundam, nec periculum summæ rerum audaci temeritate faciendum; sed in patriam tuto redeundum. Postea vero quam sarcinis positis expeditiores facti essent; tum denuo, si ita visum fuerit, adversus Romanum nomen esse bellum totis viribus sumendum.* Universis *Aneroësti* sententiam approbantibus, eadem nocte qua consilium istud habuerant, priusquam illucesceret, castra movent: et per fines Etruscorum secundum mare pergunt ire. *Lucius*, reliquiis amissi exercitus, quæ collem tenebant, ad suum adjunctis, ut justo quidem prælio dimicaret, e re sua non existimabat: sed potius, ut temporum locorumque occasiones, imminens a tergo, captaret, si qua forte aut hostibus nocere, aut prædæ aliquid posset avertere.

XXVII. Per idem tempus *C. Atilius*, alter *Consul*, qui exercitum e Sardinia reductum *Pisis* exposuerat, contrarium Gallis in eadem inferi maris ora iter habens, Romam cum copiis tendebat. Jam circa *Telamonem* Etruriæ Galli erant; cum eorum pabulatores in Caii præcursores incidunt, et ab illis capiuntur. Qui ab duce Romano interrogati, de omnibus quæ accide-

A. U. 529. Redeuntibus Gallis occurrit C. Atilius.

μενοι τῷ στρατηγῷ, καὶ τὴν παρουσίαν ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων ἀνήγγελλον· σημαίνοντες, διότι τελείως σύνεγγύς εἰσιν οἱ Κελτοὶ, καὶ τούτων κατόπιν οἱ περὶ τὸν Λεύκιον. Ὁ δὲ, τὰ μὲν ξενισθεὶς ἐπὶ τοῖς προσπίπ- 4
τουσι, τὰ δ' εὔελπις γενόμενος ἐπὶ τῷ δοκεῖν μέσους κατὰ πορείαν ἀπειληφέναι τοὺς Κελτοὺς, τοῖς μὲν χιλιάρχοις παρήγγειλε τάττειν τὰ στρατόπεδα, καὶ βάδην εἰς τοὔμπροσθεν προάγειν, καθόσον ἂν οἱ τόποι προσδέχωνται τὴν μετωπηδὸν ἔφοδον. αὐτὸς δὲ, συνθεω- 5
ρήσας εὐκαίρως λόφον κείμενον ὑπὲρ τὴν ὁδὸν, ὑφ' ὃν ἔδει παραπορευθῆναι τοὺς Κελτοὺς, ἀναλαβὼν τοὺς ἱππεῖς, ὥρμησε σπεύδων προκαταλαβέσθαι τὴν ἀκρολοφίαν, καὶ πρῶτος κατάρξαι τοῦ κινδύνου· πεπεισμένος, τῆς ἐπιγραφῆς τῶν ἐκβαινόντων πλεῖστον οὕτω κληρονομήσειν. Οἱ δὲ Κελτοὶ, τὸ μὲν πρῶτον τὴν παρουσίαν τῶν περὶ 6
τὸν Ἀτίλιον ἀγνοοῦντες, ἐκ δὲ τοῦ συμβαίνοντος ὑπολαμβάνοντες τοὺς περὶ τὸν Αἰμίλιον [1] περιπεπορεῦσθαι τὴν νύκτα τοῖς ἱππεῦσι, καὶ προκαταλαμβάνεσθαι τοὺς τόπους, εὐθέως ἐξαπέστελλον τοὺς παρ' αὐτῶν ἱππεῖς, καί τινας τῶν εὐζώνων, ἀντιποιησομένους τῶν κατὰ τὸν βουνὸν τόπων. ταχὺ δὲ συνέντες τὴν τοῦ Γαΐου παρου- 7
σίαν ἔκ τινος τῶν ἀχθέντων αἰχμαλώτων, σπουδῇ παρενέβαλλον τοὺς πεζοὺς, ποιούμενοι τὴν ἔκταξιν ἅμα πρὸς ἑκατέραν τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν ἀπ' οὐρᾶς καὶ τὴν

Galli inter duos hostes.

[1] περιπορεύεσθαι Flor. Aug. Reg. A.

rant certiorem illum faciunt: *adesse utrumque exercitum*, significant, *et quidem admodum vicinos esse Gallos, pone quos sequatur Lucius.* Consul, partim novitate rerum quæ nuntiabantur perculsus, partim spei bonæ plenus, quod Gallos in itinere medios intercepisse se intelligeret; tribunis imperat, aciem instruant, eaque, quantum per locorum naturam liceat, in frontem porrecta, ut militari gradu ire pergant. Ipse, opportunitate animadversa collis viæ imminentis, ad quem in transitu subire Galli cogebantur, ad occupandum collis verticem festinanter cum equitatu contendit; simul id spectans, ut prior ipse cum hoste prælium capessat; persuasus, ita facile se consecuturum, ut omnium, quæ accidissent, decus sibi potissimum adscriberetur. Galli principio *Atilii* reditum ignorabant: verum, ex re conjecturam facientes, *Æmilium* equitibus noctu circumductis loca opportuna occupare, confestim etiam ipsi suos equites cum expeditorum nonnullis mittunt, ut de illo colle Romanos dejiciant. Sed mox ubi adventum Caii de aliquo ex captivis intellexissent, pedites diligenter ordinant, acie inutramque partem versa, sive extremum agmen, sive primam

8 κατὰ πρόσωπον· οὓς μὲν γὰρ ᾔδεσαν ἑπομένους αὐτοῖς, A. U. 529.
οὓς δὲ [m]κατὰ τὸ στόμα προσεδόκων ἀπαντήσειν, ἔκ τε τῶν προσαγγελλομένων τεκμαιρόμενοι, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν συμβαινόντων.

XXVIII. Οἱ δὲ περὶ τὸν Αἰμίλιον ἀκηκοότες μὲν τὸν εἰς τὰς Πίσας κατάπλουν τῶν στρατοπέδων, οὔπω δὲ προσδοκῶντες αὐτὰ συνεγγίζειν, τότε σαφῶς ἐκ τοῦ περὶ τὸν λόφον ἀγῶνος ἔγνωσαν, διότι τελέως ἐγγὺς εἶναι
2 συμβαίνει τὰς οἰκείας αὐτῶν δυνάμεις. διὸ καὶ τοὺς μὲν ἱππεῖς παραυτίκα βοηθήσοντας ἐξαπέστελλον τοῖς ἐν τῷ λόφῳ διαγωνιζομένοις· αὐτοὶ δὲ κατὰ τὰς εἰθισμένας τάξεις διακοσμήσαντες τοὺς πεζοὺς, προῆγον ἐπὶ
3 τοὺς ὑπεναντίους. Οἱ δὲ Κελτοὶ τοὺς μὲν ἐκ τῶν Ἄλπεων Γαισάτους προσαγορευομένους ἔταξαν πρὸς τὴν ἀπ' οὐρᾶς ἐπιφάνειαν, ᾗ προσεδόκων τοὺς περὶ τὸν Αἰμί-
4 λιον, ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς [n]Ἴσομβρας· πρὸς δὲ τὴν κατὰ πρόσωπον, τοὺς Ταυρίσκους, καὶ τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Πάδου κατοικοῦντας [o]Βοίους παρενέβαλον, τὴν ἐναντίαν μὲν στάσιν ἔχοντας τοῖς προειρημένοις, βλέποντας δὲ
5 πρὸς τὴν τῶν τοῦ Γαΐου στρατοπέδων ἔφοδον. τὰς δ' ἁμάξας καὶ συνωρίδας ἐκτὸς ἑκατέρου τοῦ κέρατος παρέστησαν. τὴν δὲ λείαν εἴς τι τῶν παρακειμένων
6 ὀρῶν, φυλακὴν περιστήσαντες, ἤθροιζον. Γενομένης δ' ἀμφιστόμου τῆς τῶν Κελτῶν δυνάμεως, οὐ μόνον κατα-

Acies bifrons Gallorum.

[m] κατὰ στόμα Aug. Reg. A. [n] Ἰσόμβρους h. l. edd. et mox deinde Ἴσομβροι.
[o] Pro Βοίους vulgo Βοιοὺς.

frontem hostis invaderet: nam alios a tergo sequi hostes norant; alios a fronte occursuros jam non dubitabant, partim ex nuntiis qui afferebantur, partim ex iis quæ fieri cernerent, id colligentes.

XXVIII. *Æmilius*, legiones Pisas quidem appulisse non ignorans, at nondum appropinquaturas illas existimans; postquam pugnari ad collem cœpit, proximum jam esse collegæ exercitum certo cognovit. Igitur confestim eis, qui in colle pugnabant, equites auxilio mittit: ipse, pro more militiæ Romanæ disposita peditum acie, in hostem vadit. Galli *Inalpinos Gæsatos*, quos vocant, ab illa parte, quæ a tergo erat, qua facturum esse impetum exspectabant *Æmilium*, statuunt: pone hos *Insubres* locant: ab anteriore parte *Tauriscos* et cis Padum habitantes *Boios* in aciem instruunt; qui contrariam prioribus stationem obtinebant, in *Atilii* exercitum versi, ut ejus impetum exciperent. Plaustris atque essedis, extra aciem submotis, cornu utrumque prætexunt: prædam in propinquum collem, custodibus appositis, convehunt. Ita ergo disposita *Gallorum bifrons acies*,

A. U. 529.

πληκτικὴν, ἀλλὰ καὶ πρακτικὴν εἶναι συνέβαινε τὴν
τάξιν. οἱ μὲν οὖν Ἴσομβρες καὶ [o]Βοῖοι τὰς ἀναξυρίδας 7
ἔχοντες καὶ τοὺς εὐπετεῖς τῶν [p]σάγων περὶ αὐτοὺς
[q]ἐξέταξαν· οἱ δὲ Γαισάται, διά τε τὴν φιλοδοξίαν καὶ 8
τὸ θάρσος ταῦτ' ἀποῤῥίψαντες, γυμνοὶ μετ' αὐτῶν τῶν
ὅπλων, πρῶτοι τῆς δυνάμεως κατέστησαν· ὑπολαβόντες
οὕτως ἔσεσθαι πρακτικώτατοι, διὰ τὸ τινὰς τῶν τόπων
βατώδεις ὄντας ἐμπλέκεσθαι τοῖς ἐφάμμασι, καὶ πα-
ραποδίζειν τὴν τῶν ὅπλων χρείαν. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον, 9
αὐτὸς ὁ κατὰ τὸν λόφον ἐνειστήκει κίνδυνος, ἅπασιν ὢν
σύνοπτος, ὡς ἂν ἅμα τοσούτου πλήθους ἱππέων ἀφ'
ἑκάστου τῶν στρατοπέδων ἀναμὶξ ἀλλήλοις συμπεπτω-
κότος. ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ συνέβη Γάϊον μὲν τὸν 10
ὕπατον παραβόλως ἀγωνιζόμενον, ἐν χειρῶν νόμῳ τε-
λευτῆσαι τὸν βίον, τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ πρὸς τοὺς
βασιλέας [r]ἐπανενεχθῆναι τῶν Κελτῶν· τοὺς δὲ τῶν
Ῥωμαίων ἱππεῖς, κινδυνεύσαντας ἐῤῥωμένως, τέλος ἐπι-
κρατῆσαι τοῦ τόπου, καὶ τῶν ὑπεναντίων. Μετὰ δὲ 11
ταῦτα, τῶν πεζικῶν στρατοπέδων ἤδη σύνεγγυς ὄντων
ἀλλήλοις, ἴδιον ἦν καὶ θαυμαστὸν τὸ συμβαῖνον οὐ
μόνον τοῖς ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τότε παροῦσιν, ἀλλὰ καὶ
τοῖς ποτε μετὰ ταῦτα δυναμένοις ὑπὸ τὴν ὄψιν λαμβά-
νειν ἐκ τῶν λεγομένων τὸ γεγονός.

Nudi pugnant Gæsatæ.

In certamine equitum cadit C. Atilius.

Prælium ad Telamonem.

[o] Pro Βοῖοι vulgo Βοιοὶ. [p] Vulgo omnes h. l. σαγῶν. [q] ἐξέταξαν ex conj. posui. Mendose libri nostri ἐξέταζον, quod Casaub. cum Suida in ἐξήταζον mutavit. [r] ἐπαναχθῆναι Bav. Aug. Reg. A.

non solum ad speciem terribilis est visa; sed etiam ad bene pugnandum cum primis efficax. Ad hanc igitur pugnam *Insubres et Boii*, *braccati*, ac leviore sago induti prodierunt: *Gæsatarum* vero tanta fuit vanitas et confidentia, ut, braccis sagisque abjectis, *nudi* cum solis armis primos ordines occuparent; hac ratione quam expeditissimos fore se rati, quum senticeta alicubi essent, quæ vestimentis adhærerent, et armorum usum impedirent. Primum igitur solum in tumulo certamen est commissum; omnibus facile spectantibus, propter equitum multitudinem, qui ex omnibus exercitibus illuc accurrerant, et inter se permisti pugnabant. Ibi tum contigit, *Caium* Consulem, dum audacius pugnam capessit, in ipsa dimicatione mortem oppetere, ejusque caput trunco præcisum regibus afferri; Romanos vero equites, magna vi pugnantes, tandem et loco potiri, et hostibus prævalere. Post hæc, pedestribus copiis invicem jam appropinquantibus, cernere erat spectaculum oppido rarum, neque iis solum mirabile, qui tum præsentes pugnæ interfuerunt, sed et his qui posthac ex narratione rem gestam ob oculos sibi ponere possunt.

XXIX. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ τριῶν στρατοπέδων τῆς A. U. 529.
μάχης συνισταμένης, δῆλον, ὡς ξένην καὶ παρηλλαγμέ-
νην εἰκὸς καὶ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ τὴν χρείαν φαίνεσθαι
2 τοῦ συντεταγμένου. δεύτερον δὲ, πῶς οὐκ ἂν ἀπορήσαι Aciei bi-
τις, καὶ νῦν, καὶ τότε παρ' αὐτὸν ὢν τὸν καιρὸν, frontis in-
πότερον οἱ Κελτοὶ τὴν ἐπισφαλεστάτην εἶχον χώραν, commoda et commoda.
ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν ἅμα τῶν πολεμίων ἐπαγόντων
3 αὐτοῖς; ἢ τοὐναντίον τὴν ἐπιτευκτικωτάτην· ἅμα μὲν
ἀγωνιζόμενοι πρὸς ἀμφοτέρους, ἅμα δὲ τὴν [s] ἀφ' ἑκα-
τέρων ἀσφάλειαν ἐκ τῶν ὄπισθεν αὐτοῖς παρασκευά-
ζοντες· τὸ δὲ μέγιστον, ἀποκεκλεισμένης πάσης τῆς
4 [t] εἰς τοὔπισθεν ἀναχωρήσεως, καὶ τῆς ἐν τῷ λείπεσθαι
σωτηρίας; ἡ γὰρ τῆς ἀμφιστόμου τάξεως ἰδιότης τοι-
5 αύτην ἔχει τὴν χρείαν. Τούς γε μὴν Ῥωμαίους, τὰ
μὲν, εὐθαρσεῖς ἐποίει τὸ μέσους καὶ πάντοθεν περιειλη-
φέναι τοὺς πολεμίους· τὰ δὲ, πάλιν ὁ κόσμος αὐτοὺς Clamor
6 καὶ θόρυβος ἐξέπληττε τῆς τῶν Κελτῶν δυνάμεως. ἀνα- Gallorum bellicus.
ρίθμητον μὲν γὰρ ἦν τὸ τῶν [u] βυκανητῶν καὶ σαλ-
πιγκτῶν πλῆθος. οἷς ἅμα τοῦ παντὸς στρατοπέδου
συμπαιανίζοντος, τηλικαύτην καὶ τοιαύτην συνέβαινε
γενέσθαι κραυγὴν, ὥστε μὴ μόνον τὰς σάλπιγγας καὶ
τὰς δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ τοὺς παρακειμένους τόπους
7 συνηχοῦντας, ἐξ αὐτῶν δοκεῖν προΐεσθαι φωνήν. ἐκπλη-

[s] Perperam vulgo ἐφ' ἑκατ. [t] εἰς τοὔπισθεν omnino fuit restituendum, pro εἰς τοὔμπροσθεν, quod libros omnes obsedit. [u] Aut sic aut βυκανιστῶν legendum. Variant libri, βυχανιτῶν, βυχανητῶν, ἐβυκανητῶν.

XXIX. Primo enim, quum *ex tribus exercitibus* illud *prælium* constaret, quis non intelligat, et adspectu et genere ipso pugnandi novam et inusitatam prorsus apparere debuisse illam commissionem? Deinde quis non ambigeret, sive nunc, sive olim in ipso prælio, utrum periculosissima omnium ea Gallorum ordinatio fuerit, quod simul utrimque illos hostis invaderet? an contra ad victoriam accommodatissima? quod eadem opera cum utroque hoste dimicarent, et securitatem sibi invicem simul præstarent, ne terga ipsis cædere hostes possent; et, quod maximum est, omnes ad fugam aditus præclusos haberent, nulla si vincerentur spe relicta: quæ præcipua est bifrontis aciei utilitas, ipsi propria. Romanis illud quidem animos addebat, quod hostem undique conclusum tenerent: sed rursus illos stupore quodam percellebat, cum ipse adspectus Gallici exercitus, tum tumultus illorum et clamor. Nam præter buccinatorum tubicinumque innumerabilem multitudinem, universo exercitu ululatum insimul tollente, talis tantusque exortus est clamor, ut non tubas solum ac milites, sed etiam resonantia e proximo loca vocem per se viderentur edere. Terribilis vero etiam

A. U. 529. κτικὴ δ' ἦν καὶ τῶν γυμνῶν προεστώτων ἀνδρῶν, ἥ τε ἐπιφάνεια καὶ κίνησις, ὡς ἂν διαφερόντων ταῖς ἀκμαῖς καὶ τοῖς εἴδεσι. πάντες δ' οἱ τὰς πρώτας κατέχοντες 8
Maniacæ. σπείρας, χρυσοῖς [x] μανιάκαις καὶ περιχείροις ἦσαν κατακεκοσμημένοι. πρὸς ἃ βλέποντες οἱ Ῥωμαῖοι, τὰ 9
μὲν ἐξεπλήττοντο· τὰ δ' ὑπὸ τῆς τοῦ λυσιτελοῦς ἐλπίδος ἀγόμενοι, διπλασίως παρωξύνοντο πρὸς τὸν κίνδυνον.

Profligantur Gæsatæ a jaculatoribus Romanis.

XXX. Πλὴν ἅμα τῷ τοὺς ἀκοντιστὰς, προελθόντας ἐκ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων κατὰ τὸν ἐθισμὸν, εἰσακοντίζειν ἐνεργοῖς καὶ πυκνοῖς τοῖς βέλεσι· τοῖς μὲν ὀπίσω τῶν Κελτῶν, πολλὴν εὐχρηστίαν οἱ σάγοι μετὰ τῶν ἀναξυρίδων παρεῖχον· τοῖς δὲ γυμνοῖς προεστῶσι, 2
παρὰ τὴν προσδοκίαν τοῦ πράγματος συμβαίνοντος, τἀναντία πολλὴν ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν παρεῖχε τὸ γιγνόμενον. οὐ γὰρ δυναμένου τοῦ Γαλατικοῦ θυρεοῦ 3
τὸν ἄνδρα περισκέπειν, ὅσῳ γυμνὰ καὶ μείζω τὰ σώματα ἦν, τοσούτῳ συνέβαινε μᾶλλον τὰ βέλη πίπτειν ἔνδον. τέλος δ', οὐ δυνάμενοι μὲν ἀμύνασθαι τοὺς ἀκον- 4
τίζοντας, διὰ τὴν ἀπόστασιν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν πιπτόντων βελῶν· περικακοῦντες δὲ, καὶ δυσχρηστούμενοι τοῖς παροῦσιν· οἱ μὲν, εἰς τοὺς πολεμίους ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἀλογιστίας εἰκῆ [y] προσπίπτοντες, καὶ διδόντες σφᾶς αὐτοὺς, ἑκουσίως ἀπέθνησκον, οἱ δ' εἰς

[x] μανιάκοις edd. ex Bav. et sic deinde. [y] προπίπτοντες voluit Reisk.

erat cum species, tum motus illorum, qui in prima acie nudi stabant: viri, et flore ætatis et corporum forma præstantes. Jam in primis ordinibus neminem cerneres *maniacis* armillisque aureis non adornatum. Ad quod spectaculum Romani partim stupescebant; partim, lucri spe ducti, tanto animosiores ad pugnandum fiebant.

XXX. Ceterum ubi jaculatores, Romanæ militiæ more progressi ante reliquam aciem, densis ac certa manu destinatis jaculis pugnam committere cœperunt: secundis quidem Gallorum ordinibus saga et braccæ magno erant usui: at contra *Gæsatæ*, qui in prima acie nudi pugnabant, quoniam res aliter eveniebat, quam ipsi existimaverant, quid agerent, aut quid consilii caperent, non sciebant. Quia enim *scutum Gallicum* protegere virum non potest, quo majora erant horum corpora, et quidem nuda, eo minus jacula cadebant irrita. Ad extremum, quum adversus jaculatores Romanos, cum ob intervallum ex quo illa jacula sua vibrabant, tum ob telorum undique incidentium frequentiam, efficere nihil possent; malis tandem victi, et difficultatibus pressi, pars præ ira et furore in hostes temere irruebant, et ad cædem sese ultro

τοὺς φίλους ἀναχωροῦντες ἐπὶ πόδα, καὶ προδήλως ἀπο- A. U. 529.
5 δειλιῶντες, διέστρεφον τοὺς κατόπιν. τὸ μὲν οὖν τῶν
Γαισατῶν φρόνημα [z]παρὰ τοῖς ἀκοντισταῖς, τούτῳ τῷ
6 τρόπῳ κατελύθη. Τὸ δὲ τῶν Ἰσόμβρων καὶ Βοίων, ἔτι
δὲ Ταυρίσκων πλῆθος, ἅμα τῷ τοὺς Ῥωμαίους, δεξα-
μένους τοὺς ἑαυτῶν ἀκοντιστὰς, προσβάλλειν σφίσι τὰς
σπείρας, συμπεσὸν τοῖς πολεμίοις ἐκ χειρὸς, ἐποίει
7 μάχην ἰσχυράν. καὶ διακοπτόμενοι, παρέμενον [a]ἐπ'
ἴσον ταῖς ψυχαῖς· αὐτῷ τούτῳ καὶ καθόλου καὶ κατ'
8 ἄνδρα λειπόμενοι, ταῖς τῶν ὅπλων κατασκευαῖς. οἱ μὲν
οὖν θυρεοὶ πρὸς ἀσφάλειαν, αἱ δὲ μάχαιραι πρὸς
πρᾶξιν μεγάλην [b]διαφορὰν * * * * ἔχειν, τὴν δὲ Γα-
9 λατικὴν καταφορὰν ἔχειν μόνον. ἐπεὶ δ' ἐξ ὑπερδεξίου
καὶ κατὰ κέρας οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς ἐμβαλόντες
ἀπὸ τοῦ λόφου προσέφερον τὰς χεῖρας ἐῤῥωμένως, τόθ'
οἱ μὲν πεζοὶ τῶν Κελτῶν ἐν αὐτῷ τῷ τῆς παρατάξεως
τόπῳ κατεκόπησαν, οἱ δ' ἱππεῖς πρὸς φυγὴν ὥρμησαν.

Reliquus Gallorum exercitus armorum genere victus cæditur.

XXXI. Ἀπέθανον μὲν οὖν τῶν Κελτῶν εἰς τετρακισ-
μυρίους, ἑάλωσαν δ' οὐκ ἐλάττους μυρίων· ἐν οἷς καὶ τῶν
2 βασιλέων Κογκολιτάνος. ὁ δ' ἕτερος αὐτῶν, Ἀνηρό-
εστος, εἴς τινα τόπον συμφυγὼν μετ' ὀλίγων, προσ-
3 ήνεγκε τὰς χεῖρας αὐτῷ καὶ τοῖς ἀναγκαίοις. Ὁ δὲ

Cæsorum numerus.

[z] Sic vett. libri omnes. παρὰ τῶν ἀκοντιστῶν dedit Casaub. ex Reg. C. [a] ἐπ' ἴσον ex ἐπὶ ποσὸν, *aliquamdiu*, corruptum utique videtur. [b] Lacunæ notam Casaubonus post διαφορὰν ἔχειν posuit, quæ mihi inter ipsa hæc duo verba visa est interponenda.

objectabant; alii ad suos pedetentim sese recipientes, metum ac pavorem suum palam professi, positos a tergis ordines conturbabant. Ita Romani jaculatores *Gæsatarum* feroces animos dejecerunt. *Insubres* vero et *Boii* ac *Taurisci*, posteaquam Romani, jaculatoribus suis receptis, manipulos in ipsos immiserunt; cominus rem manu gerentes, atrociter dimicabant. Et quamquam concidebantur, animis tamen pariter resistebant; hoc uno et universi et singuli inferiores, quod *genere armorum vincerentur.* Nam et scuta Romanorum ad munimentum, et gladius ad pugnandum longe excellunt: quum contra * * Gallicis gladiis cæsim tantum pugnari queat. Inter hæc Romani equites de colle descendere, hostem e superiore loco et impressione in latus facta invadere, strenue rem gerere. Tum vero Gallorum pedites in suis stationibus passim contruncantur; equites fugam capessunt.

XXXI. Periere Gallorum ad quadraginta millia: capti sunt non pauciores decem millibus; in quibus alter regum erat *Concolitanus.* Alter rex, *Aneroëstus,* paucis comitantibus in quemdam locum fuga se recepit: ubi mox sibi et necessariis suis manus in-

A. U. 529. L. Æmilius persequitur victoriam.

στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, τὰ μὲν σκῦλα συναθροίσας,
εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλε, τὴν δὲ λείαν ἀπέδωκε τοῖς
προσήκουσι. αὐτὸς δ' ἀναλαβὼν τὰ στρατόπεδα, καὶ 4
διελθὼν παρ' αὐτὴν τὴν Λιγυστικὴν, εἰς τὴν τῶν Βοίων
[c]ἐνέβαλε χώραν. πληρώσας δὲ τὰς ὁρμὰς τῶν στρατο-
πέδων τῆς ὠφελείας, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἧκε μετὰ τῶν
δυνάμεων εἰς τὴν Ῥώμην. καὶ τὸ μὲν Καπιτώλιον 5
ἐκόσμησε ταῖς τε σημαίαις καὶ τοῖς μανιάκαις· τοῦτο
δ' ἐστὶ χρυσοῦν ψέλλιον, ὃ φοροῦσι περὶ [d]τὰς χεῖρας
καὶ τὸν τράχηλον οἱ Γαλάται. τοῖς δὲ λοιποῖς σκύλοις 6
καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις, πρὸς τὴν εἴσοδον ἐχρήσατο τὴν
ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θριάμβου διακόσμησιν. Ἡ 7
μὲν οὖν βαρυτάτη τῶν Κελτῶν ἔφοδος [e]οὕτω καὶ τούτῳ
τῷ τρόπῳ διεφθάρη· πᾶσι μὲν Ἰταλιώταις, μάλιστα δὲ
Ῥωμαίοις, μέγαν καὶ φοβερὸν ἐπικρεμάσασα κίνδυνον.

A. U. 530. Novi Coss. Boios in deditionem accipiunt.

Ἀπὸ δὲ τοῦ κατορθώματος τούτου κατελπίσαντες Ῥω- 8
μαῖοι δυνήσασθαι τοὺς Κελτοὺς ἐκ τῶν τόπων τῶν περὶ
τὸν Πάδον ὁλοσχερῶς ἐκβαλεῖν, τούς τε μετὰ ταῦτα
κατασταθέντας ὑπάτους, Κόϊντον Φουλούϊον καὶ Τίτον
Μάλλιον, ἀμφοτέρους, καὶ τὰς δυνάμεις μετὰ παρα-
σκευῆς μεγάλης, ἐξαπέστειλαν ἐπὶ τοὺς Κελτούς.
οὗτοι δὲ τοὺς μὲν Βοίους ἐξ ἐφόδου καταπληξάμενοι, 9
συνηνάγκασαν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἑαυτοὺς δοῦναι πίστιν.
τὸν δὲ λοιπὸν χρόνον τῆς στρατείας, ἐπιγενομένων ὄμβρων 10

[c] ἐνέβαλλε Urb. Reg. A. [d] Tria verba, τὰς χεῖρας καὶ, ignorant vett. codd. excepto Bav. [e] οὕτω καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ. Absunt vulgo duo priora verba.

tulit. Romanus imperator, collecta spolia Romam misit: prædam iis reddidit, a quibus fuerat abacta. Ipse cum utroque exercitu secundum Liguriæ fines iter faciens, in *Boiorum* agrum irrumpit. Satiatisque militum animis, prædæ avidis, paucis post diebus copias universas Romam reduxit. Signis militaribus et *maniacis* (ita vocant armillas aureas, ad collum et manus gestari a Gallis solitas:) Capitolium Consul ornavit. Reliqua spolia et captivorum turbam ad triumphi apparatum, quando urbem ingrederetur, servavit. Hunc perniciialem exitum habuit Gallorum illa memorabilis expeditio: quæ cum universos Italiæ populos, tum maxime Romanos, in periculum magnum ac præsens conjecerat. Ceterum post hanc victoriam in spem adductus populus Romanus, posse Gallos e Circumpadanis regionibus a se penitus expelli, Consules ambos, qui sequente anno sunt creati, *Q. Fulvium* et *T. Manlium* cum exercitu et ingenti apparatu contra illos misit. Hi *Boios*, primo impetu perterrefactos, in fidem, Romanorum se permittere adegerunt. Toto deinde expeditionis reliquo tem-

ἐξαισίων, ἔτι δὲ λοιμικῆς διαθέσεως ἐμπεσούσης αὐτοῖς, A. U. 530.
ἐς τέλος ἄπρακτον εἶχον[f].

XXXII. Μετὰ δὲ τούτους κατασταθέντες Πόπλιος A. U. 531.
Φούριος καὶ Γάϊος Φλαμίνιος, αὖθις ἐνέβαλον εἰς τὴν
Κελτικὴν, διὰ τῆς τῶν [g]Ἀναμάρων χώρας· οἷς συμ-
βαίνει, μὴ μακρὰν ἀπὸ [h]Μασσαλίας ἔχειν τὴν οἴκησιν.
2 οὓς εἰς τὴν φιλίαν προσαγαγόμενοι, διέβησαν εἰς τὴν
τῶν Ἰσόμβρων γῆν, κατὰ τὰς συῤῥοίας [i]τοῦ τε Ἀδόα
3 καὶ Πάδου ποταμοῦ. λαβόντες δὲ πληγὰς περί τε τὴν
διάβασιν, καὶ περὶ τὴν στρατοπεδείαν, παραυτίκα μὲν
ἔμειναν· μετὰ δὲ ταῦτα σπεισάμενοι, καθ' ὁμολόγιαν
4 [k]ἀνελύσαν ἐκ τῶν τόπων. περιελθόντες δὲ πλείους ἡμέ-
ρας, καὶ διελθόντες τὸν Κλούσιον ποταμόν· ἦλθον εἰς
τὴν τῶν Γονομάνων χώραν, καὶ προσλαβόντες τούτους,
ὄντας συμμάχους, ἐνέβαλον πάλιν ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς
Ἄλπεις τόπων εἰς τὰ τῶν Ἰσόμβρων πεδία, καὶ τήν τε
5 γῆν ἐδῄουν, καὶ τὰς κατοικίας αὐτῶν ἐξεπόρθουν. Οἱ
δὲ τῶν Ἰσόμβρων προεστῶτες, θεωροῦντες ἀμετάθετον
οὖσαν τὴν ἐπιβολὴν τῶν Ῥωμαίων, ἔκριναν τῆς τύχης
λαβεῖν πεῖραν, καὶ διακινδυνεῦσαι πρὸς αὐτοὺς ὁλοσχε-
6 ρῶς. συναθροίσαντες οὖν [l]ἁπάσας ἐπὶ ταυτὸν, καὶ τὰς
χρυσᾶς [m]σημαίας τὰς ἀκινήτους λεγομένας [n]καθελόντες

P. Furius C. Flaminius Insubribus inferunt bellum.

Signa aurea Insubrium.

[f] An ἦγον? [g] Ἀνάνων? an Ἀναμάνων? [h] Pro mend. Μασσαλίας, Πλακεντίας fors. cum Cluvero legendum. [i] Levi menda MSti dant τοῦ γεαδόα, et Aug. τοῦ γεαδούα. Temere Casaub. τοῦ Παδόα. [k] ἀνέλυσαν correxi. Male vulgo omnes ἔλυσαν. [l] Ad ἁπάσας adjicienda utique cum Ursino verba τὰς δυνάμεις videntur. [m] σημείας Vat. Flor. Aug. Reg. A. [n] καθελόντες ex conj. posui, pro vulg. κατέχοντες.

pore, propter imbres immodicos, grassantemque pestilentiam, nihil plane dignum memoria gestum est.

XXXII. Etiam qui hos insecuti sunt *Consules*, *Publ. Furius* et *C. Flaminius*, in eamdem Galliam per *Anamarorum* fines exercitus ductavere. Non longe hic populus a *Massilia* [an *Placentia?*] sedes suas habet: quo in amicitiam recepto, Consules in regionem *Insubrum*, qua *Addua* in Padum influit, trajecerunt. Verum, et in transitu, et dum castra ponunt, cæsi, statim illi quidem nihil moverunt: at postea fœdus icerunt, et ex pacto communi excessere illis locis. Deinde per proximas regiones multos dies vagati, transmisso *flumine Clusio* in *Cenomanorum* ditionem venerunt. Quibus assumtis, quod socii essent Romani populi, e Subalpinis locis in planitiem *Insubrum* exercitu infesto iterum irruperunt, ibique agros exusserunt, et villas devastarunt. Quamobrem Insubrum principes, qui inita a Romanis consilia adversus se mutari non posse animadverterent, fortunæ aleam sibi esse subeundam, et de rerum summa cum illis decernendum statuunt. Omnibus igitur *militaribus signis* in unum coactis; *aureis* etiam illis quæ *immobilia* nuncupant, ex *æde*

A. U. 531.

ἐκ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἱεροῦ, καὶ τἄλλα παρασκευα-
σάμενοι δεόντως· μετὰ ταῦτα τεθαῤῥηκότως καὶ κατα-
πληκτικῶς ἀντεστρατοπέδευσαν τοῖς πολεμίοις, ὄντες τὸ
πλῆθος εἰς πέντε μυριάδας. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τὰ 7
μὲν, ὁρῶντες σφᾶς ἐλάττους ὄντας παρὰ πολὺ τῶν
ἐναντίων, ἐβούλοντο [n] συγχρησθῆναι ταῖς τῶν συμμα-
χούντων αὐτοῖς Κελτῶν δυνάμεσι· τὰ δὲ, συλλογισά- 8
μενοι τήν τε Γαλατικὴν ἀθεσίαν, καὶ διότι πρὸς ὁμο-
φύλους τῶν προσλαμβανομένων μέλλουσι ποιεῖσθαι τὸν
κίνδυνον, εὐλαβοῦντο τοιούτοις ἀνδράσι τοιούτου καιροῦ
καὶ πράγματος κοινωνεῖν. τέλος δ' οὖν αὐτοὶ μὲν ὑπέ- 9
μειναν ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ, τοὺς δὲ τῶν Κελτῶν σφίσι
συνόντας, διαβιβάσαντες εἰς τὸ πέραν, ἀνέσπασαν τὰς
ἐπὶ τοῦ ῥείθρου γεφύρας· ἅμα μὲν ἀσφαλιζόμενοι τὰ 10
πρὸς ἐκείνους, ἅμα δὲ μίαν ἑαυτοῖς ἀπολείποντες ἐλπίδα
τῆς σωτηρίας τὴν ἐν τῷ νικᾷν, διὰ τὸ κατόπιν αὐτοῖς
ἄβατον ὄντα παρακεῖσθαι τὸν προειρημένον ποταμόν.
πράξαντες δὲ ταῦτα, [o] πρὸς τὸ διακινδυνεύειν ἦσαν. 11

Cenomanorum auxilia suspecta Romanis.

XXXIII. Δοκοῦσι δ' ἐμφρόνως κεχρῆσθαι τῇ μάχῃ
ταύτῃ Ῥωμαῖοι· τῶν χιλιάρχων ὑποδειξάντων, ὡς δεῖ
ποιεῖσθαι τὸν ἀγῶνα κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν [p] ἑκάστους.
συνεωρακότες γὰρ ἐκ τῶν προγεγονότων κινδύνων, ὅτι 2
τοῖς τε θυμοῖς κατὰ τὴν πρώτην ἔφοδον, ἕως ἂν ἀκέραιον

Vincuntur Insubres consilio tribunorum.

[n] συγχρησθῆναι Aug. Reg. A. Vulgo συγχρῆσθαι. [o] πρὸς τῷ διακινδυνεύειν Vat. Flor. [p] ἑκάστους dedit Casaub. Mendose libri ἑκάστου.

Minervæ depromtis, ceteris quoque necessariis apparatibus probe instructis; cum exercitu, in quo erant hominum ad L millia, feroces, minarumque pleni in conspectu hostium castra ponunt. Romani, quia numero longe ab hostibus vinci sese viderunt, auxiliaribus Gallorum sociorum copiis uti in animo habuerant: sed, Gallicam in fœderibus inconstantiam ad animum revocantes, simulque cognationem eorum quos assumerent cum iis, quibuscum erat bellandum; talem occasionem, tantæque rei communionem, ejusmodi hominum fidei permittere non audebant. Tandem hoc consilii ineunt: Gallorum auxilia fluvium trajicere jubent; ipsi ad alteram ejus partem remanent, rescissis pontibus quibus junctum flumen erat; atque ita eadem opera et illis nocendi facultatem adimunt, et sibi spem unicam salutis per victoriam reliquam faciunt. Neque enim vado transiri fluvius poterat, quem a tergo subjectum relinquebant. His factis, ad prælium se comparant.

XXXIII. Celebratur militum Romanorum sollertia, qua in eo usi sunt certamine; edocti a tribunis suis, quomodo et universi et singuli pugnam capessere deberent. Observaverant quippe tribuni e superioribus bellis, *Gallorum genus omne in fervore*

3 ᾖ, φοβερώτατόν ἐστι πᾶν τὸ Γαλατικὸν φῦλον· αἵ τε A. U. 531.
μάχαιραι ταῖς κατασκευαῖς, καθάπερ εἴρηται πρότερον, Gladii Gallorum
μίαν ἔχουσι τὴν πρώτην καταφορὰν καιρίαν, ἀπὸ δὲ inepti.
ταύτης εὐθέως ἀποξυστροῦνται, καμπτόμεναι κατὰ
μῆκος καὶ κατὰ πλάτος ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε, ἂν μὴ δῷ
τις ἀναστροφὴν τοῖς χρωμένοις, ἐρείσαντες πρὸς τὴν γῆν
ἀπευθῦναι τῷ ποδὶ, τελέως ἄπρακτον εἶναι τὴν δευτέραν
4 πληγὴν αὐτῶν· ἀναδόντες οὖν οἱ χιλίαρχοι τὰ τῶν
τριαρίων δόρατα τῶν κατόπιν ἐφεστώτων ταῖς πρώταις
σπείραις, καὶ παραγγείλαντες ἐκ μεταλήψεως τοῖς
ξίφεσι χρῆσθαι, συνέβαλον ἐκ παρατάξεως κατὰ πρόσ-
5 ωπον τοῖς Κελτοῖς. ἅμα δὲ τῷ, πρὸς τὰ δόρατα ταῖς
πρώταις καταφοραῖς χρωμένων τῶν Γαλατῶν, ἀχρειω-
θῆναι τὰς μαχαίρας· [q]συνδραμόντες εἰς τὰς χεῖρας,
τοὺς μὲν Κελτοὺς ἀπράκτους ἐποίησαν, ἀφελόμενοι τὴν
ἐκ διάρσεως αὐτῶν μάχην, ὅπερ ἴδιόν ἐστι Γαλατικῆς
6 χρείας, διὰ τὸ μηδαμῶς κέντημα τὸ ξίφος ἔχειν· αὐτοὶ
δ' οὐκ ἐκ καταφορᾶς, ἀλλ' ἐκ [r]διαλήψεως ὀρθαῖς χρώ-
μενοι ταῖς μαχαίραις, πρακτικοῦ τοῦ κεντήματος περὶ
αὐτὰς ὑπάρχοντος, τύπτοντες εἰς τὰ στέρνα καὶ τὰ
πρόσωπα, καὶ πληγὴν ἐπὶ πληγῇ φέροντες, διέφθειραν
τοὺς πλείστους τῶν παραταξαμένων, διὰ τὴν τῶν χι-
7 λιάρχων πρόνοιαν. Ὁ μὲν γὰρ στρατηγὸς Φλαμίνιος Flaminii temeritas.

[q] συνδιαλαβόντες Bav. quod verum judicarunt Reisk. et Ern. [r] In Bav. superscr. διαλείψεως.

animorum et primo impetu, dum adhuc integri sunt, *atrocissimum* esse: gladios item illorum ita fabricatos, sicut ante diximus, ut ad cædendum primum dumtaxat ictum habeant: a quo statim et in longitudine et in latitudine ad instar strigilum incurvantur usque adeo, ut, nisi tempus militi concedatur, quo mucronem terræ inniti faciens gladium pede dirigat, prorsus inefficax alter illorum sit ictus. Itaque pila triariorum, qui in postremis ordinibus locari solent, primis manipulis dividunt tribuni: mandantque militibus, ut gladios postea in manus sumant, iisque rem gerant. Deinde signis collatis, a fronte Gallos adoriuntur: quorum ubi gladii, dum primis ictibus pila cædunt, redditi sunt inutiles: Romani, ad cominus pugnandum irruentes, usum armorum suorum adversariis adimunt; facultate ablata gladios ad cæsim feriendum attollendi, qui proprius est Gallorum pugnandi modus, quod mucrone ensis illorum omnino careat. Romani vero non cæsim feriendo, sed punctim subinde rectis gladiis utendo, qui mucronibus valent, crebro repetitis ictibus pectora et facies hostium cædentes, illorum plerosque in ipsa acie contruncant. *Prudentiæ Tribunorum* hoc decus tribuitur: nam *Consul* quidem *Flaminius* parum utique prudenter suo exercitui

A. U. 531. οὐκ ὀρθῶς δοκεῖ κεχρῆσθαι τῷ προειρημένῳ κινδύνῳ. παρ' αὐτὴν γὰρ τὴν ὀφρὺν τοῦ ποταμοῦ ποιησάμενος τὴν ἔκταξιν, διέφθειρε τὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς μάχης ἴδιον, οὐχ ὑπολειπόμενος τόπον πρὸς τὴν ἐπὶ πόδα ταῖς σπείραις ἀναχώρησιν. εἰ γὰρ συνέβη βραχὺ μόνον πιεσθῆναι τῇ 8
χώρᾳ τοὺς ἄνδρας κατὰ τὴν μάχην, ῥίπτειν ἂν εἰς τὸν ποταμὸν αὐτοὺς ἔδει, διὰ τὴν ἀστοχίαν τοῦ προεστῶτος. οὐ μὴν, ἀλλά γε πολὺ νικήσαντες ταῖς σφετέραις ἀρε- 9
ταῖς, καθάπερ εἶπον, καὶ παμπληθοῦς μὲν λείας, οὐκ ὀλίγων δὲ σκύλων κρατήσαντες, ἐπανῆλθον εἰς τὴν Ῥώμην.

A. U. 532. Pax negatur Insubribus.

XXXIV. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει, διαπρεσβευσαμένων τῶν Κελτῶν ὑπὲρ εἰρήνης, καὶ πᾶν ποιήσειν ὑπισχνουμένων, ἔσπευσαν οἱ κατασταθέντες ὕπατοι, Μάρκος Κλαύδιος, καὶ Γνάϊος Κορνήλιος, τοῦ μὴ συγχωρηθῆναι τὴν εἰρήνην αὐτοῖς. οἱ δ', ἀποτυχόντες, καὶ κρίναντες ἐξελέγξαι τὰς 2
τελευταίας ἐλπίδας, αὖθις ὥρμησαν ἐπὶ τὸ μισθοῦσθαι τῶν περὶ τὸν Ῥοδανὸν Γαισατῶν Γαλατῶν εἰς τρισμυρίους· οὓς παραλαβόντες εἶχον ἐν ἑτοίμῳ, καὶ προσεδόκων τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων 3
στρατηγοὶ, τῆς ὥρας ἐπιγενομένης, ἀναλαβόντες τὰς δυνάμεις, ἦγον εἰς τὴν τῶν Ἰσόμβρων χώραν. Παραγε- 4

Acerras obsident Coss.

νόμενοι δὲ καὶ στρατοπεδεύσαντες περὶ πόλιν [s] Ἀχέῤῥας, ἣ μεταξὺ κεῖται τοῦ Πάδου καὶ τῶν Ἀλπεινῶν ὀρῶν,

[s] Alii Ἀχέρας, et sic deinde.

in hac pugna consuluisse videtur. Ad ripam enim ipsam fluminis instructa acie, id corruperat quo præcipue Romanum præliandi genus excellit. Quippe nullum a tergo spatium reliquerat, quo se pedetentim recipere manipuli possent. Itaque, si vel minimum inclinari aciem inter pugnandum contigisset, in fluvium sese projicere fuissent coacti: ea fuerat *Consulis incogitantia.* At nihilominus Romani, virtute sua, insignem, ut ostendimus, victoriam adepti, præda onusti, ac spoliis non paucis potiti, Romam redierunt.

XXXIV. Insecuto dein anno, de pace legatos miserunt Galli, quascumque conditiones accipere parati: quæ ne illis concederentur, per ejus anni *Consules, M. Claudium* et *Cnæum Cornelium*, est effectum. Quamobrem Galli ultimam spem sibi tentandam rati, ad mercede conducenda auxilia *Gæsatarum Gallorum*, qui Rhodanum accolunt, denuo se convertunt: quorum ubi ad XXX millia accepissent, hostis adventum præstolantes, paratos in armis eos habent. Consules appetente æstate legiones in agros Insubrum ducunt. Urbem deinde *Acerras*, inter Padum et montana Alpium sitam, admotis castris, obsident. *In-*

5 ἐπολιόρκουν ταύτην. οἱ δ' [t]Ἴσομβρες, βοηθεῖν μὲν οὐ A. U. 532.
δυνάμενοι, διὰ τὸ προκαταληφθῆναι τοὺς εὐφυεῖς τό-
πους· σπεύδοντες δὲ λῦσαι τὴν πολιορκίαν τῶν Ἀχέῤῥων,
μέρος τι τῆς δυνάμεως διαβιβάσαντες τὸν Πάδον εἰς τὴν
τῶν [u]Ἄνδρων χώραν, ἐπολιόρκουν τὸ προσαγορευόμενον
6 Κλαστίδιον. προσπεσόντος δὲ τοῦ συμβαίνοντος τοῖς Marcellus præelio vincit ad Clastidium.
στρατηγοῖς, ἀναλαβὼν τοὺς ἱππεῖς Μάρκος Κλαύδιος,
[x]καὶ τῶν πεζικῶν, ἠπείγετο σπεύδων βοηθῆσαι τοῖς πο-
7 λιορκουμένοις. οἱ δὲ Κελτοὶ, πυθόμενοι τὴν παρουσίαν
τῶν ὑπεναντίων, λύσαντες τὴν πολιορκίαν, ὑπήντων καὶ
8 παρετάξαντο. τῶν δὲ Ῥωμαίων αὐτοῖς τοῖς ἱππεῦσιν ἐξ
ἐφόδου τολμηρῶς σφίσι προσπεσόντων, τὰς μὲν ἀρχὰς
ἀντεῖχον· μετὰ δὲ ταῦτα περιϊσταμένων καὶ κατὰ
νώτου καὶ κατὰ κέρας, δυσχρηστούμενοι τῇ μάχῃ,
9 τέλος ἐτράπησαν ὑπ' αὐτῶν τῶν ἱππέων. καὶ πολλοὶ
μὲν εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντες, ὑπὸ τοῦ ῥεύματος
διεφθάρησαν, οἱ δὲ πλείους ὑπὸ τῶν πολεμίων κατεκόπη-
10 σαν. Ἔλαβον δὲ καὶ τὰς Ἀχέῤῥας οἱ Ῥωμαῖοι, σίτου Cn. Scipio Acerras capit, et Mediolanum.
γεμούσας, ἐκχωρησάντων εἰς τὸ Μεδιόλανον τῶν Γα-
λατῶν· ὅσπερ ἐστὶ κυριώτατος τόπος τῆς τῶν Ἰσόμβρων
11 χώρας. οἷς ἐκ ποδὸς ἐπακολουθήσαντος τοῦ Γναΐου, καὶ
προσβαλόντος ἄφνω πρὸς τὸ Μεδιόλανον, τὸ μὲν πρῶτον
12 ἡσυχίαν ἔσχον. ἀπολυομένου δ' αὐτοῦ πάλιν εἰς τὰς

[t] Ἰσόμβροι h. l. Bav. [u] Ἀνδρῶν Flor. Aug. Reg. A. An Ἀνάνων? Ἀναμάρων? Ἀναμανῶν? [x] καὶ τῶν πεζικῶν. Adde τὸ μέρος, vel τοὺς εὐζώνους. Non placet τὸ πεζικὸν, quod est in Aug.

subres, quum ferre opem, occupatis omnibus locis opportunis, non possent: studio liberandi Acerras obsidione, partem copiarum trajecto Pado in ditionem *Androrum* [an *Anamarorum*, aut *Anamanum?*] mittunt; et *Clastidium* (id nomen urbis est in eo tractu,) obsident. De quo postquam certiores facti Consules sunt, *M. Claudius*, equites et peditum partem secum trahens, auxiliatum obsessis ire festinat. Galli, cognito *Marcelli* adventu discedunt ab obsidione; et obviam progressi, aciem instruunt. In quos quum Romani, solis immissis equitibus, impetum fortiter fecissent; principio quidem contra hostem stabant; sed deinde et a tergo circumventi et a lateribus, ac difficultatibus undique conflictati, ab ipsis tandem equitibus in fugam versi sunt. Multos flumen hausit, in quod se præcipites dederant; plerique ab hoste sunt peremti. Tum et *Acerras*, commeatibus refertas, ceperunt Romani, Gallis *Mediolanum* se recipientibus; qui locus est regionis *Insubrium* præcipuus. E vestigio *Cnæus* hos insequitur, subitoque impetu ad Mediolanum usque fertur. Galli tum quidem nihil movere: sed

A. U. 532. 'Αχέρρας, ἐπεξελθόντες καὶ τῆς οὐραγίας ἁψάμενοι
θρασέως, πολλοὺς μὲν νεκροὺς ἐποίησαν, μέρος δέ τι καὶ
φυγεῖν αὐτῶν ἠνάγκασαν· ἕως ὁ Γνάϊος ἀνακαλεσά- 13
μενος τοὺς ἐκ τῆς πρωτοπορείας, παρώρμησε στῆναι, καὶ
συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι, πειθαρ- 14
χήσαντες τῷ στρατηγῷ, διεμάχοντο πρὸς τοὺς ἐπικει-
μένους εὐρώστως. οἱ δὲ Κελτοὶ, διὰ τὸ παρὸν εὐτύχημα 15
μείναντες ἐπὶ ποσὸν εὐθαρσῶς, μετ' οὐ πολὺ τραπέντες,
ἔφευγον εἰς τὰς παρωρείας. ὁ δὲ Γνάϊος ἐπακολου-
θήσας τήν τε χώραν ἐπόρθει, καὶ τὸ [y] Μεδιόλανον εἷλε
κατὰ κράτος.

Deditione Insubrium finitur Bellum Gallicum.

XXXV. Οὗ συμβαίνοντος, οἱ προεστῶτες τῶν Ἰσόμ-
βρων, ἀπογνόντες τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας, πάντα τὰ
καθ' αὑτοὺς ἐπέτρεψαν τοῖς Ῥωμαίοις. Ὁ μὲν οὖν 2
πρὸς τοὺς Κελτοὺς πόλεμος τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος·
κατὰ μὲν τὴν ἀπόνοιαν καὶ τόλμαν τῶν ἀγωνιζομένων
ἀνδρῶν, ἔτι δὲ κατὰ τὰς μάχας καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐν
αὐταῖς ἀπολλυμένων καὶ παραταττομένων, οὐδενὸς κα-
ταδεέστερος τῶν ἱστορημένων· κατὰ δὲ τὰς ἐπιβολὰς 3
καὶ τὴν ἀκρισίαν τοῦ κατὰ μέρος χειρισμοῦ, τελέως
εὐκαταφρόνητος· διὰ τὸ μὴ τὸ πλεῖον, ἀλλὰ συλλήβδην
ἅπαν τὸ γιγνόμενον ὑπὸ τῶν Γαλατῶν, θυμῷ μᾶλλον ἢ
λογισμῷ βραβεύεσθαι. Περὶ ὧν ἡμεῖς, συνθεωρήσαντες 4
μετ' ὀλίγον χρόνον αὐτοὺς ἐκ τῶν περὶ τὸν Πάδον πεδίων

[y] Μεδιολάνιον h. l. citatur ex Vat. quod verum videtur.

Consule Acerras redeunte, insequi illi, extremum agmen carpere, multis occisis, partem exercitus in fugam vertere; quoad *Cnæus* revocatum primum agmen sistere gradum et propere cum hoste confligere jubet. Parent Romani dicto Consulis; et adversus Gallos, suorum terga cædentes, acre certamen instituunt. Illi, spe animati jam prope partæ victoriæ, generose aliquamdiu prælium sustinent: mox vero terga dare coacti, ad montes proximos fuga se recipiunt. Cnæus fugientes insecutus, agros populatur, et *Mediolanum* per vim capit.

xxxv. Post hanc cladem principes *Insubrum*, omni spe salutis amissa, in Romanorum fidem se suaque omnia permiserunt. Hunc exitum id bellum habuit, quod cum Gallis gestum est: bellum, si perditam hostium audaciam spectes, pugnas in illo pugnatas, numerum dimicantium et occisorum, nulli eorum secundum, quæ a scriptoribus sunt commemorata: sin ipsa incepta, et stolidam rerum singularum administrationem, prorsus aspernabile; quoniam *Galli*, non dicam in plerisque, sed prorsus in omnibus actionibus suis *ira atque impetu, non consilio*, reguntur. Quos quum cogitarem haud ita multo post ex Cir-

A. U. 532.

ἐξωσθέντας, πλὴν ὀλίγων τόπων τῶν ὑπ' αὐτὰς τὰς
Ἄλπεις κειμένων, οὐκ ᾠήθημεν δεῖν οὔτε τὴν ἐξ ἀρχῆς
ἔφοδον αὐτῶν ἀμνημόνευτον παραλιπεῖν, οὔτε τὰς μετὰ
5 ταῦτα πράξεις, οὔτε τὴν τελευταίαν ἐξανάστασιν· ὑπο-
λαμβάνοντες οἰκεῖον ἱστορίας ὑπάρχειν, τὰ τοιαῦτα
[z] ἐπεισόδια τῆς τύχης εἰς μνήμην ἄγειν καὶ παράδοσιν
6 τοῖς ἐπιγενομένοις· ἵνα μὴ, τελέως οἱ μεθ' ἡμᾶς ἀνεν-
νόητοι τῶν τοιούτων ὑπάρχοντες, ἐκπλήττωνται τὰς
αἰφνιδίους καὶ παραλόγους τῶν βαρβάρων ἐφόδους·
ἀλλ', ἐπὶ ποσὸν ἐν νῷ λαβόντες, ὡς ὀλιγοχρόνιόν ἐστι
καὶ λίαν εὔφθαρτον [a] τὸ φῦλον αὐτῶν τοῖς ὑπομένουσι,
πάσας ἐξελέγχωσι τὰς σφετέρας ἐλπίδας πρότερον, ἢ
7 παραχωρῆσαι τινὸς τῶν ἀναγκαίων. Καὶ γὰρ τοὺς τὴν
Περσῶν ἔφοδον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Γαλατῶν ἐπὶ
Δελφοὺς εἰς μνήμην καὶ παράδοσιν ἡμῖν ἀγαγόντας, οὐ
μικρὰ, μεγάλα δ' οἴομαι συμβεβλῆσθαι πρὸς τοὺς ὑπὲρ
8 τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἀγῶνας. οὔτε γὰρ
χορηγιῶν, οὔθ' ὅπλων, οὔτ' ἀνδρῶν πλῆθος καταπλα-
γεὶς ἄν τις ἀποσταίη τῆς τελευταίας ἐλπίδος, τοῦ δια-
γωνίζεσθαι περὶ τῆς σφετέρας χώρας καὶ πατρίδος,
λαμβάνων πρὸ ὀφθαλμῶν τὸ παράδοξον τῶν τότε γενο-
μένων, καὶ μνημονεύων, ὅσας μυριάδας, καὶ τίνας τόλ-

Lusus fortunæ memorabiles.

In irruptionibus barbarorum non desperandum.

[z] ἐπεισόδια restitui ex mente Casauboni. Vulgo omnes ἐπ' ἴσον (vel ἐπίσον) διὰ.
[a] Ex conject. emendavi turbatam vulgo orationem, cum esset τοῖς τὸ φῦλον αὐτῶν ὑπομείνουσι καὶ πάσας ἐξελέγχουσι. Forsan, ejecto prorsus articulo τοῖς, legendum ὑπομείνωσι καὶ πάσας ἐξελέγχωσι.

cumpadana planitie, paucis locis exceptis, quæ ipsis subjacent Alpibus, fuisse expulsos; non committendum putavi, ut, *quomodo primum in Italiam venerint, quas postea res ibi gesserint, ac tandem quomodo illo tractu penitus exciderint*, silentio prætermitterem. Officium enim scriptorum esse putamus, ut hujusmodi *lusus fortunæ memorabiles* ad posteros memoriæ tradant: ne ventura ætas, si de similibus casibus nihil plane cognoverit, subitas atque temerarias barbarorum irruptiones expavescat; sed ut cogitent aliquantisper, quam brevi tempore, quamque facile deleri genus illud hominum possit ab iis qui fortiter restiterint; atque adeo omnia prius experiantur, quam necessaria ulla re ipsis cedant. Neque enim parvum, judicio meo, sed vel maximum momentum ad ea bella, quæ pro communi Græciæ libertate sunt gesta, illi attulerunt, qui Persarum expeditionem in Græciam, aut Delphorum invasionem a Gallis factam, nobis prodiderunt. Nam, si quis rerum tunc gestarum miracula ob oculos sibi posuerit, recordatusque fuerit, quot hominum millia, quanta audacia viros, quantos apparatus, valida illorum manus debellaverit, qui discrimina cum judicio et recta ratione adeunt; hunc nullæ opes, nulla armorum aut virorum copia deterreat,

A. U. 532. μας καὶ πηλίκας παρασκευὰς, ἡ τῶν σὺν νῷ καὶ μετὰ
λογισμοῦ κινδυνευόντων αἵρεσις καὶ δύναμις καθεῖλεν. ὁ 9
δὲ ἀπὸ Γαλατῶν φόβος οὐ μόνον τὸ παλαιὸν, ἀλλὰ
καθ' ἡμᾶς ἤδη πλεονάκις ἐξέπληξε τοὺς Ἕλληνας. διὸ 10
καὶ μᾶλλον ἔγωγε παρωρμήθην ἐπὶ τὸ κεφαλαιώδη μὲν,
ἀνέκαθεν δὲ, ποιήσασθαι τὴν ὑπὲρ τούτων ἐξήγησιν.

A. U. 533. In HISPANIA Annibal succedit Asdrubali.

XXXVI. Ἀσδρούβας δ', ὁ τῶν Καρχηδονίων στρα-
τηγὸς (ἀπὸ γὰρ τούτων παρεξέβημεν τῆς ἐξηγήσεως·)
ἔτη χειρίσας ὀκτὼ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἐτελεύτησε,
δολοφονηθεὶς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλύμασι νυκτὸς ὑπό
τινος Κελτοῦ τὸ γένος, ἰδίων ἕνεκα ἀδικημάτων· οὐ 2
μικρὰν, ἀλλὰ μεγάλην ποιήσας ἐπίδοσιν τοῖς Καρχη-
δονίων πράγμασι, οὐχ οὕτω διὰ τῶν πολεμίων ἔργων, ὡς
διὰ τῆς πρὸς τοὺς δυνάστας ὁμιλίας. τὴν δὲ στρατη- 3
γίαν οἱ Καρχηδόνιοι τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Ἀννίβα
περιέθεσαν, ὄντι νέῳ, διὰ τὴν ὑποφαινομένην ἐκ τῶν
πράξεων ἀγχίνοιαν αὐτοῦ καὶ τόλμαν. Ὃς παραλαβὼν 4
τὴν ἀρχὴν, εὐθέως δῆλος ἦν ἐκ τῶν ἐπινοημάτων πόλεμον
ἐξοίσων Ῥωμαίοις. ὃ δὴ καὶ τέλος ἐποίησε, πάνυ βρα-
χὺν ἐπισχὼν χρόνον. Τὰ μὲν οὖν κατὰ Καρχηδονίους 5
καὶ Ῥωμαίους ἀπὸ τούτων ἤδη τῶν καιρῶν ἐν ὑποψίαις
ἦν πρὸς ἀλλήλοις καὶ παρατριβαῖς. οἱ μὲν γὰρ ἐπε- 6
βούλευον, ἀμύνασθαι σπεύδοντες διὰ τὰς περὶ Σικελίαν
ἐλαττώσεις· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διηπίστουν, θεωροῦντες αὐ-

quo minus pro patria regioneque sua extremum virium conatum periclitari velit. Porro metus Gallorum, non solum majorum temporibus, sed memoria etiam nostra, Græcos sæpius sollicitos anxiosque habuit. Quo magis equidem incitatus sum, ut res illorum summatim quidem, verum altius repetitas a principio, exponerem.

XXXVI. Jam *Asdrubal*, dux *Carthaginiensium*, (nam ab his rebus digressa est nostra narratio;) post administratam per annos octo Hispaniam, noctu in hospitio suo periit; a Gallo quodam, privatas injurias ulciscente, per dolum cæsus. Qui vir magnopere Carthaginiensium auxit imperium, non tam armis, quam comitate, qua regulos demerebatur. Post cujus obitum Hispaniam provinciam Carthaginienses *Hannibali* detulerunt; admodum quidem juveni, sed qui in omnibus, quæ institueret, magni ingenii virtutisque specimen dabat. Vix imperium susceperat *Hannibal*, cum ex omnibus ejus consiliis facile poterat intelligi, bellum contra Romanos fore gesturum: quod et, brevi intermisso tempore, tandem fecit. Jam tum igitur illa tempestate Carthaginienses et Romani invicem sibi esse suspecti, mutuisque offensionibus irritari cœperant. Nam illi, studio ulciscendi acceptas in Sicilia clades, consilia clandestina inibant:

7 τῶν τὰς ἐπιβολάς. ἐξ ὧν δῆλον ἦν τοῖς ὀρθῶς σκο- A. U. 533.
πουμένοις, ὅτι μέλλουσι πολεμεῖν ἀλλήλοις οὐ μετὰ πολὺν χρόνον.

XXXVII. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Ἀχαιοὶ καὶ Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, ἅμα τοῖς ἄλλοις συμμάχοις, συνίσταντο τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς πόλεμον, τὸν προσ- Transitus ad reliquam partem Præparationis.
2 αγορευθέντα Συμμαχικόν. Ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ, τάς τε περὶ Σικελίαν καὶ Λιβύην καὶ τὰς ἑξῆς πράξεις διεξιόντες, κατὰ τὸ συνεχὲς τῆς προκατασκευῆς ἥκομεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ τε Συμμαχικοῦ, καὶ τοῦ δευτέρου [b]συστάντος μὲν Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πολέμου, προσαγορευθέντος δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις Ἀννιβιακοῦ, κατὰ δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν ἐπηγγειλάμεθα ποιήσασθαι τὴν ἀρχὴν τῆς ἑαυτῶν συν-
3 τάξεως· [c]πρέπον ἂν εἴη, τούτων ἀφεμένους, ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα μεταβαίνειν πράξεις, ἵνα πανταχόθεν ὁμοίαν ποιησάμενοι τὴν προκατασκευὴν καὶ τὴν ἔφοδον ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, οὕτως ἤδη τῆς ἰδίας Res Græcorum.
4 καὶ τῆς ἀποδεικτικῆς ἱστορίας ἀρχώμεθα. Ἐπεὶ γὰρ οὐ τινὰς πράξεις, καθάπερ οἱ πρὸ ἡμῶν, οἷον τὰς Ἑλληνικὰς ἢ Περσικὰς, ὁμοῦ δὲ τὰς ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι τῆς οἰκουμένης ἀναγράφειν ἐπικεχειρήκαμεν, διὰ τὸ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς ὑποθέσεως ἴδιόν τι συμ- Institutum Auctoris.

[b] μὲν συστάντος Bav. [c] πρέπον γ' ἂν εἴη Casaub. sua auctoritate. Libri omnes πρέπον δ' ἂν εἴη. Delevi incommodam particulam. Tulissem δὴ vel οὖν.

Romani, quid illi pararent non ignari, parum eis fidere. Ut existimatu facile esset, brevi inter hos duos populos bellum erupturum.

XXXVII. Per idem tempus *Achæi et rex Philippus* cum reliquis sociis *bellum contra Ætolos* susceperunt, quod *Sociale* est nuncupatum. Quoniam igitur, expositis rebus Siculis atque Africanis, et hisce connexis aliis, prout continua *Præparationis* nostræ series postulabat, ad initium devenimus Socialis belli, et Punici secundi inter Romanos Carthaginiensesque gesti; (plerique *Hannibalicum* vocant;) a quibus temporibus opus nostrum esse nos exorsuros, statim in illius principio sumus polliciti; conveniens nunc fuerit, ut, prioribus omissis sermonibus, ad RES GRÆCORUM declarandas nos conferamus: ut, postquam omni ex parte sibi similem *Præparationem* nostram reddiderimus, et ad eadem tempora narrationem perduxerimus, ita demum eam *Historiam* inchoëmus, *quæ proprie a nobis suscepta* est, et *cum uberiore demonstratione omnium momentorum* erit conjuncta. Nam, quia non alicujus populi gesta, ut fecere alii hactenus, verbi gratia Græcorum vel Persarum, commemoranda suscepimus, sed notarum orbis partium simul omnia; quandoquidem ad eam rem propria quædam subsidia

Institutum Auctoris.

βεβλῆσθαι τοὺς καθ' ἡμᾶς καιροὺς, ὑπὲρ ὧν σαφέστερον
ἐν ἑτέροις δηλώσομεν· δέον ἂν εἴη καὶ πρὸ τῆς κατα- 5
σκευῆς ἐπὶ βραχὺ τῶν ἐπιφανεστάτων καὶ γνωριζομένων
ἐθνῶν καὶ τόπων ἐφάψασθαι τῆς οἰκουμένης. Περὶ μὲν 6
οὖν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον,
ἀρκούντως ἔχει, ποιεῖσθαι τὴν ἀνάμνησιν ἀπὸ τῶν νῦν
ῥηθέντων καιρῶν· διὰ τὸ τὴν μὲν ὑπὲρ τῶν προγεγονότων
παρ' αὐτοῖς ἱστορίαν ὑπὸ πλειόνων ἐκδεδόσθαι καὶ γνώ-
ριμον ὑπάρχειν ἅπασιν, ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς
μηδὲν αὐτοῖς ἐξηλλαγμένον ἀπηντῆσθαι μηδὲ παρά-
λογον ὑπὸ τῆς τύχης, ὥστε προσδεῖσθαι τῆς τῶν προγε-
γονότων ὑπομνήσεως. Περὶ δὲ τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους, 7
καὶ περὶ [d] τῆς Μακεδόνων οἰκίας, ἁρμόσει διὰ βραχέων
ἀναδραμεῖν τοῖς χρόνοις· ἐπειδὴ περὶ μὲν ταύτην ὁλο- 8
σχερὴς ἐπαναίρεσις, περὶ δὲ τοὺς Ἀχαιοὺς, καθάπερ
ἐπάνω προεῖπον, παράδοξος αὔξησις καὶ συμφρόνησις ἐν

Res Achæorum, eorumque Fœdus.

τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς γέγονε. Πολλῶν γὰρ [e] ἐπι- 9
βαλλομένων ἐν τοῖς παρεληλυθόσι χρόνοις, ἐπὶ ταὐτὸ
συμφέρον ἀγαγεῖν Πελοποννησίους, οὐδενὸς δὲ καθι-
κέσθαι δυνηθέντος, διὰ τὸ μὴ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας
ἕνεκεν, ἀλλὰ τῆς σφετέρας δυναστείας χάριν, [f] ἕκαστον
ποιεῖσθαι τὴν σπουδήν· τοιαύτην καὶ τηλικαύτην ἐν τοῖς 10
καθ' ἡμᾶς καιροῖς ἔσχε προκοπὴν καὶ συντέλειαν τοῦτο

[d] τῆς τῶν Μακεδ. cdd. cum aliis. [e] ἐπιβαλομ. cdd. ex Bav. [f] ἕκαστον Casaub. cum Reg. B. C. ἑκάστου vett. MSti, quod ex ἑκάστους corruptum videtur.

ætas hæc nostra attulit, de quibus sigillatim alibi dicemus: opus fuerit, priusquam Historiam ipsam aggrediamur, populorum locorumque hodie in orbe cognitorum nobilissimos quosque breviter attingere. Sed *Asiaticorum* quidem et *Ægyptiorum* mentionem a prædicto tempore exordiri satis erit: quoniam pristini quidem illorum status historiam multi ediderunt, et tenent jam omnes; temporibus autem nostræ ætati proximis nullam magnopere singularem et inopinatam rerum conversionem Fortuna invexit, cujus gratia repeti altius debeat eorum memoria. Contra in *Achæorum* gente et *Macedonum* regia domo, paucis meminisse priorum temporum oportebit: quoniam hæc quidem deleta funditus; *Achæi* vero mirifice per concordiam mutuam nostra memoria crevere. Nam quum multi ante hæc tempora essent conati *Peloponnesiis* persuadere, ut *communibus consiliis omnium saluti consulerent;* neque tamen perficere quisquam, quod instituerat, potuisset; quod non studio defendendæ communis libertatis, sed ad stabiliendam quisque suam dominationem id negotium susciperent: nostra ætate tale tantumque ea res incrementum cepit, atque adeo perfecta est;

τὸ μέρος, ὥστε μὴ μόνον συμμαχικὴν καὶ φιλικὴν κοινωνίαν γεγονέναι πραγμάτων περὶ αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ νόμοις χρῆσθαι τοῖς αὐτοῖς, καὶ σταθμοῖς, καὶ μέτροις, καὶ νομίσμασι, πρὸς δὲ τούτοις, ἄρχουσι, βουλευταῖς,
11 δικασταῖς τοῖς αὐτοῖς· καθόλου δὲ τούτῳ μόνῳ διαλλάττειν τοῦ μὴ μιᾶς πόλεως διάθεσιν ἔχειν [g] σχεδὸν τὴν σύμπασαν Πελοπόννησον, τῷ μὴ τὸν αὐτὸν περίβολον ὑπάρχειν τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν· τἄλλα δ' εἶναι καὶ κοινῇ καὶ κατὰ πόλεις ἑκάστοις ταὐτὰ καὶ παραπλήσια.

Res Achæorum.

XXXVIII. Πρῶτον δὲ, πῶς ἐπεκράτησε καὶ τίνι τρόπῳ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ὄνομα κατὰ πάντων Πελοπον-
2 νησίων, οὐκ ἄχρηστον μαθεῖν. οὔτε γὰρ χώρας καὶ πόλεων πλήθει διαφέρουσιν οἱ πάτριον ἐξ ἀρχῆς ἔχοντες τὴν προσηγορίαν ταύτην, οὔτε πλούτοις, οὔτε ταῖς τῶν
3 ἀνδρῶν ἀρεταῖς. τό τε γὰρ τῶν Ἀρκάδων ἔθνος, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τῶν Λακώνων, πλήθει μὲν ἀνδρῶν καὶ χώρας, οὐδὲ παρὰ μικρὸν ὑπερέχει· καὶ μὴν οὐδὲ τῶν τῆς ἀνδραγαθίας πρωτείων, [h] οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων οἷοί τ' εἰσὶν
4 οὐδέποτε παραχωρεῖν οἱ προειρημένοι. Πῶς οὖν καὶ διὰ τί νῦν εὐδοκοῦσιν οὗτοί τε, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν Πελοποννησίων, ἅμα τὴν πολιτείαν τῶν Ἀχαιῶν καὶ τὴν

Nomen Achæorum.

[g] σχεδὸν ἔχειν Bav. et caret διάθεσιν. Voluit fors. σχέσιν ἔχειν. [h] οὐδενὶ Casaub. ex Reg. C. Veteres libri οὐδὲν.

ut non solum ad amicitiam *sociali fœdere* inter se jungendam coierint, sed etiam legibus, ponderibus, mensuris, pecunia denique eadem utantur; ad hæc, magistratibus, senatoribus, judicibus iisdem; atque ut, uno verbo, quominus universa propemodum Peloponnesus pro una urbe possit censeri, id unum obstet, quod non eorumdem mœnium ambitu omnes ejus incolæ sint circumscripti, cetera apud illos et in commune et per singulas urbes similia sint atque eadem.

XXXVIII. Ipsum primo *Nomen* ACHÆORUM, quomodo, et qua ratione *de omnibus Peloponnesiis* cœperit usurpari, pretium operæ fuerit cognoscere. Qui enim a majoribus suis eam appellationem acceperunt, neque urbium numero, neque opibus, neque eximia virorum fortitudine ceteris ullo modo excellunt. Nam *Arcadum* sane populus, et *Lacedæmoniorum* quoque, qua numero hominum, qua ditionis magnitudine, *Achæos* longo intervallo superant, tum vero ne fortitudinis quidem gloriam hi, quos diximus, cuiquam ex omnibus Græcis concesserint. Qui igitur factum est, *quamve ob caussam*, ut et hi ipsi, quos modo nominavi, et reliqui *omnes per Peloponnesum populi* bene secum actum putent, quod *cum Achæis* et in reipubl. et in nominis societatem coaluerint?

Achæorum nomen.

προσηγορίαν μετειληφότες; δῆλον, ὡς, τύχην μὲν λέγειν, 5
οὐδαμῶς ἂν εἴη πρέπον· φαῦλον γάρ· αἰτίαν δὲ μᾶλλον
ζητεῖν. χωρὶς γὰρ ταύτης, οὔτε τῶν κατὰ λόγον, οὔτε
τῶν παρὰ λόγον εἶναι δοκούντων οὐδὲν οἷόν τε συντε-

Fœdus Achaicum.

λεσθῆναι. [i]ἔστι δ' οὖν, ὡς ἐμὴ δόξα, τοιαύτη. Τῆς 6
ἰσηγορίας καὶ παῤῥησίας καὶ καθόλου δημοκρατίας
ἀληθινῆς σύστημα καὶ προαίρεσιν εἰλικρινεστέραν οὐκ ἂν
εὕροι τις, τῆς παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς ὑπαρχούσης. αὕτη 7
τινὰς μὲν [k]ἐθελοντὶ αἱρετιστὰς εὗρε Πελοποννησίων·
πολλοὺς δὲ πειθοῖ καὶ λόγῳ προσηγάγετο· τινὰς δὲ
βιασαμένη σὺν καιρῷ, παραχρῆμα πάλιν εὐδοκεῖν ἐποί-
ησεν [l]αὐτῇ τοὺς ἀναγκασθέντας. οὐδενὶ γὰρ οὐδὲν ὑπο- 8
λειπομένη πλεονέκτημα [m]τῶν ἐξ ἀρχῆς, ἴσα δὲ πάντα
ποιοῦσα τοῖς ἀεὶ προσλαμβανομένοις, ταχέως καθικνεῖτο
τῆς προκειμένης ἐπιβολῆς· δύο συνεργοῖς χρωμένη τοῖς
ἰσχυροτάτοις, ἰσότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ. διὸ ταύτην 9
ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον ἡγητέον τοῦ, συμφρονήσαντας Πε-
λοποννησίους, τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς εὐδαιμονίαν κατα-

Vetera Instituta Achæorum.

στήσασθαι. Τὰ μὲν οὖν τῆς προαιρέσεως, καὶ τὸ τῆς 10
πολιτείας ἰδίωμα τὸ νῦν εἰρημένον, [n]καὶ τὸ πρότερον
ὑπῆρχε παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ δι'

[i] ἔστιν οὖν edd. ex Bav. [k] ἐθελοντὴν Vat. [l] αὐτῇ Casaub. ex Reg. B. Ceteri MSS. et edd. ante Casaub. ἐποίησεν αὔτη. [m] τῶν ἐξ ἀρχῆς ex conject. dedi. Vulgo omnes τοῖς ἐξ ἀρχῆς. [n] καὶ πρότερον Vat. Flor.

Sane *fortunam* ejus rei auctorem facere, nequaquam deceat: putidum namque id fuerit. Quin potius *caussam* scrutari debemus; sine qua, neque eorum quæ rationem manifestam habent, neque eorum quæ præter rationem fieri videntur, evenire quidquam potest. Est autem, meo judicio, *caussa* hujusmodi. Non est invenire ullam hominum societatem, in qua *juris æquabilitas, libertas*, et, ut brevi absolvam, *popularis vere status* magis vigeat, aut instituta sinceriora, quam *apud Achæos*. Hæc Reip. forma a nonnullis Peloponnesiis ultro est suscepta; multi rationibus et apta ad persuadendum oratione, ut illa uterentur, sunt adducti: ad quosdam cum per occasionem vis esset adhibita, facile deinde impetratum est, ut in eo propriis voluntatibus acquiescerent, quod initio coacti probaverant. Nam quia nullum iis reservabatur privilegium, qui ab initio eam condiderant; sed, ut quisque assumebatur, idem penitus jus cum ceteris ei tribuebatur; sane quam facile res hæc publica, duabus rebus usa, quæ plurimum possunt, æquabilitate juris, et comitate, voti sui compos est facta. Hæc ergo prima certaque existimari caussa debet, ejus concordiæ, qua semel inita, ad has opes tantas Peloponnesii pervenere. Istud autem institutum, et publicarum rerum administratio hæc, qualem diximus, jam olim penes Achæos obtinuerat: quod

ἑτέρων μὲν πλειόνων, πρὸς δὲ τὸ παρὸν ἀρκέσει, πίστεως
χάριν, ἓν ἢ καὶ δύο ληφθὲν μαρτύριον.
XXXIX. Καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν
Ἰταλίαν τόποις, κατὰ τὴν Μεγάλην Ἑλλάδα τότε
προσαγορευομένην, [o]ἐνέπρησαν τὰ συνέδρια τῶν Πυθα-
2 γορείων· μετὰ ταῦτα γενομένου κινήματος ὁλοσχεροῦς
περὶ τὰς πολιτείας, [p]ὅπερ εἰκός, ὡς ἂν τῶν πρώτων ἀν-
δρῶν ἐξ ἑκάστης πόλεως οὕτω παραλόγως διαφθαρέντων·
3 συνέβη τὰς κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους Ἑλληνικὰς πόλεις
ἀναπλησθῆναι φόνου καὶ στάσεως καὶ παντοδαπῆς τα-
4 ραχῆς. ἐν οἷς καιροῖς ἀπὸ τῶν πλείστων μερῶν τῆς
Ἑλλάδος πρεσβευόντων ἐπὶ τὰς διαλύσεις, Ἀχαιοῖς καὶ
τῇ τούτων πίστει [q]συνεχρήσαντο πρὸς τὴν τῶν παρόντων
5 κακῶν ἐξαγωγήν. οὐ μόνον δὲ κατὰ τούτους τοὺς και-
ροὺς ἀπεδέξαντο τὴν αἵρεσιν τῶν Ἀχαιῶν· ἀλλὰ καὶ
μετά τινας χρόνους ὁλοσχερῶς ὥρμησαν, ἐπὶ τὸ μιμηταὶ
6 γενέσθαι τῆς πολιτείας αὐτῶν. παρακαλέσαντες γὰρ
σφᾶς, καὶ συμφρονήσαντες, Κροτωνιᾶται, Συβαρῖται,
Καυλωνιᾶται, πρῶτον μὲν ἀπέδειξαν Διὸς Ὁμορίου
κοινὸν ἱερὸν καὶ τόπον, ἐν ᾧ τάς τε συνόδους καὶ τὰ
διαβούλια συνετέλουν· δεύτερον, τοὺς ἐθισμοὺς καὶ νό-
μους ἐκλαβόντες τοὺς τῶν Ἀχαιῶν, ἐπεβάλοντο χρῆ-

Græci Italici adsciscunt instituta Achæorum.

[o] ἐνέπρησαν ex conject. posui, pro vulgato ἐνέπρησε. Sic non opus est defectus nota, quam adjecit Casaub. [p] ὥσπερ εἰκὸς Flor. [q] συνεχρήσαντο correxi cum Scalig. et Reisk. Vulgo omnes συνέχρησαν.

quidem ex multis etiam aliis liquet documentis; verum ex omnibus unum aut alterum attulisse, in præsentia ad fidem faciendam suffecerit.

39. Quo tempore in illa parte Italiæ quam *Magnam Græciam* vocabant, *Pythagoreorum collegia* sunt incensa; gravissimo motu rerum, sicuti consentaneum erat, mox coorto in civitatibus, quarum singulæ principes suæ Reipublicæ adeo inopinato casu amiserant; contigit, ut quæ sunt in illa ora *Græcæ originis urbes*, cæde, seditione et tumultu omnifariam complerentur. Tum igitur, cum plerique omnes Græci legatos suos ad conciliandam pacem eo mitterent; unius tamen populi Achæorum fide ac consiliis civitates usæ sunt ad componenda, quibus urgebantur, mala. Neque vero ea dumtaxat tempestate, *Achæorum instituta probare se*, ostenderunt; sed etiam aliquanto post, communi omnes consensu formam Reipublicæ illorum imitari decreverunt: Hortatique sese invicem *Crotoniatæ*, *Sybaritæ*, *Cauloniatæ*, unanimes, primum quidem JOVI HOMORIO communem ædem ponunt, et locum ad conventus agendos et consilia communia habenda. Deinde mores legesque Achæorum adsciscunt, illisque in administratione rei suæ publicæ instituunt uti. Nam quod postea muta-

σθαι καὶ διοικεῖν κατὰ τούτους τὴν πολιτείαν. ὑπὸ δὲ 7
τῆς Διονυσίου τοῦ Συρακουσίου δυναστείας, ἔτι δὲ τῆς
τῶν περιοικούντων βαρβάρων ἐπικρατείας, ἐμποδισθέντες,
οὐχ ἑκουσίως, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην αὐτῶν ἀπέστησαν.
Μετὰ δὲ ταῦτα, Λακεδαιμονίων μὲν παραδόξως πται- 8
σάντων περὶ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην, Θηβαίων δ' ἀνελ-
πίστως ἀντιποιησαμένων τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας·
ἦν ἀκρισία περὶ πάντας μὲν τοὺς Ἕλληνας, μάλιστα
δὲ περὶ τοὺς προειρημένους, ὡς ἂν τῶν μὲν [r] μὴ συγχω-
ρούντων ἡττᾶσθαι, τῶν δὲ μὴ πιστευόντων ὅτι νενικήκα-
σιν. οὐ μὴν, ἀλλά γε καὶ περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων 9
ἐπέτρεψαν Θηβαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι μόνοις τῶν Ἑλ-
λήνων Ἀχαιοῖς· οὐ πρὸς τὴν δύναμιν ἀποβλέψαντες· 10
[s] σχεδὸν γὰρ ἐλαχίστην τότε γε τῶν Ἑλλήνων εἶχον·
τὸ δὲ πλεῖον, εἰς τὴν πίστιν, καὶ τὴν ὅλην καλοκα-
γαθίαν. ὁμολογουμένως γὰρ δὴ τότε ταύτην περὶ αὐτῶν
πάντες εἶχον τὴν δόξαν. Τότε μὲν οὖν ψιλῶς αὐτὰ τὰ 11
κατὰ τὴν προαίρεσιν ὑπῆρχε παρ' αὐτοῖς· ἀποτέλεσμα
δὲ, ἢ πρᾶξις ἀξιόλογος πρὸς [t] τὴν αὔξησιν τῶν ἰδίων
ἀνήκουσα πραγμάτων, οὐκ ἐγίγνετο· τῷ μὴ δύνασθαι 12
φῦναι προστάτην ἄξιον τῆς προαιρέσεως, ἀεὶ δὲ τὸν
ὑποδείξαντα ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς Λακεδαιμονίων ἀρχῆς

Lacedæmonii et Thebani arbitris utuntur Achæis.

[r] Abest μὴ ab Aug. Reg. A. Bav. Perott. [s] Certa emendatione restitui locum, vulgo turbatum et corruptum. Ursin. [t] Carent τὴν Vat. Flor.

verint, non voluntate ipsorum factum est, sed necessitate sunt coacti; quum ejus rei facultatem ipsis adimeret, partim *Dionysii Syracusani* dominatus, partim circumjacentium barbarorum prævalens potentia. Insequentibus temporibus, in Græcia, posteaquam *Lacedæmonii* inopinatam apud *Leuctram* cladem acceperant, et *Thebani*, quod nemo unquam speraverat, Græciæ principatum sibi vindicaverant: quum exorta esset inter omnes in universum Græcos, et præcipue inter Lacedæmonios ac Thebanos ingens perturbatio; (illis, victos sese, negantibus; his, se vicisse, non credentibus;) tum vero hujus *contentionis arbitrium* uterque populus permisit solis ex omni Græcorum numero *Achæis*. Neque vero id fecerunt, potentiæ ratione habita Achæorum; nam illis certe temporibus minimum hi inter Græcos poterant; sed fidei potius, et probitatis, quam in omnibus rebus præ se ferebant: cuncti enim per illa tempora in hac opinione de Achæis sine controversia consentiebant. Sed tum quidem voluntas et consilia solum recta penes illos erant: effectum aliquem, aut memorabile ullum facinus ad res suas amplificandas edere non poterant. Dux nempe consiliis par illis deerat: nam simul aliquis majoris indolis specimen dederat, continuo vel Lacedæmoniorum principatus, vel Macedones, (et quidem hi

ἐπισκοτεῖσθαι καὶ κωλύεσθαι, ποτὲ δὲ μᾶλλον ὑπὸ τῆς Μακεδόνων.

XL. Ἐπεὶ δέ ποτε σὺν καιρῷ προστάτας ἀξιόχρεως εὗρε, ταχέως τὴν αὑτῆς δύναμιν ἐποίησε φανεράν· ἐπιτελεσαμένη τὸ κάλλιστον ἔργον, τὴν Πελοποννησίων Instaurati fœderis Achaici auctores,
2 ὁμόνοιαν. ἧς ἀρχηγὸν μὲν καὶ καθηγεμόνα τῆς ὅλης ἐπιβολῆς Ἄρατον νομιστέον τὸν Σικυώνιον· ἀγωνιστὴν Aratus, δὲ καὶ τελεσιουργὸν τῆς πράξεως, Φιλοποίμενα τὸν Philopœmen, Lycortas.
Μεγαλοπολίτην· βεβαιωτὴν δὲ τοῦ μόνιμον αὐτὴν ἐπὶ ποσὸν γενέσθαι Λυκόρταν, καὶ τοὺς ταὐτὰ τούτῳ προ-
3 ελομένους ἄνδρας. Τίνα δ' ἦν ἑκάστοις τὰ πραχθέντα, καὶ πῶς, καὶ κατὰ ποίους καιροὺς, πειρασόμεθα δηλοῦν, ἀεὶ κατὰ τὸ πρέπον τῇ γραφῇ ποιούμενοι τὴν [u] ἐπί-
4 στασιν. τῶν μέν τοι γε Ἀράτῳ διῳκημένων, καὶ νῦν, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν, ἐπικεφαλαιούμενοι μνησθησόμεθα, διὰ τὸ καὶ λίαν ἀληθινοὺς καὶ σαφεῖς ἐκεῖνον περὶ τῶν ἰδίων συντεταχέναι πράξεων ὑπομνηματισμούς·
5 τῶν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἀκριβεστέραν καὶ μετὰ διαστολῆς ποιησόμεθα τὴν ἐξήγησιν. ὑπολαμβάνω δὲ, ῥᾴστην ἐμοί τ' ἂν γενέσθαι τὴν διήγησιν, καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν εὐπαρακολούθητον τὴν μάθησιν, εἰ ποιησαίμεθα τὴν ἐπίστασιν ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν, ἐν οἷς κατὰ πόλιν διαλυθέντος τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους ὑπὸ τῶν ἐκ Μακεδονίας βασιλέων, ἀρχὴ πάλιν ἐγένετο καὶ σύννευσις τῶν πόλεων

[u] Male ἐπιστασίαν edd. ex Bav.

potissimum) luminibus ejus obstruebant, et conatus impediebant.

XL. Postea vero quam tandem aliquando pares consiliis suis ea Resp. duces fuit nacta; brevi tempore, quid in ipsa virium ac roboris esset, palam fecit; facinore edito longe pulcerrimo: *concordiam* dico *Peloponnesiorum.* Cujus universi instituti dux quidem et auctor habendus *Aratus* est *Sicyonius:* promovit autem illud, ac tandem consummavit, *Megalopolitanus Philopœmen:* confirmavit vero, et ut etiam in posterum aliquamdiu saltem res duraret, *Lycortas* effecit, aliique qui eadem cum hoc consilia secuti sunt. Quid autem singuli præstiterint, quove modo aut tempore, in progressu scriptionis declarabimus, ac suis locis observabimus. *Arati* tamen facta, et nunc, et deinceps rursus, non nisi summatim dicemus: quia exstant ab ipso editi singulari cum fide tum sermonis perspicuitate *Commentarii.* Quæ a ceteris gesta sunt, ea quidem exquisitiore diligentia et enucleatius persequemur. Existimo autem, et faciliorem mihi narrationem futuram, et lectoribus ad intelligenda recte omnia expeditiorem viam; si ab eo tempore ordiamur, quo post divisam oppidatim gentem Achæorum a Macedoniæ regibus, cœpere rursus civitatum voluntates ad mutuam socie-

πρὸς ἀλλήλας. ἀφ' ἧς αὐξανόμενον κατὰ τὸ συνεχὲς
τὸ ἔθνος, εἰς ταύτην ἦλθε τὴν συντέλειαν, ἐν ᾗ καθ'
ἡμᾶς ἦν, ὑπὲρ ἧς κατὰ μέρος ἀρτίως εἶπον.

Instauratio Fœderis Achaici. Ol. cxxiv.

XLI. Ὀλυμπιὰς μὲν ἦν εἰκοστὴ καὶ τετάρτη πρὸς
ταῖς ἑκατὸν, ὅτε Πατρεῖς ἤρξαντο συμφρονεῖν καὶ Δυ-
μαῖοι· καιροὶ δὲ, καθ' οὓς Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, καὶ 2
Λυσίμαχος, ἔτι δὲ Σέλευκος, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Κε-
ραυνὸς, μετήλλαξαν τὸν βίον. πάντες γὰρ οὗτοι περὶ
τὴν προειρημένην Ὀλυμπιάδα τὸ ζῆν ἐξέλιπον. Τοὺς 3
μὲν οὖν ἀνώτερον τούτων χρόνους, τοιαύτη τις ἦν ἡ περὶ
τὸ προειρημένον ἔθνος διάθεσις. Ἀπὸ γὰρ Τισαμενοῦ 4
βασιλευθέντες, ὃς ἦν Ὀρέστου μὲν υἱὸς, κατὰ δὲ τὴν
τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἐκπεσὼν τῆς Σπάρτης, κατ-
έσχε τοὺς περὶ Ἀχαΐαν τόπους· ἀπὸ τούτου κατὰ τὸ 5
συνεχὲς καὶ κατὰ τὸ γένος ἕως Ὠγύγου βασιλευθέντες·

Fœdus pristinum.

μετὰ ταῦτα δυσαρεστήσαντες τοῖς τοῦ προειρημένου
παισὶν, ἐπὶ τῷ μὴ νομίμως ἀλλὰ δεσποτικῶς αὐτῶν
ἄρχειν, μετέστησαν εἰς δημοκρατίαν τὴν πολιτείαν.
λοιπὸν ἤδη τοὺς ἑξῆς χρόνους μέχρι τῆς Ἀλεξάνδρου 6
καὶ Φιλίππου δυναστείας, ἄλλοτε μὲν ἄλλως ἐχώρει
τὰ πράγματ' αὐτοῖς κατὰ τὰς περιστάσεις· τό γε μὴν
κοινὸν πολίτευμα, καθάπερ εἰρήκαμεν, ἐν δημοκρατίᾳ

Civitates fœderatæ duodecim.

συνέχειν ἐπειρῶντο. τοῦτο δ' ἦν ἐκ δώδεκα πόλεων· ἃς 7
ἔτι καὶ νῦν συμβαίνει διαμένειν, πλὴν Ὠλένου, καὶ

tatem inclinare: ex quo gens Achæorum continuis incrementis aucta, ad eam perfectionem tandem pervenit, quam nostra ætate vidimus, et de qua jam paullo ante nonnihil commemoravimus.

XLI. *Olympias* igitur agebatur *centesima vigesima quarta*, cum *Patrenses* et *Dymæi* concordiæ hujus fundamenta jecerunt: eodem fere tempore, quo *Ptolemæus*, *Lagi* filius, tum *Lysimachus*, itemque *Seleucus*, et *Ptolemæus* cognomine *Ceraunus*, vitam cum morte commutarunt: omnes enim isti circa eandem Olympiadem in vivis esse desierunt. Ad superiora vero tempora quod attinet, gentis *Achæorum status* fuit hujusmodi. *Tisamenus*, *Orestis* filius, post reditum Heraclidarum Sparta ejectus, *Achaïæ* loca obtinuit, primusque *rex* ejus populi fuit. Duravit institutum ab eo regnum, continua stirpis ejusdem serie propagatum ad *Ogygum* usque: cujus postea filios aversati, quoniam non pro legitimis regibus, sed pro dominis inter illos se gerebant, rei publicæ formam in popularem statum converterunt. Inde insecutis temporibus, ad dominatum usque Alexandri et Philippi, licet aliâs aliter, pro temporum necessitatibus, res illorum se haberent; non desierunt tamen formam Reip. in populari statu, sicut diximus, pro viribus retinere. Ea *democratia e* XII *urbibus* constabat; quæ nunc quoque su-

Ἑλίκης, τῆς πρὸ τῶν Λευκτρικῶν ὑπὸ τῆς θαλάττης
8 καταποθείσης. αὗται δ' εἰσὶ, Πάτραι, Δύμη, Φαραὶ,
Τριταία, Λεόντιον, Αἴγειρα, Πελλήνη, [x]Αἴγιον, Βοῦρα,
9 [y]Κερύνεια, Ὤλενος καὶ Ἑλίκη. Κατὰ δὲ τοὺς ὑστέ- Fœdus dissolutum a Macedonibus.
ρους μὲν τῶν κατ' Ἀλέξανδρον καιρῶν, προτέρους δὲ τῆς
ἄρτι ῥηθείσης Ὀλυμπιάδος, εἰς τοιαύτην διαφορὰν καὶ
καχεξίαν ἐνέπεσον, καὶ μάλιστα διὰ τῶν ἐκ Μακεδονίας
βασιλέων, ἐν ᾗ συνέβη πάσας τὰς πόλεις, χωρισθείσας
10 ἀπ' αὐτῶν, ἐναντίως τὸ συμφέρον ἄγειν ἀλλήλαις. ἐξ
οὗ συνέπεσε, τὰς μὲν ἐμφρούρους αὐτῶν γενέσθαι διά τε
Δημητρίου καὶ Κασσάνδρου, καὶ μετὰ ταῦτα δι' Ἀν-
τιγόνου τοῦ Γονατᾶ, τὰς δὲ καὶ τυραννεῖσθαι· πλεί-
στους γὰρ δὴ μονάρχους οὗτος ἐμφυτεῦσαι δοκεῖ τοῖς
11 Ἕλλησι. Περὶ δὲ τὴν εἰκοστὴν καὶ τετάρτην Ὀλυμ- Instaurationis initium.
πιάδα πρὸς ταῖς ἑκατὸν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, αὖθις
ἤρξαντο μετανοήσαντες συμφρονεῖν. ταῦτα δ' ἦν κατὰ Ol. CXXIV. A. U. 470
12 τὴν Πύῤῥου διάβασιν εἰς Ἰταλίαν. Καὶ πρῶτοι μὲν sqq.
συνέστησαν, Δυμαῖοι, Πατρεῖς, Τριταιεῖς, Φαραιεῖς·
διόπερ οὐδὲ στήλην ὑπάρχειν [z]συμβαίνει τῶν πόλεων
13 τούτων περὶ τῆς συμπολιτείας. μετὰ δὲ ταῦτα, μά-
λιστά πως ἔτει πέμπτῳ, τὴν φρουρὰν ἐκβαλόντες [a]Αἰ-
γιεῖς, μετέσχον τῆς συμπολιτείας· ἑξῆς δὲ τούτοις

[x] **Αἴγιον**, tum **Ὤλενος** et **Ἑλίκη**, omittunt Vat. Flor. Aug. Reg. A. et Perr.
[y] *Κερύνεια* emendavi. Vulgo omnes h. l. *Κεραύνεια*. [z] *συμβαίνει περὶ τῶν πόλεων τούτων τῆς συμπολ.* Aug. [a] **Αἰγιεῖς** rescripsi pro vulg. **Αἰγεῖς**.

persunt, præter *Olenum* et *Helicen*, quam paullo ante pugnam Leuctricam mare hausit. Sunt autem civitates hæ: *Patræ, Dyme, Pharæ, Tritæa, Leontium, Ægira, Pellene, Ægium, Bura, Cerynea, Olenus, Helice.* Medio vero tempore inter Alexandri mortem et modo dictam Olympiadem, tanta inter eos incessit discordia et gliscens per membra lues, idque regum Macedoniæ opera potissimum; ut, dissipata civitatum concordia, contrariis consiliis sibi unaquæque privatim consuleret. Ex quo factum, ut aliis ipsorum urbibus *Demetrius* et *Cassander*, ac postea *Gonatas Antigonus* præsidia imposuerint; aliæ etiam a tyrannis occuparentur; quorum plerique ejusdem Antigoni opera in Græcas civitates irrepsisse videntur. At circa *Olympiadem* CXXIV, sicuti paullo ante diximus, quo tempore in Italiam Pyrrhus trajecit, ducti pœnitentia, ad concordiam redire cœperunt. Primi omnium concordiam instaurarunt *Dymæi, Patrenses, Tritæenses, Pharæenses:* quamobrem ne columna quidem ulla exstat de harum urbium in eandem Reipubl. formam consensu. Quinto ferme post anno *Ægienses*, postquam præsidium oppido ejecerunt, eidem reipubl. adscripti sunt. Secuti

Instaurationis initium.

Βούριοι, τὸν τύραννον ἀποκτείναντες. ἅμα δὲ τούτοις 14
[b]Κερυνεῖς ἀποκατέστησαν. συνιδὼν γὰρ Ἰσέας ὁ τῆς
[b]Κερυνείας τότε [c]τυραννεύων, ἐκπεπτωκυῖαν μὲν ἐξ Αἰ-
γίου τὴν φρουρὰν, ἀπολωλότα δὲ τὸν ἐν τῇ Βούρᾳ μό-
ναρχον διὰ [d]Μάρκου καὶ τῶν Ἀχαιῶν, ἑαυτὸν δὲ
πανταχόθεν ὁρῶν ὅσον οὐκ ἤδη πολεμηθησόμενον· ἀποθέ- 15
μενος τὴν ἀρχὴν, καὶ λαβὼν τὰ πιστὰ παρὰ τῶν
Ἀχαιῶν ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας, προσέθηκε τὴν πόλιν πρὸς
τὸ τῶν Ἀχαιῶν σύστημα.

Laus Achæorum.

XLII. Τίνος οὖν χάριν ἐπὶ τοὺς χρόνους τούτους
ἀνέδραμον; Ἵνα πρῶτον μὲν γένηται συμφανὲς, πῶς,
καὶ κατὰ ποίους καιροὺς, καὶ τίνες πρῶτοι τῶν ἐξ ἀρ-
χῆς Ἀχαιῶν αὖθις ἐποιήσαντο τὴν ἐπιβολὴν τῆς νῦν
συστάσεως· δεύτερον δ', ἵνα καὶ τὰ τῆς προαιρέσεως μὴ 2
μόνον διὰ τῆς ἡμετέρας ἀποφάσεως, ἀλλὰ καὶ δι' αὐ-
τῶν τῶν πραγμάτων, πίστεως τυγχάνῃ· διότι μία τις 3
ἀεὶ τῶν Ἀχαιῶν αἵρεσις ὑπῆρχε, καθ' ἣν προτείνοντες
μὲν τὴν παρ' αὐτοῖς ἰσηγορίαν καὶ παῤῥησίαν, πολε-
μοῦντες δὲ καὶ καταγωνιζόμενοι συνεχῶς τοὺς ἢ δι'
αὐτῶν ἢ διὰ τῶν βασιλέων τὰς σφετέρας πατρίδας
καταδουλουμένους, τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ ταύτῃ τῇ προ-
θέσει, τοῦτο τοὔργον ἐπετέλεσαν, τὰ μὲν δι' αὐτῶν, τὰ
δὲ καὶ διὰ τῶν συμμάχων. καὶ γὰρ τὰ δι' ἐκείνων 4
συνεργήματα γεγονότα πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐν τοῖς ἑξῆς

[b] Vulgo omnes h. l. Καρυνεῖς et Καρυνίας. [c] τυραννῶν Bav. pro τυραννεύων.
[d] Omnes h. l. Μάργου. Μόρκου autem viri hujus nomen suspicatus est Reisk.

dein *Burii*, occiso tyranno. Simul cum his et *Cerynenses* pristinum statum receperunt. *Iseas* namque, tempestate illa *Cerynecæ* tyrannus, qui præsidium Ægio cerneret ejectum, occisum vero Buræ tyrannum *Marci* et Achæorum opera, tum se quoque sentiret jamjam undique bello petendum; posito dominatu, fideque ab Achæis accepta, fraudi eam rem sibi non fore; ad conventum Achæorum civitatem suam adjecit.

XLII. Quorsum vero antiquiorum illorum temporum res heic attigimus? Primum quidem, ut palam fieret, quomodo, et quando, et qui primi ex veteribus Achæis præsentis status fundamenta rursus jecerint. Deinde, ut, quod dicebamus de institutis ejus gentis, non solum ex assertione nostra, verum ex ipsis etiam rebus fidem inveniret: videlicet, *unum fuisse semper Achæorum institutum hoc, ut ad æqualitatem ac libertatem, quæ inter ipsos vigebat, homines invitando; eos autem, qui, vel propriis opibus, vel regum auxilio freti, suas civitates sibi servire coëgissent, continue armis petendo detrudendoque; hac*, inquam, *ratione et proposito, rem tantam, partim per se, partim sociorum opera, ad exitum perduxerent.* Nam et quæ sociis

χρόνοις, ἐπὶ τὴν τῶν Ἀχαιῶν προαίρεσιν ἀνοιστέον. Laus Achæorum.
5 πολλοῖς γὰρ κοινωνήσαντες πραγμάτων, [e]πλείστων τε
καὶ καλλίστων Ῥωμαίοις, οὐδέποτε τὸ παράπαν ἐπεθύ-
μησαν ἐκ τῶν κατορθωμάτων οὐδενὸς ἰδίᾳ λυσιτελοῦς·
6 ἀλλ' ἀντὶ πάσης τῆς ἑαυτῶν φιλοτιμίας, ἣν παρείχοντο
τοῖς συμμάχοις, ἀντικατηλλάττοντο τὴν ἑκάστων ἐλευ-
7 θερίαν, καὶ τὴν κοινὴν ὁμόνοιαν Πελοποννησίων. σαφέ-
στερον δ' ὑπὲρ τούτων ἔσται διαλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν τῶν
περὶ τὰς πράξεις ἐνεργημάτων.

XLIII. Εἴκοσι μὲν οὖν ἔτη τὰ πρῶτα καὶ πέντε Marcus Cerinentis prætor Achæorum. Ol. cxxxi. A. U. 500.
συνεπολιτεύσαντο μεθ' ἑαυτῶν αἱ προειρημέναι πόλεις,
γραμματέα κοινὸν ἐκ περιόδου προχειριζόμεναι, καὶ δύο
2 στρατηγούς. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἔδοξεν αὐτοῖς ἕνα
καθιστάνειν, καὶ τούτῳ πιστεύειν ὑπὲρ τῶν ὅλων. καὶ
πρῶτος ἔτυχε τῆς τιμῆς ταύτης Μάρκος ὁ [f]Κερυνεύς.
3 τετάρτῳ δ' ὕστερον ἔτει τοῦ [g]προειρημένου στρατηγοῦν-
τος, Ἄρατος ὁ Σικυώνιος, [h]ἔτη μὲν ἔχων εἴκοσι, τυραν- Aratus Achæis adtribuit Sicyonem, A. U. 504.
νουμένην δὲ ἐλευθερώσας τὴν πατρίδα διὰ τῆς ἀρετῆς
τῆς ἑαυτοῦ καὶ τόλμης, προσένειμε πρὸς τὴν τῶν
Ἀχαιῶν πολιτείαν· ἀρχῆθεν εὐθὺς ἐραστὴς γενόμενος
4 τῆς προαιρέσεως αὐτῶν. ὀγδόῳ δὲ πάλιν ἔτει, στρατηγὸς Corinthum et Megara. Ol. cxxxiv. A. U. 511.
αἱρεθεὶς τὸ δεύτερον, καὶ πραξικοπήσας τὸν Ἀκροκό-
ρινθον, Ἀντιγόνου κυριεύοντος, καὶ γενόμενος ἐγκρατής·

[e] Fors. πλεῖστον δὲ. [f] Καρυνεὺς edd. ex Bav. Γερυνεὺς Vat. Flor. Aug. Reg. A. Perott. [g] Scripti omnes προηγουμένου. In solo Bav. adscriptum προειρ. [h] ὃς ἔτη μὲν scribendum putarunt Gron. et Reisk.

adjuvantibus in hoc genere sunt postea effecta, ad Achæorum institutum referri debent. Etenim quum et multos alios, et in plurimis præclarissimisque rebus Romanos sæpe adjuvarent; numquam tamen, per occasionem rei bene gestæ, ullum sibi proprium commodum cupiverunt: sed semper, pro navata egregie sociis opera, mercedis loco, singularum civitatum libertatem, et communem omnium Peloponnesiorum concordiam, postularunt. Verum de his quidem ex ipsa rerum gestarum ratione melius liquebit.

XLIII. Quinque igitur et viginti primos annos dictæ urbes Rempublicam eamdem coluerunt, scribam communem et Prætores duos in orbem eligentes. Postea placuit unum designare, cui rerum summam permitterent: eoque honore primus functus est *Marcus Cerynensis.* Quarto post hujus præturam anno, *Aratus Sicyonius*, viginti annos natus, ereptam jugo tyranni patriam virtute sua et fortitudine, Achæorum Reip. attribuit: adeo jam inde a principio ætatis mores atque instituta illorum adamaverat. Rursus octavo inde anno, quum Prætor esset iterum creatus, capto proditione *Acrocorintho,* quam Antigonus

μεγάλου μὲν ἀπέλυσε φόβου τοὺς τὴν Πελοπόννησον
κατοικοῦντας· ἐλευθερώσας δὲ Κορινθίους, προσηγάγετο
πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν. ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς 5
ἀρχῆς καὶ τὴν τῶν Μεγαρέων πόλιν διαπραξάμενος,
προσένειμε τοῖς Ἀχαιοῖς. Ταῦτ᾽ ἐγίγνετο τῷ προτέρῳ 6
ἔτει τῆς Καρχηδονίων ἥττης, ἐν ᾗ καθόλου Σικελίας
ἐκχωρήσαντες, πρῶτον ὑπέμειναν τότε φόρους ἐνεγκεῖν

Aratus prætor Achæor. opponit se Macedonibus et Ætolis.

Ῥωμαίοις. Μεγάλην δὲ προκοπὴν ποιήσας τῆς ἐπι- 7
βολῆς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, λοιπὸν ἤδη διετέλει προστατῶν
μὲν τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους, πάσας δὲ τὰς ἐπιβολὰς
καὶ πράξεις πρὸς ἓν τέλος ἀναφέρων. τοῦτο δ᾽ ἦν, τὸ 8
Μακεδόνας μὲν ἐκβαλεῖν ἐκ Πελοποννήσου, τὰς δὲ μο-
ναρχίας καταλῦσαι, βεβαιῶσαι δ᾽ ἑκάστοις τὴν κοινὴν

Antigonus Gonatas Rex Maced.

καὶ πάτριον ἐλευθερίαν. Μέχρι μὲν οὖν ἦν Ἀντίγονος ὁ 9
Γονατᾶς, πρός τε τὴν ἐκείνου πολυπραγμοσύνην, καὶ
πρὸς τὴν τῶν Αἰτωλῶν πλεονεξίαν [i] ἀντιταττόμενος διε-
τέλει, πραγματικῶς ἕκαστα χειρίζων· καίπερ εἰς 10
τοῦτο προβάντων ἀμφοτέρων ἀδικίας καὶ τόλμης, ὥστε
ποιήσασθαι συνθήκας πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ διαιρέσεως
τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους.

Achæi socii Ætolorum adv. Demetrium.

XLIV. Ἀντιγόνου δὲ μεταλλάξαντος, καὶ συνθεμένων τῶν Ἀχαιῶν καὶ συμμαχίαν πρὸς Αἰτωλούς, καὶ μετασχόντων εὐγενῶς σφίσι τοῦ πρὸς Δημήτριον πολέμου,

[i] Vulgo ἀντιπαραταττόμ.

tunc tenebat, ingenti Peloponnesios metu liberavit, *Corinthios* vero, in libertatem restitutos, Reipubl. Achæorum adjunxit. In eadem prætura, etiam *Megarensium* urbem Achæis contribuit, astu in potestatem redactam. Gesta hæc sunt anno prius quam Carthaginienses illa afficerentur clade, per quam universa excedere Sicilia, et tributum Romanis pendere tum primum sunt coacti. Quum autem multum brevi tempore in suscepto consilio *Aratus* promovisset, ita deinceps gentis Achæorum principatum obtinebat, ut, quæcumque instituerет aut ageret, ad unum hunc finem referret: quo nimirum *Macedonas* Peloponneso ejiceret, tyrannides amoliretur, communem ac patriam libertatem singulis firmaret. Hoc igitur animo, dum *Antigonus Gonatas* viveret, qua illius variis conatibus, qua Ætolorum cupiditati crescendi ex aliena injuria, assidue sese *Aratus* opponebat, singulari sollertia omnia feliciter administrans; licet eo iniquitas et audacia utrorumque sit progressa, ut fœdus inter se inirent ad societatem Achæorum dissolvendam.

XLIV. Post *Antigoni* vero *obitum*, quum sociali etiam fœdere *Ætolis* se *Achæi* junxissent, atque etiam in bello contra *Demetrium* strenuam iis operam navassent; exstinctis in præsens

τὰ μὲν τῆς ἀλλοτριότητος καὶ δυσμενείας ἤρθη κατὰ
τὸ παρὸν, ὑπεγένετο δὲ [k] κοινωνικὴ καὶ φιλική τις αὐτοῖς
2 διάθεσις. Δημητρίου δὲ βασιλεύσαντος δέκα μόνον
ἔτη, καὶ μεταλλάξαντος τὸν βίον περὶ τὴν πρώτην
διάβασιν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα Ῥωμαίων, ἐγένετό τις εὔροια
πραγμάτων πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιβολὴν τῶν Ἀχαιῶν.
3 οἱ γὰρ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ μόναρχοι, δυσελπιστήσαντες
ἐπὶ τῷ μετηλλαχέναι μὲν τὸν Δημήτριον, ὃς ἦν αὐτοῖς
οἱονεὶ χορηγὸς καὶ μισθοδότης, ἐπικεῖσθαι δὲ τὸν Ἄρα-
τον, οἰόμενον δεῖν σφᾶς ἀποτίθεσθαι τὰς τυραννίδας, καὶ
τοῖς μὲν πεισθεῖσι μεγάλας δωρεὰς καὶ τιμὰς προτεί-
νοντα, τοῖς δὲ μὴ προσέχουσιν ἔτι μείζους ἐπανατεινό-
4 μενον φόβους καὶ κινδύνους διὰ τῶν Ἀχαιῶν· ὥρμησαν
ἐπὶ τὸ, πεισθέντες, ἀποθέσθαι μὲν τὰς τυραννίδας, ἐλευ-
θερῶσαι δὲ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, μετασχεῖν δὲ τῆς τῶν
5 Ἀχαιῶν πολιτείας. [l] Λυδιάδας μὲν οὖν ὁ Μεγαλοπο-
λίτης, ἔτι ζῶντος Δημητρίου, κατὰ τὴν αὐτοῦ προαί-
ρεσιν, πάνυ πραγματικῶς καὶ φρονίμως προϊδόμενος τὸ
μέλλον, ἀπετίθετο τὴν τυραννίδα, καὶ μετεσχήκει τῆς
6 ἐθνικῆς συμπολιτείας. Ἀριστόμαχος δ', ὁ τῶν Ἀργείων
τύραννος, καὶ Ξένων ὁ τῶν Ἑρμιονέων, καὶ Κλεώνυμος ὁ
τῶν Φλιασίων, τότε ἀποθέμενοι τὰς μοναρχίας, [m] ἐκοι-
νώνησαν τῆς τῶν Ἀχαιῶν δημοκρατίας.

Tyranni posita tyrannide accedunt Achæis. Ol. CXXXVI sqq. A.U.521sq.

Lydiadas tyr. Megalopol.

[k] κοινωνητικὴ edd. ex Bav. [l] Vulgo h. l. omnes Λυσιάδας. [m] Edd. cum aliis ἐκοινώνησαν ταῖς τ. Ἀ. δημοκρατίαις.

simultatibus atque odiis; paullatim in eorumdem Ætolorum animos societatis amor et amicabilis affectio irrepserunt. Decem tantum annos regnavit *Demetrius:* eodem fere tempore fato functus, quo prima Romanorum in Illyricum trajectio contigit. Tum vero *Achæis* ad id perficiendum, quod initio proposuerant, magnæ rerum opportunitates se obtulerunt. Quotquot enim *tyranni in Peloponneso* fuere, spe omni destituti, partim ob Demetrii mortem, qui suis illos opibus ac mercedem pensitando sustentaverat; partim ob imminentem ipsorum cervicibus *Aratum,* qui poni tyrannides volebat, et sponte sua deponentibus magna præmia atque honores pollicebatur, renuentibus vero majora etiam mala minitabatur et pericula ab Achæis timenda; consilium cepere, tyrannide sponte exuta, patrias quisque suas liberandi, et Reip. Achæorum eas adjungendi. Et *Lydiadas* quidem, *Megalopolitanus,* vivo adhuc Demetrio, propria voluntate ac consilio, sollerter plane ac prudenter prævidens quod futurum erat, tyrannidi renunciavit, ac communis juris universæ gentis particeps est factus. Postea vero tyrannus Argivorum *Aristomachus,* Hermionensium *Xenon,* Phliasiorum *Cleonymus,* abdicato unius dominatu, in communionem status popularis *Achæorum* concesserunt.

Ætoli favent Antigono Dosoni et Cleomeni adv. Achæos.

XLV. Ὁλοσχερεστέρας δὲ γενομένης αὐξήσεως διὰ ταῦτα καὶ προκοπῆς περὶ τὸ ἔθνος· Αἰτωλοὶ, διὰ τὴν ἔμφυτον ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν φθονήσαντες, τὸ δὲ πλεῖον ἐλπίσαντες καταδιελέσθαι τὰς πόλεις, καθάπερ καὶ πρότερον τὰς μὲν Ἀκαρνάνων διενείμαντο πρὸς Ἀλέξανδρον, τὰς δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἐπεβάλοντο πρὸς Ἀντίγονον τὸν Γονατᾶν· καὶ τότε παραπλησίαις ἐλπίσιν 2
ἐπαρθέντες, ἀπετόλμησαν Ἀντιγόνῳ τε, τῷ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς προεστῶτι Μακεδόνων, ἐπιτροπεύοντι δὲ Φιλίππου παιδὸς ὄντος, καὶ Κλεομένει, τῷ βασιλεῖ Λακεδαιμονίων, κοινωνεῖν, καὶ συμπλέκειν ἀμφοτέροις ἅμα τὰς χεῖρας. Ὁρῶντες γὰρ τὸν Ἀντίγονον, κυ- 3
ριεύοντα μὲν τῶν κατὰ Μακεδονίαν ἀσφαλῶς, ὁμολογούμενον δὲ καὶ πρόδηλον ἐχθρὸν ὄντα τῶν Ἀχαιῶν, διὰ τὴν κατὰ τὸν Ἀκροκόρινθον πρᾶξιν· ὑπέλαβον, εἰ, τοὺς 4
Λακεδαιμονίους ἔτι προσλαβόντες κοινωνοὺς σφίσι τῆς ἐπιβολῆς, προεμβιβάσαιεν εἰς τὴν πρὸς τὸ ἔθνος ἀπέχθειαν, ῥᾳδίως καταγωνίσασθαι τοὺς Ἀχαιοὺς, ἐν καιρῷ συνεπιτιθέμενοι, καὶ πανταχόθεν περιστήσαντες

Ætolorum consilia pervertit Aratus.

αὐτοῖς τὸν πόλεμον. Ὃ δὴ καὶ ταχέως ἂν ἐκ τῶν 5
κατὰ λόγον ἐπετέλεσαν, εἰ μὴ τὸ κυριώτατον παρεῖδον τῆς προθέσεως· οὐ συλλογισάμενοι, διότι ταῖς ἐπιβολαῖς Ἄρατον ἕξουσιν ἀνταγωνιστὴν, ἄνδρα δυνάμενον πάσης εὐστοχεῖν περιστάσεως. τοιγαροῦν ὁρμήσαντες ἐπὶ τὸ 6

nenses, quibus mirabilis adeo casus ne venerat quidem umquam in mentem, extemplo contrariam priori voluntatem omnes induerunt: et, qui paullo ante cum Achæis pugnantes, necessariorum suorum multos viderant pereuntes, aliosque haud paucos dira per vim hostilem perpetientes; iidem hos ipsos Achæos in domos suas admittunt, ad focos suos una secum ac reliquis necessariis admovent; cum his omnia benevolentiæ atque comitatis mutua officia exercent. Et merito quidem: nam equidem haud scio, an quisquam mortalium benigniores hostes umquam sit expertus: aut quisquamne mala, quæ censentur maxima, minore cum noxa sit eluctatus, quam *Mantinensibus* tunc contigit, propter singularem Arati et Achæorum in ipsos humanitatem.

LVIII. Post hæc, quum et seditiosos civium suorum motus, et Ætolorum atque Lacedæmoniorum clandestinas molitiones præsentirent; missis ad *Achæos* legatis, *præsidium sibi dari* postulant. Achæi, precibus eorum commoti, trecentos suorum civium forte deligunt. Quibus fors evenerat, patria relicta fortunisque suis, profecti, *Mantineæ* vitam degebant, libertatem ac salutem illorum custodientes. Misere cum his et mercenarios ducentos, qui una cum Achæis civitatem in eodem statu conservabant. Coorta dein non multo post inter ipsos

Μαντινεῖς, καὶ Λακεδαιμονίους ἐπισπασάμενοι, τήν τε
πόλιν ἐνεχείρισαν, καὶ τοὺς παρὰ τῶν Ἀχαιῶν διατρί-
βοντας παρ᾽ αὐτοῖς κατέσφαξαν· οὗ μεῖζον παρασπόν-
δημα καὶ δεινότερον, οὐδ᾽ εἰπεῖν εὐμαρές. ἐπειδὴ γὰρ 5
ἔδοξε σφίσι καθόλου, τὴν πρὸς τὸ ἔθνος χάριν καὶ φιλίαν
ἀθετεῖν· τῶν γε προειρημένων ἀνδρῶν ἐχρῆν δή που φει-
σαμένους, ἐᾶσαι πάντας ὑποσπόνδους ἀπελθεῖν. τοῦτο 6
γὰρ καὶ τοῖς πολεμίοις ἔθος ἐστὶ συγχωρεῖσθαι κατὰ
τοὺς κοινοὺς τῶν ἀνθρώπων νόμους. οἱ δ᾽, ἵνα Κλεομένει 7
καὶ Λακεδαιμονίοις ἱκανὴν παράσχωνται πίστιν πρὸς
τὴν ἐνεστῶσαν ἐπιβολὴν, τὰ κοινὰ τῶν ἀνθρώπων δίκαια
παραβάντες, τὸ μέγιστον ἀσέβημα κατὰ προαίρεσιν
[b]ἐπετέλεσαν. τὸ γὰρ τούτων αὐτόχειρας γενέσθαι καὶ 8
τιμωροὺς, οἵτινες πρότερον μὲν κατὰ κράτος λαβόντες
αὐτοὺς ἀθώους ἀφῆκαν, τότε δὲ τὴν ἐκείνων ἐλευθερίαν
καὶ σωτηρίαν ἐφύλαττον, πηλίκης ὀργῆς ἐστιν ἄξιον; τί 9
δ᾽ ἂν παθόντες οὗτοι, δίκην δόξαιεν ἁρμόζουσαν δεδω-
κέναι; τυχὸν ἴσως εἴποι τις ἄν· πραθέντες μετὰ τέκνων
καὶ γυναικῶν, ἐπεὶ κατεπολεμήθησαν. ἀλλὰ τοῦτό γε 10
καὶ τοῖς μηθὲν ἀσεβὲς ἐπιτελεσαμένοις, κατὰ τοὺς τοῦ
πολέμου νόμους, ὑπόκειται παθεῖν. οὐκοῦν ὁλοσχερε-
στέρας τινὸς καὶ μείζονος τυχεῖν ἦσαν ἄξιοι τιμωρίας.
ὥστ᾽, εἴπερ ἔπαθον ἃ Φύλαρχος φησὶν, οὐκ ἔλεον εἰκὸς 11

et præsidium Achæorum interficiunt.

Perfidia Mantinensium gravissimam pœnam merita.

[b] Vulgo ἀπετέλεσαν.

seditione, *Mantinenses*, accitis Lacedæmoniis, simul urbem suam illis tradunt, et, qui ab Achæis ad illos missi in urbe morabantur, eos contruncant: qua perfidia ne dici quidem ulla major aut detestabilior potest. Nam quodsi omnino placuit ipsis, beneficii quod ab Achæis acceperant et mutuæ amicitiæ memoriam, fidem mutando, delere; illis certe, de quibus diximus, parcere, et novi fœderis legibus exceptos dimittere debebant. Quippe hoc etiam hostibus jure gentium concedi solet. Verum isti, quo Cleomeni et Lacedæmoniis promti animi sui ad ea quæ parabant fidem satis probabilem darent, jure gentium violato, maximum hoc nefas ultro patrarunt. Qua namque ira digni sunt, qui suis ipsi manibus occidunt et supplicia de iis exigunt, qui paullo ante, occupata per vim urbe, impunitatem illis concesserant, et libertatem salutemque ipsorum tunc custodiebant? Aut quid pati istos oportuit, ut noxæ par pœna censeri jure posset? Dicat fortasse aliquis: ut cum liberis et uxoribus, postquam debellati fuissent, venumdarentur. At hoc, jure belli, etiam illos manet, qui nullum nefas admiserunt. Digni igitur isti fuerunt, in quos majore aliquo et graviore supplicio animadverteretur. Itaque si ea passi sunt, quæ narrat *Phylarchus;*

ἦν συνεξακολουθεῖν αὐτοῖς παρὰ τῶν Ἑλλήνων, ἔπαινον δὲ καὶ συγκατάθεσιν μᾶλλον τοῖς πράττουσι καὶ μετα-
12 πορευομένοις τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν. ἀλλ' ὅμως, οὐδενὸς περαιτέρω συνεξακολουθήσαντος Μαντινεῦσι κατὰ τὴν περιπέτειαν, πλὴν τοῦ διαρπαγῆναι τοὺς βίους, καὶ πραθῆναι τοὺς ἐλευθέρους· ὁ συγγραφεὺς, αὐτῆς τῆς τερατείας χάριν, οὐ μόνον ψεῦδος [c] εἰσήνεγκε τὸ ὅλον,
13 ἀλλὰ καὶ τὸ ψεῦδος ἀπίθανον. καὶ, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀγνοίας, οὐδὲ τὸ παρακείμενον ἠδυνήθη συνεπιστῆσαι· πῶς οἱ αὐτοὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, κυριεύσαντες Τεγεατῶν κατὰ κράτος, οὐδὲν τῶν ὁμοίων
14 ἔπραξαν. καί τοι γε, εἰ μὲν ἡ τῶν πραττόντων ὠμότης ἦν αἰτία, καὶ τούτους εἰκὸς ἦν πεπονθέναι ταὐτὰ τοῖς
15 ὑπὸ τὸν αὐτὸν ὑποπεπτωκόσι καιρόν. εἰ δὲ περὶ μόνους γέγονε Μαντινεῖς ἡ διαφορὰ, φανερὸν, ὅτι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ὀργῆς ἀνάγκη διαφέρουσαν γεγονέναι περὶ τούτους.

Phylarchi mendaces tragœdiæ de Mantinensibus.

LIX. Πάλιν Ἀριστόμαχον τὸν Ἀργεῖον, φησὶν, ἄνδρα τῆς ἐπιφανεστάτης οἰκίας ὑπάρχοντα, καὶ τετυραννηκότα μὲν Ἀργείων, πεφυκότα δὲ ἐκ τυράννων, ὑποχείριον Ἀντιγόνῳ καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς γενόμενον, εἰς Κεγχρεὰς ἀπαχθῆναι, καὶ στρεβλούμενον ἀποθανεῖν· ἀδικώτατα καὶ δεινότατα παθόντα πάντων ἀνθρώπων.

De Aristomacho Argivo tragœdias movet Phylarchus.

[c] Alii vulgo ἤνεγκε.

par erat, ut Græci non commiseratione aliqua istorum tangerentur, sed potius, ut eorum factum probarent ac laudarent, qui facinus tam impium inultum non sivissent. Et tamen, cum in ea calamitate gravius nihil *Mantinensibus* acciderit, quam ut fortunæ illorum diriperentur, et libera capita hastæ subjicerentur; egregius hic Scriptor, quo rei miraculum adaugeret, non solum mera mendacia concinnavit, sed etiam ejusmodi mendacia, quæ omni probabilitate carerent. Tantaque fuit hominis ignorantia, ut ne ad illud quidem, quod proximum erat, advertere animum potuerit: quomodo iidem *Achæi* tempore eodem, capta per vim *Tegeatarum* urbe, nihil simile in hos consuluerint. Atqui, si ejus rei vera caussa crudelitas Achæorum exstitisset; quis dubitet, etiam istis eadem fuisse eventura, quæ Mantinensibus, circa idem tempus captis? Nunc, cum in solos *Mantinenses* gravius sit sævitum; manifestum est, oportuisse ut insignem aliquam iræ caussam ii dedissent.

LIX. Præterea scribit idem *Phylarchus: Aristomachum, Argivum, nobilissimo genere ortum; qui tyrannus fuerat Argivorum, et tyrannis prognatum; postquam in potestatem venisset Antigoni et Achæorum, Cenchreas abductum, adeo cruciabiliter necatum fuisse, ut par iniquitas aut crudelitas in neminem umquam mortalium fuerit*

Phylarchus de Aristomacho.

Τηρῶν δὲ καὶ περὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν ὁ συγγραφεὺς τὸ 2 καθ' αὑτὸν ἰδίωμα, φωνάς τινας πλάττει, διὰ τῆς νυκτὸς αὐτοῦ στρεβλουμένου προσπιπτούσας τοῖς σύνεγγυς κατοικοῦσιν· ὧν τοὺς μὲν ἐκπληττομένους τὴν ἀσέβειαν, τοὺς δ' ἀπιστοῦντας, τοὺς δ' ἀγανακτοῦντας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, προστρέχειν πρὸς τὴν οἰκίαν φησί. Περὶ μὲν οὖν τῆς τοιαύτης τερατείας, παρείσθω· δε- 3 δήλωται γὰρ ἀρκούντως. Ἐγὼ δ' Ἀριστόμαχον, εἰ 4 καὶ μηδὲν εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς ἕτερον ἥμαρτεν, κατά γε τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν, καὶ τὴν εἰς τὴν πατρίδα παρανομίαν, τῆς μεγίστης ἄξιον κρίνω τιμωρίας. καίπερ ὁ 5 συγγραφεὺς, βουλόμενος αὔξειν αὐτοῦ τὴν δόξαν, καὶ παραστήσασθαι τοὺς ἀκούοντας εἰς τὸ μᾶλλον αὐτῷ συναγανακτεῖν ἐφ' οἷς ἔπαθεν, οὐ μόνον αὐτόν φησι γεγονέναι τύραννον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τυράννων πεφυκέναι. ταύτης δὲ μείζω κατηγορίαν ἢ πικροτέραν, οὐδ' ἂν 6 εἰπεῖν ῥᾳδίως δύναιτ' οὐδείς. αὐτὸ γὰρ τοὔνομα περιέχει τὴν ἀσεβεστάτην ἔμφασιν, καὶ πάσας περιείληφε τὰς ἐν ἀνθρώποις ἀδικίας καὶ παρανομίας. Ἀρι- 7 στόμαχος δ', εἰ τὰς δεινοτάτας ὑπέμεινε τιμωρίας, ὡς οὗτός φησιν, ὅμως οὐχ ἱκανὴν ἔδωκε δίκην μιᾶς ἡμέρας· ἐν ᾗ, παρεισπεσόντος εἰς τὴν πόλιν Ἀράτου μετὰ τῶν 8 Ἀχαιῶν, καὶ μεγάλους ἀγῶνας καὶ κινδύνους ὑπομείναντος ὑπὲρ τῆς Ἀργείων ἐλευθερίας, [d] τέλος δ' ἐκ-

[d] τέλος ex conject. posui. Vulgo omnes τίως δ' ἐκπεσόντος.

admissa. Deinde etiam hic more usus suo Scriptor, *voces* quasdam fingit, *quas per noctem in ipsis tormentis ab eo editas vicini audiverint: quorum alios*, ait, *ad facinus tam impium stupentes, alios quia non crederent, multos quod rem indigne ferrent, ad illam domum adcurrisse.* Sed tragicam pompam missam faciamus: satis enim ea de re superius. Ego vero *Aristomachum*, vel si nulla re alia Achæos umquam læsisset, tamen propter vitæ institutum et scelus in patriam admissum, quamvis magno supplicio dignum censeo. Quamquam hic Scriptor, amplificandæ gloriæ illius gratia, et ut majorem lectoribus indignationem exprimeret propter illa quæ ei acciderunt, *non ipsum tantum*, ait, *fuisse tyrannum: sed etiam tyrannis prognatum.* Quod ipsum tale est, ut major criminatio aut gravior ne fingi quidem facile possit. Nam ipsum *tyranni* nomen summæ impietatis significationem conjunctam habet; injurias sceleraque omnia complectens, quæ inter homines solent versari. *Aristomachus* vero, si, ut hic aït, gravissimas dedisset pœnas; tamen vel uno illo die meritas non satis luit, quo die, quum *Aratus* urbem clam esset ingressus, Achæorum manu comitatus, et pro *Argivorum* libertate magno certamine suscepto ingentia pericula

πεσόντος διὰ τὸ μηδένα συγκινηθῆναι τῶν ἔσωθεν αὐτῷ
9 ταξαμένων, διὰ τὸν ἀπὸ τοῦ τυράννου φόβον· Ἀριστόμαχος, ἀφορμῇ ταύτῃ καὶ προφάσει χρησάμενος, ὥς τινων συνειδότων τὰ περὶ τὴν εἴσοδον τῶν Ἀχαιῶν, ὀγδοήκοντα τοὺς πρώτους τῶν πολιτῶν, οὐδὲν ἀδικήσαντας,
10 στρεβλώσας ἐναντίον τῶν ἀναγκαίων ἀπέσφαξε. παρίημι τὰ παρ' ὅλον τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τῶν προγόνων ἀσεβήματα. μακρὸν γάρ.

LX. Διόπερ οὐκ, εἴ τινι τῶν ὁμοίων περιέπεσε, δεινὸν ἡγητέον· πολὺ δὲ δεινότερον, εἰ μηδενὸς τούτων πεῖραν
2 λαβὼν, ἀθῷος ἀπέθανεν. οὐδ' Ἀντιγόνῳ προσαπτέον οὐδ' Ἀράτῳ παρανομίαν, ὅτι λαβόντες κατὰ πόλεμον ὑποχείριον τύραννον, στρεβλώσαντες ἀπέκτειναν· ὅν γε καὶ κατ' αὐτὴν τὴν εἰρήνην τοῖς ἀνελοῦσι καὶ τιμωρησαμένοις, ἔπαινος καὶ τιμὴ [e] συνεξηκολούθει παρὰ τοῖς ὀρθῶς
3 λογιζομένοις. ὅτε δὲ, χωρὶς τῶν προειρημένων, καὶ τοὺς
4 Ἀχαιοὺς παρεσπόνδησε, τί παθεῖν ἦν ἄξιος; ἐκεῖνος γὰρ ἀπέθετο μὲν τὴν τυραννίδα χρόνοις οὐ πολλοῖς πρότερον, ὑπὸ τῶν καιρῶν συγκλειόμενος, διὰ τὸν Δημητρίου θάνατον· ἀνελπίστως δὲ τῆς ἀσφαλείας ἔτυχε, περισταλεὶς ὑπὸ τῆς τῶν Ἀχαιῶν πρᾳότητος καὶ κα-
5 λοκαγαθίας· οἵτινες οὐ μόνον αὐτὸν τῶν ἐκ τῆς τυραννίδος ἀσεβημάτων ἀζήμιον ἐποίησαν, ἀλλὰ καὶ προσλαβόντες εἰς τὴν πολιτείαν, τὴν μεγίστην τιμὴν περι-

Merito suo occisus Aristomachus.

[e] Ad verbum συνεξηκολούθει omnino particula ἂν requiri videtur.

adiisset; tandem vero, nemine intus conjuratorum ob tyranni metum se movente, expulsus fuisset; *Aristomachus*, occasione hac atque prætextu usus, quod conscii fuissent nonnulli ingressus Achivorum, octuaginta primores civitatis, qui nihil peccaverant, tortos, in conspectu suorum jugulavit. Taceo quæ cum ipse, tum ejus majores, per totam vitam impie patravere: longa enim oratio sit.

LX. Quamobrem non illud videri indignum debet, si simile quid eorum quæ fecerat *Aristomachus*, ipsi tandem contigit: verum illud futurum fuisse indignius existimare debemus, si nihil ejusmodi expertus, diem supremum impunis clausisset. Neque *Antigonus* aut *Aratus* crudelitatis postulandi sunt, si captum jure belli, cum cruciatu sustulerunt: quem si quis in ipsa pace cruciabiliter occidisset, omnes recte rem æstimantes auctorem cædis fuerant laudibus et honoribus prosecuturi. Quum autem, præter jam dicta, etiam Achæis datam fidem violasset, quid eum pati æquum fuit? Nam non multo ante, temporum ratione in angustias redactus propter mortem *Demetrii*, deposita tyrannide, insperatam securitatem invenerat, benignitate et probitate tectus *Achæorum*: qui non solum præteritorum scelerum, quæ in tyrannide admiserat, gratiam ei fecerunt; sed rempubl. etiam suam cum illo participa-

Merito occisus Aristomachus.

ἔθεσαν, ἡγεμόνα καὶ στρατηγὸν καταστήσαντες σφῶν
αὐτῶν. ὁ δ᾽, ἐπιλαθόμενος τῶν προειρημένων φιλανθρώπων 6
παρὰ πόδας, ἐπεὶ μικρὸν ἐπικυδεστέρας ἔσχε τὰς ἐλ-
πίδας ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἐν Κλεομένει· τήν τε πατρίδα
καὶ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἀποσπάσας ἀπὸ τῶν Ἀχαιῶν
ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις καιροῖς, προσένειμε τοῖς ἐχθροῖς.
Ὃν, ὑποχείριον γενόμενον, οὐκ ἐν Κεγχρεαῖς ἔδει τὴν 7
νύκτα στρεβλούμενον ἀποθανεῖν, ὡς Φύλαρχος φησί·
περιαγόμενον δ᾽ εἰς τὴν Πελοπόννησον, καὶ μετὰ τιμω-
ρίας παραδειγματιζόμενον, οὕτως ἐκλιπεῖν τὸ ζῆν. ἀλλ᾽ 8
ὅμως, τοιοῦτος ὢν, οὐδενὸς ἔτυχε δεινοῦ, πλὴν τοῦ κα-
ταποντισθῆναι, [f] διὰ τῶν ἐπὶ ταῖς Κεγχρεαῖς πεπρα-
γμένων.

Non solum iniqua, sed et præclare facta narrare debet historicus.

LXI. Χωρὶς δὲ τούτων, τὰς μὲν Μαντινέων ἡμῖν
συμφορὰς μετ᾽ αὐξήσεως καὶ διαθέσεως ἐξηγήσατο· δη-
λονότι καθήκειν ὑπολαμβάνων τοῖς συγγραφεῦσιν, τὰς
παρανόμους τῶν πράξεων ἐπισημαίνεσθαι. τῆς δὲ Με- 2
γαλοπολιτῶν γενναιότητος, ἣ περὶ τοὺς αὐτοὺς ἐχρή-
σαντο καιροὺς, οὐδὲ κατὰ ποσὸν ἐποιήσατο μνήμην.
ὥσπερ τὸ τὰς ἁμαρτίας ἐξαριθμεῖσθαι τῶν πραξάντων, 3
οἰκειότερον ὑπάρχον τῆς ἱστορίας, τοῦ τὰ καλὰ καὶ
δίκαια τῶν ἔργων ἐπισημαίνεσθαι· ἢ τοὺς ἐντυγχάνοντας
τοῖς ὑπομνήμασιν ἧττόν τι διορθουμένους ὑπὸ τῶν σπου-

[f] An διὰ τῶν ἐπὶ ταῖς Κεγχ. ταττομένων? An διά τι τῶν ἐν ταῖς Κεγχρεαῖς (vel ἐπὶ τὰς Κεγχρεὰς) πραττομένων?

runt, et copiarum suarum ducatu ei delato, in summo honore habuerunt. At ille tantæ humanitatis e vestigio oblitus, simul ac in *Cleomene* aliquanto melior spes rebus suis affulsit, et patriam et consilia sua ab *Achæis*, maxime necessario illorum tempore, separavit, atque hostibus eorum adjunxit. Hunc, postquam fuit captus, oportebat, non ut auctor est *Phylarchus*, silentio noctis cruciatum Cenchreis mori: sed per universam Peloponnesum circumductum, et exempli caussa per omnium ora traductum, inter tormenta vitam finire. Et tamen homo tam scelestus nihil gravius est passus; quam ut in profundum mare dejiceretur propter nonnulla, quæ Cenchreis fecerat.

LXI. Ad hæc idem *Phylarchus* Mantinensium quidem calamitatem cum exaggeratione et multo verborum apparatu nobis commemorat: ratus nimirum ad officium Historici pertinere, ut iniqua hominum facta adnotet. At generosi *Megalopolitanorum* facinoris, quod circa eadem tempora ediderunt, ne minimam quidem mentionem facit: ceu magis ad rem faceret, in scribenda Historia hominum delicta recensere, quam præclare facta observare: aut quasi ad emendationem

δαίων καὶ ζηλωτῶν ἔργων, ἥπερ ὑπὸ τῶν παρανόμων καὶ
4 φευκτῶν πράξεων. Ὁ δὲ, πῶς μὲν ἔλαβε Κλεομένης τὴν πόλιν, καὶ πῶς ἀκέραιον διαφυλάξας, ἐξαπέστειλε παραχρῆμα πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας εἰς τὴν Μεσσήνην γραμματοφόρους, ἀξιῶν αὐτοὺς, ἀβλαβῆ κομισαμένους τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, κοινωνῆσαι τῶν ἰδίων πραγμάτων· ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐδήλωσε, βουλόμενος ὑποδεῖξαι τὴν Κλεομένους μεγαλοψυχίαν καὶ μετριότητα
5 πρὸς τοὺς πολεμίους. ἔτι δὲ, πῶς οἱ Μεγαλοπολῖται τῆς ἐπιστολῆς ἀναγινωσκομένης, οὐκ ἐάσαιεν εἰς τέλος ἀναγνωσθῆναι, μικροῦ δὲ καταλεύσαιεν τοὺς γραμματο-
6 φόρους, ἕως τούτου διεσάφησε. τὸ δ' ἀκόλουθον, καὶ τὸ τῆς ἱστορίας ἴδιον, ἀφεῖλε· τὸν ἔπαινον, καὶ τὴν ἐπ' ἀγαθῷ μνήμην τῶν ἀξιολόγων προαιρέσεων. καί τοι γ'
7 [g] ἐμποδὼν ἦν. Εἰ γὰρ τοὺς λόγῳ καὶ δόγματι μόνον ὑπομείναντας πόλεμον ὑπὲρ φίλων καὶ συμμάχων, ἄνδρας ἀγαθοὺς νομίζομεν· τοῖς δὲ καὶ χώρας καταφθορὰν καὶ πολιορκίαν ἀναδεξαμένοις, οὐ μόνον ἔπαινον, ἀλλὰ καὶ χάριτας καὶ δωρεὰς τὰς μεγίστας ἀπονέμομεν·
8 τίνα γε χρὴ περὶ Μεγαλοπολιτῶν ἔχειν διάληψιν; ἆρ'
9 οὐχὶ τὴν σεμνοτάτην καὶ βελτίστην; οἳ πρῶτον μὲν τὴν χώραν Κλεομένει προεῖντο· μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ὁλοσχερῶς ἔπταισαν τῇ πατρίδι διὰ τὴν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς

Megalopolitæ generose respuunt beneficia Cleomenis.

[g] Vulgo ex Bav. ἐμποδὼν οὐδὲν ἦν.

hominum egregia facinora et laude digna minus conferrent, quam improbæ et vituperandæ actiones. *Quo* igitur *pacto urbem Cleomenes ceperit, quomodo incolumem servaverit, et ad Megalopolitanos continuo Messenam tabellarios miserit, rogans, ut, patria absque ullo damno recepta, consentire secum vellent, et consilia miscere:* hæc quidem *Phylarchus* narravit, studio commendandi magnanimitatem Cleomenis et moderationem erga hostes. Item, *quomodo Megalopolitani inchoatam epistolæ lectionem perduci ad finem non siverint; tabellarios quinetiam lapidibus prope obruerint:* hæc quoque non prætermisit, rem hactenus persecutus. Quod vero consequens erat, et historiæ proprium, ut memorabile generosumque *Megalopolitanorum* animum debito testimonio ac laude merita afficeret, id prætermisit: quamquam in promtu sane res fuerat. Nam, si bonos viros illos judicamus, qui pro amicis et sociis bellum se suscepturos verbis solum et interposito decreto declaraverint; iis vero, qui vastationem etiam agrorum et obsidionem ex simili caussa toleraverint, non modo laudem tribuimus, verum etiam maxima præmia cum gratiarum actione rependimus: quid tandem de *Megalopolitanis* existimare oportet? annon viros optimos et gravissimos fuisse? Qui primo agros suos a Cleomene peruri, æquo animo tulerunt; deinde universa patria penitus exciderunt, partium Achæorum studio; postremo, quum præter omnium spem

αἵρεσιν· τὸ δὲ τελευταῖον, δοθείσης ἀνελπίστως καὶ πα- 10
ραδόξως αὐτοῖς ἐξουσίας, ἀβλαβῆ ταύτην ἀπολαβεῖν,
προείλοντο στέρεσθαι χώρας, τάφων, ἱερῶν, πατρίδος,
τῶν ὑπαρχόντων, ἁπάντων συλλήβδην τῶν ἐν ἀνθρώποις
ἀναγκαιοτάτων, χάριν τοῦ μὴ προδοῦναι τὴν πρὸς τοὺς

Megalopolitarum virtutem tacet Phylarchus.

συμμάχους πίστιν. οὗ τί κάλλιον ἔργον ἢ γέγονεν, ἢ 11
γένοιτο; ἐπὶ τί δ' ἂν μᾶλλον συγγραφεὺς ἐπιστῆσαι
τοὺς ἀκούοντας; διὰ τίνος δ' ἔργου μᾶλλον ἂν παρ-
ορμῆσαι πρὸς φυλακὴν πίστεως καὶ πρὸς ἀληθινῶν πρα-
γμάτων καὶ βεβαίων κοινωνίαν; ὧν οὐδεμίαν ἐποιήσατο
μνήμην Φύλαρχος· τυφλώττων, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, περὶ τὰ 12
κάλλιστα καὶ μάλιστα συγγραφεῖ καθήκοντα τῶν ἔργων.

Exaggerat Phylarchus, prædam ex Megalopoli.

LXII. Οὐ μὴν, ἀλλὰ τούτοις ἑξῆς φησὶν, ἀπὸ τῶν
ἐκ τῆς Μεγάλης πόλεως λαφύρων ἑξακισχίλια τάλαντα
τοῖς Λακεδαιμονίοις πεσεῖν, ὧν τὰ δισχίλια Κλεομένει
δοθῆναι κατὰ τοὺς ἐθισμούς. Ἐν δὲ τούτοις πρῶτον μὲν 2
τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὴν ἀπειρίαν καὶ τὴν ἄγνοιαν τῆς
κοινῆς ἐννοίας, ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων
χορηγίας καὶ δυνάμεως; ἣν μάλιστα δεῖ παρὰ τοῖς
ἱστοριογράφοις ὑπάρχειν. ἐγὼ γὰρ, οὐ λέγω κατ' 3
ἐκείνους τοὺς χρόνους, ἐν οἷς ὑπό τε τῶν ἐν Μακεδονίᾳ
βασιλέων, ἔτι δὲ μᾶλλον ὑπὸ τῆς συνεχείας τῶν πρὸς

Tenues Peloponnesiorum opes.

ἀλλήλους πολέμων, ἄρδην κατέφθαρτο τὰ Πελοποννη-
σίων· ἀλλ' ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς, ἐν οἷς πάντες ἓν 4
καὶ ταὐτὸ λέγοντες, μεγίστην καρποῦσθαι δοκοῦσιν εὐ-

et exspectationem facta esset illis potestas recuperandæ patriæ, agris suis, sepulcris, sacris, patria, fortunis, atque, ut uno verbo dicam, carissimis rebus omnibus privari præoptarunt, quam ut datam sociis fidem proderent. Quo facinore quodnam aut exstitit umquam aut exsistere potest pulcrius? Ubinam vero potius, quam hic, scriptor historiæ attentionem lectorum excitet? aut quo potius exemplo hortetur ad fidem servandam, et societatem ineundam cum justis et firmis Rebuspublicis? Quæ tamen prætermisit omnia *Phylarchus:* ad pulcerrima quæque facta, et scriptoris stilo dignissima, prorsus, ut equidem arbitror, cæcutiens.

LXII. Qui etiam in sequentibus scriptum reliquit, *e præda urbis Megalopoleos sex talentorum millia ad Lacedæmonios rediisse: quorum duo millia, ex veteri consuetudine, Cleomeni cesserint.* Hic vero quis non admiretur imperitiam et ignorantiam communis omnium sensus super Græcarum civitatum opibus ac divitiis? in quo tamen præcipua Scriptoris historiarum cura esse debet. Nam equidem e contrario, non dicam illis temporibus, cum et per Macedoniæ reges, et multo magis per continua bella civilia funditus attritæ Peloponnesiorum opes erant; sed nostris hisce temporibus, quando in summa omnes concordia viventes maximam consecuti opulen-

δαιμονίαν, [h]ὅμως ἐκ Πελοποννήσου πάσης, ἐξ αὐτῶν τῶν Tenues
ἐπίπλων, χωρὶς σωμάτων, οὐχ οἷόν τε συναχθῆναι το- Peloponnesiorum
5 σοῦτο πλῆθος χρημάτων. καὶ διότι τοῦτο νῦν οὐκ εἰκῇ, opes.
λόγῳ δέ τινι μᾶλλον ἀποφαινόμεθα, δῆλον ἐκ τούτων.
6 τίς γὰρ ὑπὲρ Ἀθηναίων οὐχ ἱστόρηκε, διότι καθ' οὓς
καιροὺς μετὰ Θηβαίων εἰς τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους
[i]ἐνέβαινον πόλεμον, καὶ μυρίους μὲν ἐξέπεμπον στρα-
7 τιώτας, ἑκατὸν δ' ἐπλήρουν τριήρεις· ὅτι τότε κρίναντες
ἀπὸ τῆς ἀξίας ποιεῖσθαι τὰς εἰς τὸν πόλεμον εἰσφορὰς,
ἐτιμήσαντο τήν τε [k]χώραν τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν, καὶ
τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν· ἀλλ' ὅμως
τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας ἐνέλιπε τῶν ἑξακισχιλίων,
8 διακοσίοις καὶ πεντήκοντα ταλάντοις. ἐξ ὧν οὐκ ἀπε-
οικὸς ἂν φανείη τὸ περὶ Πελοποννησίων ἄρτι ῥηθὲν ὑπ'
9 ἐμοῦ. Κατὰ δ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἐξ αὐτῆς τῆς
Μεγάλης πόλεως, ὑπερβολικῶς ἀποφαινόμενος, οὐκ ἄν
10 τις εἰπεῖν τολμήσειε, πλείω γενέσθαι τριακοσίων. ἐπειδή
περ ὁμολογούμενόν ἐστι, διότι καὶ τῶν ἐλευθέρων καὶ
τῶν δουλικῶν σωμάτων τὰ πλεῖστα συνέβη διαφυγεῖν εἰς
τὴν Μεσσήνην. μέγιστον δὲ τῶν προειρημένων τεκμήριον·
11 οὐδενὸς γὰρ ὄντες δεύτεροι τῶν Ἀρκάδων Μαντινεῖς, οὔτε
κατὰ τὴν δύναμιν, οὔτε κατὰ τὴν περιουσίαν, ὡς αὐτὸς
οὗτος φησίν· ἐκ πολιορκίας δὲ καὶ παραδόσεως ἁλόντες,

[h] ὅμως correxit Casaub. ὅπως est in MStis. [i] Alii vulgo ἀνέβαινον. [k] χώραν καὶ τὴν Ἀττικὴν edd. cum aliis. Delevi conjunct. cum Vat. et cod. Peiresc.

tiam videntur, tamen ex Peloponnesi totius universis supellectilibus, si corpora nempe excipias, tantam pecuniæ summam nego posse confici. Quod autem non temere, sed cum ratione, hoc affirmemus, hinc potest cognosci. Nam quis legit historias, quin sciat, *Athenienses*, quo tempore una cum Thebanis bellum adversus Lacedæmonios suscipiebant, et militum decem millia armabant, triremes centum instruebant; postquam pecuniam ex censu civium ad bellum tunc conferre decrevissent; et agrorum universæ Atticæ, et domorum, et omnium pariter fortunarum suarum æstimationem iniisse; et tamen census totius summam ad sex millia talentorum non pervenisse, deficientibus scilicet ducentis quinquaginta? Unde liquet, per esse verisimile id quod de Peloponnesiis modo dicebamus. Istis vero temporibus e *Megalopoli* amplius, quam trecenta talenta, fuisse redactum, nemo, qui vel exaggerare summam voluerit, affirmare tamen ausit. Nam illud in confesso est, et liberos et servos quam plurimos Messenam fuga evasisse. Maxime autem ei, quod diximus, fidem facit illud: *Mantinenses* neque numero civium, neque opibus, ulli populorum Arcadiæ erant secundi, quod etiam hic ipse fatetur. Hi obsidione capti, cum

Tenues Peloponnesiorum opes.

ὥστε μή τε διαφυγεῖν μηδένα, μή τε διακλαπῆναι ῥᾳδίως μηδέν· ὅμως τὸ πᾶν λάφυρον ἐποίησαν, μετὰ 12 τῶν σωμάτων, κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, τάλαντα τριακόσια.

Pugnantia scribit Phylarchus.

LXIII. Τὸ δὲ συνεχὲς [l]τούτῳ τίς οὐκ ἂν ἔτι μᾶλλον θαυμάσειε; ταῦτα γὰρ ἀποφαινόμενος λέγει· πρὸ τῆς παρατάξεως δέκα ἡμέραις μάλιστα, τὸν παρὰ Πτολεμαίου πρεσβευτὴν ἐλθεῖν, ἀγγέλλοντα πρὸς τὸν Κλεομένην, διότι Πτολεμαῖος τὸ μὲν χορηγεῖν ἀπολέγει, διαλύεσθαι δὲ παρακαλεῖ πρὸς τὸν Ἀντίγονον. τὸν δ', 2 ἀκούσαντα, [m]φησὶ, κρῖναι, διότι δεῖ τὴν ταχίστην ἐκκυβεύειν τοῖς ὅλοις, πρὸ τοῦ συνιέναι τὰ προσπεπτωκότα τὰς δυνάμεις· διὰ τὸ μηδεμίαν ὑπάρχειν ἐν τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐλπίδα τοῦ δύνασθαι μισθοδοτεῖν. Ἀλλ', 3 εἴ περ ἑξακισχιλίων ἐγκρατὴς ἐγεγόνει ταλάντων κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, τὸν Πτολεμαῖον αὐτὸν ἠδύνατο ταῖς χορηγίαις ὑπερθέσθαι. πρὸς δὲ τὸν Ἀντίγονον, [n]εἰ 4 μόνον τριακοσίων ὑπῆρχε κύριος, καὶ λίαν ἱκανὸς ἦν ἀσφαλῶς ὑπομένων τρίβειν τὸν πόλεμον. τὸ δ' ἅμα μὲν 5 πάσας ἀποφαίνειν τῷ Κλεομένει τὰς ἐλπίδας ἐν Πτολεμαίῳ διὰ τὰς χορηγίας, ἅμα δὲ τοσούτων χρημάτων αὐτὸν φάναι κύριον γεγονέναι κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, πῶς οὐ τῆς μεγίστης ἀλογίας, ἔτι δ' ἀσκεψίας

[l] Vulgo συνεχὲς τοῦτο. [m] φησὶ cum Reisk. scripsi. Vulgo omnes φασί.
[n] εἰ μὴ μόνον edd. vett. ex Bav. Hinc Casaub. εἰ καὶ μόνον.

deditionem fecissent, ita ut neque effugere quisquam illorum, nec subripi res ulla facile posset, opimiorem hosti prædam non attulere, corporibus etiam venditis, quam trecenta talenta.

LXIII. Quis vero non magis adhuc miretur, quod idem Scriptor istis subjicit? Nam eodem loco ait: *decem fere diebus ante quam pugna pugnaretur, legatum a Ptolemæo missum venisse, qui nuntiaret, pecuniam nolle amplius Ptolemæum suppeditare, sed ad pacem cum Antigono faciendam hortari: quod ubi accepisset Cleomenes, constituisse eum, fortunam summæ rerum sibi quam primum esse tentandam, prius quam de accepto nuntio aliquid resciret exercitus; quoniam quidem spem nullam ipse haberet, ex propriis opibus militi stipendia posse se solvere.* Atqui si circa tempus idem sex millium talentorum compos est factus; vel Ptolemæum ipsum opibus superare poterat. Bellum vero cum Antigono quod attinet, si vel trecenta sollummodo talenta receperat Cleomenes, facile illi fuit, sine ullo periculo bellum illud sustinere atque trahere. At dicere, *omnes Cleomeni spes suas in Ptolemæo et ejus liberalitate fuisse positas;* simulque affirmare, *tantam pecuniam illo ipso tempore in ejusdem Cleomenis potestate atque manibus fuisse;* hoc annon summæ dementiæ

6 ἐστὶ σημεῖον; Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα τῷ συγγραφεῖ τοιαῦτα, καὶ κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς, καὶ παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν, κατατέτακται· περὶ ὧν ἀρκεῖν ὑπολαμβάνω, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, καὶ τὰ νῦν εἰρημένα.

Pugnantia scribit Phylarchus.

LXIV. Μετὰ δὲ τὴν τῆς Μεγάλης πόλεως ἅλωσιν, Ἀντιγόνου παραχειμάζοντος ἐν τῇ τῶν Ἀργείων πόλει, συναγαγὼν Κλεομένης ἅμα τῷ τὴν ἐαρινὴν ὥραν ἐνίστασθαι τοὺς στρατιώτας, καὶ παρακαλέσας τὰ πρέποντα τοῖς καιροῖς, ἐξαγαγὼν τὴν [o] στρατιὰν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν
2 τῶν Ἀργείων χώραν· ὡς μὲν τοῖς πολλοῖς ἐδόκει, παραβόλως καὶ τολμηρῶς, διὰ τὴν ὀχυρότητα τῶν κατὰ τὰς εἰσόδους τόπων· ὡς δὲ τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις,
3 ἀσφαλῶς καὶ νουνεχῶς. Ὁρῶν γὰρ τὸν Ἀντίγονον διαφεικότα τὰς δυνάμεις, ᾔδει σαφῶς, ὅτι πρῶτον μὲν τὴν εἰσβολὴν ἀκινδύνως ποιήσεται· δεύτερον δὲ ὅτι τῆς χώρας καταφθειρομένης ἕως τῶν τειχῶν, ἀνάγκη τοὺς Ἀργείους, θεωροῦντας τὸ γιγνόμενον, ἀσχάλλειν, καὶ
4 καταμέμφεσθαι τὸν Ἀντίγονον. εἰ μὲν οὖν συμβαίη, μὴ δυνάμενον αὐτὸν ὑποφέρειν τὸν ἐπιῤῥαπισμὸν τῶν ὄχλων, ἐξελθεῖν καὶ διακινδυνεῦσαι τοῖς παροῦσι· πρόδηλον ἐκ τῶν κατὰ λόγον ἦν αὐτῷ, διότι νικήσει ῥᾳδίως. εἰ δ'
5 ἐμμείνας τοῖς λογισμοῖς, [p] ἐφησυχάζοι· καταπληξάμενος τοὺς ὑπεναντίους, καὶ ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι θάρσος

Cleomenes Argivum agrum populatur. Ol. CXXXIX. A. U. 531.

[o] στρατείαν Vat. Aug. Reg. A. Iidem et Flor. paulo ante omittunt τοὺς στρατιώτας. [p] ἀφησυχ. Vat. Flor. Aug. Reg. A.

atque incogitantiæ argumentum est? Similia vero his multa idem Scriptor, cum in istorum temporum rebus, tum in universa Historia, retulit: de quibus, pro instituto nostro, hactenus dicta sufficiant.

LXIV. Capta *Megalopoli*, Antigono in urbe Argivorum hibernante, *Cleomenes* ineunte statim vere contrahit copias, suosque hortatus prout res admonebat, educit, et in fines *Argivorum* impetum facit: consilio usus, ut quidem vulgus arbitrabatur, temerario atque audaci, propter difficiles aditus et loca munita; ut prudentioribus videbatur, tuto juxta et callido. Quippe qui videret, *Antigonum* copias suas dimisisse, illud primum certo sciebat, sine ullo periculo invasionem illam fore: deinde, ubi ad muros usque vastari regio cœpisset, *Argivos* id cernentes, iniquo rem animo laturos, atque omnino de *Antigono* graviter questuros. Qui si populi convicia ferre non sustinens, copias quæ ad manus essent educeret, acieque dimicaret; non dubitabat *Cleomenes*, quantum provideri ratione posset, paratam sibi victoriam fore: sin manens in suscepta sententia, nihil se commoveret; tum vero tantum hostibus terrorem se injecturum, tantosque suis

Ol. cxxxix. A. U. 531. Cleomenes Argivum agrum populatur.

ἐνεργασάμενος, ἀσφαλῶς ὑπέλαβε ποιήσασθαι τὴν ἀνα-
χώρησιν εἰς τὴν οἰκείαν. Ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι. τῆς 6
γὰρ χώρας δῃουμένης, οἱ μὲν ὄχλοι συστρεφόμενοι, τὸν
Ἀντίγονον ἐλοιδόρουν· ὁ δὲ καὶ λίαν ἡγεμονικῶς καὶ 7
βασιλικῶς, οὐδὲν περὶ πλείονος [q]ποιούμενος τοῖς κατὰ
λόγον πράγμασιν, ἦγε τὴν ἡσυχίαν. ὁ δὲ Κλεομένης,
κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, καταφθείρας μὲν τὴν
χώραν, καταπληξάμενος δὲ τοὺς ὑπεναντίους, εὐθαρσεῖς
δὲ πεποιηκὼς τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις πρὸς τὸν ἐπιφερόμενον
κίνδυνον, ἀσφαλῶς εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθε.

Antigonus in Laconicam ducit.

LXV. Τοῦ δὲ θέρους ἐνισταμένου, καὶ συνελθόντων
τῶν Μακεδόνων καὶ τῶν Ἀχαιῶν ἐκ τῆς χειμασίας,
ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν Ἀντίγονος, προῆγε μετὰ τῶν
συμμάχων εἰς τὴν Λακωνικήν· ἔχων Μακεδόνας μὲν 2
τοὺς εἰς τὴν φάλαγγα μυρίους, πελταστὰς δὲ τρισχι-
λίους, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους, Ἀγριᾶνας δὲ σὺν τούτοις
χιλίους, καὶ Γαλάτας ἄλλους τοσούτους· μισθοφόρους
δὲ, τοὺς πάντας, πεζοὺς μὲν τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ
τριακοσίους· [r]Ἀχαιῶν δ' ἐπιλέκτους, πεζοὺς μὲν τρισ- 3
χιλίους, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους· καὶ Μεγαλοπολίτας
χιλίους, εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον καθωπλισμένους,
ὧν ἡγεῖτο Κερκιδᾶς Μεγαλοπολίτης· τῶν δὲ συμμάχων 4
Βοιωτῶν μὲν πεζοὺς δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους·
Ἠπειρωτῶν πεζοὺς χιλίους, ἱππεῖς πεντήκοντα· Ἀκαρ-

[q] Forsan ποιούμενος τοῦ κατὰ λόγον χρήσασθαι τοῖς πράγμασιν. Reiskius conjecerat τῆς κατὰ λόγον πραγματείας. [r] Verba Ἀχαιῶν δ' ἐπιλέκτους usque τριακοσίους absunt a Bav. Aug. Reg. A.

facturum spiritus, ut domum tuto reverti queat. Atque ita evenit. Nam dum vastantur agri, plebs in circulis *Antigono* obtrectare: ille contra, imperatorio ac plane regio animo, nihil antiquius habens quam ut omnium quæ faceret ratio sibi constaret, quiescere. Ita *Cleomenes*, sicut initio proposuerat, agrum populatus, hoste perterrefacto, animis suorum adversus imminens periculum confirmatis, impune domum rediit.

LXV. Initio æstatis *Antigonus*, postquam et Macedones et Achæi ex hibernis reversi convenissent, suas et sociorum copias in *Laconicam* ducit. In eo exercitu erant Macedonum, ex quibus constabat phalanx, decem millia; cetrati, ter mille; equites, trecenti: ad hæc Agrianes mille, et Galli item mille: stipendiarii in universum, peditum tria millia; equites trecenti. Achæorum vero selecti, pedites ter mille, equites trecenti. Megalopolitani, more Macedonum armati, mille, *Cercida* Megalopolitano duce. Aderant præterea sociorum auxilia: Bœotorum quidem pedites bis mille, equites CC; Epirotarum, pedites CIↃ, equites L; Acarnanes

νάνων ἄλλους τοσούτους· Ἰλλυριῶν χιλίους ἑξακοσίους, Ol. cxxxix.
5 ἐφ' ὧν Δημήτριος ὁ Φάριος. ὥστ' εἶναι πᾶσαν τὴν δύ- A. U. 531. Antigonus
ναμιν, πεζοὺς μὲν εἰς δισμυρίους ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς in Laconicam ducit.
6 δὲ χιλίους καὶ διακοσίους. Ὁ δὲ Κλεομένης, προσ-
δοκῶν τὴν ἔφοδον, [s] τὰς μὲν ἄλλας τὰς εἰς τὴν χώραν
εἰσβολὰς ἠσφαλίσατο φυλακαῖς καὶ τάφροις καὶ δέν-
7 δρων ἐκκοπαῖς· αὐτὸς δὲ κατὰ τὴν [t] Σελλασίαν καλου- Cleomenis castra et acies ad Sellasiam.
μένην μετὰ τῆς δυνάμεως ἐστρατοπέδευε, τῆς πάσης
ὑπαρχούσης αὐτῷ στρατιᾶς εἰς δύο μυριάδας· στοχα-
ζόμενος ἐκ τῶν κατὰ λόγον, ταύτῃ ποιήσασθαι τοὺς
8 ὑπεναντίους τὴν εἰσβολήν. ὃ καὶ συνεκύρησε. δύο δὲ
λόφων ἐπ' αὐτῆς τῆς εἰσόδου κειμένων, τὸν μὲν Εὔαν, Euas et Olympus, montes.
9 τὸν δ' ἕτερον Ὄλυμπον καλεῖσθαι συμβαίνει. τῆς δ'
ὁδοῦ μεταξὺ τούτων παρὰ τὸν Οἰνοῦντα ποταμὸν φε- Œnus fluv.
ρούσης εἰς τὴν Σπάρτην, ὁ μὲν Κλεομένης, τῶν προειρη-
μένων λόφων συνάμφω τάφρον καὶ χάρακα προβαλό-
μενος, ἐπὶ μὲν τὸν Εὔαν ἔταξε τοὺς Περιοίκους καὶ Periœci Spartanorum.
συμμάχους· ἐφ' ὧν ἐπέστησε τὸν ἀδελφὸν [u] Εὐκλείδαν·
αὐτὸς δὲ τὸν Ὄλυμπον κατεῖχε μετὰ Λακεδαιμονίων
10 καὶ τῶν μισθοφόρων. ἐν δὲ τοῖς ἐπιπέδοις παρὰ τὸν
ποταμὸν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ὁδοῦ τοὺς ἱππεῖς μετὰ μέρους
11 τινὸς τῶν μισθοφόρων παρενέβαλεν. Ἀντίγονος δὲ, πα-
ραγενόμενος, καὶ συνθεωρήσας τήν τε τῶν τόπων ὀχυρό-
τητα, καὶ τὸν Κλεομένην πᾶσι τοῖς οἰκείοις μέρεσι τῆς
δυνάμεως οὕτως εὐστόχως προκατειληφότα τὰς εὐκαι-

[s] τὰς μὲν ἄλλας τάς. Delendus videtur repetitus articulus. [t] Σελασίαν edd. cum Bav. et Aug. [u] Εὐκλειδᾶν Vat. Flor. et sic deinde.

item pari numero; Illyriorum, mille sexcenti, quorum dux erat *Demetrius Pharius.* Ut omnino constaret ille exercitus e peditum millibus fere XXVIII; equitibus vero MCC. *Cleomenes* vero, hostium impressionem exspectans, reliquos aditus præsidiis, fossis, concædibus munit: ipse cum exercitu profectus, in quo ad viginti millia hominum erant, ad *Sellasiam* castra ponit; probabili conjectura adductus, ut illac irrupturum hostem crederet. Neque aliter accidit. Duo colles sunt, qui fauces illas efficiunt, quorum alteri nomen *Euæ,* alteri *Olympo:* in medio fluit *Œnus,* propter quem via est *Spartam* ducens. Ante utrumque collem fossam duxerat *Cleomenes,* valloque muniverat: *Periœcis* et sociorum auxiliis in *Eua* locatis, ductorem fratrem *Euclidam* imposuerat: ipse cum Lacedæmoniis et mercenariis *Olympum* tenebat. In campi planitie, ad utramque fluminis ripam, equites cum parte conductitiorum disposuerat. Accedit dein *Antigonus,* et munitam loci naturam conspicatur; observatque, *Cleomenem,* diviso exercitu, et conveniente cuique parti statione assignata, opportuna quæque

Ol. cxxxix. A. U. 531.

ρίας, ὥστε παραπλήσιον εἶναι τὸ σύμπαν σχῆμα τῆς
στρατοπεδείας τῆς τῶν ἀγαθῶν ὁπλομάχων προβολῆς·
οὐδὲν γὰρ ἀπέλιπε τῶν πρὸς ἐπίθεσιν ἅμα καὶ φυλακὴν, 12
ἀλλ' ἦν ὁμοῦ παράταξις ἐνεργὴς, καὶ παρεμβολὴ δυσ-
πρόσοδος· διὸ καὶ τότε μὲν ἐξ ἐφόδου καταπειράζειν καὶ 13
συμπλέκεσθαι προχείρως ἀπέγνω.

Castra Antigoni ad Gorgylum fluv.

LXVI. Στρατοπεδεύσας δ' ἐν βραχεῖ διαστήματι,
καὶ λαβὼν πρόβλημα τὸν Γόργυλον καλούμενον ποτα-
μόν· τινὰς μὲν ἡμέρας [x] ἐπιμένων, συνεθεώρει τάς τε
τῶν τόπων ἰδιότητας, καὶ τὰς τῶν δυνάμεων διαφοράς.
ἅμα δὲ καὶ προδεικνύων τινὰς ἐπιβολὰς, πρὸς τὸ μέλλον 2
ἐξεκαλεῖτο τὰς τῶν ὑπεναντίων ἐπινοίας. οὐ δυνάμενος 3
δὲ λαβεῖν οὐδὲν ἀργὸν, οὐδ' ἔξοπλον, διὰ τὸ πρὸς πᾶν
ἑτοίμως ἀντικινεῖσθαι τὸν Κλεομένην· τῆς μὲν τοιαύτης 4
ἐπινοίας ἀπέστη. τέλος δ' ἐξ ὁμολόγου διὰ μάχης ἀμ-
φότεροι προέθεντο κρίνειν τὰς πράξεις. πάνυ γὰρ εὐφυεῖς
καὶ παραπλησίους ἡγεμόνας ἡ τύχη συνέβαλε τούτους
τοὺς ἄνδρας. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς κατὰ τὸν Εὔαν ὁ βα- 5
σιλεὺς ἀντέταξε τῶν τε Μακεδόνων τοὺς χαλκάσπιδας,
καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς, κατὰ σπείρας ἐναλλὰξ τεταγμέ-
νους· Ἀλέξανδρον τὸν Ἀκμήτου, καὶ Δημήτριον τὸν
Φάριον ἐπιστήσας. ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς Ἀκαρνᾶνας καὶ 6

Acies Antigoni et Cleomenis.

[x] Casaubonus ἐκεῖ ἐπιμένων. Scripti omnes ἐπικειμένων. Forsan ἐπιμένων ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων.

loca scite adeo occupasse, ut dispositionis exercitus ejus universa forma similis esset peritorum bellatorum positioni, qui scutis hastisque projectis in omnem occasionem intenti sunt: nihil enim erat prætermissum, quod vel ad inferendum, vel ad cavendum ictum faceret; sed erat simul ad pugnam valide instructa acies, simul ab hostis superventu tuta castrametatio. Itaque tum quidem e vestigio hostem tentare, et temere confligere noluit.

LXVI. Sed modico spatio interjecto, pro munimento *Gorgylum* fluvium habens, castra ponit; ibique dies aliquot moratur, partim ut locorum naturam, partim ut copiarum ingenia melius cognosceret. Simul, speciem subinde præbens impressionem meditantis, quid consilii de futuro esset hostibus, elicere studuit. Sed quum nihil custodia vacuum, aut parum firmo præsidio munitum deprehenderet, quia in omnes partes promte se Cleomenes obvertebat; consilium mutavit de improviso in hostes impetum faciendi. Tandemque inter ambos convenit, prælii discrimini rem universam permittere. Admodum enim natura præstantes et inter se pares erant hi duces, quos tunc fortuna commisit. Igitur *Antigonus* iis, qui *Euam* tenebant, chalcaspidas Macedones opposuit, Illyriorumque manipulos inter horum ordines alternatim locavit: ducesque his imposuit *Alexandrum*, Acmeti filium, et *Demetrium Pharium*. Pone hos

Κρῆτας ἐπέβαλε· τούτων δὲ κατόπιν ἦσαν δισχίλιοι τῶν Ol. cxxxix. A. U. 531.
7 Ἀχαιῶν, ἐφεδρείας λαμβάνοντες τάξιν. τοὺς δ' ἱππεῖς
περὶ τὸν Οἰνοῦντα ποταμὸν ἀντέθηκε τῷ τῶν πολεμίων
ἱππικῷ, συστήσας αὐτοῖς Ἀλέξανδρον ἡγεμόνα, καὶ συμ-
παραθεὶς πεζοὺς τῶν [y] Ἀχαιῶν χιλίους, καὶ Μεγαλο-
8 πολίτας τοὺς ἴσους. Αὐτὸς δὲ, τοὺς μισθοφόρους ἔχων
καὶ τοὺς Μακεδόνας, κατὰ τὸν Ὄλυμπον πρὸς τοὺς
9 περὶ τὸν Κλεομένην διέγνω ποιεῖσθαι τὴν μάχην. προτά-
ξας οὖν τοὺς μισθοφόρους, ἐπέστησε διφαλαγγίαν ἐπάλ-
ληλον τῶν Μακεδόνων· ἐποίει δὲ τοῦτο διὰ τὴν στενότητα
10 τῶν τόπων. σύνθημα δ' ἦν τοῖς μὲν Ἰλλυριοῖς, τότε
ποιεῖσθαι τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸς τὸν λόφον προσβολῆς, ὅταν
ἴδωσιν ἀρθεῖσαν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ὄλυμπον τόπων
σινδόνα· προσηρτημένοι γὰρ ἦσαν οὗτοι νυκτὸς ἐν τῷ
11 Γοργύλῳ ποταμῷ, πρὸς αὐτῇ τῇ τοῦ λόφου ῥίζῃ· τοῖς
δὲ Μεγαλοπολίταις καὶ τοῖς ἱππεῦσι παραπλησίως,
ἐπειδὰν φοινικὶς ἐξαρθῇ παρὰ τοῦ βασιλέως.

LXVII. Ἐπειδὴ δ' ὁ μὲν καιρὸς ἧκε τῆς χρείας, τὸ Prælium Antigoni cum Cleomene.
δὲ σύνθημα τοῖς Ἰλλυριοῖς ἀπεδόθη, παρήγγειλαν δὲ
ποιεῖν τὸ δέον, οἷς ἦν ἐπιμελές· πάντες εὐθέως ἀνα-
δείξαντες αὑτοὺς, κατήρχοντο τῆς πρὸς τὸν βουνὸν
2 προσβολῆς. οἱ δὲ μετὰ τῶν Κλεομένους ἱππέων ἐξ
ἀρχῆς ταχθέντες εὔζωνοι, θεωροῦντες τὰς σπείρας τῶν
Ἀχαιῶν ἐρήμους ἐκ τῶν κατόπιν οὔσας, κατ' οὐρὰν

[y] Ἀχαϊκῶν Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Acarnanes et Cretenses sequi jussit: quorum a tergo Achæos bis mille in subsidiis locat. Equites circa *Œnuntem* fluvium hostium equitatui sunt oppositi: estque illis præfectus *Alexander:* jussi etiam sunt pedites Achæorum mille et Megalopolitanorum totidem, equitum latera tegere. Ipse *Antigonus* cum iis, qui ad Olympum stabant, qua parte Cleomenes erat, congredi statuit, mercenarios et Macedonas ducens. Igitur, mercenariis in prima acie positis, phalangem Macedonum duplicem, cujus pars altera alteram presse sequebatur, pone hos locat; propter locorum angustias id facere coactus. Signum inchoandi prælii, Illyriis quidem (hi noctu juxta *Gorgylum* amnem ad ipsas collis radices se applicuerant) constitutum fuerat, ut *invadere collem inciperent, ubi primum e proximis Olympo locis linteum attolli vidissent.* Megalopolitanis vero pariter et equitibus, *cum primum rex puniceum paludamentum sustulisset.*

LXVII. Ubi tempus dimicandi advenit, postquam Illyriis datum signum fuit, suique illos officii, quorum eæ partes erant, admonuere; extemplo omnes se hosti ostendunt, et collem adoriri incipiunt. Ibi tum levis armatura *Cleomenis*, quam inter equites fuisse locatam ostendimus, animadvertentes Achæorum ordines a tergo nudos, ultimum eorum agmen inva-

Ol. CXXXIX. A. U. 531.

προσπίπτοντες, εἰς ὁλοσχερῆ κίνδυνον ἦγον τοὺς πρὸς τὸν λόφον βιαζομένους· ὡς ἂν τῶν μὲν περὶ τὸν Εὐκλείδαν 3
ἐξ ὑπερδεξίου κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς ἐφεστώτων, τῶν δὲ μισθοφόρων κατόπιν ἐπικειμένων, καὶ προσφερόντων τὰς χεῖρας ἐῤῥωμένως.

Philopœmenis prudens consilium.

Ἐν ᾧ καιρῷ συννοήσας τὸ γενόμενον, 4
ἅμα δὲ προορώμενος τὸ μέλλον, Φιλοποίμην ὁ Μεγαλοπολίτης, τὸ μὲν πρῶτον ὑποδεικνύειν ἐπεβάλλετο τοῖς προεστῶσι τὸ συμβησόμενον· οὐδενὸς δὲ προσέχοντος 5
αὐτῷ, διὰ τὸ μήτ' ἐφ' ἡγεμονίας τετάχθαι μηδεπώποτε, κομιδῇ τε νέον ὑπάρχειν αὐτόν· παρακαλέσας τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας, ἐνέβαλε τοῖς πολεμίοις τολμηρῶς. οὗ γενομένου, ταχέως οἱ [z] προσκείμενοι μισθοφόροι κατ' 6
οὐρὰν τοῖς προβαίνουσιν, ἀκούσαντες τῆς κραυγῆς, καὶ συνιδόντες τὴν τῶν ἱππέων συμπλοκὴν, ἀφέμενοι τῶν προκειμένων, ἀνέτρεχον εἰς τὰς ἐξ ἀρχῆς τάξεις, καὶ προσεβοήθουν τοῖς παρ' αὐτῶν ἱππεῦσι. τούτου δὲ συμ- 7
βάντος, ἀπερίσπαστον γενόμενον τό τε τῶν Ἰλλυριῶν καὶ Μακεδόνων καὶ τῶν ἅμα τούτοις προβαινόντων πλῆθος, ἐκθύμως ὥρμησε καὶ τεθαῤῥηκότως ἐπὶ τοὺς ὑπεναντίους. ἐξ οὗ καὶ μετὰ ταῦτα φανερὸν ἐγενήθη, διότι 8
τοῦ κατὰ τὸν Εὐκλείδαν προτερήματος αἴτιος [a] ἐγίγνετο Φιλοποίμην.

Philopœmenem laudat Antigonus.

LXVIII. Ὅθεν καὶ τὸν Ἀντίγονόν φασι μετὰ ταῦτα καταπειράζοντα πυνθάνεσθαι τοῦ ταχθέντος ἐπὶ τῶν

[z] Scripti omnes προκείμ. [a] ἐγίνετο edd. ex Bav.

dunt, et in summum discrimen hos, qui in collem nitebantur, adducunt. Etenim simul et *Euclidas* e superiore loco in frontem illis imminebat; et ipsi mercenarii, a tergo instantes, valide cædebant. Vidit hoc *Philopœmen Megalopolitanus*, ac statim providens quod futurum erat, de ingruente periculo primum quidem ductores ordinum admonere instituit: sed quum nemo animum ad verba ipsius adverteret, quia nullam umquam militiæ præfecturam gesserat, et juvenis admodum erat; cives suos cohortatus, magna audacia hostium equitatum aggreditur. Quod ubi factum est, mercenarii, qui terga tendentium ad collem premebant, clamore audito, et cognito equitum conflictu, omisso eo quod instituerant, stationem priorem repetunt, et equitibus suis suppetias ferunt. Hoc modo Illyrii et Macedones, universaque multitudo quæ una cum his ad collem pergebat, liberati oblato impedimento, quod conatum ipsorum retardaverat, acriter atque fidenter hosti obviam ire pergunt. Ex quo postea intellectum est, rei adversus Euclidam bene gestæ caussam præbuisse *Philopœmenem*.

LXVIII. Igitur fertur *Antigonus* post hæc *Alexandrum* equitum præfectum

ἱππέων Ἀλεξάνδρου, διὰ τί πρὸ τοῦ παραδοθῆναι τὸ Ol. cxxxix.
2 σύνθημα τοῦ κινδύνου κατάρξαιτο. τοῦ δ' ἀρνουμένου, A. U. 531.
φάσκοντος δὲ, μειράκιόν τι Μεγαλοπολιτικὸν προεγχει-
ρῆσαι παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην· εἰπεῖν, διότι τὸ μὲν
μειράκιον ἡγεμόνος ἔργον ἀγαθοῦ ποιῆσαι, συνθεασά-
μενον τὸν καιρόν· ἐκεῖνος δ', ἡγεμὼν ὑπάρχων, μειρακίου
3 τοῦ τυχόντος. Οὐ μὴν, ἀλλ' οἵ γε περὶ τὸν Εὐκλείδαν Imperitia Euclidæ, fratris Cleomenis.
ὁρῶντες προσβαινούσας τὰς σπείρας, ἀφέμενοι τοῦ χρῆ-
4 σθαι ταῖς τῶν τόπων εὐκαιρίαις· τοῦτο δ' ἦν, ἐκ πολλοῦ
συναντῶντας καὶ προσπίπτοντας τοῖς πολεμίοις, τὰ μὲν
ἐκείνων στίφη συνταράττειν καὶ διαλύειν, αὐτοὺς δ'
ὑποχωρεῖν ἐπὶ πόδα καὶ μεθίστασθαι πρὸς τοὺς ὑπερ-
5 δεξίους ἀεὶ τόπους ἀσφαλῶς· οὕτω γὰρ ἂν προλυμηνά-
μενοι καὶ συγχέαντες τὸ τοῦ καθοπλισμοῦ καὶ τῆς συν-
τάξεως ἰδίωμα τῶν ὑπεναντίων, ῥᾳδίως αὐτοὺς ἐτρέψαντο
6 διὰ τὴν τῶν τόπων εὐφυΐαν· τούτων μὲν οὐδὲν ἐποίησαν·
καθάπερ δ' ἐξ ἑτοίμου σφίσι τῆς νίκης ὑπαρχούσης,
7 τοὐναντίον ἔπραξαν. κατὰ γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς στάσιν
ἔμενον ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὡς ἀνωτάτω σπεύδοντες λαβεῖν
τοὺς ὑπεναντίους, εἰς τὸ τὴν φυγὴν ἐπὶ πολὺ καταφερῆ
8 καὶ κρημνώδη γενέσθαι τοῖς πολεμίοις. συνέβη δ', ὅπερ
εἰκὸς ἦν, τοὐναντίον· οὐ γὰρ ἀπολιπόντες αὐτοῖς ἀναχώ-
ρησιν, [b]προσδεξάμενοι δ' ἀκεραίους ἅμα καὶ συνεστῶ-

[b] δεξάμενοι edd. ex Bav.

interrogasse, quæsisseque ex eo tentandi gratia: *Cur prius, quam datum esset signum, pugnam inchoasset?* Qui quum negaret a se factum; sed *adolescentem nescio quem Megalopolitanum, se repugnante, prælium occæpisse;* tum dixisse Antigonum: *Hunc quidem adolescentem, qui idoneum ac necessarium tempus animadvertisset, strenui ducis officio functum; ipsum vero, qui dux esset, gregarii adolescentis.* Jam vero *Euclidas*, ut appropinquantes vidit Illyriorum ordines, commoditate locorum uti prætermisit. Partes autem periti ducis fuerant, ut hosti longe occurreret, impetuque facto, ordines illius conturbaret ac dissiparet; tum rursus pedetentim retrocedens, ad superiora loca sese absque periculo reciperet. Sic enim confuso prius hoste, eaque opportunitate corrupta, quam ex genere armorum et propria dispositione aciei sibi spoponderant adversarii, facile postea, adjuvante loci natura, terga vertere eosdem coëgisset. At horum nihil *Euclidas* fecit, sed contrarium potius. Nam, quasi parata cessantibus victoria foret, sicut initio collocatus fuerat, sic in summo remanet colle; ratus, in ipso, si posset fieri, vertice hostem sibi excipiendum, quo longior mox per declivia et abrupta esset illius fuga. Plane vero contrarium, sicuti par erat, evenit: quum enim vacuum sibi nullum spatium reliquisset ad

Ol. CXXXIX. A. U. 531.

σας τὰς σπείρας, εἰς τοῦτο δυσχρηστίας ἦλθον, ὥστε δι᾽
αὐτῆς τῆς τοῦ λόφου κορυφῆς διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς
βιαζομένους. λοιπὸν, ὅσον ἐκ ποδὸς ἐπιέσθησαν τῷ 9
βάρει τοῦ καθοπλισμοῦ καὶ τῆς συντάξεως· εὐθέως δ᾽ οἱ
μὲν Ἰλλυριοὶ τὴν κατάστασιν ἐλάμβανον, οἱ δὲ περὶ τὸν
Εὐκλείδαν τὴν ὑπὸ πόδα, διὰ τὸ μὴ καταλείπεσθαι
τόπον εἰς ἀναχώρησιν καὶ μετάστασιν ἑαυτοῖς. ἐξ οὗ 10
ταχέως συνέβη τραπέντας αὐτοὺς, ὀλεθρίῳ χρήσασθαι
φυγῇ, κρημνώδη καὶ δύσβατον ἐχόντων ἐπὶ πολὺ τὴν
ἀναχώρησιν τῶν τόπων.

Fugatur Euclidas.

Philopœmenis fortitudo.

LXIX. Ἅμα δὲ τούτοις, ὁ περὶ τοὺς ἱππεῖς συνετε-
λεῖτο κίνδυνος, ἐκπρεπῆ ποιουμένων τὴν χρείαν τῶν
Ἀχαϊκῶν ἱππέων ἁπάντων, μάλιστα δὲ Φιλοποίμενος,
διὰ τὸ περὶ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας συνεστάναι τὸν ὅλον
ἀγῶνα. καθ᾽ ὃν καιρὸν τῷ προειρημένῳ συνέβη, τὸν μὲν 2
ἵππον πεσεῖν, πληγέντα καιρίως· αὐτὸν δὲ πεζομαχοῦντα
περιπεσεῖν τραύματι βιαίῳ, δι᾽ ἀμφοῖν τοῖν μηροῖν. Οἱ 3
δὲ βασιλεῖς κατὰ τὸν Ὄλυμπον τὸ μὲν πρῶτον ἐποι-
οῦντο διὰ τῶν εὐζώνων καὶ μισθοφόρων τὴν συμπλοκὴν,
παρ᾽ ἑκατέροις σχεδὸν ὑπαρχόντων τούτων εἰς πεντα-
κισχιλίους. ὧν ποτὲ μὲν κατὰ μέρη, ποτὲ δ᾽ ὁλοσχερῶς 4
συμπιπτόντων, διαφέρουσαν συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν ἐξ
ἀμφοῖν χρείαν, ὁμοῦ τῶν τε βασιλέων καὶ τῶν στρατο-
πέδων ἐν συνόψει ποιουμένων τὴν μάχην. ἡμιλλῶντο δὲ 5
πρὸς ἑαυτοὺς καὶ κατ᾽ ἄνδρα καὶ κατὰ τάγμα ταῖς

Prælium inter reges commissum.

pedem referendum; ubi integri firmique Illyriorum ordines fuere excipiendi, eo difficultatum venit *Euclidas*, ut in ipso vertice cum irrumpentibus dimicare cogeretur. Itaque e vestigio premebatur gravitate armorum et aciei robore hostium: et continuo *Illyrii* locum, quo *Euclidas* constiterat, capessebant; ipse cum suis inferiora capere coactus est, quia spatium ad retrocedendum, et ad locum commode mutandum suis non reliquerat. Ex quo facile Illyriis fuit, victos ac fugientes premere, quum per loca prærupta atque impedita esset illis evadendum.

LXIX. Dum hæc fiunt, simul equestris pugna commissa est; omnibus Achaïcis equitibus fortiter pugnam capessentibus, quod eo certamine libertas eorum agebatur; præcipue tamen *Philopœmene*. Et huic quidem in eo prælio accidit, ut equus, letali accepto vulnere, caderet; atque ipse, inter pedites pugnans, gravi vulnere, trajecto utroque femore, afficeretur. Reges vero, ad *Olympum*, primum per expeditos et mercenarios, quorum habebant utrimque quinque millia, certamen commiserunt. Qui, modo per partes, modo confertim omnes simul concurrentes, memorandum prælium cierunt; quum in oculis et regum et exercituum res gereretur. Itaque et vir cum viro, et ordo cum ordine, acri contentione dimicabant.

Ol. CXXXIX. A. U. 531. Prælium inter reges commissum.

6 εὐψυχίαις. Ὁ δὲ Κλεομένης, ὁρῶν τοὺς μὲν περὶ τὸν ἀδελφὸν πεφευγότας, τοὺς δ' ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἱππεῖς ὅσον οὔπω κλίνοντας· καταπλαγὴς ὢν, μὴ πανταχόθεν προσδέξηται τοὺς πολεμίους, ἠναγκάζετο διασπᾷν τὰ προτειχίσματα, καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν ἐξάγειν μετω-
7 πηδὸν κατὰ μίαν πλευρὰν τῆς στρατοπεδείας. ἀνακληθέντων δὲ τῶν παρ' ἑτέροις εὐζώνων ἐκ τοῦ μεταξὺ τόπου διὰ τῆς σάλπιγγος, συναλαλάξασαι, καὶ [c] μεταβαλοῦσαι τὰς σαρίσσας, [d] συνέβαλλον αἱ φάλαγγες ἀλλήλαις.
8 ἀγῶνος δὲ γενομένου κραταιοῦ, καὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ πόδα ποιουμένων τὴν ἀναχώρησιν, καὶ πιεζομένων ἐπὶ πολὺ τῶν Μακεδόνων ὑπὸ τῆς τῶν Λακώνων εὐψυχίας, ποτὲ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ἐξωθουμένων ὑπὸ τοῦ βάρους τῆς
9 τῶν Μακεδόνων τάξεως· τέλος οἱ περὶ τὸν Ἀντίγονον συμφράξαντες τὰς σαρίσσας, καὶ χρησάμενοι τῷ τῆς ἐπαλλήλου φάλαγγος ἰδιώματι, βίᾳ προσπεσόντες, ἐξ-
10 έωσαν ἐκ τῶν ὀχυρωμάτων τοὺς Λακεδαιμονίους. Τὸ μὲν οὖν ἄλλο πλῆθος ἔφευγε προτροπάδην, φονευόμενον· ὁ δὲ Κλεομένης, ἱππεῖς τινὰς ἔχων περὶ ἑαυτὸν, ἀνεχώ-
11 ρησε μετὰ τούτων ἀσφαλῶς εἰς τὴν Σπάρτην. ἐπιγενομένης δὲ τῆς νυκτὸς, καταβὰς εἰς Γύθιον, ἡτοιμασμένων αὐτῷ τῶν πρὸς τὸν πλοῦν ἐκ πλείονος χρόνου πρὸς τὸ συμβαῖνον, ἀπῆρε μετὰ τῶν φίλων εἰς Ἀλεξάνδρειαν.

Funduntur Lacedæmonii.

Cleomenes Alexandriam fugit.

LXX. Ἀντίγονος δ', ἐγκρατὴς γενόμενος ἐξ ἐφόδου

[c] An καταβαλοῦσαι? [d] συνέβαλλον prætuli ex Aug. Reg. A. Vulgo συνέβαλον.

Cleomenes vero, conspecta fratris fuga, prope jam inclinatas equitum etiam turmas videns, quæ in planis pugnabant; metuens, ne omni ex parte hostes in se ingruerent; munimenta castris suis objecta divellere, et ab uno illorum latere copias omnes recta fronte educere cogitur. Tubis deinde ab utraque parte concinentibus, revocati sunt levioris armaturæ milites e medio inter utramque aciem spatio; ac sublato clamore, prætentis hastis, concurrunt phalanges. Insequitur atrox pugna. In qua quum modo *Macedones* virtuti Laconum longe viderentur impares, et jam pedem referrent; modo *Lacedæmonii*, Macedonicæ aciei vim ac robur non sustinentes, cederent: tandem *Antigoni* phalanx densatis hastis, incredibili violentia, quæ geminatæ phalangis propria est, in hostem irruens Lacedæmonios ex suis munitionibus dejecit. Tum vero reliqua multitudo passim cæsa et in effusam fugam versa est: *Cleomenes* cum paucis equitibus Spartam incolumis se recepit. Unde proxima nocte *Gythium* descendit, navibusque ibi conscensis, quas multo ante ad incerta casuum paraverat, amicis comitantibus, *Alexandriam* est profectus.

LXX. *Antigonus* vero, repentina invasione *Sparta* potitus, cum in ceteris

Ol. cxxxix. A. U. 531. Antigonus Sparta potitur. Mox domum redit.

τῆς Σπάρτης, τά τε λοιπὰ μεγαλοψύχως καὶ φιλαν-
θρώπως ἐχρήσατο τοῖς Λακεδαιμονίοις, τό τε πολίτευμα
τὸ πάτριον αὐτοῖς καταστήσας, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις
ἀνέζευξε μετὰ τῶν δυνάμεων ἐκ τῆς πόλεως· προσαγ-
γελθέντος αὐτῷ, τοὺς Ἰλλυριοὺς εἰσβεβληκότας εἰς
Μακεδονίαν, πορθεῖν τὴν χώραν. Οὕτως ἀεί ποθ' ἡ 2
τύχη τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων παρὰ λόγον εἴωθε
κρίνειν. Καὶ γὰρ τότε Κλεομένης, εἰ τὰ κατὰ τὸν 3
κίνδυνον παρείλκυσε τελέως ὀλίγας ἡμέρας, [e] εἴ τ',
ἀναχωρήσας ἀπὸ τῆς μάχης εἰς τὴν πόλιν, εἰς βραχὺ
τῶν καιρῶν ἀντεποιήσατο, διακατέσχεν ἂν τὴν ἀρχήν.
οὐ μήν, ἀλλ' ὅ γ' Ἀντίγονος, παραγενόμενος εἰς Τέ- 4
γεαν, καὶ τούτοις ἀποδοὺς τὴν πάτριον πολιτείαν, δευτε-
ραῖος ἐντεῦθεν εἰς Ἄργος, ἐπ' αὐτὴν ἦλθε τὴν τῶν

Honoribus cumulatus a Græcis.

Νεμέων πανήγυριν. ἐν ᾗ τυχὼν πάντων τῶν πρὸς ἀθά- 5
νατον δόξαν καὶ τιμὴν ἀνηκόντων, ὑπό τε τοῦ κοινοῦ τῶν
Ἀχαιῶν, καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης τῶν πόλεων, ὥρμησε
κατὰ σπουδὴν εἰς Μακεδονίαν. Καταλαβὼν δὲ τοὺς 6
Ἰλλυριοὺς ἐν τῇ χώρᾳ, καὶ συμβαλὼν ἐκ παρατάξεως,

Obit Antigonus Doson.

τῇ μὲν μάχῃ κατώρθωσε· τῇ δὲ παρακλήσει καὶ
κραυγῇ, [f] τῇ κατ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον, ἐκθύμως χρη-
σάμενος, εἰς αἵματος ἀναγωγὴν καί τινα τοιαύτην διά-
θεσιν ἐμπεσών, μετ' οὐ πολὺ νόσῳ τὸν βίον μετήλλαξε·

[e] Vulgo εἴτ' ἀναχωρ. et deinde cum vett. MStis omnibus εἰ βραχὺ, quod placeret, si præcederet ἢ εἴτ' ἀναχωρ. [f] Abest alterum τῇ a cod. Bav. et hinc ab edd. 1. et Reg. B. C.

humanitate singulari et magnitudine animi usus erga Lacedæmonios, tum avita Reipublicæ forma illis restituta, paucis interjectis diebus, copias ex urbe reduxit; quum nuntiatum ei fuisset, Illyrios, in Macedoniam ingressos, agros ibi depopulari. Adeo semper maximas quasque hominum actiones inopinato fere fine terminare amat fortuna. Nam illo tempore, si *Cleomenes* prælium ad paucos dies distulisset; vel postea, cum e pugna in urbem se recepit, si paulisper uti conatus esset opportunitatibus; regnum profecto retinuisset. Ceterum *Antigonus* Tegeam venit, et Tegeatis quoque restituta patria reipublicæ forma, biduo post, *Argos*, sub ipsum tempus ludorum *Nemeensium*, pervenit. Ubi, cum communi Achæorum decreto, tum propriis singularum urbium suffragiis, omnia consecutus, quibus honos ac gloria immortalis deferri solet; magnis itineribus in Macedoniam est reversus. Ibi cum *Illyriis*, etiamnum in Macedonia deprehensis, collatis signis congressus, victoriam quidem reportavit: sed quia in adhortando milite, et clamoribus inter dimicandum editis, vehementiore voce contenderat, sanguinem rejicere cœpit: contractoque ea ex re languore quodam, non ita multo post, morbo est exstinctus: vir, qui magnam sui spem apud uni-

7 καλὰς ἐλπίδας ὑποδείξας ἐν αὑτῷ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, οὐ μόνον κατὰ τὴν ἐν τοῖς ὑπαίθροις χρείαν, ἔτι δὲ
8 μᾶλλον κατὰ τὴν ὅλην αἵρεσιν καὶ καλοκἀγαθίαν. τὴν δὲ Μακεδόνων βασιλείαν ἀπέλιπε Φιλίππῳ, τῷ Δημητρίου.

Ol. CXXXIX. A. U. 531.

LXXI. Τίνος δὲ χάριν ἐποιησάμεθα τὴν ἐπὶ πλεῖον
2 ὑπὲρ τοῦ προειρημένου πολέμου μνήμην; Διότι, τῶν καιρῶν τούτων συναπτόντων τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἱστορεῖσθαι μέλλουσι, χρήσιμον ἐδόκει, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον εἶναι, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, τὸ ποιῆσαι πᾶσιν ἐναργῆ καὶ γνώριμον τὴν ὑπάρχουσαν περὶ Μακεδόνας τότε καὶ
3 τοὺς Ἕλληνας κατάστασιν. Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς καὶ Πτολεμαίου νόσῳ τὸν βίον μεταλλάξαντος, Πτολεμαῖος ὁ κληθεὶς Φιλοπάτωρ διεδέξατο τὴν βασι-
4 λείαν. μετήλλαξε δὲ καὶ Σέλευκος, ὁ Σελεύκου, [g] τοῦ Καλλινίκου καὶ Πώγωνος ἐπικληθέντος· Ἀντίοχος δὲ διεδέξατο τὴν ἐν Συρίᾳ βασιλείαν, ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ.
5 Παραπλήσιον γὰρ δή τι συνέβη τούτοις, τοῖς πρώτοις μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν κατασχοῦσι τὰς ἀρχὰς ταύτας· λέγω δὲ, Σελεύκῳ, [h] Πτολεμαίῳ, Λυ-
6 σιμάχῳ. ἐκεῖνοί τε γὰρ πάντες περὶ τὴν εἰκοστὴν καὶ τετάρτην πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα μετήλλαξαν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον· [i] οὗτοί τε περὶ τὴν ἐννάτην καὶ

Consilium auctoris.

Circa idem tempus obeunt plures reges.

[g] Vulgo ex Bav. τοῦ Καλλινίκου, τοῦ καὶ Πώγωνος. [h] Πτολεμαίῳ καὶ Λυσιμάχῳ edd. ex Bav. [i] οὗτοι δὲ edd. ex Bav.

versos Græciæ populos concitaverat; non eo solum nomine, quod totius rei castrensis magnum usum habebat; sed multo etiam magis propter morum probitatem, et præclara instituta quæ semper tenuerat. Macedoniæ regnum moriens reliquit *Philippo*, *Demetrii* filio.

LXXI. Quorsum autem *Cleomenicum* istud *bellum* pluribus est a nobis expositum? Quia nimirum, quum hæc tempora iis connexa essent, quæ sumus ex professo uberius enarraturi, utile, imo vero necessarium duximus, si modo vellemus implere quod initio polliciti sumus; ut, *qui tunc temporis esset status Macedonum et Græcorum*, ostenderemus. Per idem vero tempus etiam morbo e vivis excessit *Ptolemæus;* qui successorem regni habuit *Ptolemæum* cognomine *Philopatorem.* Obiitque etiam *Seleucus*, *Seleuci* illius filius, qui *Callinici* et *Pogonis* cognomen gesserat; illique in Syriæ regnum *Antiochus*, frater ipsius, successit. Simile quid enim in his factum est ei, quod primis illis evenerat, qui post fata Alexandri regna hæc occupaverant, *Seleucum* dico, *Ptolemæum* et *Lysimachum:* qui ut supremum diem obierunt omnes circa Olympiadem CXXIV, quemadmodum supra dicebamus; ita hi circa Olympiadem CXXXIX. Jam nos vero, post-

Connexio Libri I. et II. cum seqq.

τριακοστήν. Ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ τὴν ἐπίστασιν καὶ προκα- 7
τασκευὴν τῆς ὅλης ἱστορίας διεληλύθαμεν, δι' ἧς ὑποδέ-
δεικται, πότε, καὶ πῶς, καὶ δι' ἃς αἰτίας τῶν κατὰ
τὴν Ἰταλίαν κρατήσαντες Ῥωμαῖοι, πρῶτον ἐγχειρεῖν
ἤρξαντο τοῖς ἔξω πράγμασι, καὶ πρῶτον ἐτόλμησαν
ἀμφισβητεῖν Καρχηδονίοις τῆς θαλάττης· ἅμα δὲ τού- 8
τοις καὶ τὴν περὶ τοὺς Ἕλληνας καὶ Μακεδόνας,
ὁμοίως δὲ καὶ περὶ Καρχηδονίους, ὑπάρχουσαν τότε
κατάστασιν δεδηλώκαμεν· καθῆκον ἂν εἴη, παραγεγο- 9
νότας ἐπὶ τούτους τοὺς καιροὺς κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς
πρόθεσιν, ἐν οἷς ἔμελλον οἱ μὲν Ἕλληνες τὸν Συμ-
μαχικὸν, Ῥωμαῖοι δὲ τὸν Ἀννιβιακὸν, οἱ δὲ κατὰ τὴν
Ἀσίαν βασιλεῖς τὸν περὶ Κοίλης Συρίας ἐνίστασθαι
πόλεμον, καὶ τὴν βίβλον ταύτην [k] ἀφορίζειν ἀκολούθως 10
τῇ τε τῶν προγεγονότων πραγμάτων περιγραφῇ, καὶ τῇ
τῶν κεχειρικότων τὰ πρὸ τοῦ δυναστῶν καταστροφῇ.

[k] ἀφορίζειν scripsi cum Reg. C. pro ἀφορίζομεν, quod est in edd. et ceteris MStis.

quam *Introitum et Præparationem totius Historiæ nostræ* hactenus persecuti sumus: qua exposuimus, *quando, et quomodo, et quibus de caussis Romani, post Italiam universam devictam, primum extra Italiam arma promovere, et de maris imperio cum Carthaginiensibus certare sint ausi;* ad hæc, *quis fuerit tunc apud Græcos, apud Macedones, et apud Carthaginienses quoque, rerum status,* declaravimus: nunc, ubi ad hæc ipsa pervenimus tempora, quorum Historiam ex primo nostro instituto perscribendam suscepimus; quibus temporibus Græci *Bellum Sociale,* Romani *Punicum secundum,* reges Asiæ *Cœlesyriacum bellum* meditabantur; librum hunc in superiorum bellorum fine, et obitu principum qui illa administrarunt, commode terminaverimus.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΡΙΤΗ.

ΟΤΙ μὲν ἀρχὰς [a] ὑποτιθέμεθα τῆς αὐτῶν πραγματείας, τόν τε Συμμαχικὸν, καὶ τὸν Ἀννιβιακὸν, πρὸς δὲ τούτοις τὸν περὶ Κοίλης Συρίας πόλεμον, ἐν τῇ πρώτῃ
2 μὲν τῆς ὅλης συντάξεως, τρίτῃ δὲ ταύτης ἀνώτερον βίβλῳ δεδηλώκαμεν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς αἰτίας, δι' ἃς, ἀναδραμόντες τοῖς χρόνοις πρὸ τούτων τῶν καιρῶν, συνεταξάμεθα τὰς πρὸ ταύτης βίβλους, ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ
3 διεσαφήσαμεν. Νῦν δὲ πειρασόμεθα τοὺς προειρημένους πολέμους, καὶ τὰς αἰτίας ἐξ ὧν ἐγένοντο, καὶ δι' ἃς ἐπὶ τοσοῦτον ηὐξήθησαν, μετ' ἀποδείξεως ἐξαγγέλλειν, βραχέα προειπόντες ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πραγματείας.
4 Ὄντος γὰρ ἑνὸς ἔργου καὶ θεάματος ἑνὸς τοῦ [b] σύμπαντος, [c] ὑπὲρ τούτου γράφειν ἐπικεχειρήκαμεν· τοῦ, πῶς καὶ πότε καὶ διὰ τί πάντα τὰ γνωριζόμενα μέρη τῆς οἰκουμένης ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν ἐγένετο.

Incipit uberior et propria Polybii Historia.

Institutum auctoris.

[a] ὑπετιθ. edd. ex Bav. Casaub. ex Reg. B. [b] συμβάντος Bav. Aug. Reg. A. [c] ὑπὲρ οὗ edidit

PRINCIPIUM Historiæ nostræ ponere nos *Sociale Bellum*, et *Hannibalicum*, [sive *Punicum secundum*] tum illud quod *de Cœle-Syria* est gestum, primo totius operis libro, qui tertius ab hoc est, declaravimus: caussasque etiam ibidem aperuimus, cur repetitam altius superiorum temporum historiam duobus libris qui hunc præcedunt, simus persecuti. Nunc ad illa ipsa bella commemoranda, et caussas simul demonstrandas propter quas et conflata ab initio fuere, et postea tam ingentia evasere, nos accingemus: si pauca prius *de instituto opere* fuerimus *præfati*. Nam quum sit una res, unumque spectaculum, quo continetur totum hoc, ut *omnes Orbis terrarum cognitæ partes imperio Romano fuerint subjectæ*; id ipsum *quo modo*,

Institutum auctoris.

τούτου δ' ἔχοντος καὶ τὴν ἀρχὴν γνωριζομένην, καὶ τὸν 5
χρόνον ὡρισμένον, καὶ τὴν συντέλειαν ὁμολογουμένην·
χρήσιμον ἡγούμεθ' εἶναι, καὶ τὸ περὶ τῶν μεγίστων ἐν
αὐτῷ μερῶν, ὅσα μεταξὺ κεῖται τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ
τέλους, κεφαλαιωδῶς ἐπιμνησθῆναι καὶ προεκθέσθαι.
μάλιστα γὰρ οὕτως ὑπολαμβάνομεν τοῖς φιλομαθοῦσι 6
παρασκευάσειν ἱκανὴν ἔννοιαν τῆς ὅλης ἐπιβολῆς. πολλὰ 7
μὲν γὰρ προλαμβανούσης τῆς ψυχῆς ἐκ τῶν ὅλων πρὸς
τὴν κατὰ μέρος τῶν πραγμάτων γνῶσιν, πολλὰ δ' ἐκ
τῶν κατὰ μέρος πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐπιστήμην· ἀρίστην
ἡγούμενοι τὴν ἐξ ἀμφοῖν ἐπίστασιν καὶ θέαν, ἀκόλουθον
τοῖς εἰρημένοις ποιησόμεθα τὴν προέκθεσιν τῆς αὐτῶν
πραγματείας. Τὴν μὲν οὖν καθόλου τῆς ὑποθέσεως 8
ἔμφασιν καὶ τὴν περιγραφὴν, ἤδη δεδηλώκαμεν. τῶν δὲ 9
κατὰ μέρος ἐν αὐτῇ γεγονότων, ἀρχὰς μὲν εἶναι συμ-
βαίνει τοὺς προειρημένους πολέμους· καταστροφὴν δὲ
καὶ συντέλειαν, τὴν κατάλυσιν τῆς ἐν Μακεδονίᾳ βασι-
λείας· χρόνον δὲ, τὸν μεταξὺ τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ τέ-
λους, ἔτη πεντήκοντα τρία· περιέχεσθαι δ' ἐν τούτῳ 10
τηλικαύτας καὶ τοιαύτας πράξεις, ὅσας οὐδεὶς τῶν
προγεγονότων καιρῶν ἐν ἴσῳ περιέλαβε διαστήματι.
περὶ ὧν, ἀπὸ τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετταρακοστῆς 11
Ὀλυμπιάδος ἀρξάμενοι, τοιάνδε τινὰ ποιησόμεθα τὴν
ἔφοδον τῆς ἐξηγήσεως.

quo tempore, quibus caussis effectum sit, memoriæ prodere constituimus. Quumque ea res et notum habeat principium, et tempus definitum, et exitum manifestum de quo dubitare nemo queat; utile fore arbitramur, si *notabiliores* etiam *quasque partes rei universæ*, quæ inter initium atque exitum interjectæ sunt, *summatim prius commemoraverimus* atque ob oculos lectorum posuerimus. Ita enim facillime, opinor, consequemur, ut studiosus lector opus universum, quod suscepimus, animo concipiat. Quoniam enim animus ex anticipata quadam rei universæ notitia multum juvatur ad rerum particularium cognitionem, et harum vicissim notitia multum confert ad scientiam rei totius; ideo, rationem considerandi contemplandique argumenti nostri optimam eam esse judicantes, quæ ex utroque istorum generum juncta sit; præmittemus, quemadmodum diximus, *brevem totius nostræ Historiæ Conspectum.* Ac universi quidem argumenti nostri formam ambitumque jam declaravimus. Rerum vero particulatim gestarum, quæ isto ambitu continentur, principia fuerunt *Bella illa,* quorum paullo ante mentionem fecimus; exitus et consummatio, *regni Macedonici eversio;* tempus medium inter principium et finem, *Anni tres et quinquaginta.* Quo spatio tales tantæque res continentur, quantas nulla superior ætas pari temporibus intervallo est complexa. De quibus, initio ducto ab Olympiade CXL, narrationem tali ordine instituemus.

II. Ὑποδείξαντες γὰρ τὰς αἰτίας, δι' ἃς ὁ προδεδηλωμένος συνέστη Καρχηδονίοις καὶ Ῥωμαίοις πόλεμος, Argumentum Partis II. et principalis Historiarum Polybii.
2 ὁ προσαγορευθεὶς Ἀννιβιακός· ἐροῦμεν, ὡς εἰς Ἰταλίαν ἐμβαλόντες Καρχηδόνιοι, καὶ καταλύσαντες τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν, εἰς μέγαν μὲν φόβον ἐκείνους ἤγαγον περὶ σφῶν καὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους, μεγάλας δ' ἔσχον αὐτοὶ καὶ παραδόξους ἐλπίδας, ὡς καὶ τῆς
3 Ῥώμης αὐτῆς ἐξ ἐφόδου κρατήσοντες. Ἑξῆς δὲ τούτοις πειρασόμεθα διασαφεῖν, ὡς κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Φίλιππος μὲν ὁ Μακεδὼν, διαπολεμήσας Αἰτωλοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα συστησάμενος τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, ἐπεβάλετο κοινωνεῖν Καρχηδονίοις τῶν αὐτῶν ἐλπίδων·
4 Ἀντίοχος δὲ καὶ Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἠμφισβήτουν, τέλος δὲ ἐπολέμησαν, ὑπὲρ Κοίλης Συρίας πρὸς
5 ἀλλήλους· Ῥόδιοι δὲ καὶ Προυσίας, ἀναλαβόντες πρὸς Βυζαντίους πόλεμον, ἠνάγκασαν αὐτοὺς ἀποστῆναι τοῦ
6 παραγωγιάζειν τοὺς πλέοντας εἰς τὸν Πόντον. Στήσαντες δ' ἐπὶ τούτων τὴν διήγησιν, τὸν ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συστησόμεθα λόγον· [d] ᾧ κατὰ τὸ συνεχὲς ὑποδείξομεν, ὅτι μέγιστα συνεβάλετο αὐτοῖς ἡ τοῦ πολιτεύματος ἰδιότης, πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνακτήσασθαι τὴν Ἰταλιωτῶν καὶ Σικελιωτῶν δυναστείαν, ἔτι δὲ τὴν Ἰβήρων προσλαβεῖν καὶ Κελτῶν ἀρχὴν, [e] ἀλλὰ

[d] ᾧ ex conject. posui pro ὡς. Sed ὑποδείξομεν dederunt vett. libri omnes, pro ὑποδείξωμεν, quod ex Reg. B. adsciverat Casaub. [e] ἀλλὰ τὸ τελευταῖον καὶ πρὸς Vat. Flor. Aug. Reg. A.

II. Nimirum, postquam caussas demonstraverimus belli inter Carthaginienses et Romanos conflati, quod ab *Hannibale* appellationem est sortitum; ostendemus, quomodo Pœni in Italiam ingressi, Romanorum everso dominatu, illos quidem in maximum periculum de sua salute ac patrio solo adduxerunt, ipsi vero in magnam et inopinatam spem venerunt Romam quoque ipsam primo impetu occupandi. Exponere dein conabimur, quomodo per idem tempus rex Macedoniæ *Philippus*, confecto bello quod cum *Ætolis* gesserat, ac rebus Græciæ deinde compositis, salutis et periculi societatem cum Carthaginiensibus contrahere instituerit. Tum, quemadmodum *Antiochus* et *Ptolemæus Philopator* de Syria Cava controversias primum inter se habuerint, ac tandem eadem ex caussa bellum invicem gesserint: *Rhodii* vero ac *Prusias*, bello contra *Byzantios* suscepto, coëgerint hos a portorio abstinere, quod soliti erant a navigantibus in Pontum exigere. Eo loci narrationem sistemus, et ad sermonem *de Republica Romana* nos convertemus: cui proximum erit, ut ostendamus, suam illis Reipublicæ formam maximum momentum attulisse, non solum ad *dominatum Italiæ Siciliæque* recuperandum, *Hispaniamque* præterea *et Galliam* suæ ditioni

καὶ τὸ τελευταῖον πρὸς τὸ, κρατήσαντας τῷ πολέμῳ
[f]τῶν Καρχηδονίων, [g]ἔννοιαν ἔχειν τῆς τῶν ὅλων ἐπιβολῆς.
Ἅμα δὲ τούτοις, κατὰ παρέκβασιν, δηλώσομεν τὴν 7
κατάλυσιν τῆς Ἱέρωνος τοῦ Συρακουσίου δυναστείας.
οἷς ἐπισυνάψομεν τὰς περὶ τὴν Αἴγυπτον ταραχὰς, καὶ 8
τίνα τρόπον, Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως μεταλλάξαντος
τὸν βίον, συμφρονήσαντες Ἀντίοχος καὶ Φίλιππος ἐπὶ
διαιρέσει τῆς τοῦ καταλελειμμένου παιδὸς ἀρχῆς,
ἤρξαντο κακοπραγμονεῖν, καὶ τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν,
Φίλιππος μὲν [h]τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ Σάμον· Ἀντίοχος δὲ τοῖς κατὰ Κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην.

Argumentum Partis II. Historiar. Polybii.

III. Μετὰ δὲ ταῦτα συγκεφαλαιωσάμενοι τὰς ἐν
Ἰβηρίᾳ καὶ Λιβύῃ καὶ Σικελίᾳ πράξεις Ῥωμαίων καὶ
Καρχηδονίων, μεταβιβάσομεν τὴν διήγησιν ὁλοσχερῶς
εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους, ἅμα ταῖς τῶν
πραγμάτων μεταβολαῖς. Ἐξηγησάμενοι δὲ τὰς Ἀτ- 2
τάλου καὶ Ῥοδίων ναυμαχίας πρὸς Φίλιππον, ἔτι δὲ
τὸν Ῥωμαίων καὶ Φιλίππου πόλεμον, ὡς ἐπράχθη, καὶ
διὰ τίνων, καὶ τί τὸ τέλος ἔσχε· τούτῳ συνάπτοντες τὸ 3
συνεχὲς, μνησθησόμεθα τῆς Αἰτωλῶν ὀργῆς, καθ' ἣν
Ἀντίοχον ἐπισπασάμενοι, [i]τὸν ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἀχαιοῖς
καὶ Ῥωμαίοις ἐξέκαυσαν πόλεμον. οὗ δηλώσαντες τὰς 4

[f] Omittunt τῶν ad Καρχηδ. [g] ἔννοιαν σχεῖν Bav. [h] Sic Bav. Aug. Reg. A. et Perott. τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ Καρίαν καὶ Σάμον Vat. Flor. Ursin. et Reg. B. C. τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ Καρίαν edidit Casaub. deletis sua auctoritate verbis καὶ Σάμον. Mihi utique, vel simpliciter τοῖς κατὰ Σάμον, vel τοῖς κατὰ Χῖον καὶ Σάμον, videtur legendum. [i] Verba τὸν ἀπὸ τῆς Ἀσίας vulgo cum praecedd. junguntur.

subjiciendam; sed tandem etiam, post *devictos Pœnos*, ad cogitationem de quærendo totius terrarum orbis imperio suscipiendam. Simul, quomodo *Hieronis Syracusani* principatus fuerit eversus, per digressionem exponemus. Post hæc de *Ægypti turbis* subjiciemus, quove modo post mortem *Ptolemæi*, societate de dividendo relicti pupilli imperio inita, *Antiochus* et *Philippus* dolis primum cœperint agere, dein aperte Philippus Ægypto atque Samo, [*potius:* Philippus Chio atque Samo,] Antiochus vero Cœle-Syriæ et Phœniciæ manus injecerint.

III. Postea, brevi compendio collectis rebus quas in Hispania, Africa, et Sicilia Romani ac Pœni gesserunt; narrationem totam *ad Græciæ populos*, simul cum rebus ipsis eo se convertentibus, transferemus. Enarratis autem *Attali ac Rhodiorum* dimicationibus maritimis *adversus Philippum;* nec non *bello Romanorum cum Philippo*, quemadmodum illud fuit gestum, quibus ducibus, quo exitu: quæ deinceps proxime sunt secuta subdemus, et *Ætolorum* iram commemorabimus, cui indulgentes *Antiochum* acciverunt, et *Bellum Asiaticum* Achæis Romanisque concitaverunt. Cujus belli caussas ubi indica-

Argumentum Partis II. Historiar. Polybii.

αἰτίας, καὶ τὴν Ἀντιόχου διάβασιν εἰς τὴν Εὐρώπην, διασαφήσομεν πρῶτον μὲν, τίνα τρόπον ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἔφυγε· δεύτερον δὲ, πῶς ἡττηθεὶς, τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ
5 Ταύρου πάσης ἐξεχώρησε· τὸ δὲ τρίτον, τίνα τρόπον Ῥωμαῖοι, καταλύσαντες τὴν Γαλατῶν ὕβριν, ἀδήριτον μὲν σφίσι παρεσκεύασαν τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν, ἀπέλυσαν δὲ τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου κατοικοῦντας βαρ-
6 βαρικῶν φόβων, καὶ τῆς Γαλατῶν παρανομίας. Μετὰ δὲ ταῦτα, θέντες ὑπὸ τὴν ὄψιν τὰς Αἰτωλῶν καὶ [k] Κεφαλλήνων ἀτυχίας, ἐπιβαλοῦμεν τοὺς Εὐμένει συστάντας πρός τε Προυσίαν καὶ Γαλάτας πολέμους· ὁμοίως
7 δὲ καὶ τὸν μετ᾽ Ἀριαράθου πρὸς [l] Φαρνάκην. οἷς ἑξῆς ἐπιμνησθέντες [m] τῆς Πελοποννησίων ὁμονοίας καὶ καταστάσεως, ἔτι δὲ τῆς αὐξήσεως τοῦ Ῥοδίων πολιτεύματος, συγκεφαλαιωσόμεθα τὴν ὅλην διήγησιν ἅμα καὶ τὰς
8 πράξεις· ἐπὶ πᾶσιν ἐξηγησάμενοι τὴν Ἀντιόχου στρατείαν εἰς Αἴγυπτον τοῦ κληθέντος Ἐπιφανοῦς, καὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον, καὶ τὴν κατάλυσιν τῆς ἐν Μακε-
9 δονίᾳ βασιλείας. δι᾽ ὧν ἅμα θεωρηθήσεται, πῶς ἕκαστα χειρίσαντες Ῥωμαῖοι, πᾶσαν ἐποιήσαντο τὴν οἰκουμένην ὑπήκοον αὐτοῖς.

Argument. Appendicis Partis II. Historiar. Polybii.

IV. Εἰ μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν τῶν κατορθωμάτων, ἢ καὶ τῶν ἐλαττωμάτων, ἱκανὴν ἐνεδέχετο ποιήσασθαι τὴν

[k] Κεφαλληνῶν Aug. Reg. A. [l] Vulgo h. l. Φάρνακα, et Vat. ac Flor. Φάρνακαν. [m] Scripti libri omnes τῆς περὶ Πελοποννησίων. Unde vera scriptura videtur fuisse περὶ τῆς Πελοπ.

verimus, et *Antiochi in Europam trajectionem;* fugam primo illius e Græcia peragemus; deinde, quo pacto *victus omni cis Taurum Asia excesserit;* tertio, qua ratione *Romani, Galatarum* castigata audacia, sibi quidem *Asiæ imperium* absque controversia paraverint, incolas vero citerioris Asiæ terroribus liberarint atque injuriis, quas barbari Galatæ soliti erant eis inferre. Positis inde ob oculos calamitatibus Ætolorum et Cephallenum; *bella Eumenis cum Prusia et Gallogræcis* subjiciemus; eo etiam adjecto, quod cum *Ariarathe* adversus *Pharnacem* gesserunt. Mox, ubi mentionem fecerimus de *Peloponnesiorum concordia* et ordinatione, nec non de incrementis Reipublicæ *Rhodiorum:* universam narrationem nostram et res ante expositas in pauca verba contrahemus. Postremo denique loco *Antiochi Epiphanis* expeditionem in Ægyptum, tum *Bellum Persicum*, et *Macedonici regni eversionem* exponemus. Quibus ex rebus simul palam erit, qua rerum administratione in singulis usi Romani, orbem terrarum imperio suo subjecerint.

IV. Jam vero, si ex ipsis per se eventibus rerum susceptarum, sive prosperis, sive adversis, iniri recta æstimatio posset eorum quæ vel lau-

Argum. Append. Partis II. Historiar. Polybii.

διάληψιν ὑπὲρ τῶν ψεκτῶν ἢ τοὐναντίον ἐπαινετῶν
ἀνδρῶν καὶ πολιτευμάτων· ἐνθάδε που λήγειν ἂν [n] ἡμᾶς
ἔδει, καὶ καταστρέφειν ἅμα τὴν διήγησιν καὶ τὴν πρα-
γματείαν ἐπὶ τὰς τελευταίας ῥηθείσας πράξεις, κατὰ
τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. ὅ τε γὰρ χρόνος ὁ πεντηκοντα- 2
καιτριετὴς εἰς ταῦτα ἔληγεν· ἥ τε αὔξησις καὶ προκοπὴ
τῆς Ῥωμαίων δυναστείας ἐτετελείωτο. πρὸς δὲ τούτοις, 3
ὁμολογούμενον ἐδόκει τοῦτ' εἶναι καὶ κατηναγκασμένον
ἅπασιν, ὅτι λοιπόν ἐστι Ῥωμαίων ἀκούειν, καὶ τούτοις
πειθαρχεῖν ὑπὲρ τῶν παραγγελλομένων. Ἐπεὶ δ' οὐκ 4
αὐτοτελεῖς εἰσιν, [o] οὔτε περὶ τῶν κρατησάντων, οὔτε περὶ
τῶν ἡλαττωμένων, αἱ ψιλῶς ἐξ αὐτῶν τῶν ἀγωνισμάτων
διαλήψεις· διὰ τὸ πολλοῖς μὲν τὰ μέγιστα δοκοῦντα 5
εἶναι τῶν κατορθωμάτων, ὅταν μὴ δεόντως αὐτοῖς χρή-
σωνται, τὰς μεγίστας ἐπενηνοχέναι συμφοράς· οὐκ
ὀλίγοις δὲ τὰς ἐκπληκτικωτάτας περιπετείας, ὅταν
εὐγενῶς αὐτὰς ἀναδέξωνται, πολλάκις εἰς τὴν τοῦ
συμφέροντος περιπεπτωκέναι μερίδα· προσθετέον ἂν εἴη 6
ταῖς προειρημέναις πράξεσι, τήν τε τῶν κρατούντων
αἵρεσιν, ποία τις ἦν μετὰ ταῦτα, καὶ πῶς προεστάτει
τῶν ὅλων· τάς τε τῶν ἄλλων ἀποδοχὰς καὶ διαλήψεις,
πόσαι καὶ τίνες ὑπῆρχον περὶ τῶν ἡγουμένων· πρὸς δὲ
τούτοις τὰς ὁρμὰς καὶ τοὺς ζήλους ἐξηγητέον, τίνες

[n] Veteres libri omnes δεῖ, non ἔδει. Forte δέοι debuerunt dare. [o] Vitiose libri omnes οἱ τε περὶ τῶν κρατησάντων ἐλαττωμάτων αἱ ψιλῶς. Ex ingenio correxit et lacunam supplevit Casaubonus.

dem vel vituperationem merentur, sive in personis singulis, sive in ipsis Rebuspublicis; desinere, pro prima instituti nostri ratione, Historiam nostram et scribendi finem nos facere par erat in iis rebus, quas postremo attigimus. Nam tempus illud annorum LIII ibi desinit, et Romani imperii incrementum atque amplificatio ad summum jam pervenerat. Ad hæc in confesso apud omnes erat, atque adeo confessionem hanc necessitas omnibus exprimebat, *parendum dehinc esse Romanis, et illorum jussa capessenda.* Sed quoniam de victoribus aut victis quid sit sentiendum, ex nudo certaminum eventu satis recte judicari non potest: quod multis res secundissimæ, quibus convenienter uti nesciverunt, evasere tandem perniciosissimæ; nec paucis res adversæ, quas generoso animo ferebant, maximas sæpe utilitates conciliavere: propterea ad res gestas, quas commemoravimus, adjicienda tractatio fuerit, *de Eorum, qui vicere, institutis, qualia post victoriam fuerint; et quomodo orbis imperium administraverint:* tum, *quo affectu animatæ fuerint gentes in hos, penes quos fuit imperium, quamve de eis opinionem conceptam habuerint:* denique dicendum, *quinam animorum*

Argum. Append. Partis II. Historiar. Polybii.

παρ' ἑκάστοις ἐπεκράτουν καὶ κατίσχυον, περί τε τοὺς
7 κατ' ἰδίαν βίους, καὶ τὰς κοινὰς πολιτείας. δῆλον γὰρ,
ὡς ἐκ τούτων φανερὸν ἔσται τοῖς μὲν νῦν οὖσι, πότερα
φευκτὴν, ἢ τοὐναντίον αἱρετὴν εἶναι συμβαίνει τὴν Ῥω-
μαίων δυναστείαν· τοῖς δ' ἐπιγενομένοις, πότερα ἐπαινε-
τὴν καὶ ζηλωτὴν, ἢ ψεκτὴν γεγονέναι νομιστέον τὴν
8 ἀρχὴν αὐτῶν. Τὸ γὰρ ὠφέλιμον τῆς ἡμετέρας ἱστο-
ρίας, πρός τε τὸ παρὸν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον, ἐν τούτῳ
9 πλεῖστον κείσεται τῷ μέρει. [p] οὐ γὰρ δὴ τοῦτ' εἶναι
τέλος ὑποληπτέον ἐν πράγμασιν, οὔτε τοῖς ἡγουμένοις,
οὔτε τοῖς ἀποφαινομένοις ὑπὲρ τούτων, τὸ νικῆσαι καὶ
ποιήσασθαι πάντας ὑφ' ἑαυτούς. οὔτε γὰρ πολεμεῖ τοῖς
πέλας οὐδεὶς νοῦν ἔχων, ἕνεκεν αὐτοῦ τοῦ καταγωνίσα-
10 σθαι τοὺς ἀντιταττομένους· οὔτε πλεῖ τὰ πελάγη,
χάριν τοῦ περαιωθῆναι μόνον· καὶ μὴν οὐδὲ τὰς ἐμπει-
ρίας καὶ τέχνας αὐτῆς ἕνεκα τῆς ἐπιστήμης ἀναλαμ-
11 βάνει. πάντες δὲ πράττουσι πάντα, χάριν τῶν ἐπι-
γιγνομένων τοῖς ἔργοις ἡδέων, ἢ καλῶν, ἢ συμφερόντων.
12 Διὸ καὶ τῆς πραγματείας ταύτης τοῦτ' ἔσται τελε-
σιούργημα, τὸ γνῶναι τὴν κατάστασιν παρ' ἑκάστοις,
ποία τις ἦν μετὰ τὸ καταγωνισθῆναι τὰ ὅλα, καὶ
πεσεῖν εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐξουσίαν, ἕως τῆς μετὰ
13 ταῦτα πάλιν ἐπιγενομένης ταραχῆς καὶ κινήσεως. ὑπὲρ

[p] Mendose veteres libri οὐ γὰρ δή που τινὰς τέλος. Ex quo Casaub. cum Reg. B. fecit, οὐ γὰρ δή που τοῦτ' εἶναι τέλος.

impetus, quæve studia, apud singulos populos, tum in vitis privatorum, tum in publicis consiliis, obtinuerint præcipue viguerintque. Certe enim perspicue ex his intelligent, et qui nunc sunt, *fugiendane sit ipsis, an contra probanda, Romanorum dominatio?* et posteri, *utrum laude atque admiratione dignum fuerit eorum imperium, an e contrario vituperatione?* Quippe, et in præsens, et in posterum, in hanc potissimum partem plurimum utilitatis adferre poterit nostra Historia. Nam neque qui rebus præsunt, neque qui horum facta exponunt, finem rerum agendarum in hoc uno per se positum esse arbitrari debent, ut vincant et alios sibi subjiciant. Nemo siquidem sapiens eo solo fine bellum suscipit, ut a certamine cum hoste superior discedat; neque navigantur maria, trajiciendi dumtaxat caussa: sed ne scientiarum quidem disciplinæ aut artes aliæ hoc uno fine addiscuntur, ut sciantur. Quin potius faciunt omnes omnia propter voluptatem aliquam, aut decus, aut utilitatem, quæ opera demum perfecta consequitur. Itaque etiam operis hujus ultima consummatio erit, ut ex eo cognoscatur, *quis fuerit singulorum populorum status, postquam omnes gentes debellatæ Romanorum in potestatem devenerunt:* donec rursus *novæ turbæ ac motus* exstitere. Quos motus ut et ipsos deinde, novo veluti scribendi

Argumentum Partis III. Historiar. Polybii.

ῆς, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐν αὐτῇ πράξεων καὶ τὸ παράδοξον τῶν συμβαινόντων, τὸ δὲ μέγιστον, διὰ τὸ τῶν πλείστων μὴ μόνον αὐτόπτης, ἀλλ' ὧν μὲν συνεργὸς, ὧν δὲ καὶ χειριστὴς γεγονέναι, προήχθην, οἷον ἀρχὴν ποιησάμενος ἄλλην, γράφειν.

V. Ἦν δ' ἡ προειρημένη κίνησις, ἐν ᾗ Ῥωμαῖοι μὲν πρὸς Κελτίβηρας καὶ Οὐακκαίους ἐξήνεγκαν πόλεμον· Καρχηδόνιοι δὲ τὸν πρὸς Μασσανάσσην βασιλέα τῶν Λιβύων· περὶ δὲ τὴν Ἀσίαν Ἄτταλος μὲν καὶ Προυσίας 2
πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμησαν· ὁ δὲ τῶν Καππαδοκῶν βασιλεὺς Ἀριαράθης, ἐκπεσὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Ὀροφέρνους διὰ Δημητρίου τοῦ βασιλέως, αὖθις ἀνεκτήσατο [q]δι' αὐτοῦ τὴν πατρῴαν ἀρχήν· ὁ δὲ Σελεύκου Δημή- 3
τριος κύριος γενόμενος ἔτη δώδεκα τῆς ἐν Συρίᾳ βασιλείας, ἅμα τοῦ βίου καὶ τῆς ἀρχῆς ἐστερήθη, συστραφέντων ἐπ' αὐτὸν τῶν ἄλλων βασιλέων. ἀποκατέ- 4
στησαν δὲ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς Ἕλληνας εἰς τὴν οἰκείαν, τοὺς ἐκ τοῦ Περσικοῦ πολέμου καταιτιαθέντας, ἀπολύσαντες τῆς ἐπενεχθείσης αὐτοῖς διαβολῆς. οἱ δ' 5
αὐτοὶ μετ' οὐ πολὺ Καρχηδονίοις ἐπέβαλον τὰς χεῖρας· τὸ μὲν πρῶτον μεταναστῆσαι, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἄρδην αὐτοὺς ἐξαναστῆσαι προθέμενοι, διὰ τὰς ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθησομένας αἰτίας. οἷς κατάλληλα, Μακεδόνων 6
μὲν ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων φιλίας, Λακεδαιμονίων δὲ τῆς

[q] δι' αὐτοῦ Bav. Immo vero δι' Ἀττάλου *Attali opera* scriptum reliquisse putem Polybium. v. Reliq. lib. XXXII. 23. 8.

initio sumto, enarrare constituerim, cum magnitudo rerum quæ tunc acciderunt, et casus mirabiles, me impulerunt; tum vero et illud inprimis, quod non solum spectator plerorumque omnium fueram, sed etiam adjutor nonnullorum, quorumdam et curator et administrator.

v. Sunt autem prædicti motus, hi: quibus *Romani* bellum adversus *Celtiberos* et *Vaccæos* susceperunt: *Carthaginienses* contra *Massanissam* regem in Africa; in Asia *Attalus* et *Prusias* inter se bellarunt: *Ariarathes*, rex Cappadocum, regno expulsus ab *Oroferne*, Demetrii regis opibus adjuto, per se regnum paternum recepit: *Seleucus, Demetrii filius*, cum annos duodecim regnum Syriæ tenuisset, ceteris regibus in ipsum conspirantibus, vitam simul cum regno amisit. Quo tempore Romani *Græcis exulibus*, quibus *ex bello Persico* crimina erant impacta, criminatione liberatis, in patriam redeundi potestatem fecerunt. Nec multo post iidem *Pœnos* sunt adorti; primo quidem, ut sedes mutare cogerent, deinde vero, ut eos *funditus delerent;* eas ob caussas, quas suo loco sumus expositiri. Quo simul tempore, quum Macedones a Romanorum amicitia, Lacedæmonii ab

τῶν Ἀχαιῶν συμπολιτείας ἀποστάντων, ἅμα τὴν ἀρ-
χὴν καὶ τὸ τέλος ἔσχε τὸ κοινὸν ἀτύχημα πάσης τῆς
7 Ἑλλάδος. Τὰ μὲν οὖν τῆς ἐπιβολῆς ἡμῶν τοιαῦτα.
προσδεῖ δὲ [q] τῶν τῆς τύχης, ἵνα συνδράμῃ τὰ τοῦ βίου
8 πρὸς τὸ τὴν πρόθεσιν ἐπὶ τέλος ἀναγαγεῖν. πέπεισμαι
[r] μὲν γὰρ, κἄν τι συμβῇ περὶ ἡμᾶς ἀνθρώπινον, οὐκ
ἀργήσειν τὴν ὑπόθεσιν, οὐδ' ἀπορήσειν ἀνδρῶν ἀξιοχρέων·
[s] διὰ δὲ τὸ κάλλος πολλοὺς [t] κατεγγυηθήσεσθαι, καὶ
9 σπουδάσειν ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν αὐτήν. Ἐπεὶ δὲ τὰς
ἐπιφανεστάτας τῶν πράξεων ἐπὶ κεφαλαίου διεληλύ-
θαμεν, βουλόμενοι καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος εἰς
ἔννοιαν ἀγαγεῖν τῆς ὅλης ἱστορίας τοὺς ἐντυγχάνοντας·
ὥρα, μνημονεύοντας τῆς προθέσεως, ἐπαναγαγεῖν ἐπὶ τὴν
ἀρχὴν τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως.

Argum. Partis III. Historiar. Polybii.

VI. Ἔνιοι δὲ τῶν συγγεγραφότων τὰς κατ' Ἀννίβαν
πράξεις, βουλόμενοι τὰς αἰτίας ὑποδεικνύναι ἡμῖν, δι'
ἃς Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ὁ προειρημένος πόλεμος
ἐνέστη, πρώτην μὲν ἀποφαίνουσι τὴν Ζακάνθης πολι-
2 ορκίαν ὑπὸ Καρχηδονίων· δευτέραν δὲ, τὴν διάβασιν
αὐτῶν, παρὰ τὰς συνθήκας, τοῦ προσαγορευομένου παρὰ
3 τοῖς ἐγχωρίοις Ἴβηρος ποταμοῦ. Ἐγὼ δὲ ταύτας ἀρ-
χὰς μὲν εἶναι τοῦ πολέμου φήσαιμ' ἄν· αἰτίας γε μὴν,

Disputatur de caussis Belli Punici II. vel Hannibalici.

[q] Sic Casaub. Libri omnes τὰ τῆς τύχης. Debuerant fortasse προσδεῖται δὲ τῆς τύχης. [r] Abest μὲν a Flor. Aug. Reg. A. Nisi quid intercidit, utique μέν τοι aut δὲ fuerit legendum. [s] Et hoc Casaubono debetur. διὰ τὸ καλῶς Bav. Aug. Reg. A. B. C. διὰ τὸ καὶ ἄλλους Flor. διὰ τὸ κάλλος Vat. quod et cum superioribus jungi poterat, et per particulam καὶ vel per verba καὶ ἄλλους cum seqq. connecti. [t] κατεγγυήσεσθαι Flor. quod verius videtur, in *se recepturos*.

Achæorum societate ac Republica descivissent; *communis calamitas universæ Græciæ* principium simul ac finem est consecuta. Atque hæc quidem sunt quæ explicanda suscipimus. Ceterum indulgentia fortunæ opus est, ut ad finem usque operis suscepti vita nobis suppeditet. Verumtamen, si quid humanitus nobis contigerit, equidem persuasum habeo, non neglectum iri hoc argumentum, nec defuturos illi viros idoneos: quin potius pulcritudine operis illectos multos hanc provinciam sibi fore desponsuros, operamque daturos, ut, quod fuerit inchoatum, ad finem perducant. Nunc, postquam res inter ceteras maxime insignes, quo magis lector universam historiam et in totum et per partes animo conciperet, perstrinximus: tempus est, ut propositi memores, ad principium rerum narrandarum orationem nostram referamus.

VI. Eorum, qui *res Hannibalis* memoriæ prodiderunt, nonnulli, quum exponere *caussas* vellent, *ex quibus ortum est inter Carthaginienses ac Romanos bellum*, cujus ante meminimus; primam hanc assignant, *quod Saguntum Carthaginienses obsederint:* alteram vero hanc, *quod contra pacis leges amnem Iberum*, quem incolæ vocant, *iidem transierint.* Ego vero *Initia* quidem belli ea fuisse, inficias non

Disputatur de caussis Belli Punici II.

οὐδαμῶς ἂν συγχωρήσαιμι. πολλοῦ γὰρ δεῖ. εἰ μὴ καὶ 4
τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς τὴν Ἀσίαν, αἰτίαν εἶναί τις φήσει τοῦ πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμου, καὶ τὸν Ἀντιόχου κατάπλουν εἰς Δημητριάδα τοῦ πρὸς Ῥωμαίους· ὧν οὔτ' εἰκὸς, οὔτ' ἀληθές ἐστιν οὐδέτερον. τίς 5
γὰρ ἂν νομίσειε ταύτας αἰτίας ὑπάρχειν, ὧν πολλὰ μὲν Ἀλέξανδρος πρότερον, οὐκ ὀλίγα δὲ Φίλιππος ἔτι ζῶν, ἐνήργησε καὶ παρεσκευάσατο πρὸς τὸν κατὰ τῶν Περσῶν πόλεμον; ὁμοίως δὲ πάλιν Αἰτωλοὶ πρὸ τῆς Ἀντιόχου παρουσίας, πρὸς τὸν κατὰ τῶν Ῥωμαίων; Ἀλλ' 6

Discrimen inter principium, caussam, et prætextum.

ἔστιν ἀνθρώπων τὰ τοιαῦτα, μὴ διειληφότων, ἀρχὴ τί διαφέρει καὶ πόσον διέστηκεν αἰτίας καὶ προφάσεως, καὶ διότι τὰ μέν ἐστι πρῶτα τῶν ἁπάντων, ἡ δ' ἀρχὴ τελευταῖον τῶν εἰρημένων. Ἐγὼ δὲ παντὸς ἀρχὰς μὲν 7
εἶναι φημὶ, τὰς πρώτας ἐπιβολὰς καὶ πράξεις τῶν ἤδη κεκριμένων· αἰτίας δὲ, τὰς προκαθηγουμένας τῶν κρίσεων καὶ διαλήψεων· λέγω δ' ἐπινοίας καὶ διαθέσεις καὶ τοὺς περὶ ταῦτα συλλογισμοὺς, καὶ δι' ὧν ἐπὶ τὸ κρῖναί τι καὶ προθέσθαι παραγιγνόμεθα. δῆλον δ', οἷον τὸ 8
προειρημένον, ἐκ τῶν ἐπιφερομένων. Τίνες γὰρ ἀληθῶς 9

Ostenditur exemplo belli Alexandri cum Persis.

ἦσαν αἰτίαι, καὶ πόθεν φῦναι συνέβη τὸν πρὸς τοὺς Πέρσας πόλεμον, εὐμαρὲς καὶ τῷ τυχόντι συνιδεῖν. ἦν 10
δὲ, πρώτη μὲν, ἡ τῶν μετὰ Ξενοφῶντος Ἑλλήνων ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν ἐπάνοδος· ἐν ᾗ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν

ierim: *Caussas* exstitisse, nequaquam concesserim. Quin longe aliter res habet. Nisi quis putet, Alexandri transitum in Asiam, belli contra Persas caussam fuisse; et Antiochi adventum Demetriadem cum classe, caussam ejus belli quod cum Romanis ab eo gestum est. Quorum neutrum verum est, ac ne probabile quidem. Nam quis eam fuisse caussam existimet earum rerum, quas multas jam ante id tempus Alexander, nec paucas ipse etiam Philippus, dum erat in vivis, effecerat, et ad bellum adversus Persas apparaverat? aut eorum, quæ similiter ante Antiochi adventum Ætoli ad bellum paraverunt contra Romanos? Hoc vero dicere, hominum est, qui numquam cogitarunt, quid discriminis sit, et quantum inter se distent *Principium, Caussa,* et *Prætextus:* quorum duo posteriora præcedunt rem universam; principium vero, postremum est eorum quæ diximus. Ego principia cujusque rei esse statuo, primos conatus, primasque effectiones eorum quæ fuerint decreta: *caussas* vero, quæ decreta animi et capta consilia antecedunt; nempe cogitationes, animorum affectiones, et ratiocinationes quæ de rebus agendis suscipiuntur, et per quas ad decernendum aliquid nobisque proponendum accedimus. Quod dico, clarius fiet ex his, quæ statim subjiciam. Nam quæ veræ *caussæ* fuerint, *unde sit natum bellum contra Persas,* quivis facile intelligat. Prima earum est, Græcorum, qui cum *Xenophonte* erant, reditus e superioris Asiæ

11 διαπορευομένων αὐτῶν, πολεμίαν ὑπάρχουσαν, οὐδεὶς
ἐτόλμα μένειν κατὰ πρόσωπον τῶν βαρβάρων. δευτέρα
δὲ, τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως Ἀγησιλάου διάβασις
εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐν ᾗ ἐκεῖνος οὐδὲν ἀξιόχρεων οὐδ' ἀντί-
παλον εὑρὼν ταῖς σφετέραις ἐπιβολαῖς, ἄπρακτος ἠν-
αγκάσθη [t] μεταξὺ διὰ τὰς περὶ τὴν Ἑλλάδα ταραχὰς
12 ἐπανελθεῖν. ἐξ ὧν Φίλιππος κατανοήσας καὶ συλλογι-
σάμενος τὴν Περσῶν ἀνανδρίαν καὶ ῥαθυμίαν· καὶ τὴν
αὑτοῦ καὶ Μακεδόνων εὐεξίαν ἐν τοῖς πολεμικοῖς, ἔτι δὲ
καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος τῶν ἐσομένων ἄθλων ἐκ
13 τοῦ πολέμου πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενος· ἅμα τῷ περιποι-
ήσασθαι τὴν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εὔνοιαν ὁμολογουμένην,
εὐθέως προφάσει χρώμενος, ὅτι σπεύδει μετελθεῖν τὴν
Περσῶν παρανομίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας, ὁρμὴν ἔσχε καὶ
προέθετο πολεμεῖν, καὶ πάντα πρὸς τοῦτο τὸ μέρος
14 ἡτοίμαζε. διόπερ αἰτίας μὲν τὰς πρώτας ῥηθείσας
ἡγητέον τοῦ πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμου, πρόφασιν δὲ
τὴν δευτέραν, ἀρχὴν δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς
τὴν Ἀσίαν.

Caussa, prætextus, et principium belli Alexandri cum Persis.

VII. Καὶ μὴν τοῦ κατ' Ἀντίοχον καὶ Ῥωμαίους, δῆλον,
2 ὡς αἰτίαν μὲν τὴν Αἰτωλῶν ὀργὴν θετέον. ἐκεῖνοι γὰρ
δόξαντες ὑπὸ Ῥωμαίων ὀλιγωρεῖσθαι κατὰ πολλὰ περὶ
τὴν ἔκβασιν τὴν ἐκ τοῦ Φιλίππου πολέμου, καθάπερ

Et Belli Romanorum cum Antiocho.

t μεταξὺ διὰ τὰς libri omnes. διὰ τὰς μεταξὺ Casaub. ex ingenio.

satrapiis; cum quidem totam Asiam, hostium suorum sedem, pertranseuntibus ipsis, nemo repertus erat barbarorum, qui prodire contra, et se eis opponere auderet. Altera caussa est, *Agesilai* Lacedæmoniorum regis transitus in Asiam; qui neminem ibi, cui satis animi aut virium esset ad prohibenda sua incepta, invenerat; sed in medio conatu, propter tumultus in Græcia exortos, re infecta coactus erat redire. Quibus ex rebus quum de ignavia et socordia Persarum conjecturam fecisset Philippus; suam et Macedonum peritiam rei militaris non ignorans; et præmiorum magnitudinem ac decus ob oculos sibi ponens, quæ eo bello consecuturus esset; simul ac Græcorum omnium consentientem benevolentiam sibi conciliaverat, confestim eo prætextu utens, quasi Græcorum injurias a Persis acceptas omni studio ultum iret, impetum cepit consiliumque iniit belli gerendi, omniaque ad tantum inceptum necessaria apparare cœpit. Quamobrem *belli contra Persas caussæ* quidem censeri debent, quas primo loco posuimus; *prætextus* vero, quem secundo; *principium* autem, Alexandri trajectio in Asiam.

VII. Sic etiam ejus *belli*, quod *inter Antiochum et Romanos* fuit, palam est, *caussam* debere statui, indignationem Ætolorum. Nam hi, quum circa exitum belli Philippici multis modis

ἐπάνω προεῖπον, οὐ μόνον Ἀντίοχον ἐπεσπάσαντο, πᾶν δὲ καὶ πρᾶξαι καὶ παθεῖν ὑπέστησαν διὰ τὴν ἐπιγενομένην ὀργὴν ἐκ τῶν προειρημένων καιρῶν. πρόφασιν δ' 3 ἡγητέον, τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθέρωσιν· ἣν ἐκεῖνοι, περιπορευόμενοι μετ' Ἀντιόχου τὰς πόλεις, ἀλόγως καὶ ψευδῶς κατήγγελλον· ἀρχὴν δὲ τοῦ πολέμου, τὸν

Notandum discrimen caussæ, prætextus et principii.

Ἀντιόχου κατάπλουν εἰς Δημητριάδα. Ἐγὼ δὲ τὴν 4 ἐπὶ πλεῖον διαστολὴν πεποίημαι περὶ τούτων, οὐχ ἕνεκα τῆς τῶν συγγραφέων ἐπιτιμήσεως, χάριν δὲ τῆς τῶν φιλομαθούντων ἐπανορθώσεως. τί γὰρ ὄφελος ἰατροῦ 5 κάμνουσιν ἀγνοοῦντος τὰς αἰτίας τῶν περὶ τὰ σώματα διαθέσεων; τί δ' ἀνδρὸς πραγματικοῦ, μὴ δυναμένου συλλογίζεσθαι, πῶς καὶ διὰ τί καὶ πόθεν ἕκαστα τῶν πραγμάτων τὰς ἀφορμὰς εἴληφεν; οὔτε γὰρ ἐκεῖνον 6 εἰκὸς οὐδέποτε δεόντως στήσασθαι τὰς τῶν σωμάτων θεραπείας· οὔτε τὸν πραγματικὸν οὐδὲν οἷόν τε κατὰ τρόπον χειρίσαι τῶν προσπιπτόντων, ἄνευ τῆς τῶν προειρημένων ἐπιγνώσεως. Διόπερ οὐδὲν οὕτω φυλακτέον καὶ 7 ζητητέον, ὡς τὰς αἰτίας ἑκάστου τῶν συμβαινόντων. ἐπειδὴ φύεται μὲν ἐκ τῶν τυχόντων πολλάκις τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων, ἰᾶσθαι δὲ ῥᾷστόν ἐστι παντὸς τὰς πρώτας ἐπιβολὰς καὶ διαλήψεις.

Fabii sententia de caussis belli Pun. II.

VIII. Φάβιος δέ φησιν, ὁ Ῥωμαϊκὸς συγγραφεύς, ἅμα τῷ κατὰ Ζακανθαίους ἀδικήματι, καὶ τὴν [u]Ἀσ-

[u] Ἀσδρούβα Aug. Reg. A.

sperni a Romanis sibi viderentur, non solum Antiochum acciverunt, ut ante dicebamus, sed etiam ob iram ex illo tempore conceptam quidvis facere ac pati sustinuerunt. At *prætextus* existimandus est, liberatio Græcorum; ad quam Ætoli, singulas urbes cum Antiocho obeuntes, absurde et falso omnes vocabant. *Principium* vero fuit, Antiochi ad Demetriadem cum classe appulsus. Ego vero propterea distinctionem inter hæc tria ideo pluribus exposui; non ut rerum scriptores reprehenderem; verum ut, errore agnito, studiosi lectores proficerent. Nam quorsum ægroto medicus qui caussas ignoret affectionum humani corporis? Quæve viri utilitas, qui ad tractandam Remp. accedit, nec tamen dignoscere valet, quomodo, quare, et unde singula, quæ eveniunt, caussam cur fierint sint nacta? Sane, neque ille curandi corpora rectam viam umquam insistet: neque hic ullum negotium, si ea ignoret quæ diximus, recta ratione poterit administrare. Idcirco, nihil tam sollicite observandum, neque inquirendum, quam omnium eventuum caussæ. Sæpe enim res maximæ a parvis principiis oriuntur: in omni autem re facillimum est, primis statim conatibus consiliisque medicinam opponere.

VIII. Fabius vero, Historiarum scriptor Romanus, *caussam bello Hannibalico præbuisse*, ait, *præter injuriam*

δρούβου πλεονεξίαν καὶ φιλαρχίαν, αἰτίαν γίγνεσθαι Fabius de caussis belli Pun. II.
2 τοῦ κατ' Ἀννίβαν πολέμου. ἐκεῖνον γὰρ, μεγάλην ἀνειληφότα τὴν δυναστείαν ἐν τοῖς κατ' Ἰβηρίαν τόποις, μετὰ ταῦτα παραγενόμενον ἐπὶ Λιβύην, ἐπιβαλέσθαι, καταλύσαντα τοὺς νόμους, εἰς μοναρχίαν περιστῆσαι
3 τὸ πολίτευμα τῶν Καρχηδονίων· τοὺς δὲ πρώτους ἄνδρας ἐπὶ τοῦ πολιτεύματος, [x] προειδομένους αὐτοῦ τὴν ἐπι-
4 βολὴν, συμφρονῆσαι καὶ διαστῆναι πρὸς αὐτόν· τὸν δ' Ἀσδρούβαν, [y] ὑπειδόμενον, ἀναχωρήσαντα ἐκ τῆς Λιβύης, τὸ λοιπὸν ἤδη τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν χειρίζειν κατὰ τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν, οὐ προσέχοντα τῷ συνεδρίῳ
5 τῶν Καρχηδονίων· Ἀννίβαν δὲ, κοινωνὸν καὶ ζηλωτὴν ἐκ μειρακίου γεγονότα τῆς ἐκείνου προαιρέσεως, καὶ τότε διαδεξάμενον τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν
6 Ἀσδρούβᾳ ποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων. διὸ καὶ νῦν τὸν πόλεμον τοῦτον ἐξενηνοχέναι κατὰ τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν
7 Ῥωμαίοις, παρὰ τὴν Καρχηδονίων γνώμην. οὐδένα γὰρ εὐδοκεῖν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Καρχηδόνι τοῖς ὑπ'
8 Ἀννίβου περὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν πραχθεῖσι. Ταῦτα δ' εἰπὼν, φησὶ, μετὰ τὴν τῆς προειρημένης πόλεως ἅλωσιν παραγενέσθαι τοὺς Ῥωμαίους, οἰομένους δεῖν ἢ τὸν Ἀννίβαν ἐκδιδόναι σφίσι τοὺς Καρχηδονίους, ἢ τὸν
9 πόλεμον ἀναλαμβάνειν. Εἰ δέ τις ἔροιτο τὸν συγγραφέα, ποῖος ἦν καιρὸς οἰκειότερος τοῖς Καρχηδονίοις,

[x] προϊδομένους Vat. Flor. [y] ὑπιδόμενον iidem.

Saguntinis illatam, Asdrubalis etiam avaritiam et dominandi cupiditatem. Illum enim, postquam magnum in Hispania potentatum sibi peperisset, in Africam deinde rediisse, et antiquare patrias leges esse aggressum, ac formam Reipublicæ Carthaginiensium in principatum unius mutare. Sed primores civitatis viros, consilio illius animadverso, magno consensu se ab illo sejunxisse. Quod suspicatum Asdrubalem, ex Africa excessisse, atque Hispaniam ex illo tempore pro libidine sua administrasse, nulla posthac senatus Carthaginiensis ratione habita. Hannibalem vero, qui ab adolescentia particeps et æmulus consiliorum illius fuisset, quum eo tempore in provincia Hispania ei successisset, in administratione rerum idem cum Asdrubale tenuisse institutum. Itaque hoc quoque bellum nunc ab eo Romanis fuisse illatum proprio ipsius consilio, præter Carthaginiensium sententiam: neminem enim Carthagine, qui quidem aliquo loco esset in Republica, ea approbasse quæ adversus Saguntinorum civitatem fecit Hannibal. His expositis, addit deinde: *capta Saguntinorum urbe, advenisse Romanos, qui aut dedi sibi Hannibalem a Pœnis postularent, aut bellum suscipi.* Hic si quis quærat ex Fabio: *ecquam meliorem Carthaginienses exspectare occasionem quiverint,*

Fabius de caussis belli Pun. II.

ἢ ποῖον πρᾶγμα τούτου δικαιότερον [z] ἢ συμφορώτερον,
ἐπείπερ ἐξ ἀρχῆς δυσηρεστοῦντο, καθάπερ οὗτος φησὶ,
τοῖς ὑπ' Ἀννίβου πραττομένοις· τοῦ, πεισθέντας τότε 10
τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων παρακαλουμένοις, ἐκδοῦναι μὲν τὸν
αἴτιον τῶν ἀδικημάτων, ἐπανελέσθαι δ' εὐλόγως δι'
ἑτέρων τὸν κοινὸν ἐχθρὸν τῆς πόλεως, περιποιήσασθαι δὲ
τῇ χώρᾳ τὴν ἀσφάλειαν, ἀποτριψαμένους τὸν ἐπιφε-
ρόμενον πόλεμον, δόγματι μόνον τὴν ἐκδίκησιν ποιησα-
μένους; τί ἂν εἰπεῖν ἔχοι πρὸς αὐτά; δῆλον γὰρ,
ὡς οὐδέν. οἵ γε τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ πρᾶξαί τι τῶν 11
προειρημένων, ὡς, ἑπτακαίδεκα ἔτη συνεχῶς πολεμή-
σαντες κατὰ τὴν Ἀννίβου προαίρεσιν, οὐ πρότερον κατ-
ελύσαντο τὸν πόλεμον, ἕως οὗ πάσας ἐξελέγξαντες τὰς
ἐλπίδας, τελευταῖον εἰς τὸν περὶ τῆς πατρίδος καὶ τῶν
ἐν αὐτῇ σωμάτων παρεγένοντο κίνδυνον.

De fide Scriptoris recte æstimanda.

IX. Τίνος δὲ χάριν ἐμνήσθην Φαβίου καὶ τῶν ὑπ'
ἐκείνου γεγραμμένων; Οὐχ, ἕνεκα τῆς πιθανότητος τῶν 2
εἰρημένων ἀγωνιῶν, μὴ πιστευθῇ παρά τισιν· ἡ μὲν γὰρ
[a]παρὰ τούτων ἀλογία, καὶ χωρὶς τῆς ἐμῆς ἐξηγήσεως,
αὐτὴ δι' αὑτῆς δύναται θεωρεῖσθαι παρὰ τοῖς ἐντυγχά-
νουσιν. ἀλλὰ τῆς τῶν ἀναλαμβανόντων τὰς ἐκείνου 3
βίβλους ὑπομνήσεως· ἵνα μὴ πρὸς τὴν ἐπιγραφὴν, ἀλλὰ
πρὸς τὰ πράγματα βλέπωσιν. Ἔνιοι γὰρ οὐκ ἐπὶ τὰ 4
λεγόμενα συνεπιστήσαντες, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν λέγοντα,

[z] καὶ συμφερώτερον edd. [a] παρὰ τούτῳ Casaub. ex conject.

quodve inire justius aut sibi utilius consilium potuerint, siquidem semper ipsis, ut hic quidem ait, facta Hannibalis displicuerant; quam ut, Romanorum postulatis morem gerentes, auctorem injuriæ dederent, communem patriæ hostem probabili ratione per alios tollerent, publicam ditioni suæ tranquillitatem affirmarent, bellum imminens a suis cervicibus depellerent, unius denique decreti ope ab illo homine se vindicarent? quid habeat, quod ad hæc respondeat? Palam est, responderi nihil posse. Nam *Carthaginienses* quidem tantum ab eo abfuerunt, ut quidquam facerent illorum quæ diximus; ut bellum ex *Hannibalis* sententia susceptum per annos septemdecim continuos gesserint, neque prius incepto destiterint, quam, tentata quavis belli spe, de patria ipsa tandem et sua omnium salute cœperunt periclitari.

IX. Quorsum vero *Fabii*, et eorum quæ ab illo scripta sunt, mentionem feci? Non, quod adeo similia veri putem ista quæ commemoravi, ut verear, ne fidem apud nonnullos inveniant. Etenim, quam sint hæc a ratione aliena, vel me tacente, facile in oculos legentium incurrit. Verum ut eos admonerem, in quorum manus Historiæ illius venerint, ne titulum libri, sed res ipsas attendant. Reperiuntur enim, qui ad narrantem potius, quam ad illa quæ narrantur,

καὶ λαβόντες ἐν νῷ, διότι κατὰ τοὺς καιροὺς ὁ γράφων
γέγονε, καὶ τοῦ συνεδρίου μετεῖχε τῶν Ῥωμαίων, πᾶν
5 εὐθέως ἡγοῦνται τὸ λεγόμενον ὑπὸ τούτου πιστόν. ἐγὼ
δὲ φημὶ μὲν δεῖν, οὐκ ἐν μικρῷ προσλαμβάνεσθαι τὴν
τοῦ συγγραφέως πίστιν, οὐκ αὐτοτελῆ δὲ κρίνειν· τὸ δὲ
πλεῖον, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ποιεῖσθαι τοὺς ἀναγι-
6 νώσκοντας τὰς δοκιμασίας. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τοῦ γε Prima caussa belli Pun. II.
Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων πολέμου (τὴν γὰρ παρέκβα-
σιν ἐντεῦθεν ἐποιησάμεθα) νομιστέον πρώτην μὲν αἰτίαν
γεγονέναι, τὸν Ἀμίλκου θυμὸν, τοῦ Βάρκα μὲν ἐπι-
καλουμένου, πατρὸς δὲ κατὰ φύσιν Ἀννίβου γεγονότος.
7 ἐκεῖνος γὰρ, οὐχ ἡττηθεὶς τῷ περὶ [a] Σικελίαν πολέμῳ τῇ
[b] ψυχῇ, τῷ δοκεῖν αὐτὸς μὲν ἀκέραια διατετηρηκέναι
τὰ περὶ τὸν Ἔρυκα στρατόπεδα ταῖς ὁρμαῖς ἐφ' ὧν
αὐτὸς ἦν, διὰ δὲ τὴν ἐν τῇ ναυμαχίᾳ τῶν Καρχηδονίων
ἧτταν τοῖς καιροῖς εἴκων, πεποιῆσθαι τὰς συνθήκας,
8 ἔμενεν ἐπὶ τῆς ὀργῆς, [c] τηρῶν ἀεὶ πρὸς ἐπίθεσιν. εἰ μὲν
οὖν μὴ τὸ περὶ τοὺς ξένους ἐγένετο κίνημα τοῖς Καρχη-
δονίοις, εὐθέως ἂν ἄλλην ἀρχὴν ἐποιεῖτο καὶ παρα-
9 σκευὴν πραγμάτων, ὅσον ἐπ' ἐκείνῳ. προκαταληφθεὶς δὲ
ταῖς ἐμφυλίοις ταραχαῖς, ἐν τούτοις καὶ περὶ ταύτας
διέτριβε τὰς πράξεις.

X. Ῥωμαίων δὲ, μετὰ τὸ καταλύσασθαι Καρχηδο- Altera et maxima caussa.

[a] Rectius περὶ Σικελίας Vat. Flor. Aug. Reg. A. et Cod. Ursini. [b] ψυχῇ recte Cas. pro mendoso τύχῃ, quod est in MStis. [c] Ad τηρῶν adjiciendum utique καιρὸν videtur.

animum advertentes, quum eisdem temporibus auctorem vixisse cogitant, et Romanum senatorem fuisse, quidquid ab eo dictum est, pro fide digno protinus arripiunt. Ego vero, fidem ejus Scriptoris, sicut minime aspernandam censeo, ita non tanti certe faciendam, ut judicium lectoris unice velim inde pendere: sed ex rebus potius ipsis, quæ narrantur, faciendum judicium dico. Enimvero *belli* hujus *Romanorum et Carthaginiensium*, (nam inde sumus digressi) *prima caussa* censeri debet, *ira Amilcaris*, qui *Barca* est cognominatus, fuitque Hannibalis pater naturalis. Hic enim, post bellum Siculum invictum animum retinens, quod copias, quibus ad Erycem præfuerat, integras illæsasque conservaverat, eadem secum agitantes consilia: utut propter cladem maritimo prælio acceptam a Carthaginiensibus, temporibus cedens, pacem fecerat; iram tamen coquebat, occasioni ad bellum inferendum semper intentus. Itaque, nisi motu mercenariorum impediti Carthaginienses fuissent; nulla interposita mora novum bellum denuo esset exorsus, quantum quidem in ipso foret. Nunc, intestina seditione præventus, in rebus patriæ componendis coactus est se occupare.

x. Quum autem Carthaginiensibus,

νίους [d] τὴν προειρημένην ταραχὴν, ἀπαγγειλάντων αὐτοῖς πόλεμον· τὸ μὲν πρῶτον εἰς πᾶν συγκατέβαινον, ὑπολαμβάνοντες αὐτοὺς νικήσειν τοῖς δικαίοις· καθάπερ ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις περὶ τούτων δεδηλώκαμεν. ὧν 2
χωρὶς, οὐχ οἷόν τε ἦν συμπεριενεχθῆναι δεόντως, οὔτε τοῖς νῦν λεγομένοις, οὔτε τοῖς μετὰ ταῦτα ῥηθησομένοις ὑφ' ἡμῶν. πλὴν οὐκ ἐντρεπομένων τῶν Ῥωμαίων, εἴξαν- 3
τες τῇ περιστάσει, καὶ βαρυνόμενοι μὲν, οὐκ ἔχοντες δὲ ποιεῖν οὐδὲν, ἐξεχώρησαν Σαρδόνος, συνεχώρησαν δ' εἰσοίσειν ἄλλα χίλια καὶ διακόσια τάλαντα πρὸς τοῖς πρότερον, ἐφ' ᾧ μὴ τὸν πόλεμον ἐκείνοις ἀναδέξασθαι τοῖς καιροῖς. Διὸ καὶ δευτέραν, μεγίστην δὲ, ταύτην 4
θετέον αἰτίαν τοῦ μετὰ ταῦτα συστάντος πολέμου. Ἀμίλκας γὰρ, προσλαβὼν τοῖς ἰδίοις θυμοῖς τὴν ἐπὶ 5
τούτοις ὀργὴν τῶν πολιτῶν· ὡς θᾶττον, τοὺς ἀποστάντας τῶν μισθοφόρων καταπολεμήσας, ἐβεβαίωσε τῇ πατρίδι τὴν ἀσφάλειαν, εὐθέως ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα, σπουδάζων ταύτῃ χρήσασθαι
Tertia belli caussa. παρασκευῇ πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον. ἣν δὴ 6
καὶ τρίτην αἰτίαν νομιστέον, λέγω δὲ τὴν εὔροιαν τῶν κατ' Ἰβηρίαν πραγμάτων Καρχηδονίοις. ταύταις γὰρ ταῖς χερσὶ πιστεύσαντες, εὐθαρσῶς ἐνέβησαν εἰς τὸν προειρημένον πόλεμον. Ὅτι δ' Ἀμίλκας πλεῖστα μὲν 7

[d] Scripti libri omnes dant διὰ τὴν προειρ. ταραχὴν ἀπαγγειλ. quod probavit Reisk. Præpositionem cum Ursino delevit Casaub. Forsan indicari debuit varietas scripturæ: διαλύεσθαι pro καταλύεσθαι.

post sedatum illum tumultum de quo modo diximus, bellum indixissent Romani; principio quidem lubentes illi in omnes iverant conditiones, sperantes, se caussæ suæ justitia victuros; quemadmodum superioribus libris ostendimus: absque quibus foret, nec quæ jam dicimus, nec quæ deinceps dicentur, capi commode possent. Sed Romanis justa illorum non curantibus, præsenti sese necessitati accommodantes Pœni, qui aliud nihil possent, *Sardinia*, *ægre* quidem, sed tamen *excesserunt:* quinetiam, ne tam alieno tempore bellum sustinere cogerentur, ad superius *stipendium alia mille et ducenta annua talenta* pendere consenserunt. Itaque *secundam* hanc, eamque maximam, *belli postea conflati caussam* statuere convenit. Amilcar enim, ubi ira civium ad proprium ipsius odium accessit, victis mercenariis qui rebellaverant, patria in tuto collocata, confestim ad res Hispaniæ eo consilio animum adjecit, ut præsidia ad bellum contra Romanos inde sibi compararet. Quæ *tertia belli caussa* debet existimari; *prosperi* scilicet *Carthaginiensium in Hispania successus:* nam illis freti copiis, bellum hoc, de quo loquimur, animose susceperunt. *Amilcarem* vero belli

[e]συνεβάλετο πρὸς τὴν σύστασιν τοῦ δευτέρου πολέμου, καίπερ τετελευτηκὼς ἔτεσι δέκα πρότερον τῆς καταρχῆς αὐτοῦ, πολλὰ μὲν ἂν εὕροι τις εἰς τοῦτο· σχεδὸν δὲ πρὸς πίστιν ἀρκοῦν ἔσται τὸ λέγεσθαι μέλλον.

Hannibal jurat perpetuum odium in Romanos.

XI. Καθ' οὓς γὰρ καιροὺς καταπολεμηθεὶς Ἀννίβας ὑπὸ Ῥωμαίων, τέλος ἐκ τῆς πατρίδος [f]ἐξεχώρησε, καὶ παρ' Ἀντιόχῳ διέτριβε· τότε Ῥωμαῖοι, συνθεωροῦντες ἤδη τὴν Αἰτωλῶν ἐπιβολὴν, ἐξαπέστειλαν πρεσβευτὰς πρὸς Ἀντίοχον· βουλόμενοι, μὴ λανθάνειν σφᾶς τὴν τοῦ
2 βασιλέως προαίρεσιν. οἱ δὲ πρέσβεις ὁρῶντες τὸν Ἀντίοχον προσέχοντα τοῖς Αἰτωλοῖς, καὶ πρόθυμον ὄντα πολεμεῖν Ῥωμαίοις, ἐθεράπευον τὸν Ἀννίβαν, σπουδάζοντες εἰς ὑποψίαν ἐμβαλεῖν πρὸς τὸν Ἀντίοχον, ὃ καὶ
3 συνέβη γενέσθαι. προβαίνοντος [g]γὰρ τοῦ χρόνου, καὶ τοῦ βασιλέως ὑπόπτως ἔχοντος ἀεὶ καὶ μᾶλλον πρὸς τὸν Ἀννίβαν, ἐγένετό τις καιρὸς, ὡς ἐπὶ λόγον ἀχθῆναι
4 τὴν ὑποικουρουμένην ἀτοπίαν ἐν αὐτοῖς. ἐν ᾧ, καὶ πλείους ἀπολογισμοὺς ποιησάμενος Ἀννίβας, τέλος ἐπὶ τὸ
5 τοιοῦτο κατήντησε, δυσχρηστούμενος τοῖς λόγοις. Ἔφη γὰρ, καθ' ὃν καιρὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὴν εἰς Ἰβηρίαν ἔξοδον μέλλοι στρατεύεσθαι μετὰ τῶν δυνάμεων, ἔτη μὲν ἔχειν ἐννέα· θύοντος δ' αὐτοῦ τῷ Διὶ, παρεστάναι
6 παρὰ τὸν βωμόν. ἐπεὶ δὲ καλλιερήσας κατασπεῖσαι

[e] Alii συνελάβ. [f] ἀνεχώρησε edd. ex Bav. [g] γὰρ, post προβαίνοντος, in γοῦν ex conject. mutavit Casaub. Mihi δὲ pro γὰρ, ut passim alibi, videtur restituendum.

secundi Punici vel præcipuam fuisse caussam, licet decem annis prius obiisset quam illud inchoaretur, multis quidem argumentis probari potest; verum ad faciendam rei fidem, hoc fuerit satis quod jam dicam.

XI. Quo tempore *Hannibal*, victus bello a Romanis, solum vertere tandem coactus, *apud Antiochum* agebat; Romani, jam tum quid pararent Ætoli prospicientes, ad Antiochum, consilia ejus explorandi caussa, legatos misere. Hi regem cum Ætolis sentire conspicati, ac bellum adversus populum Romanum meditari; *Hannibalem* colere instituerunt hoc consilio, ut eum suspectum redderent Antiocho. Atque ita res evenit. Sed quum progressu temporis magis ac magis suspicio regis in Hannibalem aleretur; occasio tandem se illi obtulit in disceptationem adducendæ alienationis illius, quæ inter ipsos gliscebat. Ibi *Hannibal*, cum alia multa ad purgandum se disseruit; tum, quia cetera parum proficiebant, ad extremum eo venit, ut ita diceret: *Se, quo tempore pater Amilcar in Hispaniam cum exercitu proficiscebatur, puerum fuisse novem annorum. Illo sacra Jovi faciente, ad altare se adstitisse: tum patrem, ubi litasset, libationesque diis fe-*

Hannibal jurat odium in Romanos.

τοῖς θεοῖς καὶ ποιῆσαι τὰ νομιζόμενα, τοὺς μὲν ἄλλους τοὺς περὶ τὴν θυσίαν ἀποστῆναι [h] κελεῦσαι μικρὸν, αὐτὸν δὲ προσκαλεσάμενον ἐρέσθαι φιλοφρόνως, εἰ βούλοιτο συνεξορμᾷν ἐπὶ τὴν στρατείαν. ἀσμένως δὲ κατανεύ- 7 σαντος αὐτοῦ, καί τι καὶ προσαξιώσαντος παιδικῶς, λαβόμενον τῆς δεξιᾶς προσαγαγεῖν αὐτὸν πρὸς τὸν βωμὸν, καὶ κελεύειν, ἁψάμενον τῶν ἱερῶν ὀμνύναι, μηδέποτε Ῥωμαίοις εὐνοήσειν. Ταῦτ' οὖν εἰδότα σαφῶς, 8 ἠξίου τὸν Ἀντίοχον, ἕως μὲν ἄν τι δυσχερὲς βουλεύηται κατὰ Ῥωμαίων, θαῤῥεῖν, καὶ πιστεύειν, αὐτὸν συνεργὸν ἕξειν νομίζοντα ἀληθινώτατον. ἐπὰν δὲ διαλύσεις ἢ φι- 9 λίαν συντίθηται πρὸς αὐτοὺς, τότε μὴ προσδεῖσθαι διαβολῆς, ἀλλ' ἀπιστεῖν καὶ φυλάττεσθαι. πᾶν γάρ τι πρᾶξαι κατ' αὐτῶν, ὃ δυνατὸς ἂν εἴη.

In pace odium non posuerant Pœni.

XII. Ὁ μὲν οὖν Ἀντίοχος ἀκούσας, καὶ δόξας, αὐτοπαθῶς, ἅμα δὲ ἀληθινῶς εἰρῆσθαι, πάσης τῆς προϋπαρχούσης ὑποψίας ἀπέστη. Τῆς μέν τοι γε δυσμενείας 2 τῆς Ἀμίλκου, καὶ τῆς ὅλης προθέσεως, ὁμολογούμενον θετέον εἶναι τοῦτο μαρτύριον· ὡς καὶ δι' αὐτῶν φανερὸν ἐγένετο τῶν πραγμάτων. τοιούτους γὰρ ἐχθροὺς παρε- 3 σκεύασε Ῥωμαίοις, Ἀσδρούβαν τε τὸν τῆς θυγατρὸς ἄνδρα, καὶ τὸν αὐτοῦ κατὰ φύσιν υἱὸν Ἀννίβαν, ὥστε μὴ καταλιπεῖν ὑπερβολὴν δυσμενείας. Ἀσδρούβας μὲν 4

[h] κελεῦσαι &c. Depravatum locum ex conject. restitui. Vulgo omnes κελεύσας, et mox προσκαλεσάμενος ἔροιτο. Tum post φιλοφρόνως MSti inserunt ὡς, quod jam delevit Casaub.

cisset, ac reliqua pro more peregisset; ceteris, qui sacris intererant, secedere paullulum jussis, sese, propius advocatum, comiter interrogasse, ecquid expeditionis comes secum proficisci vellet? Quum alacris annuisset, atque insuper puerili more precibus etiam hoc ipsum ab eo contendisset; patrem dextra filium prehendisse, et ad altare admotum tactis sacris jurejurando adegisse, numquam amicum populo Romano fore. Orabat igitur Antiochum, ut, *de hoc animo suo certus, dum quidem contra Romanos aliquid vellet moliri, sibi fideret, sibi consilia crederet, neque dubitaret, operam se ipsi quibuscumque rebus posset summa fide navaturum: ubi vero de concordia et amicitia cum Romanis esset acturus; tum ne exspectaret, ut a calumniatoribus deferretur; sed caveret, neque fidem sibi haberet. Omnia enim, quæcumque posset, adversus illos se tentaturum.*

XII. *Antiochus*, hoc sermone audito, quia visus erat *Hannibal* ex animi affectu et vero sensu loqui, priores omnes suspiciones deposuit. Atqui hoc certum haberi testimonium debet odii quo *Amilcar* flagrabat, et omnium ejus consiliorum; sicut res etiam ipsæ postea ostenderunt. Hostes enim ejusmodi populo Rom. paravit, *Asdrubalem* generum, et *Hannibalem*, qui natura filius erat illius, ut ad malevolentiæ vehementiam addi nihil posset. Sed *Asdrubal* quidem prius

οὖν, προαποθανὼν, οὐ πᾶσιν ἔκδηλον ἐποίησε τὴν αὑτοῦ [i]προαίρεσιν· Ἀννίβᾳ δὲ παρέδωκαν οἱ καιροὶ, καὶ λίαν ἐναποδείξασθαι τὴν πατρῴαν ἔχθραν εἰς Ῥωμαίους.
5 Διὸ καὶ τοὺς ἐπὶ πραγμάτων ταττομένους χρὴ τῶν Monitum Polybii.
τοιούτων οὐδενὸς μᾶλλον φροντίζειν, ὥστε [k]μὴ λανθάνειν τὰς προαιρέσεις τῶν διαλυομένων τὰς ἔχθρας, ἢ συντιθεμένων τὰς φιλίας, πότε τοῖς καιροῖς εἴκοντες, καὶ πότε
6 ταῖς ψυχαῖς ἡττώμενοι ποιοῦνται τὰς συνθήκας. ἵνα τοὺς μὲν, ἐφέδρους νομίζοντες εἶναι τῶν καιρῶν, ἀεὶ φυλάττωνται· τοῖς δὲ πιστεύοντες, ὡς ὑπηκόοις ἢ φίλοις ἀληθινοῖς, πᾶν τὸ παραπίπτον ἐξ ἑτοίμου παραγγέλ-
7 λωσιν. Αἰτίας μὲν οὖν τοῦ κατ' Ἀννίβαν πολέμου, τὰς προειρημένας ἡγητέον· ἀρχὰς δὲ, τὰς μελλούσας λέγεσθαι.

XIII. Καρχηδόνιοι γὰρ βαρέως μὲν ἔφερον καὶ τὴν Initia belli Hannibalici. A. U. 533.
ὑπὲρ Σικελίας ἧτταν· συνεπέτεινε δ' αὐτῶν τὴν ὀργὴν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, τὰ κατὰ Σαρδόνα, καὶ τὸ τῶν
2 [l]τελευταῖον συντεθέντων χρημάτων πλῆθος. διόπερ ἅμα τῷ τὰ πλεῖστα κατ' Ἰβηρίαν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιήσασθαι, πρὸς πᾶν ἑτοίμως διέκειντο τὸ κατὰ Ῥωμαίων ὑποδεικνύ-
3 μενον. προσπεσούσης οὖν τῆς Ἀσδρούβου τελευτῆς, ᾧ μετὰ τὸν Ἀμίλκου θάνατον ἐνεχείρισαν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, τὸ μὲν πρῶτον ἐκαραδόκουν τὰς τῶν δυνάμεων
4 ὁρμάς· ἀφικομένης δὲ τῆς ἀγγελίας ἐκ τῶν στρατο-

[i] προαίρεσιν edd. ex Bav. προθέσιν Vat. Flor. Aug. Reg. A. [k] Ad μὴ λανθάνειν desideratur omnino articulus τοῦ qui latet in τε. Rescribe igitur ὡς τοῦ μὴ λανθάνειν. [l] Vulgo τελευταίων.

est mortuus, quam suum hunc animum palam omnibus faceret: *Hannibali* vero per tempora abunde licuit acceptas a patre inimicitias in Romanos cum maxime exercere. Hoc igitur, si quid aliud, qui respublicas regunt sollicite observandum meminerint; ut, *quos animos afferant, qui in gratiam positis inimicitiis redeunt, aut novam amicitiam ineunt, ne ignorent: quando temporibus cedentes, quando victis animis, pacis conditiones amplectantur:* ut ab illis quidem, ceu temporum suorum insidiatoribus, semper sibi caveant; his vero fidem habeant, et, ut fidis subditis, vel amicis veris, quidquid inciderit sine cunctatione imperent. Caussæ ergo *belli Hannibalici* hæ censeri debent: *Initia* vero ea, quæ statim dicentur.

XIII. Nempe *Carthaginienses* et amissæ quidem *Siciliæ* detrimentum graviter ferebant: sed magis etiam exacuit eorum iram *Sardiniæ* jactura, sicut ante diximus, et ingens illa vis pecuniæ postremo imperatæ. Quare simul atque Hispaniæ majorem partem imperio suo adjecerant, quidquid eis ostendebatur quod contra Romanos facere videretur, cupide arripiebant. Itaque, nuntiata morte Asdrubalis, cui post Amilcaris fata Hispaniam regendam tradiderant, principio quidem, militum animi quo in-

A. U. 533. πέδων, ὅτι συμβαίνει τὰς δυνάμεις ὁμοθυμαδὸν ᾑρῆσθαι
στρατηγὸν Ἀννίβαν, παραυτίκα συναθροίσαντες τὸν
δῆμον, μιᾷ γνώμῃ κυρίαν ἐποίησαν τὴν τῶν στρατοπέδων
Hannibal subigit Olcades. αἵρεσιν. Ἀννίβας δὲ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εὐθέως 5
ὥρμησεν ὡς καταστρεψόμενος τὸ τῶν Ὀλκάδων ἔθνος.
ἀφικόμενος δὲ πρὸς [l]Ἀλθαίαν, τὴν βαρυτάτην αὐτῶν
πόλιν, κατεστρατοπέδευσε. μετὰ δὲ ταῦτα χρησάμενος 6
ἐνεργοῖς ἅμα καὶ καταπληκτικαῖς προσβολαῖς, ταχέως
ἐκράτησε τῆς πόλεως. οὗ συμβάντος, οἱ λοιποὶ, γενό-
μενοι καταπλαγεῖς, ἐνέδωκαν αὑτοὺς τοῖς Καρχηδονίοις.
[m]ἀργυρολογήσας δὲ τὰς πόλεις, καὶ κυριεύσας πολλῶν 7
χρημάτων, ἧκε παραχειμάσων εἰς Καινὴν πόλιν. μεγα- 8
λοψύχως δὲ χρησάμενος τοῖς ὑποταττομένοις, καὶ τὰ
μὲν δοὺς τῶν ὀψωνίων τοῖς συστρατευομένοις, τὰ δ' ὑπ-
ισχνούμενος, πολλὴν εὔνοιαν καὶ μεγάλας ἐλπίδας ἐνειρ-
γάσατο ταῖς δυνάμεσι.

Hannibal subigit Vaccæos. A. U. 534.

XIV. Τῷ δ' [n]ἐπιγιγνομένῳ θέρει πάλιν ὁρμήσας ἐπὶ
τοὺς Οὐακκαίους, Ἑλμαντικὴν μὲν, ἐξ ἐφόδου ποιησά-
μενος προσβολὰς, κατέσχεν· Ἀρβουκάλην δὲ, διὰ τὸ
μέγεθος τῆς πόλεως καὶ τὸ πλῆθος, ἔτι δὲ τὴν γενναιό-
τητα τῶν οἰκητόρων, μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας πολιορ-
κήσας, κατὰ κράτος εἷλε. Μετὰ δὲ ταῦτα παραδόξως 2

[l] Ἀλθαίαν ex Steph. Byz. et Suida adscivit Casaub. Libri nostri omnes Ἀλβίαν. In Reg. A. vero punctis notantur tres priores literæ. et in marg. scribitur *Cartheja*, nempe ex Livio: ex quo etiam Perottus *Cartejam* Polybio obtrusit. [m] ἀργυροπωλήσας edd. cum Bav. Aug. Reg. A. [n] ἐπιγενομένῳ Aug. Reg. A.

clinarent, exspectarunt: deinde vero, quum ab exercitu nuntium accepissent, quo ducatum Hannibali omnium consensu a copiis Hispaniensibus delatum significabatur; concione protinus convocata, militum suffragia unanimi decreto rata fecerunt. *Hannibal* autem, simul ac *dux* est *creatus*, ad subjiciendam Pœnorum imperio *Olcadum* gentem, animum appulit. Ad *Althæam* igitur, opulentissimam illorum urbem, ducto exercitu, castra ante illam ponit: deinde in obsessorum oppugnatione strenuum adeo et formidabilem se præbet, ut non multo post urbe potiretur. Quo casu et ceteri territi, Carthaginiensibus se dediderunt. *Annibal*, multa ex oppidis pecunia exacta, maximis jam opibus abundans, Carthaginem novam ad hiberna se recepit. Liberaliter vero tractans eos quibus præerat, et stipendia commilitonibus alia large præbens, alia in posterum pollicitans, magnum sui amorem, nec non spes ingentes in militum animis excitavit.

XIV. Sequenti æstate, suscepta in *Vaccæos* expeditione, *Salmanticam* repentina invasione occupavit: *Arbucalam* vero magnis cum difficultatibus, quod et magna urbs erat et frequens, quodque acerrime cives resistebant, oppugnavit, ac per vim tandem cepit. At deinde in reditu,

εἰς τοὺς μεγίστους ἦλθε κινδύνους ἐπανάγων, συνδρα- A. U. 534.
μόντων ἐπ' αὐτὸν τῶν Καρπησίων, ὃ σχεδὸν ἰσχυρότατόν A Carpetanis pæne opprimitur Hannibal.
3 ἐστιν ἔθνος τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους· ὁμοίως δὲ
καὶ τῶν ἀστυγειτόνων ἀθροισθέντων ἅμα τούτοις, οὓς
ἠρέθισαν μάλιστα μὲν οἱ τῶν Ὀλκάδων φυγάδες, συν-
εξέκαυσαν δὲ καὶ τῶν ἐκ τῆς Ἑλμαντικῆς οἱ διασω-
4 θέντες. πρὸς οὓς εἰ μὲν ἐκ παρατάξεως ἠναγκάσθησαν
οἱ Καρχηδόνιοι διακινδυνεύειν, ὁμολογουμένως ἂν ἡττή-
5 θησαν. νῦν δὲ πραγματικῶς καὶ νουνεχῶς ἐξ ὑποστροφῆς
ἀναχωρήσαντος Ἀννίβου, καὶ πρόβλημα ποιησαμένου
τὸν Τάγον καλούμενον ποταμὸν, καὶ περὶ τὴν τοῦ πο-
ταμοῦ διάβασιν συστησαμένου τὸν κίνδυνον, ἅμα δὲ
συγχρησαμένου συναγωνιστῇ τῷ ποταμῷ καὶ τοῖς θη-
ρίοις, οἷς εἶχε περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμὸν, συνέβη
τὰ ὅλα παραδόξως καὶ κατὰ λόγον αὐτῷ χωρῆσαι.
6 Τῶν γὰρ βαρβάρων ἐπιβαλλομένων κατὰ πλείους τό-
πους βιάζεσθαι καὶ περαιοῦσθαι τὸν ποταμὸν, τὸ μὲν Mox ipsos opprimit.
πλεῖστον αὐτῶν μέρος διεφθάρη περὶ τὰς ἐκβάσεις, πα-
ραπορευομένων τῶν θηρίων παρὰ τὸ χεῖλος, καὶ τοὺς
7 ἐκβαίνοντας ἀεὶ προκαταλαμβανόντων· πολλοὶ δὲ κατ'
αὐτὸν τὸν ποταμὸν ὑπὸ τῶν ἱππέων ἀπώλοντο, διὰ τὸ
κρατεῖν μὲν μᾶλλον τοῦ ῥεύματος τοὺς ἵππους, ἐξ ὑπερ-
δεξίου δὲ ποιεῖσθαι τὴν μάχην τοὺς ἱππέας πρὸς τοὺς
8 πεζούς. τέλος δὲ, τοὔμπαλιν ἐπιδιαβάντες οἱ περὶ τὸν
Ἀννίβαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἐτρέψαντο πλείους ἢ

impetum *Carpetanis* in ipsum facientibus, quæ fere validissima gens est totius illius tractus, maxima ex inopinato pericula adiit: nam et finitimi populi cum his se conjunxerant, quos præcipue quidem *Olcades*, patria sua extorres, adversus Pœnos concitaverant; nonnihil etiam inflammaverant, qui *Salmantica* evaserant. Quibuscum si justo prælio dimicare Carthaginienses fuissent coacti; nullum dubium est, quin male rem fuerint gesturi. Verum *Hannibal* singulari sollertia ac prudentia sensim relato gradu se recipere; *Tagum* flumen munimenti loco hostibus opponere; prælium ad transitum amnis committere: ita, quum et fluvius simul et elephanti, quos habebat circiter quadraginta, ipsius conatus adjuvarent, evenit præter omnium spem, ut ex animi sententia res ei succederet. Barbaris enim vim facere, atque amnem trajicere multis locis conantibus, pars eorum maxima in exitu ex aquis periit; quippe elephanti per ripam ambulantes, ut quæque manus hostium aqua exierat, hanc prius quam alii opem ferrent perimebant: tum autem in ipso flumine multi ab equitibus cædebantur, quum et fluminis impetum facilius equi sustinerent, et equites ex superiori loco cum peditibus dimicabant. Tandem vice versa *Hannibal* rursus fluvium

A. U. 534.

Hispania ulterior pæne tota paretPœnis.

δέκα μυριάδας ἀνθρώπων. Ὧν ἡττηθέντων, οὐδεὶς ἔτι 9
τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ ῥᾳδίως πρὸς αὐτοὺς ἀντ-
οφθαλμεῖν ἐτόλμα πλὴν Ζακανθαίων. ταύτης δὲ τῆς 10
πόλεως ἐπειρᾶτο κατὰ δύναμιν ἀπέχεσθαι, βουλόμενος
μηδεμίαν ἀφορμὴν ὁμολογουμένην δοῦναι τοῦ πολέμου
Ῥωμαίοις, ἕως τἄλλα πάντα βεβαίως [o] ὑπ' αὐτὸν ποι-
ήσαιτο, κατὰ τὰς Ἀμίλκου τοῦ πατρὸς [p] ὑποθέσεις καὶ
παραινέσεις.

Saguntinorum legationes ad Romanos.

XV. Οἱ δὲ Ζακανθαῖοι συνεχῶς ἔπεμπον εἰς τὴν
Ῥώμην· ἅμα μέν, ἀγωνιῶντες περὶ σφῶν, καὶ προορώ-
μενοι τὸ μέλλον· ἅμα δέ, βουλόμενοι μὴ λανθάνειν
Ῥωμαίους τὴν γιγνομένην εὔροιαν Καρχηδονίοις τῶν

Romanorum legatio ad Hannibalem.

κατ' Ἰβηρίαν πραγμάτων. Ῥωμαῖοι δέ, πλεονάκις 2
αὐτῶν παρακηκοότες, τότε πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν,
τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν προσπιπτόντων. Ἀννίβας 3
δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς πεποιημένος [q] ὑπ' αὐτὸν
οὓς προέθετο, παρῆν αὖθις μετὰ τῶν δυνάμεων παραχει-

Carthago nova.

μάζων εἰς Καινὴν πόλιν, ἥτις ὡσανεὶ πρόσχημα καὶ
βασίλειον ἦν Καρχηδονίων ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν
τόποις. καταλαβὼν δὲ τὴν παρὰ τῶν Ῥωμαίων πρεσ- 4
βείαν, καὶ δοὺς αὑτὸν εἰς ἔντευξιν, διήκουε περὶ τῶν ἐνεστώ-
των. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν διεμαρτύροντο, Ζακανθαίων ἀπ- 5
έχεσθαι, (κεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ σφετέρᾳ πίστει·)

[o] ὑφ' αὐτὸν Vat. Flor. [p] ὑποθήκας Vat. Flor. [q] Rursus ὑφ' αὐτὸν dant iidem; et v. sq. δοὺς αὐτὸν Bav. et Vat.

trajicit, et, in barbaros irruens, amplius centum millia hominum profligavit. Quibus ita devictis, nemo amplius intra Iberum amnem fuit, *Saguntinis* exceptis, qui temere contra Carthaginienses attollere oculos auderet. *Sagunto* autem summo studio abstinebat *Hannibal;* quod, patris monita et consilium secutus, reliqua omnia prius sibi asserere cupiebat, quam occasionem ullam Romanis belli suscipiendi palam daret.

XV. Inter hæc *Saguntini* crebros Romam nuntios mittere; partim quod futura prospicientes, de sua salute erant solliciti; partim quod prosperos Carthaginiensium in Hispania successus, nollent Romanos ignorare. Qui sæpe antea negligenter auditis eorum nuntiis, hoc tempore, legatos in Hispaniam, illa inspecturos quæ nuntiata fuerant, mittunt. Circa idem tempus *Hannibal*, subactis quas proposuerat gentibus, ad hiberna rursus *Carthaginem novam* se receperat: erat enim urbs illa quasi caput et regia quædam in ea Hispaniæ parte quæ Carthaginiensibus parebat. Ibi quum legationem populi Romani invenisset, facta sua adeundi potestate, disserentes de mandato sibi negotio audivit. *Romani* igitur deûm fidem testantes monebant, *ut Saguntinis, qui in fide et clientela populi Romani essent, absti-*

καὶ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν μὴ διαβαίνειν κατὰ τὰς ἐπ' A. U. 534.
6 Ἀσδρούβου γενομένας ὁμολογίας. Ὁ δ' Ἀννίβας, ἅτε Ferocia et
νέος μὲν ὢν, πλήρης δὲ πολεμικῆς ὁρμῆς, ἐπιτυχὴς δ' ἐν malæ artes Hannibalis.
ταῖς ἐπιβολαῖς, πάλαι δὲ παρωρμημένος πρὸς τὴν κατὰ
7 Ῥωμαίων ἔχθραν· πρὸς μὲν ἐκείνους, ὡς κηδόμενος Ζακανθαίων, ἐνεκάλει Ῥωμαίοις, διότι μικροῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, στασιαζόντων αὐτῶν, λαβόντες τὴν ἐπιτροπὴν εἰς τὸ διαλῦσαι, ἀδίκως ἐπανέλοιντό τινας τῶν προεστώτων· οὓς οὐ περιόψεσθαι παρεσπονδημένους· πάτριον γὰρ εἶναι Καρχηδονίοις, τὸ μηδένα τῶν ἀδικου-
8 μένων περιορᾶν. πρὸς δὲ Καρχηδονίους διεπέμπετο, πυνθανόμενος, τί δεῖ ποιεῖν, ὅτι Ζακανθαῖοι, πιστεύοντες τῇ Ῥωμαίων συμμαχίᾳ, τινὰς τῶν ὑπ' αὐτοὺς ταττομένων
9 ἀδικοῦσι. Καθόλου δ' ἦν πλήρης ἀλογίας καὶ θυμοῦ βιαίου· διὸ καὶ ταῖς μὲν ἀληθιναῖς αἰτίαις οὐκ ἐχρῆτο, κατέφευγε δ' εἰς προφάσεις ἀλόγους· [r] ὅπερ εἰώθασι ποιεῖν οἱ διὰ τὰς προεγκαθημένας αὐτοῖς ὁρμὰς ὀλιγω-
10 ροῦντες τοῦ καθήκοντος. Πόσῳ γὰρ ἦν ἄμεινον, οἴεσθαι δεῖν Ῥωμαίους ἀποδοῦναι σφίσι Σαρδόνα, καὶ τοὺς ἐπιταχθέντας ἅμα ταύτῃ φόρους, οὓς, τοῖς καιροῖς συνεπιθέμενοι πρότερον, ἀδίκως παρ' αὐτῶν ἔλαβον· εἰ
11 δὲ μή, φάναι πολεμήσειν. νῦν δὲ, τὴν μὲν οὖσαν αἰτίαν ἀληθινὴν παρασιωπῶν· τὴν δ' οὐχ ὑπάρχουσαν, περὶ

[r] ἅπερ Vat. Flor. Aug. Reg. A.

neret: utque, ex eo fœdere quod cum Asdrubale ictum erat, amnem Iberum ne trajiceret. At *Hannibal*, utpote juvenis, militaris ferociæ plenus, felix in inceptis, et jampridem concitatus ad inimicitias cum populo Romano exercendas, apud legatos quidem, veluti ipse Saguntinorum fautor, conquestus est, quod, *exorta haud multo ante Sagunti seditione, quum totius controversiæ arbitrium Romanis fuisset permissum, principum nonnullos iniqua morte affecerint: quam perfidiam non inultam,* ait, *se relicturum; Carthaginienses enim acceptum a patribus tenere institutum, ut neminem impune injuria patiantur affici.* Ad Carthaginienses vero sciscitatum misit, *quid opus esset facto, cum Saguntini, amicitia Romanorum freti, populos ditionis ipsorum injuriis lacessant?* Omnino enim, seposita constantis animi ratione, feroci iræ unice tunc indulgebat *Hannibal:* idcirco, prætermissis veris caussis, ad prætextus injustos confugiebat; sicut facere illi consueverunt, qui, affectibus præoccupati, honesti rationem nullam ducunt. Quanto enim futurum erat melius, postulare, ut Romani Sardiniam restituerent, et simul stipendia eodem tempore imperata, quæ per occasionem adversæ Carthaginiensium fortunæ injuste ab ipsis exegissent? quod si recusarent Romani, bellum denuntiaret. Nunc, veram caussam reticens, falsamque

A. U. 534. Ζακανθαίων, πλάττων· οὐ μόνον ἀλόγως, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀδίκως, κατάρχειν ἐδόκει τοῦ πολέμου. Οἱ δὲ τῶν 12 Ῥωμαίων πρέσβεις, ὅτι μὲν εἴη πολεμητέον, σαφῶς εἰδότες, ἀπέπλευσαν εἰς Καρχηδόνα, τὰ παραπλήσια θέλοντες ἐπιμαρτύρασθαι κἀκείνους. οὐ μὴν ἐν Ἰταλίᾳ 13 γε πολεμήσειν ἤλπισαν, ἀλλ' ἐν Ἰβηρίᾳ· [s] χρήσασθαι δὲ πρὸς τὸν πόλεμον ὁρμητηρίῳ τῇ Ζακανθαίων πόλει.

Carthaginem proficiscuntur legati Rom.

Res Illyricæ.

XVI. Διὸ καὶ πρὸς ταύτην ἁρμοζόμενοι τὴν ὑπόθεσιν, ἡ σύγκλητος ἔκρινεν ἀσφαλίσασθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πράγματα, προορωμένη, διότι μέγας ἔσται καὶ πολυχρόνιος καὶ μακρὰν ἀπὸ τῆς οἰκείας ὁ πόλεμος. Συνέβαινε γὰρ κατ' ἐκείνους τοὺς καιρούς, 2 Δημήτριον τὸν Φάριον, ἐπιλελησμένον μὲν τῶν προγεγονότων εἰς αὐτὸν εὐεργετημάτων ὑπὸ Ῥωμαίων, καταπεφρονηκότα δέ, πρότερον μὲν διὰ τὸν ἀπὸ Γαλατῶν, τότε δὲ διὰ τὸν ἀπὸ Καρχηδονίων φόβον περιεστῶτα [t] Ῥωμαίοις· πάσας δ' ἔχοντα τὰς ἐλπίδας ἐν τῇ Μακεδόνων οἰκίᾳ, διὰ τὸ συμπεπολεμηκέναι καὶ μετεσχηκέναι 3 τῶν πρὸς Κλεομένη κινδύνων Ἀντιγόνῳ· πορθεῖν μὲν καὶ καταστρέφεσθαι τὰς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πόλεις τὰς ὑπὸ Ῥωμαίους ταττομένας, πεπλευκέναι δ' ἔξω τοῦ Λίσσου παρὰ τὰς συνθήκας πεντήκοντα λέμβοις, καὶ πεπορθηκέναι πολλὰς τῶν Κυκλάδων νήσων. Εἰς ἃ 4 βλέποντες Ῥωμαῖοι, καὶ θεωροῦντες ἀνθοῦσαν τὴν Μα-

Demetrius Pharius deficit a Romanis.

[s] χρήσεσθαι Flor. [t] Ῥωμαίους Vat. Flor.

confingens, de injuria facta Saguntinis; non solum sine ratione, verum etiam injuste, bellum visus est inchoasse. Legati Romanorum, satis intelligentes bellum esse suscipiendum, Carthaginem ea mente proficiscuntur, ut etiam apud hos similia testarentur. Sed in Italia esse bellandum, utique non putabant; verum in Hispania, ubi *Saguntum* arx belli sibi esset futura.

XVI. Idcirco Senatus, ad hujusmodi cogitationem consilia sua referens; quia bellum fore diuturnum providebat et longinquum; *res Illyrici* firmandas statuit. Etenim circa eadem tempora *Demetrius Pharius*, oblitus beneficiorum quæ Romani in ipsum contulerant; quum jam ante contemnere eos cœpisset, quando formidabiles ipsis imminere Gallos videbat; tunc vero etiam propter metum a Carthaginiensibus impendentem eosdem floccifaceret, spemque omnem in Macedonum regibus locatam haberet, quod bello Cleomenico socia arma cum Antigono junxerat; urbes ditionis Romanæ in Illyrico vastare et in suam potestatem redigere erat aggressus, ultraque *Lissum* contra leges pacis quinquaginta lembis navigans, multas e Cycladibus insulis incursaverat. Quæ quum animadverterent Romani, et regiam Ma-

κεδόνων οἰκίαν, ἔσπευδον ἀσφαλίσασθαι τὰ πρὸς ἕω τῆς
Ἰταλίας· πεπεισμένοι καταταχήσειν διορθωσάμενοι μὲν
τὴν Ἰλλυριῶν ἄγνοιαν, ἐπιτιμήσαντες δὲ καὶ κολάσαντες
5 τὴν ἀχαριστίαν καὶ προπέτειαν τὴν Δημητρίου. Διε-
ψεύσθησαν δὲ τοῖς λογισμοῖς· κατετάχησε γὰρ αὐτοὺς
6 Ἀννίβας, ἐξελὼν τὴν Ζακανθαίων πόλιν. καὶ παρὰ
τοῦτο συνέβη τὸν πόλεμον οὐκ ἐν Ἰβηρίᾳ, πρὸς αὐτῇ δὲ
τῇ Ῥώμῃ, καὶ κατὰ πᾶσαν γενέσθαι τὴν Ἰταλίαν.
7 Οὐ μὴν, ἀλλὰ τούτοις χρησάμενοι τοῖς διαλογισμοῖς,
Ῥωμαῖοι μὲν ὑπὸ τὴν ὡραίαν Λεύκιον τὸν Αἰμίλιον
ἐξαπέστειλαν μετὰ δυνάμεως ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Ἰλ-
λυρίδα πράξεις, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς
καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος.

A. U. 534. Demetrius Pharius deficit a Romanis.

Ol. CXL. 1. A. U. 535. L. Æmilius Cos. mittitur in Illyricum.

XVII. Ἀννίβας δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας ἐκ
τῆς Καινῆς πόλεως, [u] προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν ἐπὶ
2 τὴν Ζάκανθαν. Ἡ δὲ πόλις αὕτη κεῖται μὲν ἐπὶ τῷ
πρὸς θάλατταν καθήκοντι προπόδι τῆς ὀρεινῆς, τῆς
συναπτούσης τὰ πέρατα τῆς Ἰβηρίας καὶ Κελτιβηρίας·
3 ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια. νέμονται δὲ
χώραν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν πάμφορον, καὶ διαφέ-
4 ρουσαν ἀρετῇ πάσης τῆς Ἰβηρίας. ᾗ τότε παραστρατο-
πεδεύσας Ἀννίβας, ἐνεργὸς ἐγίγνετο περὶ τὴν πολιορ-
κίαν, πολλὰ προορώμενος εὔχρηστα πρὸς τὸ μέλλον ἐκ
5 τοῦ κατὰ κράτος ἑλεῖν αὐτήν. πρῶτον μὲν γὰρ ὑπέλαβε

Situs Sagunti.

Saguntum oppugnat Hannibal.

[u] προῆγε ex conject. recepit editor Lips. pro mendoso προσῆγε.

cedonum domum florere intelligerent, res suas in regionibus ad ortum Italiæ sitis quamprimum in tuto sibi collocandas existimarunt; sperantes, priusquam in occidente erumperet bellum, posse se Illyriorum errorem coërcere, et *Demetrii* ingratum animum temeritatemque castigare atque ulcisci. Sed fefellit eos opinio: nam ipsos Hannibal antevertit, et Saguntinorum urbem interim exscidit. Quo factum, ut bellum non in Hispania, sed proxime ipsam Romam, totaque Italia, gerendum ipsis fuerit. Ceterum Romani, id consilium quod ostendimus secuti, sub æstatem anni primi Olympiadis centesimæ quadragesimæ, *L. Æmilium* ad res *in Illyrico* gerendas cum exercitu mittunt.

XVII. *Hannibal* vero, cum omnibus copiis Carthagine nova profectus, *Saguntum* versus iter instituit. Sita autem hæc urbs est in radice montis, ex Iberiæ Celtiberiæque confinibus ad mare excurrentis, distatque a mari passus fere mille. Ager urbis omnibus abundat fructibus, iisque longe melioribus quam in ulla alia parte Hispaniæ reperiantur. Positis *ad Saguntum* castris, *Hannibal* obsidionem acriter urgebat: quantum enim momentum ad ea, quæ parabat, esset allaturus, si eam urbem per vim expugnaret, facile prospiciebat. Nam

A. U. 535. Saguntum oppugnat Hannibal.

παρελέσθαι Ῥωμαίων τὴν ἐλπίδα τοῦ συστήσασθαι τὸν πόλεμον ἐν Ἰβηρίᾳ. δεύτερον δὲ, καταπληξάμενος ἅπαντας, εὐτακτοτέρους μὲν ἐπέπειστο παρασκευάσειν τοὺς [x]ὑπ' αὐτὸν ἤδη ταττομένους, εὐλαβεστέρους δὲ τοὺς ἀκμὴν αὐτοκράτορας ὄντας τῶν Ἰβήρων. τὸ δὲ μέγιστον, 6
[y]οὐδὲν ἀπολιπὼν ὄπισθεν πολέμιον, ἀσφαλῶς ποιήσεσθαι τὴν εἰς τοὔμπροσθεν πορείαν. χωρίς τε τούτων, εὐπορή- 7
σειν μὲν χορηγιῶν αὐτὸς ὑπελάμβανε πρὸς τὰς ἐπιβολὰς, προθυμίαν δ' ἐνεργάσασθαι ταῖς δυνάμεσιν ἐκ τῆς ἐσομένης ἑκάστοις ὠφελείας, προκαλέσασθαι δὲ τὴν εὔνοιαν τῶν ἐν οἴκῳ Καρχηδονίων διὰ τῶν ἀποσταλησομένων αὐτοῖς λαφύρων. [z]Τοιούτοις δὲ χρώμενος διαλο- 8
γισμοῖς, ἐνεργῶς προσέκειτο τῇ πολιορκίᾳ· [a]τότε μὲν ὑπόδειγμα τῷ πλήθει ποιῶν αὐτὸν, καὶ γιγνόμενος αὐτουργὸς τῆς ἐν τοῖς ἔργοις ταλαιπωρίας, ἔστι δ' ὅτε [b]καὶ παρακαλῶν τὰ πλήθη, καὶ παραβόλως διδοὺς αὐτὸν

Expugnatur Saguntus.

εἰς τοὺς κινδύνους. Πᾶσαν δὲ κακοπάθειαν καὶ μέ- 9
ριμναν ὑπομείνας, τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν. κύριος δὲ γενόμενος χρημάτων πολλῶν, καὶ 10
σωμάτων, καὶ κατασκευῆς· τὰ μὲν χρήματα εἰς τὰς ἰδίας ἐπιβολὰς παρέθετο κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, τὰ δὲ σώματα διένειμε κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστοις τῶν συστρατευομένων, τὴν δὲ κατασκευὴν παραχρῆμα πᾶσαν ἐξέπεμψε τοῖς Καρχηδονίοις. ταῦτα δὲ πράξας, οὐ 11

[x] ὑφ' αὐτὸν Flor. [y] Vulgo οὐδένα ex Bav. [z] δὴ pro δὲ malim. [a] τοτὲ Bav. et Ed. 3. 4. quod ferendum fortasse videri possit, sed non dubito equidem ex ποτὲ corruptum pronunciare et sic rescriptum velim. [b] Abest καὶ a Vat. Flor. Aug. Reg. A.

primum quidem, Romanis spem belli in Hispania gerendi ademturum se arbitrabatur: deinde, territis hoc exemplo omnibus, non dubitabat, quin et subacti jam populi dicto futuri essent audientiores; et ceteri, qui sui adhuc juris erant, metuentiores. Quodque longe maximum erat, nullo a tergo relicto hoste, tuto se in ulteriora confidebat perrecturum. Magnam insuper opum vim ad persequenda sua incepta consecuturum se sperabat; et cum milites, ubi prædam singuli nacti forent, promtiores se redditurum; tum etiam Carthaginienses, qui domi erant, mittendis spoliis sibi se conciliaturum. Hæc apud se reputans, obsidionem acriter urgebat; modo ipsum se exemplo multitudini præbens, et in moliendis operibus plurimum manibus suis laborans; modo milites hortans, seque omnibus periculis non sine audacia objectans. Atque ita nullum laborem nullamque curam refugiens, tandem intra menses octo urbem expugnavit. Potitus pecunia ingenti, captivis et supellectilibus multis; pecuniam ad bellum contra Romanos, sicut initio proposuerat, reservavit; captivos inter milites pro merito cujusque divisit; supellectilia extemplo omnia ad Carthaginienses

διεψεύσθη τοῖς λογισμοῖς, οὐδ' ἀπέτυχε τῆς ἐξ ἀρχῆς προθέσεως· ἀλλὰ τούς τε στρατιώτας προθυμοτέρους ἐποίησε πρὸς τὸ κινδυνεύειν, τούς τε Καρχηδονίους ἑτοίμους παρεσκεύασε πρὸς τὸ παραγγελλόμενον, αὐτός τε πολλὰ τῶν χρησίμων μετὰ ταῦτα κατειργάσατο διὰ τῆς τῶν χορηγιῶν παραθέσεως. A. U. 535.

XVIII. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Δημήτριος, ἅμα τῷ [b]συνιέναι τὴν ἐπιβολὴν τῶν Ῥωμαίων, παραυτίκα μὲν εἰς τὴν Δίμαλον ἀξιόχρεων φρουρὰν εἰσέπεμψε, καὶ τὰς ἁρμοζούσας ταύτῃ χορηγίας· ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν πόλεων τοὺς μὲν ἀντιπολιτευομένους ἐπανείλετο, τοῖς δ' αὐτοῦ φίλοις ἐνεχείρισε τὰς δυναστείας. Bellum Illyricum cum Demetrio Phario.
2 αὐτὸς δ' ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων ἐπιλέξας τοὺς ἀνδρωδεστάτους ἑξακισχιλίους, συνέστησε τούτους εἰς τὴν
3 Φάρον. Ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἰλλυρίδα μετὰ τῶν δυνάμεων, καὶ θεωρῶν τοὺς ὑπεναντίους θαῤῥοῦντας ἐπὶ τῇ τῆς [c]Διμάλου ὀχυρότητι καὶ ταῖς παρασκευαῖς, ἔτι δὲ τῷ δοκεῖν αὐτὴν ἀνάλωτον ὑπάρχειν· ταύτῃ πρῶτον ἐγχειρεῖν ἔκρινε, βουλόμενος Æmilius Cos. Dimalum vi capit.
4 καταπλήξασθαι τοὺς πολεμίους. παρακαλέσας δὲ τοὺς κατὰ μέρος ἡγεμόνας, καὶ προσαγαγὼν ἔργα κατὰ
5 πλείους τόπους, ἤρξατο πολιορκεῖν. Λαβὼν δὲ κατὰ κράτος ἐν ἡμέραις ἑπτὰ, παραχρῆμα πάντας ἥττησε
6 ταῖς ψυχαῖς τοὺς ὑπεναντίους. διόπερ εὐθέως παρῆσαν

[b] συνεῖναι Flor. Aug. Reg. A. [c] Διμάλης Vat. Flor. Bav. Reg. A. B. C.

transmisit. Quibus peractis, nequaquam spe sua est frustratus; sed, quod initio proposuerat, est consecutus: nam et milites ad belli pericula alacriores effecit, et Carthaginienses ad postulata sua reddidit æquiores; et ipse, quod ab omnibus necessariis probe esset instructus, multa deinceps, quæ ad institutum suum pertinebant, perficiendi facultatem habuit.

XVIII. Circa idem tempus *Demetrius*, simulac de consiliis Romanorum rescivit, extemplo idoneum præsidium cum omnibus quæ postulat usus, *Dimalum* mittit: ceterarum urbium gubernacula, occisis qui contrariæ factionis erant, amicis suis tradit. Ipse ex omni subditorum numero fortissimos seligit ad sex millia, eosque *Phari* collocat. Romanus Consul postquam in Illyricum cum legionibus pervenit, cognovitque confidere hostes *Dimali* munitione et apparatu, præsertim quod inexpugnabile illud oppidum eis videretur; hanc omnium primam adoriri constituit, terrorem hosti incussurus. Igitur tribunos militum centurionesque hortatus, admotis variis locis operibus, oppugnare eam instituit. Capta urbs est die septimo; eaque res hostium

A. A. 535. ἐκ πασῶν τῶν πόλεων, ἐπιτρέποντες καὶ [d]διδόντες αὑτοὺς
εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων πίστιν. Ὁ δὲ, προσδεξάμενος 7
ἑκάστους ἐπὶ ταῖς ἁρμοζούσαις ὁμολογίαις, ἐποιεῖτο τὸν
Pharum aggreditur. πλοῦν εἰς τὴν Φάρον, ἐπ' αὐτὸν τὸν Δημήτριον. πυνθα- 8
νόμενος δὲ, τήν τε πόλιν ὀχυρὰν εἶναι, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων διαφερόντων εἰς αὐτὴν ἠθροῖσθαι, πρὸς δὲ καὶ ταῖς χορηγίαις ἐξηρτῦσθαι, καὶ ταῖς ἄλλαις παρασκευαῖς· ὑφεωρᾶτο, μὴ δυσχερὴ καὶ πολυχρόνιον συμβῇ γενέσθαι τὴν πολιορκίαν. διὸ, προορώμενος ἕκαστα τού- 9
των, ἐχρήσατο παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τοιῷδέ τινι γένει
Stratagema Æmilii. στρατηγήματος. Ποιησάμενος γὰρ τὸν ἐπίπλουν νυκτὸς 10
ἐπὶ τὴν νῆσον παντὶ τῷ στρατεύματι, τὸ μὲν πλεῖον μέρος τῆς δυνάμεως ἀπεβίβασεν εἴς τινας ὑλώδεις καὶ κοίλους τόπους. εἴκοσι δὲ ναυσὶν, ἐπιγενομένης ἡμέρας, 11
ἔπλει προδήλως ἐπὶ τὸν ἔγγιστα τῆς πόλεως λιμένα.
συνορῶντες δὲ τὰς ναῦς οἱ περὶ τὸν Δημήτριον, καὶ κα- 12
ταφρονοῦντες τοῦ πλήθους, ὥρμησαν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸν λιμένα, κωλύσοντες τὴν ἀπόβασιν τῶν ὑπεναντίων.

XIX. Ἅμα δὲ τῷ συμμῖξαι, γενομένης ἰσχυρᾶς τῆς συμπλοκῆς, προσεβοήθουν ἀεὶ πλείους τῶν ἐκ τῆς πόλεως· τέλος δὲ πάντες ἐξεληλύθεσαν εἰς τὸν κίνδυνον.
τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ τῆς νυκτὸς ἀποβάντες εἰς τὸν καιρὸν 2
τοῦτον συνῆψαν, διὰ τόπων ἀδήλων ποιούμενοι τὴν πο-

[d] διδόντες αὐτοὺς Bav.

animos confestim ita fregit, ut ex omnibus mox urbibus advenirent, qui in Romanorum fidem se permitterent dederentque. Consul convenientes quibusque leges dicere, eosque in fidem recipere: deinde *Pharum* versus, ad ipsum *Demetrium* cum classe navigare. Quia autem acceperat urbem esse admodum munitam, magnumque virorum fortium numerum eo convenisse, ad hæc commeatibus ac reliquis belli apparatibus abundare; ne difficilis ac diuturna ejus obsidio sibi foret, verebatur. Hæc metuens *Æmilius*, hujusmodi strategemate in ipso adventus sui articulo est usus. Noctu cum omnibus copiis in insulam appulsus, majorem exercitus partem in terram exponit, et locis cavis ac sylvosis occultat. Ipse cum viginti navibus palam, ubi illuxisset, proximum urbi portum petit. *Demetrius*, eas naves conspicatus, numerumque illarum aspernatus, ex urbe ad portum cum suorum manu venit, ne egredi navibus hostis posset, impediturus.

XIX. Ubi ad hostem venerunt, atroci commisso prælio, plures subinde ex urbe succurrunt; donec tandem omnes ad certamen exierunt. Eodem tempore Romani qui noctu expositi fuerant, per ignota loca facto itinere, appropinquant: et occupato colle mu-

3 ρείαν. καὶ καταλαβόμενοι μεταξὺ τῆς πόλεως καὶ τοῦ A. U. 535.
λιμένος λόφον ἐρυμνὸν, διέκλεισαν ἀπὸ τῆς πόλεως τοὺς
4 ἐκβεβοηθηκότας. Οἱ δὲ περὶ τὸν Δημήτριον, συννοήσαν- Fugatur exercitus Demetrii.
τες τὸ γεγονὸς, τοῦ μὲν διακωλύειν τοὺς ἀποβαίνοντας
ἀπέστησαν· συναθροίσαντες δὲ σφᾶς αὐτοὺς, καὶ παρα-
καλέσαντες, ὥρμησαν, κρίναντες ἐκ παρατάξεως διακιν-
5 δυνεύειν πρὸς τοὺς ἐπὶ τὸν λόφον. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι,
θεωροῦντες τὴν ἔφοδον τῶν Ἰλλυριῶν [e] ἐνεργὸν καὶ συντε-
ταγμένην, [f] ἀντέπεσαν ταῖς σπείραις καταπληκτικῶς.
6 ἅμα δὲ τοῖς προειρημένοις, οἱ πεποιημένοι τὴν ἀπόβασιν
ἀπὸ τῶν πλοίων, συνορῶντες τὸ γιγνόμενον, προσέκειντο
κατόπιν· καὶ πανταχόθεν προσπίπτοντες, θόρυβον καὶ
7 ταραχὴν οὐ μικρὰν ἐν τοῖς Ἰλλυριοῖς κατεσκεύαζον. ἐξ
οὗ τῶν μὲν κατὰ πρόσωπον, τῶν δὲ κατὰ νώτου πο-
νούντων, τέλος οἱ περὶ τὸν Δημήτριον ἐτράπησαν· καὶ
τινὲς μὲν αὐτῶν ἔφυγον ὡς πρὸς τὴν πόλιν, οἱ δὲ πλείους
8 ἀνοδίᾳ κατὰ τῆς νήσου διεσπάρησαν. Ὁ δὲ Δημήτριος, Demetrius Pharius ad Philippum profugit.
ἔχων ἑτοίμους λέμβους πρὸς τὸ συμβαῖνον ἔν τισι τόποις
ἐρήμοις ὑφορμοῦντας, ἐπὶ τούτους ἐποιήσατο τὴν ἀποχώ-
ρησιν. εἰς οὓς ἐμβὰς, ἐπιγενομένης τῆς νυκτὸς ἀπέ-
πλευσε, καὶ διεκομίσθη παραδόξως πρὸς τὸν βασιλέα
Φίλιππον, παρ᾽ ᾧ τὸ λοιπὸν διέτριψε τοῦ βίου μέρος·
9 ἀνὴρ, θράσος μὲν καὶ τόλμαν κεκτημένος, ἀλόγιστον δὲ
10 ταύτην καὶ τελέως ἄκριτον. διὸ καὶ τὴν καταστροφὴν

[e] ἐνεργῆ edd. ex Bav. Sed Casaub. ἐναργῆ, sua auctoritate. [f] ἀντέπεσαν recepi ex Urb. Vat. Flor. Ceteri ἀντέπεσον.

nito, qui inter urbem ac portum erat interjectus, excludunt urbe hos, qui ad pugnandum cum hoste exierant. Ea re cognita *Demetrius*, omisso certamine cum egredientibus in terram, congregatis omnibus suis, eosque hortatus, justa acie cum his, qui collem obtinebant, dimicare constituit. Romani, animadverso Illyrios acie ordinata acrem in se facere impetum, terribili vicissim et ipsi audacia in eorum manipulos irruunt. Simul uno tempore ceteri, e navibus egressi, terga hostium cædebant; et omni ex parte illos adorti, tumultu et perturbatione magna Illyrios implebant. Itaque quum et a fronte et a tergo laboraret acies, fugam tandem capessere Demetrii exercitus est coactus. Pars in urbem fugit: plures aviis itineribus per insulam dissipati sunt. *Demetrius* ad lembos suos se recepit, quos desertis quibusdam locis stantes ad anchoras habebat, in omnem eventum paratos. His conscensis, noctuque profectus, ad regem *Philippum* præter omnium opinionem est delatus: apud quem reliquam vitæ suæ partem egit. Vir intrepidus quidem, et audax; sed temerarius, et nullius

A. U. 535.

Messenæ perit Demetrius.

παραπλησίαν αὐτῷ συνέβη γενέσθαι τῇ κατὰ τὸν ὅλον
βίον προαιρέσει. καταλαβέσθαι γὰρ ἐγχειρήσας, μετὰ 11
τῆς Φιλίππου γνώμης, τὴν τῶν Μεσσηνίων πόλιν εἰκῇ
καὶ παραβόλως, ἐν αὐτῷ τῷ τῆς πράξεως καιρῷ
διεφθάρη· περὶ ὧν ἡμεῖς τὰ κατὰ μέρος, ὅταν ἐπὶ τοὺς
καιροὺς ἔλθωμεν, διασαφήσομεν. Ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν 12
Ῥωμαίων, Αἰμίλιος, τὴν μὲν Φάρον εὐθέως ἐξ ἐφόδου
παραλαβὼν, κατέσκαψε· τῆς δὲ λοιπῆς Ἰλλυρίδος
ἐγκρατὴς γενόμενος, καὶ πάντα διατάξας κατὰ τὴν
αὐτοῦ προαίρεσιν, μετὰ ταῦτα, ληγούσης ἤδη τῆς θε-
ρείας, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ τὴν εἴσοδον ἐποι-
ήσατο μετὰ θριάμβου καὶ τῆς ἁπάσης εὐδοξίας. ἐδόκει 13
γὰρ οὐ μόνον ἐπιδεξίως, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀνδρωδῶς, κε-
χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν.

Pharus capta, et Illyricum receptum.

Triumphat Æmilius.

Sagunto capto, quid fecerint Romani.

XX. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, προσπεπτωκυίας αὐτοῖς ἤδη
τῆς τῶν Ζακανθαίων ἁλώσεως, οὐ μὰ Δία περὶ τοῦ
πολέμου τότε διαβούλιον ἦγον, καθάπερ ἔνιοι τῶν συγ-
γραφέων φασὶ, προσκατατάττοντες ἔτι καὶ τοὺς εἰς
ἑκάτερα ῥηθέντας λόγους· πάντων ἀτοπώτατον πρᾶγμα
ποιοῦντες. πῶς γὰρ οἷόν τ' ἦν, Ῥωμαίους, τοὺς ἐνιαυτῷ 2
πρότερον ἐπηγγελκότας πόλεμον Καρχηδονίοις, ἐὰν ἐπι-
βαίνωσι τῆς Ζακανθαίων χώρας, τούτους, κατὰ κράτος
ἑαλωκυίας αὐτῆς τῆς πόλεως, τότε βουλεύεσθαι συνελ-
θόντας, πότερα πολεμητέον, ἢ τοὐναντίον; Πῶς δὲ, καὶ 3

plane judicii. Quare etiam exitum est nactus, institutis congruentem, quibus per omnem vitam usus fuerat. Urbem enim *Messeniorum*, de Philippi sententia, occupare conatus; in ipsa pugna, quam temere et projecta audacia conserebat, cæsus est: quemadmodum suo loco uberius sumus ostensuri. *Æmilius*, Consul Romanus, *Pharum* urbem repentino incursu statim invadit, eamque mox captam diruit. Deinde *Illyrico* universo in potestatem redacto, rebusque omnibus ex animi sententia compositis, exeunte jam æstate Romam reversus, cum magnifico *triumpho* urbem ingressus est: neque sollertiæ dumtaxat, verum etiam fortitudinis laudem ex provincia reportavit.

xx. Romani vero, postquam de *capto Sagunto* nuntium acceperunt, nequaquam illi quidem de bello suscipiendo tunc deliberationem instituerunt, sicut a nonnullis scriptoribus memoriæ est proditum; qui etiam sententias ab utraque parte dictas libris suis inseruerunt: quo nihil se fingi quidem absurdius queat. Nam qui fieri potuit, ut Romani, qui superiori anno bellum Carthaginiensibus indixerant, si ditionem Saguntinorum infesti ingrederentur; iidem, capta per vim urbe ipsa, tum demum ad deliberandum convenirent, *sitne susci-*

τίνα τρόπον, ἅμα μὲν τὴν [g] στυγνότητα τοῦ συνεδρίου
παρεισάγουσι θαυμάσιον· ἅμα δὲ, τοὺς υἱοὺς ἀπὸ
δώδεκα ἐτῶν ἄγειν, φασὶ, τοὺς πατέρας εἰς τὸ συνέδριον.
οὓς, μετέχοντας τῶν διαβουλίων, οὐδὲ τῶν ἀναγκαίων
4 οὐδενὶ [h] προΐεσθαι τῶν ἀποῤῥήτων οὐδέν; Ὧν οὔτ' εἰκὸς,
οὔτε ἀληθές ἐστι τὸ παράπαν οὐδέν· εἰ μὴ, νὴ Δία,
πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἡ τύχη καὶ τοῦτο προσένειμε Ῥω-
5 μαίοις, τὸ φρονεῖν αὐτοὺς εὐθέως ἐκ γενετῆς. Πρὸς μὲν
οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων, οἷα γράφει Χαι-
ρέας καὶ [i] Σώσιλος, οὐδὲν ἂν δέοι πλέον λέγειν· οὐ γὰρ
ἱστορίας, ἀλλὰ κουρεακῆς καὶ πανδήμου λαλιᾶς, ἐμοί
6 γε δοκοῦσι τάξιν ἔχειν καὶ δύναμιν. Ῥωμαῖοι δὲ,
προσπεσόντος σφίσι τοῦ γεγονότος κατὰ τοὺς Ζακαν-
θαίους ἀτυχήματος, παραχρῆμα πρεσβευτὰς ἑλόμενοι,
7 κατὰ σπουδὴν ἐξαπέστειλαν εἰς τὴν Καρχηδόνα· δύο
προτείνοντες αὐτοῖς· ὧν τὸ μὲν, αἰσχύνην ἅμα καὶ
βλάβην ἐδόκει φέρειν δεξαμένοις τοῖς Καρχηδονίοις· τὸ
8 δ' ἕτερον, πραγμάτων καὶ κινδύνων ἀρχὴν μεγάλων. ἢ
γὰρ τὸν στρατηγὸν Ἀννίβαν, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ
συνέδρους, ἐκδότους διδόναι Ῥωμαίοις ἀπῄτουν, ἢ προήγ-
9 γελλον τὸν πόλεμον. Παραγενομένων δὲ τῶν Ῥωμαίων,
καὶ παρελθόντων εἰς τὸ συνέδριον, καὶ διασαφούντων
ταῦτα, δυσχερῶς ἤκουον οἱ Καρχηδόνιοι τὴν αἵρεσιν

A. U. 535. Fabula de pueris Rom. in senatum admissis.

Chæreæ et Sosili nugæ.

Legatio Romana Carthaginem missa.

[g] στειγνότητα suspicatus erat Reisk. [h] προΐεσθαι cum Reisk. et Scalig. posui pro vulg. προσίεσθαι. [i] Σώσυλος Flor. ac fortasse cod. Perotti.

piendum bellum, annon? Quam absurdum vero illud: quod incredibilem Senatus mœstitiam commemorantes, simul adjiciunt, *filios duodecim dumtaxat annis majores, a parentibus in senatum introductos; qui publicorum consiliorum facti participes, nemine propinquorum quidem quidquam illorum, quæ enuntiari nefas, prodiderint?* Quæ sunt omnia a vero aliena et palam falsa: nisi profecto hoc quoque præter cetera Romanis fortuna, si diis placet, est largita, ut inde a pueris statim saperent. Verum de talibus scriptis, qualia sunt *Chæreæ* et *Sosili*, hæc sufficiat dixisse: neque enim pro Historiis, meo quidem judicio, merentur haberi; sed pro fabulis ex alicujus tonsoris officina, aut vulgi fæce profectis. Romani igitur, cognita Saguntinorum calamitate, legatos continuo legunt, quos Carthaginem properare jubent, duasque conditiones Carthaginiensibus offerre; quarum altera cum dedecore simul ac damno illorum, si eam accepissent, erat conjuncta; altera, magni ac periculosi belli initia secum trahebat. Postulabant enim, *ut ducem Hannibalem et consiliarios illius dederent Romanis:* aut, ni illud fieret, bellum denuntiabant. Hæc quum legati, ubi Carthaginem venerunt, et Senatus eis datus est, exponerent; iniquis admo-

A. U. 535. τῶν προτεινομένων. ὅμως δὲ προστησάμενοι τὸν ἐπι- 10
τηδειότατον ἐξ αὐτῶν, ἤρξαντο περὶ σφῶν δικαιολο-
γεῖσθαι.

Pœni cum Romanis de jure disceptant.

XXI. Τὰς μὲν οὖν πρὸς Ἀσδρούβαν ὁμολογίας παρε-
σιώπων, ὡς οὔτε γεγενημένας· εἴτε γεγόνασιν, οὐδὲν
οὔσας πρὸς αὐτοὺς, διὰ τὸ χωρὶς τῆς σφετέρας πε-
πρᾶχθαι γνώμης. ἐχρῶντο δ' ἐξ αὐτῶν Ῥωμαίων εἰς 2
τοῦτο παραδείγματι. τὰς γὰρ ἐπὶ Λουτατίου γενο-
μένας συνθήκας ἐν τῷ πολέμῳ τῷ περὶ Σικελίας, ταύ-
τας, ἔφασαν, ἤδη συνωμολογημένας ὑπὸ Λουτατίου,
μετὰ ταῦτα τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων ἀκύρους ποιῆσαι,
διὰ τὸ χωρὶς τῆς αὐτοῦ γενέσθαι γνώμης. Ἐπίεζον δὲ, 3
καὶ προσαπηρείδοντο παρ' ὅλην τὴν δικαιολογίαν ἐπὶ τὰς
τελευταίας συνθήκας, τὰς γενομένας ἐν τῷ περὶ Σι-
κελίας πολέμῳ· ἐν αἷς περὶ μὲν Ἰβηρίας οὐκ, ἔφασαν, 4
ὑπάρχειν ἔγγραφον οὐδὲν, περὶ δὲ τοῦ, τοῖς ἑκατέρων
συμμάχοις τὴν παρ' αὐτῶν ἀσφάλειαν εἶναι, ῥητῶς
κατατετάχθαι. Ζακανθαίους δὲ παρεδείκνυον οὐκ ὄντας 5
τότε Ῥωμαίων συμμάχους, καὶ παρανεγίνωσκον πρὸς
τοῦτο πλεονάκις τὰς συνθήκας. Ῥωμαῖοι δὲ, τὸ μὲν 6

Romani verbis contendere nolunt.

δικαιολογεῖσθαι καθάπαξ ἀπεγίνωσκον· φάσκοντες, ἀκε-
ραίου μὲν ἔτι διαμενούσης τῆς τῶν Ζακανθαίων πόλεως,
ἐπιδέχεσθαι τὰ πράγματα δικαιολογίαν, καὶ δυνατὸν
εἶναι λόγῳ περὶ τῶν [k] ἀμφισβητουμένων διεξάγειν· ταύ- 7

[k] ἀμφισβητούντων edd. ex Bav.

dum auribus propositæ conditiones a Pœnis sunt acceptæ. Verumtamen, uni e suis, quem ad id norant aptissimum, cura demandata, disceptare de jure suo instituunt.

XXI. Ac fœdus quidem cum Asdrubale ictum silentio prætermittebant, quasi numquam factum; aut, si factum esset, quasi ad se nihil pertineret, quod suo injussu esset percussum. Quin etiam Romanorum ipsorum simile exemplum afferebant; de pace bello Siculo facta, Lutatio Consule: *Plane enim Lutatium in conditiones*, aiebant, *consensisse; et tamen populum postea Romanum, quia sine sua auctoritate pactio convenisset, pax ut esset irrita jussisse.* Per totam autem disceptationem urgebant *postremum fœdus*, quod bello Siculo fuerat factum, eique firmiter innitebantur; *in quo de Hispania nihil prorsus haberi scriptum* aiebant: *sociis dumtaxat utriusque populi utrimque caveri: idque diserte ita perscriptum esse in legibus pacis. Saguntinos autem tunc non fuisse socios populi Romani*, demonstrabant. In eam rem leges illius pacis subinde recitabant. *Romani* vero de jure disceptare verbis omnino nolebant. Dicebant enim: *huic disceptationi tunc futurum fuisse locum, si adhuc integra Saguntum urbs maneret: ac potuisse tunc controversiam oratione decidi. Hac*

της δὲ παρεσπονδημένης, ἢ τοὺς αἰτίους ἐκδοτέον εἶναι σφίσι, δι' οὗ φανερὸν ἔσται πᾶσιν, ὡς οὐ μετεσχήκασι τῆς ἀδικίας, ἀλλ' ἄνευ τῆς αὐτῶν γνώμης [l]πεπρᾶχθαι A. U. 535.
8 [m]τοῦτο τοὖργον· ἢ, μὴ βουλομένους τοῦτο ποιεῖν, [n]ὁμολογοῦντας δὴ κοινωνεῖν. Οὕτω καθολικώτερόν πως
9 ἐχρήσαντο τοῖς λόγοις. Ἡμῖν δ' ἀναγκαῖον εἶναι δοκεῖ, τὸ μὴ παραλιπεῖν ἄσκεπτον τοῦτο τὸ μέρος· ἵνα μήτε, οἷς καθήκει καὶ διαφέρει τὸ σαφῶς εἰδέναι τὴν ἐν τούτοις ἀκρίβειαν, παραπαίωσι τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς ἀναγ-
10 καιοτάτοις διαβουλίοις· μήθ' οἱ φιλομαθοῦντες περὶ τούτων ἀστοχῶσι, συμπλανώμενοι ταῖς ἀγνοίαις καὶ φιλοτιμίαις τῶν συγγραφέων· ἀλλ' ᾖ τις ὁμολογουμένη θεωρία τῶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὑπαρξάντων δικαίων Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πρὸς ἀλλήλους, ἕως εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς καιρούς.

Primum Fœdus Romanorum cum Pœnis. A. U. 245.

XXII. Γίγνονται τοιγαροῦν συνθῆκαι Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πρῶται, κατὰ Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον καὶ Μάρκον Ὡράτιον, τοὺς πρώτους κατασταθέντας ὑπάτους μετὰ τὴν τῶν βασιλέων κατάλυσιν, ὑφ' ὧν συνέβη καθιερωθῆναι καὶ τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν τοῦ [o]Καπι-
2 τωλίου. ταῦτα δ' ἐστὶ πρότερα τῆς Ξέρξου διαβάσεως

[l] πέπρακται suspicatus est Reisk. [m] τοῦτο ante τοὖργον abest a Bav. Aug. et Reg. A. [n] Vulgo omnes ὁμολογοῦντας δὲ κοινωνεῖν. Tum pro Οὕτω habent οὖ edd. ex Bav. οὐ Aug. Reg. A. ουν absque spir. et accent. Vat. συγκαθολ. Ursin. Et particulam prorsus omittit Flor. Post κοινωνεῖν vero lacunæ signum adposuit Casaub. quam his fere verbis τὸν πόλεμον ἀναδέχεσθαι explendam docti viri censuerunt. Mihi levior medicina sufficere visa est, δὲ in δὴ mutando, et pro ου vel ουν restituendo οὕτω, pro quo si quis οὕτοι μὲν οὖν maluerit, vel οὕτω μὲν οὖν, non valde repugnem. [o] Καπετωλίου Vat. Flor. Aug. Reg. A. Καπιτωλίνου Casaub. invitis MStis.

vero contra fœdus exscisa, aut dedendos esse injuriæ auctores; ex quo manifestum futurum sit omnibus, participes delicti admissi ipsos non fuisse, verum sine publica auctoritate id fecisse Hannibalem: aut, si hoc nollent, confessam nimirum esse ipsorum participationem. Ita Romani generaliori quodam modo locuti sunt. Nobis vero visum est faciendum, ut hunc locum silentio non præterveheremur: ne, quorum interest rem penitus habere perspectam, veritatem in maximi momenti deliberationibus ignorent; neve studiosi harum rerum, errore et partium studiis Scriptorum seducti, parum recte de his statuant; sed ut certam quamdam et nulli dubitationi obnoxiam notitiam earum conventionum, quæ inter Romanos et Pœnos jam inde a principio ad nostra usque tempora factæ sunt, lectoribus afferamus.

XXII. *Primum* igitur *fœdus inter Romanos et Carthaginienses* ictum est, consulatu Junii Bruti, et Marci Horatii, primorum post reges exactos Consulum, a quibus etiam Jovis Capitolini ædes fuit consecrata: annis prius quam Xerxes in Græciam trajiceret

Primum fœdus Romanorum cum Pœnis. Vetusta lingua latina.

εἰς τὴν Ἑλλάδα τριάκοντ' ἔτεσι λείπουσι δυοῖν. ἃς 3
καθόσον ἦν δυνατὸν ἀκριβέστατα διερμηνεύσαντες ἡμεῖς
ὑπογεγράφαμεν. τηλικαύτη γὰρ ἡ διαφορὰ γέγονε τῆς
διαλέκτου, καὶ παρὰ Ῥωμαίοις, τῆς νῦν πρὸς τὴν ἀρ-
χαίαν, ὥστε τοὺς συνετωτάτους ἔνια μόλις ἐξ ἐπιστά-
σεως διευκρινεῖν. Εἰσὶ δ' αἱ συνθῆκαι τοιαίδε τινες· 4
Ἐπὶ τοῖσδε φιλίαν εἶναι Ῥωμαίοις καὶ τοῖς Ῥωμαίων
συμμάχοις, καὶ Καρχηδονίοις καὶ τοῖς Καρχηδονίων
συμμάχοις· Μὴ πλεῖν Ῥωμαίους, [p]μήτε τοὺς Ῥω- 5
μαίων συμμάχους ἐπέκεινα τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου, ἐὰν
μὴ ὑπὸ χειμῶνος ἢ πολεμίων ἀναγκασθῶσιν· ἐὰν δέ τις 6
βίᾳ κατενεχθῇ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ μηδὲν ἀγοράζειν, μηδὲ
λαμβάνειν [q]μηδὲν, πλὴν ὅσα πρὸς πλοίου ἐπισκευὴν, ἢ
πρὸς ἱερά. [r]ἐν πέντε ἡμέραις δὲ ἀποτρεχέτωσαν οἱ κατ- 7
ενεχθέντες. Τοῖς δὲ κατ' ἐμπορίαν παραγιγνομένοις, 8
μηδὲν ἔστω τέλος, πλὴν ἐπὶ κήρυκι ἢ γραμματεῖ. ὅσα 9
δ' ἂν τούτων παρόντων πραθῇ, δημοσίᾳ πίστει ὀφειλέσθω
τῷ [s]ἀποδομένῳ· [t]ὅσα ἂν ἢ ἐν Λιβύῃ, ἢ ἐν Σαρδόνι
πραθῇ. Ἐὰν [u]Ῥωμαίων τις εἰς Σικελίαν παραγίγνη- 10
ται, ἧς Καρχηδόνιοι ἐπάρχουσιν, ἴσα ἔστω τὰ Ῥωμαίων
πάντα. Καρχηδόνιοι δὲ μὴ ἀδικείτωσαν δῆμον Ἀρ- 11

[p] μηδὲ τοὺς Flor. [q] Abest repetitum hoc μηδὲν a Vat. Flor. Aug. Reg. A. et Cod. Ursin. [r] Totus hic versus ἐν πέντε—κατενεχθέντες abest ab omnibus libris nostris; sed habet Perottus, ex quo eum transtulit Casaub. [s] ἀποδιδομένῳ Aug. Reg. A. [t] Libri omnes hoc loco, ut paulo ante ὅσα δ' ἂν, quod defendit Reiskius. Mihi abjicienda visa est particula. Casaubonus ex conject. ὅσα γ' ἂν edidit. [u] Ad Ῥωμαίων πάντα adjiciendum fortasse est vocabulum Καρχηδονίοις.

duodetriginta. Fœderis istius verba, quanta maxima potuimus fide interpretati, infra subjecimus. Veteris sane *linguæ* etiam *Latinæ* tanta *diversitas* est ab illa qua hodie utuntur Romani, ut vel peritissimi nonnulla non nisi ægre, ubi animum attenderint, explanare queant. Fœdus igitur ita habet: *Amicitia Romanis et Romanorum sociis cum Carthaginiensibus et Carthaginiensium sociis, his legibus et conditionibus esto: Ne naviganto Romani Romanorumve socii ultra Pulchrum promontorium: præterquam si tempestatis aut hostium vi fuerint compulsi. Si quis vi delatus fuerit, emendi aut sumendi quidquam, præter necessaria reficiendis navibus et sacris faciendis, jus ei ne esto. Intra diem quintum, qui navem applicuerint, abeunto. Qui mercaturæ causa venerint, his nullum negotium ratum sit, nisi quod coram præcone vel coram scriba fuerit confectum. Quidquid hisce præsentibus fuerit venditum, publica fide venditori debetor; quod quidem in Africa aut Sardinia fuerit venditum. Si quis Romanorum in eam Siciliæ partem venerit, quæ imperio Carthaginiensium paret, jure æquo in omnibus Romani utuntor. Carthaginienses ne quid noceant populo Ardeati, Antiati, Lau-*

δεατῶν, Ἀντιατῶν, [x] Λαυρεντίνων, Κιρκαιϊτῶν, Ταῤῥακινιτῶν, μηδ' ἄλλον μηδένα Λατίνων, ὅσοι ἂν ὑπήκοοι.

Primum fœdus Romanorum cum Pœnis.

12 ἐὰν δέ τινες μὴ ὦσιν ὑπήκοοι, τῶν πόλεων ἀπεχέσθωσαν· ἂν δὲ λάβωσι, Ῥωμαίοις ἀποδιδότωσαν ἀκέραιον.
13 Φρούριον μὴ ἐνοικοδομείτωσαν ἐν τῇ Λατίνῃ. ἐὰν ὡς πολέμιοι εἰς τὴν χώραν εἰσέλθωσιν, ἐν τῇ χώρᾳ μὴ ἐννυκτερευέτωσαν.

XXIII. Τὸ μὲν οὖν Καλὸν ἀκρωτήριον, ἔστι τὸ προκείμενον αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ὡς πρὸς τὰς ἄρκτους·

Monita Polybii de isto fœdere.

2 οὗ καθάπαξ ἐπέκεινα πλεῖν ὡς πρὸς μεσημβρίαν οὐκ οἴονται δεῖν Καρχηδόνιοι τοὺς Ῥωμαίους μακραῖς ναυσὶ, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι γινώσκειν αὐτοὺς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μήτε τοὺς κατὰ τὴν [y] Βυσσάτιν, μήτε τοὺς κατὰ τὴν μικρὰν Σύρτιν τόπους, ἃ δὴ καλοῦσιν [z] Ἐμπορεῖα, διὰ
3 τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας. ἐὰν δέ τις ὑπὸ χειμῶνος ἢ πολεμίων βίᾳ κατενεχθεὶς δέηταί του τῶν ἀναγκαίων πρὸς ἱερὰ καὶ πρὸς ἐπισκευὴν πλοίου, [a] ταῦτα, πάρεξ δὲ μηδὲν, οἴονται δεῖν λαμβάνειν, καὶ κατ' ἀνάγκην ἐν πένθ' ἡμέραις ἀπαλλάττεσθαι τοὺς καθορμισθέντας.
4 Εἰς δὲ Καρχηδόνα, καὶ πᾶσαν τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου τῆς Λιβύης, καὶ Σαρδόνα, καὶ Σικελίαν, ἧς ἐπάρχουσι Καρχηδόνιοι, κατ' ἐμπορίαν πλεῖν Ῥωμαίοις

[x] Λαυρεντίνων ex emend. Ursini est. Libri omnes Ἀρεντίνων. [y] Forsan Βυσσακῖτιν. [z] Vulgo alii h. l. Ἐμπόρια. [a] Vulgo ταῦτα παρέξειν· μηδὲν δὲ οἴονται δεῖν λαμβάνειν κατ' ἀνάγκην· ἐν πέντ' ἡμέραις δὲ ἀπαλλάττ. Correxi ex vett. MStis, et ante κατ' ἀνάγκην cum Perotto inserui copulam καὶ.

rentino, Circeiensi, Tarracinensi, neve ulli alii e Latinis qui sub Romanorum ditione sunt. Etiam eorum urbibus, qui sub ditione Romanorum non sunt, abstinento: sin illarum aliquam ceperint, Romanis sine ulla noxa tradunto. Castellum ullum in Latino agro ne ædificanto. Si cum armis infesti pedem in regione posuerint, in ea ne pernoctanto.

XXIII. Appellatur hic *Pulchrum Promontorium*, quod ipsi Carthagini præjacet et septemtriones spectat: ultra quod meridiem versus nolunt Carthaginienses Romanos navibus longis navigare, quoniam, ut opinor, cognosci ab illis nolebant, neque loca circa *Byzacium*, neque circa *parvam Syrtim*; quæ propter soli ubertatem vocant *Emporia*. Sin aliquis tempestate aut vi hostili eo delatus, re quapiam opus habeat, quæ vel ad sacra facienda vel ad refectionem navium necessaria sit; eam rem ut sibi comparet, æquum censent, sed nihil quidquam præterea: et intra quintum diem necessario discedere jubent hos, qui eo fuerint appulsi. Carthaginem vero, et regionem omnem Africæ cis Pulchrum promontorium, item Sardiniam, et Siciliæ partem Carthaginiensium imperio subjectam, mercaturæ gratia adire licet Romanis: et, jus suum cuique se servatu-

Polybii monita de primo fœdere.

ἔξεστι· καὶ τὸ δίκαιον ὑπισχνοῦνται βεβαιώσειν οἱ Καρχηδόνιοι [b]δημοσίᾳ πίστει. Ἐκ δὲ τούτων τῶν συνθηκῶν, 5
περὶ μὲν Σαρδόνος καὶ Λιβύης ἐμφαίνουσιν ὡς περὶ ἰδίας ποιούμενοι τὸν λόγον· ὑπὲρ δὲ Σικελίας τἀναντία διαστέλλονται ῥητῶς, ὑπὲρ αὐτῶν τούτων ποιούμενοι τὰς συνθήκας, ὅσα τῆς Σικελίας ὑπὸ τὴν Καρχηδονίων πίπτει δυναστείαν. ὁμοίως δὲ καὶ Ῥωμαῖοι περὶ τῆς 6
Λατίνης αὐτῆς χώρας ποιοῦνται τὰς συνθήκας· τῆς δὲ λοιπῆς Ἰταλίας οὐ μνημονεύουσι, διὰ τὸ μὴ πίπτειν ὑπὸ τὴν αὐτῶν ἐξουσίαν.

Alterum Fœdus. A. U. 406.

XXIV. Μετὰ δὲ ταύτας, ἑτέρας ποιοῦνται συνθήκας, ἐν αἷς προσπεριειλήφασι Καρχηδόνιοι Τυρίους καὶ τὸν Ἰτυκαίων δῆμον. πρόσκειται δὲ καὶ τῷ Καλῷ ἀκρω- 2
τηρίῳ, Μαστίᾳ, Ταρσήϊον· ὧν ἐκτὸς οἴονται δεῖν Ῥωμαίους μήτε ληΐζεσθαι, μήτε πόλιν κτίζειν. Εἰσὶ δὲ τοιαῖδέ τινες· Ἐπὶ τοῖσδε φιλίαν εἶναι Ῥωμαίοις καὶ 3
τοῖς Ῥωμαίων συμμάχοις, καὶ Καρχηδονίων καὶ Τυρίων καὶ Ἰτυκαίων δήμῳ, καὶ τοῖς τούτων συμμάχοις. Τοῦ 4
Καλοῦ ἀκρωτηρίου, Μαστίας, Ταρσηΐου, μὴ ληΐζεσθαι ἐπέκεινα Ῥωμαίους, μηδὲ ἐμπορεύεσθαι, μηδὲ πόλιν κτίζειν. Ἐὰν δὲ Καρχηδόνιοι λάβωσιν ἐν τῇ Λατίνῃ 5
πόλιν τινὰ μὴ οὖσαν ὑπήκοον Ῥωμαίοις, τὰ χρήματα καὶ τοὺς ἄνδρας ἐχέτωσαν, τὴν δὲ πόλιν ἀποδιδότωσαν. Ἐὰν δέ τινες Καρχηδονίων λάβωσί τινας, πρὸς οὓς 6

[b] Vocab. δημοσίᾳ abest h. l. a libris nostris. Adjecit Casaub. præeunte Perotto.

ros, publica fide pollicentur Carthaginienses. Apparet autem ex hoc fœdere, sic Carthaginienses loqui de *Sardinia et Africa*, tamquam de sua ditione: de *Sicilia* contra diserte distinguunt, et de ea tantum parte Siciliæ hoc fœdere cavent, quæ Pœnorum dominationem agnoscit. Similiter Romani de solo *Latio* fœdere isto cavent: reliquæ Italiæ mentionem nullam faciunt, ut quæ in potestate illorum non esset.

XXIV. Post hæc, aliud sancitum est inter hos populos fœdus, in quo simul complexi Carthaginienses sunt *Tyrios* et *Uticensem* populum. Pulcro autem promontorio adjecta sunt *Mastia* et *Tarseium:* ultra quæ loca Romanis non permittitur neque prædas facere, neque urbem condere. Verba fœderis sunt hujusmodi: *Amicitia Romanis et Romanorum sociis cum populo Carthaginiensi, Tyriis, et Uticensibus, eorumque sociis, his legibus esto. Romani ultra Pulchrum promontorium, Mastiam et Tarseium prædas ne faciunto, nec ad mercaturam eunto, nec urbem condunto. Si in Latio urbem aliquam Carthaginienses ceperint, quæ sub ditione Romanorum non sit; pecuniam et captivos ipsi habento, urbem reddunto. Si qui Carthaginiensium*

εἰρήνη μέν ἐστιν ἔγγραπτος Ῥωμαίοις, μὴ ὑποτάτ- Alterum Fœdus.
τωνται δέ τι αὐτοῖς, μὴ [c] καταγέτωσαν εἰς τοὺς Ῥω-
μαίων λιμένας· ἐὰν δὲ καταχθέντος ἐπιλάβηται ὁ Ῥω-
7 μαῖος, ἀφιέσθω. ὡσαύτως δὲ μηδ' οἱ Ῥωμαῖοι ποιεί-
8 τωσαν. Ἂν ἔκ τινος χώρας, ἧς Καρχηδόνιοι ἐπάρ-
χουσιν, ὕδωρ ἢ ἐφόδια λάβῃ ὁ Ῥωμαῖος· μετὰ τούτων
τῶν ἐφοδίων μὴ ἀδικείτω μηδένα, πρὸς οὓς εἰρήνη καὶ
9 φιλία ἐστὶ Καρχηδονίοις. [[d] ὡσαύτως δὲ μηδ' ὁ Καρχη-
10 δόνιος] ποιείτω. [e] εἰ δὲ, μὴ ἰδίᾳ μεταπορευέσθω· ἐὰν δέ
11 τις τοῦτο ποιήσῃ, δημόσιον γιγνέσθω τὸ ἀδίκημα. Ἐν
Σαρδόνι καὶ Λιβύῃ μηδεὶς Ῥωμαίων μήτ' ἐμπορευέσθω,
μήτε πόλιν κτιζέτω, [f] *, εἰ μὴ ἕως τοῦ ἐφόδια λαβεῖν, ἢ
πλοῖον ἐπισκευάσαι. ἐὰν δὲ χειμὼν κατενέγκῃ, ἐν πένθ'
12 ἡμέραις ἀποτρεχέτω. Ἐν Σικελίᾳ, ἧς Καρχηδόνιοι
ἐπάρχουσι, καὶ ἐν Καρχηδόνι, πάντα καὶ ποιείτω καὶ
13 πωλείτω, ὅσα καὶ τῷ πολίτῃ ἔξεστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ
ὁ Καρχηδόνιος ποιείτω ἐν Ῥώμῃ.

14 Πάλιν ἐν ταύταις ταῖς συνθήκαις τὰ μὲν κατὰ Monita Polybii.
Λιβύην καὶ Σαρδόνα προσεπιτείνουσιν ἐξιδιαζόμενοι, καὶ
15 πάσας ἀφαιρούμενοι τὰς ἐπιβάθρας Ῥωμαίων. περὶ δὲ
Σικελίας τἀναντία, προσδιασαφοῦσι, περὶ τῆς ὑπ' αὐ-

[c] καταγέτωσαν Vat. Flor. Reg. B. Ceteri vulgo καταγαγέτωσαν. [d] Ex conject. adjeci verba uncis inclusa; quorum in locum, quum absint a libris, lacunæ signum posuerat Casaubonus. [e] εἰ δὲ μὴ jungenda et ab ἰδίᾳ separanda censuit Grotius, et sic distinguunt Flor. Aug. et Reg. A. B. [f] Ubi Asteriscum posui, utique μηδὲ καθορμιζέσθω aut aliquid simile inferendum puto.

aliquos ceperint, quibuscum fœdere scripto juncti sint Romani, qui tamen sub Romanorum imperio non fuerint, hos in populi Romani portus ne deducunto: si quis erit deductus, et manum Romanus injecerit, liber esto. Eodem vero jure et Romani tenentor. Si Romanus ex aliqua regione, quæ sub imperio Carthaginiensium erit, aquam commeatusve sumserit: cum his commeatibus ne cui eorum injuriam facito, quibuscum pax et amicitia est Carthaginiensibus. Similiter Pœnus ne facito. Sin fecerit; ne privatim instituatur ejus persecutio. Sed si quis tale aliquid admiserit, publica ea injuria esto. In Sardinia et Africa neque mercaturam faciat quisquam Romanorum, neque urbem condito; [neve eo appellito,] nisi commeatus accipiendi gratia, vel naves reficiendi. Si tempestas detulerit, intra diem quintum excedito. In Sicilia, ubi Carthaginienses imperaverint, item Carthagine, omnia Romanus facito, et vendito, quæ civi licebit. Idem Romæ Carthaginiensi jus esto.

Rursus in hoc fœdere Carthaginienses contendunt, et quidem majore etiam studio, *Africam Sardiniamque* sibi asserere proprias: omnesque ad illas aditus Romanis præcludunt. Contra, *de Sicilia* cum loquuntur, distinctionem illam adhibent, de ea se lo-

τοὺς ταττομένης. Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥωμαῖοι περὶ τῆς 16
Λατίνης· οὐκ οἴονται δεῖν τοὺς Καρχηδονίους ἀδικεῖν
Ἀρδεάτας, Ἀντιάτας, Κιρκαιΐτας, Ταῤῥακινίτας. αὗ-
ται δ' εἰσὶν αἱ πόλεις αἱ περιέχουσαι παρὰ θάλατταν
τὴν Λατίνην χώραν, ὑπὲρ ἧς ποιοῦνται τὰς συνθήκας.

Fœdus proximum ante bellum Pun. I. A. U. 474.

XXV. Ἔτι τοιγαροῦν, τελευταίας ποιοῦνται συνθή-
κας Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν Πύῤῥου διάβασιν, πρὸ τοῦ
συστήσασθαι τοὺς Καρχηδονίους τὸν περὶ Σικελίας πόλε-
μον. ἐν αἷς τὰ μὲν ἄλλα τηροῦσι πάντα κατὰ τὰς 2
ὑπαρχούσας ὁμολογίας· πρόσκειται δὲ τούτοις τὰ ὑπο-
γεγραμμένα· Ἐὰν συμμαχίαν ποιῶνται πρὸς Πύῤῥον 3
ἔγγραπτον, ποιείσθωσαν ἀμφότεροι, ἵνα ἐξῇ βοηθεῖν
ἀλλήλοις ἐν τῇ τῶν πολεμουμένων χώρᾳ. ὁπότεροι δ' ἂν 4
χρείαν ἔχωσι τῆς βοηθείας, τὰ πλοῖα παρεχέτωσαν
Καρχηδόνιοι, καὶ εἰς τὴν ὁδὸν, καὶ εἰς τὴν ἔφοδον. τὰ
δὲ ὀψώνια τοῖς αὑτῶν ἑκάτεροι. Καρχηδόνιοι δὲ καὶ 5
κατὰ θάλατταν Ῥωμαίοις βοηθείτωσαν, ἂν χρεία ᾖ.
τὰ δὲ πληρώματα μηδεὶς ἀναγκαζέτω ἐκβαίνειν ἀκου-
σίως. Τὸν δὲ ὅρκον ὀμνύειν ἔδει τοιοῦτον· [g] ἐπὶ μὲν τῶν 6
πρώτων συνθηκῶν, Καρχηδονίους μὲν, τοὺς θεοὺς τοὺς
πατρῴους· Ῥωμαίους δὲ, [h] Δία Λίθον, κατά τι πα-
λαιὸν ἔθος· [i] ἐπὶ δὲ τούτων, τὸν Ἄρην καὶ τὸν Ἐνυάλιον.

Juramentum per Jovem lapidem.

Ἐστὶ δὲ τὸ Δία Λίθον, τοιοῦτον· λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα 7

[g] Verba ἐπὶ μὲν τ. π. συνθηκῶν, post Ῥωμαίους δὲ reponenda videntur. [h] Δία λίθον recte edidit Ernesti. Ante eum διὰ λίθου edd. ex Bav. διὰ λίθων Vat. Flor. Aug. Reg. A. [i] ἐπὶ δὲ τούτῳ edd. ex Bav.

qui, quæ sit dominationi ipsorum subjecta. Similiter Romani *de Latio;* cavent enim, ne fiat injuria Ardeatibus, Antiatibus, Circeiensibus, Tarracinensibus: hæc autem sunt oppida Latii, maritima, quæ legibus hujus fœderis volunt esse comprehensa.

XXV. *Postremum* deinde *fœdus* hæ civitates icerunt, *circa Pyrrhi trajectionem*, priusquam de Sicilia bellum a Pœnis esset susceptum. In hoc fœdere omnes conditiones servantur, de quibus in prioribus convenerant. Adjiciunt vero ad illa hæc, quæ sequuntur: *Si societatem cum Pyrrho populus Romanus aut Carthaginiensis fœdere perscripto inierit, fœderis legibus uterque caveto, ut si alterutrius ditionem hostis invaserit, invicem sibi ferre opem liceat. Utriutri vero opus auxilio habuerint, naves a Carthaginiensibus præbentor, et ad iter et ad aggrediendum hostem: stipendia suis utrique danto. Carthaginienses etiam mari, si opus erit, Romanis auxiliantor: socios vero navales nemo invitos navibus exire cogito.* Porro jusjurandum ejusmodi dandum erat. Prioribus fœderibus Carthaginienses quidem per deos patrios jurarunt: Romani vero Jovem lapidem, ex veteri quodam ritu; postremo autem hoc fœdere Martem et Quirinum. *Mos* autem *jurandi Jovem lapidem* talis est. Fecialis, qui jurejurando

λίθον ὁ ποιούμενος τὰ ὅρκια περὶ τῶν συνθηκῶν, ἐπειδὰν
8 ὀμόσῃ δημοσίᾳ πίστει, λέγει τάδε· Εὐορκοῦντι μὲν
ποιεῖν τἀγαθά· εἰ δ' ἄλλως διανοηθείην τι ἢ πράξαιμι,
πάντων τῶν ἄλλων σωζομένων ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσιν, ἐν
τοῖς ἰδίοις νόμοις, ἐπὶ τῶν ἰδίων βίων, ἱερῶν, τάφων, ἐγὼ
9 μόνος ἐκπέσοιμι οὕτως, ὡς ὅδε λίθος νῦν. καὶ ταῦτ'
εἰπὼν, ῥίπτει τὸν λίθον ἐκ τῆς χειρός.

XXVI. Τούτων δὴ τοιούτων ὑπαρχόντων, καὶ τηρου-
μένων τῶν συνθηκῶν ἔτι νῦν ἐν χαλκώμασι παρὰ τὸν
Δία τὸν [k] Καπιτώλιον, ἐν τῷ τῶν ἀγορανόμων ταμιείῳ·
2 τίς οὐκ ἂν εἰκότως θαυμάσειε Φιλίνου τοῦ συγγραφέως,
οὐ διότι ταῦτ' ἠγνόει· (τοῦτο μὲν γὰρ οὐ θαυμαστόν·
ἐπεὶ καθ' ἡμᾶς ἔτι καὶ Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων
οἱ πρεσβύτατοι, καὶ [l] μάλιστα δοκοῦντες περὶ τὰ κοινὰ
3 σπουδάζειν, ἠγνόουν·) ἀλλὰ, πόθεν ἢ πῶς ἐθάῤῥησε
γράψαι τἀναντία τούτοις· διότι Ῥωμαίοις καὶ Καρχη-
δονίοις ὑπάρχοιεν συνθῆκαι, καθ' ἃς ἔδει Ῥωμαίους μὲν
ἀπέχεσθαι Σικελίας ἁπάσης, Καρχηδονίους δὲ Ἰταλίας·
4 καὶ διότι ὑπερέβαινον Ῥωμαῖοι τὰς συνθήκας καὶ τοὺς
ὅρκους, ἐπεὶ ἐποιήσαντο τὴν πρώτην εἰς Σικελίαν διά-
βασιν· μήτε γεγονότος, μήθ' ὑπάρχοντος τὸ παράπαν
5 ἐγγράφου τοιούτου μηδενός. ταῦτα γὰρ ἐν τῇ δευτέρᾳ
λέγει βίβλῳ διαῤῥήδην. περὶ ὧν ἡμεῖς ἐν τῇ παρασκευῇ
τῆς ἰδίας πραγματείας μνησθέντες, εἰς τοῦτον ὑπερ-

Fœderum tabulæ æneæ.

Philini error circa illud fœdus.

[k] Καπετωλίον Vat. Flor. Aug. Reg. A. Καπιτωλῖνον Casaub. cum Ursin. inv. MStis. [l] μάλισθ' οἱ δοκοῦντες edd. ex Bav.

fœdus firmat, lapidem in manus sumit, et, postquam fide publica juravit, hæc dicit: *Si fidem servasso, tum me dii adjuvent: sin sciens fefellero, tum ego, salvis ceteris omnibus in suis patriis, suis legibus, suis penatibus, sacris, sepulcris, solus excidam, ut hic nunc lapis.* His dictis, lapidem manu ejicit.

XXVI. Quum igitur hujusmodi exstent *fœdera*, serventurque etiam nunc, *tabulis æneis inscripta*, apud Jovem Capitolinum *in Ædilium ærario*; quis non jure merito *Philinum* historiæ scriptorem miretur? non quod hæc ignoraverit: (nam id quidem mirum non est; quandoquidem memoria adhuc nostra et Romanorum et Carthaginiensium maximi quique natu, et eorum quæ ad Remp. spectant omnium judicio callentissimi, hæc nesciebant:) sed quo auctore quave ratione sit ausus contraria istis scribere: *inter Romanos et Carthaginienses fœdus intercessisse, ex cujus legibus tenerentur Romani universa Sicilia abstinere, Carthaginienses vero Italia: primosque Romanos fœdus illud et jusjurandum violasse, quando in Siciliam trajecerunt:* quum neque factum umquam fuerit, neque hodie exstet monumentum ullum talis fœderis. Hoc

Philini error circa illud fœdus.

ἐθέμεθα τὸν καιρὸν, κατὰ μέρος περὶ αὐτῶν ἐξεργάσασθαι, διὰ τὸ καὶ πλείους διεψεῦσθαι τῆς ἀληθείας ἐν τούτοις, πιστεύσαντας τῇ Φιλίνου γραφῇ. Οὐ μὴν, 6
ἀλλ' εἰ κατὰ τοῦτό τις ἐπιλαμβάνεται Ῥωμαίων περὶ τῆς εἰς Σικελίαν διαβάσεως, ὅτι καθόλου Μαμερτίνους προσέλαβον εἰς τὴν φιλίαν, καὶ μετὰ ταῦτα δεομένοις ἐβοήθησαν, οἵτινες οὐ μόνον τὴν Μεσσηνίων πόλιν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ῥηγίνων παρεσπόνδησαν, εἰκότως ἂν δόξειε δυσαρεστεῖν. εἰ δὲ παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας 7
ὑπολαμβάνει τις αὐτοὺς πεποιῆσθαι τὴν διάβασιν· ἀγνοεῖ προφανῶς.

Fœdus post bellum Punicum I.

XXVII. Συντελεσθέντος τοίνυν τοῦ περὶ Σικελίας πολέμου, ποιοῦνται συνθήκας ἄλλας, ἐν αἷς τὰ συνέχοντα τῶν ἐγγράπτων ἦν ταῦτα· Ἐκχωρεῖν Καρχηδονίους 2
[m] Σικελίας, καὶ τῶν νήσων ἁπασῶν τῶν κειμένων Ἰταλίας μεταξὺ καὶ Σικελίας. τὴν ἀσφάλειαν ὑπάρχειν 3
παρ' ἑκατέρων τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις· μηδετέρους ἐν 4
ταῖς ἀλλήλων ἐπαρχίαις μηδὲν ἐπιτάττειν, μήδ' ἐποικοδομεῖν δημοσίᾳ, μηδὲ ξενολογεῖν, μηδὲ προσλαμβάνειν εἰς φιλίαν τοὺς ἀλλήλων συμμάχους. ἐξενεγκεῖν Καρ- 5
χηδονίους ἐν ἔτεσι δέκα δισχίλια καὶ διακόσια τάλαντα, παραυτίκα δὲ δοῦναι χίλια. τοὺς αἰχμαλώτους χωρὶς 6
λύτρων ἀποδοῦναι πάντας Καρχηδονίους τοῖς Ῥωμαίοις. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν, λήξαντος τοῦ Λιβυκοῦ πολέμου, 7

[m] Verba Σικελίας, καὶ absunt a Vat. Flor. Aug. Reg. A.

tamen disertis verbis *in secundo Historiarum libro* scribit *Philinus*. Qua de re cum in Præparatione operis nostri mentionem faciebamus, curatiorem hujus quæstionis tractationem in hunc locum rejecimus: quod multi, fidem illius Scriptoris secuti, falsum pro vero sint amplexi. Enimvero, si quis *Romanorum trajectionem in Siciliam* eo nomine reprehendat, quod *Mamertinos, quocumque tandem prætextu, in amicitiam suam acceperint, et mox petentibus opem tulerint;* qui non solum Messaniorum urbem, sed etiam Rhegiensium scelesta fraude interceperant; merito fortasse factum hoc illorum improbaverit. Sin *contra jusjurandum et leges fœderis in Siciliam eos transfretasse* existimaverit; in manifesto errore versabitur.

XXVII. Finito igitur bello Siculo, fœdus aliud factum, cujus præcipuæ conditiones hæ fuerunt: *Carthaginienses Sicilia et omnibus insulis, quæ inter Italiam et Siciliam sunt, decedunto. Utriusque populi socii ab utroque populo tuti sunto. Neuter in alterius populi ditione quidquam imperato; neve publice inædificato, aut militem conducito: neque alterius populi socios alter in amicitiam recipito. Carthaginienses ut intra decem annos duo millia et ducenta talenta conferrent; mille sine mora darent. Captivos sine pretio omnes Romanis Carthaginienses redderent.* Rursus vero postea, finito

Ῥωμαῖοι, Καρχηδονίοις πόλεμον ἐξενέγκαντες ἕως δό-
8 γματος, ἐπισυνθήκας ἐποιήσαντο τοιαύτας· Ἐκχωρεῖν
Καρχηδονίους Σαρδόνος, καὶ προσεξενεγκεῖν ἄλλα χίλια
καὶ διακόσια τάλαντα, καθάπερ ἐπάνω προείπομεν.
9 Ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις, τελευταῖαι πρὸς Ἀσδρούβαν
10 ἐν Ἰβηρίᾳ γίγνονται διομολογήσεις, ἐφ' ᾧ μὴ διαβαί-
νειν Καρχηδονίους ἐπὶ πολέμῳ τὸν Ἴβηρα ποταμόν.
Ταῦθ' ὑπῆρχε τὰ δίκαια Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις,
ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως εἰς τοὺς κατ' Ἀννίβαν καιρούς.

Fœdus post bellum Africum.

Fœdus cum Ardrubale.

XXVIII. Ὥσπερ οὖν τὴν εἰς Σικελίαν διάβασιν Ῥω-
μαίων οὐ παρὰ τοὺς ὅρκους εὑρίσκομεν γεγενημένην·
οὕτως ὑπὲρ τοῦ δευτέρου πολέμου, καθ' ὃν ἐποιήσαντο
τὰς περὶ Σαρδόνος συνθήκας, οὔτε πρόφασιν οὔτ' αἰτίαν
2 εὕροι τις ἂν εὔλογον· ἀλλ' ὁμολογουμένως τοὺς Καρ-
χηδονίους ἠναγκασμένους, παρὰ πάντα τὰ [n] δίκαια, διὰ
τὸν καιρὸν, ἐκχωρῆσαι μὲν Σαρδόνος, ἐξενεγκεῖν δὲ τὸ
3 προειρημένον πλῆθος τῶν χρημάτων. τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ
Ῥωμαίων περὶ τούτων λεγόμενον ἔγκλημα, διότι τοὺς
[o] παρὰ σφῶν πλοϊζομένους ἠδίκουν κατὰ τὸν Λιβυκὸν
πόλεμον, ἐλύθη καθ' οὓς καιροὺς κομισάμενοι παρὰ
Καρχηδονίων ἅπαντας τοὺς κατηγμένους, ἀντεδωρήσαντο
[p] χωρὶς λύτρων ἐν χάριτι τοὺς παρὰ σφίσιν ὑπάρχοντας
4 αἰχμαλώτους. ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς τὰ κατὰ μέρος [q] ἐν τῇ

Monita Polybii de jure Romanorum bello Pun. I.

[n] δικαιώματα Aug. [o] παρ' αὐτῶν Flor. [p] Mendose libri omnes χωρὶς αὐτῶν. [q] βίβλῳ voluerunt Gron. et Reiskius. Possis et ἐν τῇ τρίτῃ πρὸ ταύτης βίβλῳ, aut ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις, suspicari.

bello Africo mercenariorum, quum Romani decreto tenus bellum intulissent Carthaginiensibus, priori fœderi has insuper conditiones adjecerunt: *Decederent Carthaginienses e Sardinia, et mille alia ac ducenta talenta conferrent;* sicut supra diximus. Ista omnia secuta est deinde in Hispania cum Asdrubale inita pactio: *ne belli caussa Iberum amnem transirent Carthaginienses.* Hæ sunt conventiones inter Romanos et Carthaginienses celebratæ, inde a principio, ad tempora usque *Hannibalis.*

XXVIII. Quemadmodum igitur transitu in Siciliam jusjurandum a Romanis fuisse violatum non invenimus: sic alterius belli, quando Sardiniam pacis legibus sibi vindicarunt, nec prætextum nec caussam probabilem aliquis reperiat. Quippe extra controversiam res est, *Carthaginienses necessitate temporum, contra jus, fuisse coactos Sardinia decedere, et tantam pecuniæ vim,* quantam ante commemoravimus, *solvere.* Nam quod de Pœnis queruntur Romani, *multos suorum mercatorum, bello Africo, ab his fuisse injuria affectos;* ea vero culpa dissoluta est, quo tempore Romani a Carthaginiensibus omnes, qui in illorum portus fuerant deducti, receperunt; cum quidem vicissim et ipsi, referendæ gratiæ caussa, quoscunque penes se habuerant Pœnorum captivos, sine pretio illis restituerunt.

πρὸ ταύτης βίβλῳ δεδηλώκαμεν. Τούτων δὴ τοιούτων 5
ὑπαρχόντων, λοιπὸν διευκρινῆσαι [r]δεῖ καὶ σκέψασθαι
περὶ τοῦ κατ' Ἀννίβαν πολέμου, ποτέροις αὐτῶν τὴν
αἰτίαν ἀναθετέον.

Jura Romanorum bello Pun. II.

XXIX. Τὰ μὲν οὖν ὑπὸ Καρχηδονίων τότε ῥηθέντα
δεδηλώκαμεν. τὰ δ' ὑπὸ Ῥωμαίων λεγόμενα νῦν ἐροῦ-
μεν· οἷς τότε μὲν οὐκ ἐχρήσαντο, διὰ τὸν ἐπὶ τῇ Ζα-
κανθαίων ἀπωλείᾳ θυμόν· λέγεται δὲ πολλάκις καὶ

Ratum esse debuit fœdus cum Asdrubale.

ὑπὸ πολλῶν παρ' αὐτοῖς. πρῶτον μὲν, ὅτι τὰς πρὸς 2
Ἀσδρούβαν γενομένας ὁμολογίας οὐκ ἀθετητέον, καθ-
άπερ οἱ Καρχηδόνιοι λέγειν ἐθάῤῥουν. οὐ γὰρ προσ- 3
έκειτο, καθάπερ [s]ἐπὶ τοῦ Λουτατίου, κυρίας εἶναι
ταύτας, ἐὰν καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ τῶν Ῥωμαίων· ἀλλ'
αὐτοτελῶς ἐποιήσατο τὰς ὁμολογίας Ἀσδρούβας, ἐν αἷς
ἦν, τὸν Ἴβηρα ποταμὸν μὴ διαβαίνειν ἐπὶ πολέμῳ Καρ-

Ex superiori fœdere novis etiam sociis cautum erat.

χηδονίους. Καὶ μὴν ἐν ταῖς περὶ Σικελίας συνθήκαις 4
ἦν ἔγγραπτον, καθάπερ κἀκεῖνοι φασὶν, ὑπάρχειν τοῖς
ἀμφοτέρων συμμάχοις τὴν παρ' ἑκατέρων ἀσφάλειαν·
οὐκ αὐτοῖς μόνον τοῖς τότε συμμαχοῦσι, καθάπερ ἐποι-
οῦντο τὴν ἐκδοχὴν οἱ Καρχηδόνιοι· προσέκειτο γὰρ ἂν, 5
ἤτοι τὸ, μὴ προσλαμβάνειν ἑτέρους συμμάχους παρὰ
τοὺς [t]ὑπάρχοντας, ἢ τὸ, μὴ [u]περιλαμβάνεσθαι τοὺς

[r] δεῖ abest Vat. Flor. Aug. Reg. A. [s] Sic correxi. Libri omnes ἐπὶ τοὺς Λουτ. Sed Casaub. cum Ursino ἐπὶ ταῖς Λουτ. pro quo mallem ταῖς ἐπὶ Λουτ. [t] προϋπάρχοντας ex solo Aug. in Edit. Basil. et inde in seqq. est receptum. Teneri debet ὑπάρχοντας, in quod cum ed. 1. consentiunt ceteri codd. omnes. [u] περιλαμβ. correxi ex conject. Vulgo omnes παραλαμβ.

Quibus de rebus in superioribus libris particulatim exposuimus. Quæ quum ita sint, superest ut videamus, diligenterque inquiramus, *ad utros illorum caussa hujus belli, quod duce Hannibale gestum est, sit referenda?*

XXIX. Ac Carthaginienses quidem super ea re quid dixerint, ante ostendimus. *Romani* vero ad quæ jura provocarint, nunc exponemus. Nam etsi illi quidem tunc temporis, ob Sagunti exscisionem ira æstuantes, nihil horum in medium attulerunt; tamen et sæpe et a multis illorum proferuntur. Primum quidem, initas cum Asdrubale conventiones pro irritis non esse habendas, quemadmodum ausi sunt Carthaginienses dicere. Nullam enim ejusmodi exceptionem adjectam fuisse, qualem in Lutatii pace: *ita fore ratam, si et populo Romano visum esset.* Sed Asdrubalem plena atque absoluta auctoritate conditiones ejus pacis probasse, quibus cavebatur, *ne belli caussa Iberum amnem Carthaginienses transirent.* Jam vero in pace qua de Sicilia transactum est, scriptum erat, quod et illi fatentur; *utriusque populi socii ab utroque populo tuti sunto:* non solum ii, qui *tunc* socii essent; quemadmodum Carthaginienses interpretantur. Sic enim additum fuisset, vel, *ut socios novos adsciscere jus ne esset:* vel, *hoc fœdere*

6 ὕστερον προσληφθέντας τούτων τῶν συνθηκῶν. ὅτε δὲ
τούτων οὐδέτερον ἐγράφη, προφανὲς ἦν, [u]ὅτι πᾶσι τοῖς
ἑκατέρων συμμάχοις, καὶ τοῖς οὖσι τότε, καὶ τοῖς μετὰ
ταῦτα προσληφθησομένοις, τὴν παρ' ἀμφοῖν ἀσφάλειαν
7 ἀεὶ δέον ἦν ὑπάρχειν. Ὃ δὴ καὶ πάντως ἂν εἰκὸς εἶναι
δόξειεν. οὐ γὰρ δήπου τοιαύτας ἔμελλον ποιήσεσθαι
συνθήκας, δι' ὧν ἀφελοῦνται τὴν ἐξουσίαν σφῶν αὐτῶν
τοῦ προσλαμβάνειν, κατὰ καιροὺς, ἄν τινες ἐπιτήδειοι
8 φανῶσιν αὐτοῖς φίλοι καὶ σύμμαχοι· οὐδὲ μὴν, προσλα-
βόντες εἰς τὴν σφετέραν πίστιν, περιόψεσθαι τούτους, ὑπό
9 τινων ἀδικουμένους. ἀλλ' ἦν ἀμφοτέρων τὸ συνέχον τῆς
ἐννοίας, τῆς ἐν ταῖς συνθήκαις· τῶν μὲν ὑπαρχόντων
ἀμφοτέροις τότε συμμάχων ἀφέξεσθαι, καὶ κατὰ μηδ-
ένα τρόπον τοὺς ἑτέρους παρὰ τῶν ἑτέρων ἐπιδέξασθαί
10 τινας τούτων εἰς συμμαχίαν· περὶ δὲ τῶν μετὰ ταῦτα
προσληφθησομένων, αὐτὸ τοῦτο, τὸ, μὴ ξενολογεῖν, μήτ' ἐπιτάττειν μηδετέρους μηδὲν ἐν ταῖς ἀλλήλων ἐπαρχίαις καὶ συμμαχίαις· ὑπάρχειν τε τὴν ἀσφάλειαν πᾶσι τὴν παρ' ἀμφοῖν.

Novis etiam sociis cautum erat.

XXX. Τούτων δὴ τοιούτων ὑπαρχόντων, ὁμολογούμενον ἦν κἀκεῖνο· διότι Ζακανθαῖοι πλείοσιν ἔτεσιν ἤδη πρότερον τῶν κατ' Ἀννίβαν καιρῶν ἐδεδώκεισαν αὐτοὺς
2 εἰς [x]τὴν Ῥωμαίων πίστιν. σημεῖον δὲ τοῦτο μέγιστον,
καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς Καρχηδονίοις ὁμολογούμενον· ὅτι

Saguntini ante tempora Hannibalis socii erant Romanorum.

[u] ὅτι πᾶσι ex emend. Ursini est et ex Reg. B. Veteres libri omnes mend. ἔτι πᾶσι. [x] τὴν τῶν Ῥωμαίων Vat. Flor.

eos non comprehendi, qui ad societatem post pacem factam accessissent. Quandoquidem vero horum neutrum sit adjectum, perspicuum est, oportuisse, *ut omnes utriusque populi socii, et qui tunc erant, et qui postea assumerentur, ab utroque populo tuti essent.* Idque et omnino rationi consentaneum videri debet. Neque enim ejusmodi pacem profecto erant facturi, per quam libertate privarentur, assumendi eos, qui pro temporum occasionibus utiles amici ac socii viderentur; neque, si quos in fidem suam recepissent, eos, injuria ab aliis affectos, erant neglecturi. Quin imo populi utriusque mens ac sententia in illo fœdere fuit, super sociis quidem quos jam alteruter haberet, ut iis alter abstineret, neque ulla ratione alter alterius socium aliquem reciperet in societatem: de iis vero qui postea essent assumendi, hoc ipsum cautum est, *ne militem conduceret aut quidquam imperaret alter in alterius provinciis, et sociis populis:* et, *ut omnes tuti essent ab utrisque.*

XXX. Hæc quum ita se habeant, etiam illud in confesso erat, *Saguntinos pluribus annis ante Hannibalis tempora in Romanorum fidem se dedidisse.* Cujus rei maximum hoc documentum est, vel ipsorum Carthagini-

στασιάσαντες Ζακανθαῖοι πρὸς σφᾶς, οὐ Καρχηδονίοις
ἐπέτρεψαν, καίπερ ἐγγὺς ὄντων αὐτῶν, καὶ τὰ κατὰ
τὴν Ἰβηρίαν ἤδη πραττόντων, ἀλλὰ Ῥωμαίοις, καὶ διὰ
τούτων ἐποιήσαντο τὴν κατόρθωσιν τῆς πολιτείας. Δι- 3

Alio respectu, injuste bellum Pun. II. inceperunt Pœni.

όπερ, εἰ μέν τις τὴν Ζακάνθης ἀπώλειαν αἰτίαν τίθησι
τοῦ πολέμου, συγχωρητέον, ἀδίκως ἐξενηνοχέναι τὸν πό-
λεμον Καρχηδονίους· κατά τε τὰς ἐπὶ τοῦ Λουτατίου
συνθήκας, καθ' ἃς ἔδει τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις τὴν
ὑφ' ἑκατέρων ὑπάρχειν ἀσφάλειαν· κατά τε τὰς ἐπ'
Ἀσδρούβου, καθ' ἃς οὐκ ἔδει διαβαίνειν τὸν Ἴβηρα

Alio respectu, jure.

ποταμὸν ἐπὶ πολέμῳ Καρχηδονίους. εἰ δὲ τὴν Σαρδόνος 4
ἀφαίρεσιν καὶ τὰ σὺν ταύτῃ χρήματα· πάντως ὁμολο-
γητέον, εὐλόγως πεπολεμηκέναι τὸν κατ' Ἀννίβαν πό-
λεμον τοὺς Καρχηδονίους· καιρῷ γὰρ πεισθέντες, ἠμύ-
νοντο σὺν καιρῷ τοὺς βλάψαντας.

Cur his immoratus sit Polybius.

XXXI. Ἔνιοι δὲ τῶν ἀκρίτως τὰ τοιαῦτα θεωμένων
τάχα ἂν φήσαιεν, ἡμᾶς οὐκ ἀναγκαίως ἐπὶ πλεῖον
ἐξακριβοῦν τοὺς ὑπὲρ τῶν τοιούτων λόγους. Ἐγὼ δ', εἰ 2
μέν τις ὑπείληφε πρὸς πᾶσαν περίστασιν αὐτάρκης
ὑπάρχειν, καλὴν μὲν, οὐκ ἀναγκαίαν δ' ἴσως, φήσαιμ'
ἂν, εἶναι τὴν τῶν προγεγονότων ἐπιστήμην. εἰ δὲ 3
μηδεὶς ἂν, μήτε περὶ τῶν κατ' ἰδίαν, μήτε περὶ τῶν
κοινῶν, τολμῆσαι τοῦτ' εἰπεῖν, ἄνθρωπος ὤν· διὰ τὸ, κἂν
κατὰ τὸ παρὸν εὐτυχῇ, τήν γε περὶ τοῦ μέλλοντος

ensium testimonio: quod exorta Sagunti inter cives seditione, arbitrium discordiarum suarum non permisere Carthaginiensibus; qui tamen et vicini erant, et res in Hispania jam tum gerebant; sed Romanis: quorum opera usi sunt in componendo civitatis suæ statu. Quare, si quis belli hujus caussam *Sagunti excidium* statuat, concedendum necessario, *Carthaginienses injuste bellum istud suscepisse*: sive pacem Lutatio Consule factam spectes, per quam utriusque populi socios ab utrisque tutos esse oportuit; sive pacta cum Asdrubale inita, per quæ non licuit Carthaginiensibus belli caussa amnem Iberum transire. Sin belli caussam statuas *ademtam Sardiniam, et pecuniam simul extortam*: fatendum omnino, *justam Carthaginienses habuisse caussam* ejus belli gerendi, quod duce Hannibale fuit gestum: nam, postquam tempori cesserant, rursus commodo tempore ultum iverunt eos, qui ipsis injuriam fecerant.

XXXI. Sed dicet fortasse aliquis ex eorum numero, qui in lectione Historiarum nullo judicio versari solent; nihil fuisse caussæ, cur in hoc sermone diutius immoraremur. Enimvero, si quis putaverit satis sibi in se uno esse præsidii adversus omnes casus; huic ego notitiam rerum ante gestarum honestam quidem, at non fortasse necessariam, fore duxerim. Sed quando homo natus nemo id dicere ausit, neque de privata sua, neque de publica re; quoniam, licet præsenti fruatur felicitate, de futuro

ἐλπίδα [y] μηδένα τῶν νοῦν ἐχόντων ποτ' ἂν εὐλόγως
4 βεβαιώσασθαι· οὐ μόνον καλὴν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀναγ-
καίαν εἶναί φημι διὰ ταῦτα τὴν τῶν παρεληλυθότων
5 ἐπίγνωσιν. Πῶς γὰρ ἂν, εἴ τε αὐτὸς ἀδικούμενός τις,
ἢ τῆς πατρίδος ἀδικουμένης, βοηθοὺς εὕροι καὶ συμ-
μάχους; εἴ τε κτήσασθαί τι καὶ προκατάρξασθαι
σπουδάζων, τοὺς συνεργήσοντας αὐτῷ παρορμῆσαι πρὸς
6 τὰς ἐπιβολάς; πῶς δ' ἂν, εὐδοκούμενος τοῖς ὑποκειμέ-
νοις, τοὺς βεβαιώσοντας τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν καὶ δια-
φυλάξοντας τὴν κατάστασιν παροξῦναι δικαίως, εἰ
μηδὲν εἰδείη τῆς τῶν προγεγονότων περὶ ἑκάστους ὑπο-
7 μνήσεως; Πρὸς μὲν γὰρ τὸ παρὸν ἀεί πως ἁρμοζό-
μενοι, καὶ συνυποκρινόμενοι, τοιαῦτα καὶ λέγουσι καὶ
πράττουσι πάντες, ὥστε δυσθεώρητον εἶναι τὴν ἑκάστου
προαίρεσιν, καὶ λίαν ἐν πολλοῖς ἐπισκοτεῖσθαι τὴν
8 ἀλήθειαν. τὰ δὲ παρεληλυθότα τῶν ἔργων, ἐξ αὐτῶν
τῶν πραγμάτων λαμβάνοντα τὴν δοκιμασίαν, ἀληθινῶς
ἐμφαίνει τὰς ἑκάστων αἱρέσεις καὶ διαλήψεις, καὶ
δηλοῖ παρ' οἷς μὲν χάριν, εὐεργεσίαν, βοήθειαν ἡμῖν
9 ὑπάρχουσαν, παρ' οἷς δὲ τἀναντία τούτων. ἐξ ὧν καὶ
τὸν ἐλεήσοντα, καὶ τὸν [z] συνοργιζόμενον, ἔτι δὲ τὸν
δικαιώσοντα, πολλάκις καὶ ἐπὶ πολλῶν εὑρεῖν ἐστιν.

Rerum præteritarum cognitio, ad res nunc gerendas necessaria.

[y] Mendose veteres libri omnes sic fere: μηδένα τῶν νῦν ποτ' ἂν εὐλόγως βεβαιώσασθαι τῶν νοῦν ἐχόντων. [z] συνοργισομένον sua auctoritate edidit Casaub.

tamen sanæ mentis nemo certam spem sibi sit sponsurus: idcirco *præteritarum rerum cognitionem, non modo honestam, verum etiam necessariam,* pronuntiare equidem non verear. Nam, sive ipse aut patria ipsius injuriam a quoquam acceperint, qua ratione adjutores et socios sibi conciliaverit? sive acquirere sibi aliquid, et prior ipse belli initium facere cogitet; quî alios incitaverit, ut sua incepta velint ire adjutum? Quomodo denique, si rebus præsentibus acquiescat, alios impulerit, ut quam ipse formam Reip. probat, eam adfirmare velint, neque sollicitari statum civitatis patiantur; si ex rerum apud quosque ante gestarum memoria nihil habeat compertum? Etenim præsenti tempori se accommodantes, simulantes ac dissimulantes, ita agunt semper et loquuntur omnes, ut, quæ sint illorum voluntates atque consilia, difficile sit cognoscere, atque multis in rebus veritas obscuretur. At præterita facta, de quibus ex ipso exitu judicare licet, voluntates ac cogitationes cujusque vere palam faciunt; ostenduntque nobis, a quibus gratiam, beneficium, auxilium sperare; a quibus contraria metuere debeamus. Ex quo sæpe in multis est intelligere, quis tuos casus sit miseraturus; cui iram facta tibi injuria sit expressura; quis denique in auctorem injuriæ sit animadversurus. Quæ omnia ad communem

In Historia, caussæ et adjuncta et consequentia debent exponi.

ἅπερ ἔχει μεγίστας ἐπικουρίας, καὶ κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ, 10
πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον. Διόπερ οὐχοῦ τως ἐστὶ φρον- 11
τιστέον τῆς αὐτῶν τῶν πράξεων ἐξηγήσεως, οὔτε τοῖς
γράφουσιν, οὔτε τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰς ἱστορίας, ὡς
τῶν [a]πρότερον, καὶ τῶν ἅμα, καὶ τῶν ἐπιγιγνομένων
τοῖς ἔργοις. Ἱστορίας γὰρ ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ διὰ τί, 12
καὶ πῶς, καὶ τίνος χάριν [b]ἐπράχθη, καὶ τὸ πραχθὲν
πότερα εὔλογον ἔσχε τὸ τέλος· τὸ καταλειπόμενον
αὐτῆς, ἀγώνισμα μὲν, μάθημα δὲ οὐ γίγνεται· καὶ 13
παραυτίκα μὲν τέρπει, πρὸς δὲ τὸ μέλλον οὐδὲν ὠφελεῖ
τὸ παράπαν.

Molem operis sui excusat auctor.

XXXII. Ἧι καὶ τοὺς ὑπολαμβάνοντας, δύσκτητον
εἶναι καὶ δύσγνωστον τὴν ἡμετέραν πραγματείαν, διὰ
τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τῶν βίβλων, ἀγνοεῖν νομι-
στέον. πόσῳ γὰρ ῥᾷόν ἐστι καὶ κτήσασθαι καὶ [c]δια- 2
γνῶναι βίβλους τετταράκοντα, καθαπερανεὶ [d]κατὰ
μίτον ἐξυφασμένας· καὶ παρακολουθῆσαι σαφῶς ταῖς
μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν καὶ Λιβύην πρά-
ξεσιν, ἀπὸ τῆς τῶν κατὰ Πύῤῥον [e]ὑπὸ Τιμαίου συγ-
γραφέντων καιρῶν ἐξηγήσεως εἰς τὴν Καρχηδόνος ἅλω-
σιν· ταῖς δὲ κατὰ τὴν ἄλλην οἰκουμένην, ἀπὸ τῆς 3
Κλεομένους τοῦ Σπαρτιάτου φυγῆς, κατὰ τὸ συνεχὲς,

[a] Vulgo alii προτέρων. [b] Malim cum Reiskio ἐπράχθη τὸ πραχθὲν, καὶ πότερα εὐλ. [c] An διαναγνῶναι? [d] κατὰ μίτον ex Reg. B. ex conject. Ursini edidit Casaub. Veteres codd. omnes mendose κατάμικτον. [e] ὑπὸ Τιμαίου ex Casaub. emendatione est. Possis et Τιμαίῳ cum Ursino legere. Scripti libri omnes καὶ Τίμαιον. Præterea Vat. et Flor. sic: ἀπὸ τῶν κατὰ Πύῤῥον καὶ Τίμαιον συγγραφέων καὶ καιρῶν ἐξηγήσεως. Quod vide an verum sit, dummodo inter ἀπὸ et τῶν inseratur τῆς.

hominum vitam, qua privatim, qua publice, magno cumprimis subsidio esse queant. Quamobrem, nec qui scribunt, nec qui legunt Historias, tantopere ad ea per se, quæ sunt gesta, par est attendere; quam ad ea, quæ ante acciderant, quæque simul evenere, aut res transactas sunt consecuta. Quippe si tollas ex Historia, *qua caussa, quo modo, quo consilio quidque fuerit gestum, denique an probabilem exitum res suscepta habuerit;* quod superest illius, ludicrum spectaculum est, non autem opus ad erudiendum lectorem comparatum: et in præsens quidem oblectationem, in posterum vero utilitatem nullam omnino afferre potest.

XXXII. Quare et errant illi, si qui opus nostrum, propter numerum amplitudinemque librorum, et comparatu et lectu difficile putant. Quanto enim est facilius, parare sibi et perlegere libros XL, continuo filo detextos, ex quibus recta serie res in Italia, in Sicilia, in Africa, inde a temporibus in quibus desinunt *Timæi de Pyrrho historiæ*, usque ad captam Carthaginem, gestas; in ceteris vero orbis partibus, quæ a Cleomenis fuga, Sparta-

Molem operis sui excusat auctor.

μέχρι τῆς Ἀχαιῶν καὶ Ῥωμαίων περὶ τὸν ἰσθμὸν
παρατάξεως· ἢ τὰς τῶν κατὰ μέρος [f]γραφόντων συν-
4 τάξεις ἀναγινώσκειν ἢ κτᾶσθαι; χωρὶς γὰρ τοῦ πολλα-
πλασίους αὐτὰς ὑπάρχειν τῶν ἡμετέρων ὑπομνημάτων,
οὐδὲ καταλαβεῖν ἐξ αὐτῶν βεβαίως οὐδὲν οἷόν τε τοὺς
ἀναγινώσκοντας· πρῶτον μὲν, διὰ τὸ τοὺς πλείστους μὴ
5 ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν γράφειν· εἶτα, διὰ τὸ τὰς κατ-
αλλήλους τῶν πράξεων παραλιπεῖν· ὧν ἐκ παραθέσεως
συνθεωρουμένων καὶ συγκρινομένων, ἀλλοιοτέρας ἕκαστα
τυγχάνει δοκιμασίας τῆς κατὰ μέρος διαλήψεως· τῶν
δὲ κυριωτάτων μηδὲ ψαύειν αὐτοὺς δύνασθαι τὸ πα-
6 ράπαν. Ἀκμὴν γὰρ φαμὲν ἀναγκαιότατα μέρη τῆς
ἱστορίας εἶναι, τά τ' ἐπιγιγνόμενα τοῖς ἔργοις, καὶ
τὰ παρεπόμενα, καὶ μάλιστα [g]τὰ περὶ τὰς αἰτίας.
7 θεωροῦμεν δὲ τὸν μὲν Ἀντιοχικὸν πόλεμον ἐκ τοῦ
Φιλιππικοῦ τὰς ἀφορμὰς εἰληφότα· τὸν δὲ Φιλιππικὸν,
ἐκ τοῦ κατ' Ἀννίβαν· τὸν δ' [h]Ἀννιβιακὸν, ἐκ τοῦ περὶ
Σικελίαν· τὰ δὲ μεταξὺ τούτων, πολλὰς καὶ ποικίλας
ἐσχηκότα διαθέσεις, πάσας δὲ συννευούσας πρὸς τὴν
8 αὐτὴν ὑπόθεσιν. Ταῦτα δὴ πάντα διὰ μὲν τῶν γρα-
φόντων καθόλου δυνατὸν ἐπιγνῶναι καὶ μαθεῖν· διὰ δὲ
τῶν τοὺς πολέμους αὐτοὺς, οἷον Περσικὸν, ἢ τὸν Φιλιπ-

Fructus Historiæ Universalis.

[f] γραφόντων ex conject. posui, pro vulg. γραφέντων. [g] τὰ post μάλιστα abest a libris, adjectum a Casaub. [h] Ἀννιβαϊκὸν h. l. Bav. Aug. Reg. A.

norum regis, ad pugnam usque Achæorum et Romanorum ad Isthmum pugnatam, persequi et perspicue cognoscere valeas: quam illorum libros vel legere vel tibi comparare, qui separatim res easdem sunt persecuti. Nam, ut taceam, quod multis partibus nostri Commentarii mole illorum scriptorum superantur; ne capere quidem certi quidquam lectores ex illis possunt: primum, quia plerique eorum de rebus iisdem non eadem scribunt: deinde quia res eodem tempore alibi gestas prætermittunt; quas si invicem compares et contendas, aliud de singulis judicium feras, quam, separatim illa intuens, cogitaveras. Accedit, quod ne possunt quidem omnino scriptores illi vel attingere quæ maximi sunt momenti. Partes enim quam maxime necessarias Historiæ esse dicimus, quæ res gestas sunt secuta, aut easdem dum gererentur comitata sunt; maxime autem, antecedentes caussas. Sic intelligimus, bello Antiochico Philippicum præbuisse occasionem; Philippico Hannibalicum; huic, præcedens Siculum: tum, quæ inter ista bella acciderunt, quæ multa quidem et diversi generis fuerunt, cuncta ad eamdem summam tendere videmus. Hæc igitur omnia ex *universali* quidem *Historia* recte capias discasque: ex iis vero qui singula bella separatim descripserunt, Persicum, puta, aut Phi-

Fructus historiæ universalis.

πικὸν, ἀδύνατον. εἰ μὴ καὶ τὰς παρατάξεις τις ἀναγι- 9
νώσκων αὐτὰς ἐξ ὧν ἐκεῖνοι συγγράφουσιν, ὑπολαμβάνοι
σαφῶς ἐπεγνωκέναι καὶ τὴν τοῦ πολέμου τοῦ σύμπαντος
οἰκονομίαν καὶ διάθεσιν. ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων οὐδέν·
ἀλλ' ὅσῳ διαφέρει τὸ μαθεῖν τοῦ μόνον ἀκοῦσαι, το- 10
σούτῳ καὶ τὴν ἡμετέραν ἱστορίαν ὑπολαμβάνω διαφέρειν
τῶν ἐπὶ μέρος συντάξεων.

A. U. 535.

Optionem pacis et belli Pœnis dant Romani.

XXXIII. Οἱ δὲ παρὰ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις (τὴν
γὰρ παρέκβασιν ἐντεῦθεν ἐποιησάμεθα) διακούσαντες τὰ
παρὰ τῶν Καρχηδονίων, ἄλλο μὲν οὐδὲν [i] εἶπον. ὁ δὲ 2
πρεσβύτατος αὐτῶν, δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸν
κόλπον· [k]Ἐνταῦθα καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς, ἔφη, καὶ
τὴν εἰρήνην φέρειν· [l]ἐκβαλὼν οὖν, ὁπότερον ἂν κελεύ-
σωσιν, ἀπολείψειν. ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Καρχηδονίων, 3
ὁπότερον αὐτοῖς φαίνεται, τοῦτ' ἐκβαλεῖν ἐκέλευσε. τοῦ 4
δὲ Ῥωμαίου φήσαντος, τὸν πόλεμον ἐκβαλεῖν· ἀνεφώνη-
σαν ἅμα καὶ πλείους τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου, δέχεσθαι
φάσκοντες. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις καὶ τὸ συνέδριον ἐπὶ
τούτοις ἐχωρίσθησαν. Ἀννίβας δὲ, παραχειμάζων ἐν 5
Καινῇ πόλει, πρῶτον μὲν διαφῆκε τοὺς Ἴβηρας ἐπὶ τὰς
ἑαυτῶν πόλεις, βουλόμενος ἑτοίμους καὶ προθύμους πα-
ρασκευάζειν πρὸς τὸ μέλλον. δεύτερον δ' Ἀσδρούβᾳ 6
τἀδελφῷ διέταξε, πῶς δεήσει τῇ τε τῶν Ἰβήρων ἀρχῇ

Hannibal parat expeditionem in Italiam.

[i] εἶπαν Vat. [k] Alii vulgo ἐντεῦθεν. [l] Vulgo edd. ἐκβαλεῖν οὖν, ὁπότερον ἂν κελεύσωσιν ἀπολήψειν. Et ante ἀπολήψειν asteriscum posuit Casaub.

lippicum, nequaquam. Nisi forte quis putet, ubi ex horum historiis nudas pugnarum descriptiones legerit, totius etiam belli administrationem rationemque penitus exploratam se habere. Quod quum nullo modo fieri possit; equidem Historiam nostram tantum præstare rerum singularum narrationibus existimo, quanto præstantius est *scire*, quam dumtaxat *audisse*.

XXXIII. *Romani legati*, (redeo enim illuc, unde sum digressus,) auditis quæ afferebant Carthaginienses, aliud quidem nihil dixerunt. Verum maximus natu inter illos, sinum ostendens iis qui concilio intererant: *Hic et bellum et pacem*, ait, *se eis adferre; excussurum igitur utrum ipsi jusserint, eisque relicturum*. Rex Carthaginiensium, *utrum visum illis foret, promere* jussit. Quumque dixisset Romanus, *bellum se promturum:* a pluribus simul e senatorum numero, *accipere se*, succlamatum est. His peractis legati et senatus in diversa abierunt. *Hannibal* interim, Carthagine nova hibernans, Hispanos ante omnia domos dimisit: cupiens illos ad futuram expeditionem promtos atque alacres reddere. Præcepta deinde *Asdrubali* fratri dedit, quomodo Hispanis recte imperaturus dominaturusque esset, quove

καὶ δυναστείᾳ χρῆσθαι, ταῖς τε πρὸς Ῥωμαίους παρα- A. U. 535.
7 σκευαῖς, ἐὰν αὐτὸς χωρίζηταί που. Τρίτον ὑπὲρ τῆς
8 ἀσφαλείας τῶν ἐν Λιβύῃ προὐνοεῖτο πραγμάτων. πάνυ
δ' ἐμπείρως καὶ φρονίμως ἐκλογιζόμενος, ἐκ μὲν Λιβύης
εἰς Ἰβηρίαν, ἐκ δ' Ἰβηρίας εἰς Λιβύην διεβίβαζε στρα-
τιώτας, ἐκδεσμεύων τὴν ἑκατέρων πίστιν εἰς ἀλλήλους
9 διὰ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας. ἦσαν δ' οἱ διαβάντες εἰς
τὴν Λιβύην [m]Θερσῖται, Μαστιανοὶ, πρὸς δὲ τούτοις,
10 [n]ὀρεῖται Ἴβηρες, Ὀλκάδες. οἱ δὲ σύμπαντες ἀπὸ τού-
των τῶν ἐθνῶν, ἱππεῖς μὲν χίλιοι διακόσιοι, πεζοὶ δὲ
μύριοι τρισχίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα. πρὸς δὲ τού-
11 τοις, [o]Βαλιαρεῖς· οὓς κυρίως μὲν καλοῦσι σφενδονήτας,
ἀπὸ δὲ τῆς χρείας ταύτης συνωνύμως καὶ τὸ ἔθνος αὐτῶν
12 προσαγορεύουσι, καὶ τὴν νῆσον. Τῶν δὲ προειρημένων
τοὺς μὲν πλείους εἰς τὰ Μεταγώνια τῆς Λιβύης, τινὰς δ'
13 εἰς αὐτὴν Καρχηδόνα [p]κατέταξεν. ἀπὸ δὲ τῶν πόλεων
τῶν Μεταγωνιτῶν καλουμένων, [q]ἀπέστειλεν ἄλλους εἰς
Καρχηδόνα πεζοὺς τετρακισχιλίους, ὁμηρείας ἔχοντας
14 καὶ βοηθείας ἅμα τάξιν. Ἐπὶ δὲ τῆς Ἰβηρίας ἀπέ-
λιπεν Ἀσδρούβᾳ [r]τἀδελφῷ πεντήρεις μὲν πεντήκοντα,
τετρήρεις δὲ δύο, καὶ τριήρεις πέντε· τούτων ἐχούσας
πληρώματα, πεντήρεις μὲν τριάκοντα δύο, τριήρεις δὲ

Africam præsidio Hispanorum firmat.

Hispaniæ præsidia petit ex Africa.

[m] Fors. Ταρσηῖται. [n] Ὀρῆτες Vat. Flor. An Ὠρῆται vel Ὠρεῖται Ἴβηρες? [o] Ad Βαλιαρεῖς utique excidisse videtur numerus ωό, quem ex Livio adjecit Perott. [p] Vulgo κατέταξαν edd. ex Bav. [q] ἀπέστειλαν ediderat Casaub. ex conject. [r] τῷ ἀδελφῷ Flor.

modo adversus Romanos se comparare deberet, si forte ipse alio discessisset. Tertia Hannibalis cura erat, ut *securitati Africæ* prospiceret. Quam ad rem cauto admodum ac prudente consilio usus, ex Africa in Hispaniam, ex Hispania vero in Africam milites trajecit: hac ratione fidem populorum utrorumque mutuo inter ipsos vinculo alligans. Qui in Africam transierunt, sunt: *Thersitæ,* [f. *Tarseienses,*] *Mastiani,* tum *montani Hispani,* [an, *Oretani?*] et *Olcades.* Fuere omnino ex his gentibus collecti equites mille ducenti: pedites vero octingenti quinquaginta supra tredecim millia. Erant et *Baleares* insuper; quod quidem nomen *funditores* proprie significat: sed, quod fundis præcipue utuntur qui illam insulam incolunt, eodem nomine et ipse populus et insula appellatur. Istorum autem, quos dixi, majori parti in *Metagonia* Africæ statio est assignata: nonnullis in ipsa urbe Carthagine. Ab oppidis autem *Metagonitarum,* qui vulgo dicuntur, pedites alios quater mille *Carthaginem* jussit proficisci; ut simul obsidum, simul præsidii loco essent. In *Hispania* vero fratri *Asdrubali* reliquit quinqueremes quinquaginta, quadriremes duas, triremes quinque: ex quibus navigiis remigio instructæ erant quinqueremes triginta duæ, triremes quinque. Equi-

A. U. 535.

πέντε. καὶ μὴν ἱππεῖς, Λιβυφοινίκων μὲν καὶ Λιβύων, 15
τετρακοσίους πεντήκοντα· [s] Λεργητῶν δὲ, τριακοσίους·
Νομάδων δὲ [t] Μασσυλέων καὶ [u] Μασσαισυλίων καὶ
[x] Μακκαίω καὶ Μαυρουσίων τῶν παρὰ τὸν ὠκεανὸν,
χιλίους ὀκτακοσίους· πεζοὺς δὲ Λιβύων μυρίους χιλίους 16
ὀκτακοσίους πεντήκοντα, Λιγυστινοὺς τριακοσίους, Βα-

Tabulæ æneæ Hannibalis in Lacinio.

λιαρεῖς πεντακοσίους, ἐλέφαντας εἴκοσι καὶ ἕνα. Οὐ 17
χρὴ δὲ θαυμάζειν τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἀναγραφῆς, εἰ
τοιαύτῃ κεχρήμεθα περὶ τῶν ὑπ' Ἀννίβου κατ' Ἰβηρίαν
πεπραγμένων, οἵᾳ μόλις ἂν χρήσαιτό τις αὐτὸς κε-
χειρικὼς τὰς κατὰ μέρος πράξεις· οὐδὲ προκαταγι-
νώσκειν, εἰ πεποιήκαμεν παραπλήσιον τοῖς ἀξιοπίστως
ψευδομένοις τῶν συγγραφέων. ἡμεῖς γὰρ εὑρόντες ἐπὶ 18
Λακινίῳ τὴν γραφὴν ταύτην ἐν χαλκώματι κατατετα-
γμένην ὑπ' Ἀννίβου, καθ' οὓς καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν
Ἰταλίαν τόποις ἀνεστρέφετο, πάντως ἐνομίσαμεν αὐτὴν
περί γε τῶν τοιούτων ἀξιόπιστον εἶναι· διὸ καὶ κατακο-
λουθεῖν εἱλόμεθα τῇ γραφῇ ταύτῃ.

Gallorum nuntios exspectat Hannibal. A. U. 536.

XXXIV. Ἀννίβας δὲ, πάντα προνοηθεὶς περὶ τῆς
ἀσφαλείας τῶν τε κατὰ Λιβύην πραγμάτων καὶ τῶν ἐν
Ἰβηρίᾳ, λοιπὸν ἐκαραδόκει, καὶ προσεδέχετο τοὺς παρὰ
τῶν Κελτῶν πρὸς αὐτὸν ἀποστελλομένους. σαφῶς γὰρ 2

[s] Λοργιτῶν editi, ex errore primi Editoris. Λεργητῶν dant veteres libri MSti. [t] Sic scripsisse Polybium refert Stephanus Byz. vel Μασσουλέων ex lect. Eustathii. Μασσολίων edd. vett. cum MStis. Μασσυλίων ex Reg. B. edidit Casaub. [u] Mendose vulgo omnes h. l. Μασσαιλίων. Alibi rectius Μασαισυλίων. [x] Sic Vat. et Flor. quod ex Βακκαίων corruptum esse potest. Μακίων edd. ex Bav. Μαζύων suspicatus est Gronov.

tes autem eidem reliquit *Libyphœnices* et Afros quadringentos quinquaginta; *Ilergetas* trecentos; *Numidas* vero *Massylos* et *Massæsylos*, *Maccæos*, [an, *Vaccenses*?] *Mauritanos* accolas Oceani, mille octingentos. Pedites vero Afros undecies mille, octingentos et quinquaginta. Ligures trecentos; Baleares quingentos; elephantos unum et viginti. Nemo autem miretur, quod rerum in Hispania tunc ab Hannibale gestarum descriptionem adeo exactam afferimus, qualem vix aliquis possit, qui singula ipse administrasset: neque incognita caussa nos condemnet, si quid fecimus simile illis scriptoribus, qui mendacia sua ita concinnant, ut fidem mereri videantur. Nos enim, quum in *Lacinio* æneam tabulam invenissemus, ab Hannibale eo tempore descriptam quando in illa Italiæ ora versabatur, omnino illi tabulæ fidem, certe quidem in talibus, habendam duximus: itaque eam sequi non dubitavîmus.

XXXIV. Postquam *Hannibal* securitati tum Africæ tum Hispaniæ prospexisset, de cetero intentus occasiones rerum captabat; et nuntios a Gallis ad se mittendos præstolabatur. Nam

ἐξητάκει καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς ὑπὸ τὰς Ἄλπεις καὶ περὶ A. U. 536.
τὸν Πάδον ποταμὸν χώρας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν κατοι- Gallorum nuntii.
κούντων αὐτήν, ἔτι δὲ τὴν πρὸς τοὺς πολέμους τῶν ἀν-
3 δρῶν τόλμαν· καὶ τὸ μέγιστον, τὴν ὑπάρχουσαν δυσμέ-
νειαν αὐτοῖς ἐκ τοῦ προγεγονότος πολέμου πρὸς Ῥω-
μαίους, ὑπὲρ οὗ διήλθομεν ἡμεῖς ἐν τῇ πρὸ ταύτης
βίβλῳ, χάριν τοῦ συμπεριφέρεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας
4 τοῖς νῦν μέλλουσι λέγεσθαι. διόπερ εἴχετο ταύτης τῆς
ἐλπίδος, καὶ πᾶν ὑπισχνεῖτο, διαπεμπόμενος ἐπιμελῶς
πρὸς τοὺς δυνάστας τῶν Κελτῶν, καὶ τοὺς ἐπὶ τάδε καὶ
5 τοὺς ἐν αὐταῖς ταῖς Ἄλπεσιν ἐνοικοῦντας· [y] μόνως ἂν
ὑπολαμβάνων ἐν Ἰταλίᾳ συστήσασθαι τὸν πρὸς Ῥω-
μαίους πόλεμον, εἰ δυνηθείη διαπεράσας τὰς πρὸ τοῦ
δυσχωρίας, εἰς τοὺς προειρημένους ἀφικέσθαι τόπους,
καὶ συνεργοῖς καὶ συμμάχοις χρήσασθαι Κελτοῖς εἰς
6 τὴν προκειμένην ἐπιβολήν. Ἀφικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων,
καὶ τήν τε Κελτῶν βούλησιν καὶ προσδοκίαν ἀπαγγει-
λάντων, τήν τε τῶν [z] Ἀλπεινῶν ὀρῶν ὑπερβολὴν ἐπίπονον
μὲν καὶ δυσχερῆ λίαν, οὐ μὴν ἀδύνατον εἶναι, φασκόν-
των· συνῆγε τὰς δυνάμεις ἐκ τῆς παραχειμασίας ὑπὸ Copias contrahit et
7 τὴν ἐαρινὴν ὥραν. προσπεπτωκότων δὲ προσφάτως αὐτῷ hortatur Hannibal.
καὶ τῶν ἐκ τῆς Καρχηδόνος, ἐπαρθεὶς τῷ θυμῷ, καὶ
πιστεύων τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ, παρεκάλει τὰς δυνά-

[y] Post μόνως ἂν inseruit οὕτως Casaub. invitis MStis. [z] Ἀλπινῶν h. l. MSti et edd. ante Gronov.

et fertilitatem Subalpinarum Circumpadanarumque regionum magna diligentia exploraverat, et numerum hominum qui illos tractus incolunt, audaciamque illorum in bellis; et, quod caput erat, quam hostili odio essent in Romanos, ex eo tempore quo bellum illud cum eis gesserant, de quo in priore libro de industria diximus, ut, quæ jam narraturi sumus, intelligi facilius a lectoribus possent. In eam itaque spem incumbebat, prolixeque omnia pollicebatur, ad Gallorum regulos, quique cis Alpes, et qui in ipsis Alpibus degunt, nuntios crebro missitans. Existimabat enim fieri posse, ut in sola Italia bellum geratur cum Romanis; si, superatis difficultatibus quæ in itinere se prius offerrent, in eas quas diximus regiones posset pervenire, et adjutores sociosque belli, quod moliebatur, Gallos sibi adjungere. Venere tandem nuntii: qui postquam *Gallorum voluntatem egregiam, atque exspectationem* retulissent; *Alpiumque juga magno illa quidem labore et multis cum difficultatibus superatum iri, non tamen inexsuperabilia esse,* disseruissent: tum *Hannibal,* principio veris copias ex hibernis contrahit. Quum autem non multo ante certior factus esset de iis quæ Carthagine gesta erant; elatus animo, et civium benevolentia fretus, aperte jam

A. U. 536. μεις φανερῶς ἤδη πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον· ἐμφανίζων μὲν, ὃν τρόπον ἔκδοτον αὐτὸν ἐγχειρήσαιεν 8
αἰτεῖσθαι Ῥωμαῖοι, καὶ πάντας τοὺς τοῦ στρατοπέδου προεστῶτας· ὑποδεικνύων δὲ τὴν τῆς χώρας ἀρετὴν, εἰς ἣν ἀφίξονται, καὶ τὴν τῶν Κελτῶν εὔνοιαν καὶ συμμαχίαν. εὐθύμως δὲ τῶν ὄχλων [a]αὐτῷ [b]συνεξισταμένων, 9
ἐπαινέσας καὶ παραγγείλας τακτὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὴν ἔξοδον ποιήσεται, τότε μὲν διέλυσε τὴν ἐκκλησίαν.

Iberum transit, et Hisp. citeriorem subigit.

XXXV. Ἐπιτελέσας δὲ τὰ προειρημένα κατὰ τὴν παραχειμασίαν, καὶ παρασκευάσας ἱκανὴν ἀσφάλειαν τοῖς τε κατὰ τὴν Λιβύην καὶ τοῖς ἐν Ἰβηρίᾳ πράγμασι· παραγενομένης τῆς ταχθείσης ἡμέρας, προῆγε, πεζῶν μὲν ἔχων εἰς ἐννέα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ περὶ μυρίους καὶ δισχιλίους. καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, κατεστρέ- 2
φετο τό τε τῶν [c]Ἰλουργητῶν ἔθνος καὶ Βαργουσίων, ἔτι δὲ τοὺς [d]Αἰρηνοσίους, καὶ τοὺς Ἀνδοσίνους, μέχρι τῆς προσαγορευομένης Πυρήνης. ποιησάμενος δὲ πάντας ὑφ' 3
ἑαυτὸν, καί τινας πόλεις κατὰ κράτος ἑλὼν, ταχέως μὲν καὶ παρ' ἐλπίδα, μετὰ πολλῶν δὲ καὶ μεγάλων

Hannonem Hisp. citeriori præficit.

ἀγώνων, ἔτι δὲ πολλῆς καταφθορᾶς ἀνδρῶν· ἡγεμόνα 4
μὲν ἐπὶ πάσης κατέλιπε τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ ποταμοῦ χώρας Ἄννωνα, τῶν δὲ Βαργουσίων καὶ δεσπότην· μάλιστα γὰρ τούτοις ἠπίστει διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους

[a] αὐτῶν συνεξ. Vat. Flor. [b] An συνεξανισταμένων? ut voluerat Gronov. [c] Ἰλεργητῶν secundum Livium; et sic alibi Polybius. [d] Pro Αἰρηνοσίους et Ἀνδοσίνους Gronovius suspicatus est Λαρνησίους et Αὐσοδίους.

exercitum ad bellum contra Romanos cœpit hortari. Narrabatque illis, *ausos esse Romanos, et se et omnes ductores exercitus ad deditionem poscere:* tum vero etiam *regionis bonitatem, in quam essent venturi, benevolentiamque Gallorum, et initam cum iis societatem* commemorabat. Ubi paratam se proficisci cum ipso, quo vellet cumque Hannibal, multitudo significasset; laudata eorum voluntate, et die qua expeditionem auspicari vellet significata, concionem dimittit.

XXXV. His igitur inter hibernandum peractis, rebus Africæ atque Hispaniæ in tuto locatis, ubi dicta dies advenit, copias educit: in quibus erant peditum XC millia, equites ad millia XII. Trajecto amne Ibero, *Ilergetes, Bargusios*, item *Ærenosios*, et *Andosinos* [sive, *Ausetanos*] qui populi ad Pyrenæos usque pertinent, subegit. Quibus omnibus, brevi quidem tempore ac præter spem, sed post multa magnaque certamina, et multa cum militum jactura, in potestatem redactis, oppidisque nonnullis per vim captis: universo cis Iberum tractui *Hannonem* præsidere, *Bargusiis* vero dominari etiam, jussit: his enim, ut Romanorum amicis, potissimum diffidebat. Ex omni autem

5 εὔνοιαν. ἀπεμέρισε δὲ καὶ τῆς δυνάμεως, ἧς εἶχε, τῷ A. U. 536.
μὲν Ἄννωνι πεζοὺς μυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους· καὶ τὰς
6 ἀποσκευὰς ἀπέλιπε τούτῳ τῶν αὐτῷ συνεξορμώντων. εἰς
δὲ τὴν οἰκείαν ἀπέλυσε τοὺς ἴσους τοῖς προειρημένοις,
βουλόμενος αὐτούς τε τούτους εὔνους ἀπολιπεῖν, [e] τοῖς τε
λοιποῖς ὑποδεικνύων ἐλπίδα τῆς εἰς οἶκον ἐπανόδου, καὶ
τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ μὲν στρατευομένοις, οὐχ ἧττον δὲ καὶ
τοῖς ἐν οἴκῳ μένουσι τῶν Ἰβήρων, ἵνα προθύμως ἐξορμῶσι
πάντες, ἄν ποτέ τις ἐπικουρίας χρεία γένηται παρ'
7 αὐτῶν. Τὴν δὲ λοιπὴν στρατιὰν ἀναλαβὼν εὔζωνον,
πεζοὺς μὲν πεντακισμυρίους, ἱππεῖς δὲ πρὸς ἐννακισχι-
λίους, ἦγε διὰ τῶν Πυρηναίων λεγομένων ὀρῶν, ἐπὶ τὴν Pyrenæum superat Hannibal.
8 τοῦ Ῥοδανοῦ καλουμένου ποταμοῦ διάβασιν· ἔχων οὐχ
οὕτω πολλὴν δύναμιν, ὡς χρησίμην καὶ γεγυμνασμένην
διαφερόντως ἐκ τῆς συνεχείας τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν
ἀγώνων.

XXXVI. Ἵνα δὲ μὴ, τῶν τόπων ἀγνοουμένων, παντά- Geographia cum Historia jungenda.
πασιν ἀσαφῆ γίγνεσθαι συμβαίνῃ τὴν διήγησιν, ῥητέον
ἂν εἴη, πόθεν ὁρμήσας Ἀννίβας, καὶ τίνας καὶ πόσους
διελθὼν τόπους, εἰς ποῖα μέρη κατῆρε τῆς Ἰταλίας.
2 Ῥητέον δ' οὐκ αὐτὰς τὰς ὀνομασίας τῶν τόπων καὶ
ποταμῶν καὶ πόλεων· ὅπερ ἔνιοι ποιοῦσι τῶν συγγρα-
φέων, ὑπολαμβάνοντες ἐν παντὶ πρὸς γνῶσιν καὶ σαφή-

[e] τοῖς δὲ λοιποῖς ὑποδεικνύειν Casaub. invitis MStis, nisi quod τοῖς δὲ habet Reg. B.

numero copiarum, quas habebat, decem millia peditum Hannoni dedit, et mille equites: eorumque impedimenta, qui expeditionem cum ipso erant facturi, huic reliquit. Parem vero numerum militum domum quemque suam dimisit; quo et istos bene erga se animatos discedens relinqueret, et ceteris quoque spem reditus in patriam ostenderet, cum iis qui jam sub signis erant, tum aliis Hispanis qui domi remanebant; ut omnes ad proficiscendum promti essent, si forte aliquando supplementum eos rogare opus haberet. Reliquum deinde exercitum expeditum, pedites L millia, equites ad IX millia, per *Pyrenæos* quos vocant montes, ad *Rhodani* fluminis transitum ducit: copiis non adeo magnis instructus, at validis, et ex continuis bellis, quæ in Hispania gesserant, singulariter exercitatis.

XXXVI. Verum quoniam, si loca fuerint incognita, obscura penitus narratio nostra est futura: exponendum hic nobis est, unde profectus *Hannibal*, per quæ et quot loca transierit, in quam Italiæ partem pervenerit. Et quidem non appellationes nudæ locorum, fluviorum, et urbium sunt afferendæ, sicut a nonnullis scriptoribus est factum; qui ad rei omnis no-

νειαν αὐτοτελὲς εἶναι τοῦτο τὸ μέρος. [f]οἶμαι δ', ἐπὶ 3
μὲν τῶν γνωριζομένων τόπων, οὐ μικρὰ, μεγάλα δὲ
συμβάλλεσθαι [g]πέφυκε πρὸς ἀνάμνησιν, ἡ τῶν ὀνομάτων
παράθεσις· ἐπὶ δὲ τῶν ἀγνοουμένων εἰς τέλος, ὁμοίαν
ἔχει τὴν δύναμιν ἡ τῶν ὀνομάτων ἐξήγησις, ταῖς ἀδια-
νοήτοις καὶ κρουσματικαῖς λέξεσι. τῆς γὰρ διανοίας 4
ἐπ' οὐδὲν ἀπερειδομένης, οὐδὲ δυναμένης ἐφαρμόττειν τὸ
λεγόμενον ἐπ' οὐδὲν γνώριμον, ἀνυπότακτος καὶ κωφὴ
γίγνεται ἡ διήγησις. διόπερ ὑποδεικτέος ἂν εἴη τρόπος, 5
δι' οὗ δυνατὸν ἔσται, περὶ τῶν ἀγνοουμένων λέγοντας,
κατὰ ποσὸν εἰς ἀληθινὰς καὶ γνωρίμους ἐννοίας ἄγειν

Quatuor mundi plagæ.

τοὺς ἀκούοντας. Πρώτη μὲν οὖν καὶ μεγίστη γνῶσις, 6
ἔτι δὲ κοινὴ πᾶσιν ἀνθρώποις, ἐστὶν [h]ἡ τοῦ περιέχοντος
ἡμᾶς διαίρεσις καὶ τάξις· καθ' ἣν πάντες, ὧν καὶ
μικρὸν ὄφελος, ἀνατολὰς, δύσεις, μεσημβρίαν, ἄρκτον,
γνωρίζομεν. δευτέρα δὲ, καθ' ἣν ἑκάστῃ διαφορᾷ τῶν 7
προειρημένων τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς τόπους ὑποτάττοντες, καὶ
φέροντες ἀεὶ τῇ διανοίᾳ τὸ λεγόμενον ἐπί [i]τι τῶν προει-
ρημένων, εἰς γνωρίμους καὶ συνήθεις [k]ἐννοίας ἐμπίπτομεν
ὑπὲρ τῶν ἀγνώστων καὶ ἀοράτων τόπων.

XXXVII. Τούτων δὲ περὶ τῆς ὅλης γῆς ὑποκειμένων,

[f] οἶμαι δ' ὅτι ἐπὶ μὲν Reg. B. [g] πέφυκε ex Ursini emend. adscivit Casaub. Scripti libri omnes πεποίηκε. [h] ἡ τοῦ τῆς περιέχ. Urb. ἡ τῆς τοῦ περιέχοντος Vat. Flor. [i] Pronomen τι, quo carent vulgo omnes, adjeci ex mente Casauboni. [k] Verius fortasse ἐπινοίας Vat. Flor. Urb. Aug. Reg. A.

titiam et declarationem, si nomina dumtaxat apponerentur, amplius nihil desiderari putarent. Ego vero existimo, in notis quidem locis, quo in memoriam illa revocentur, usurpationem nominum, non dicam aliquantum, sed vel plurimum conferre: ubi vero nulla prorsus locorum notitia præcessit, nuda nomina apposita eamdem vim habere cum vocibus nihil significantibus, et aures solummodo pulsantibus. Quia enim mens nihil habet cui innitatur, neque potest ulli rei sibi notæ aptare id quod dicitur; confusa et vaga evadit narratio, ut si fabulam surdo narres. Itaque ratio aliqua indicanda est a nobis, per quam, de locis incognitis quædam narrantes, ad veras et sibi familiares notiones lectorem aliquatenus perducamus. Prima igitur maximaque notitia, et omnibus mortalibus communis, est, quando cœlum et omne hoc, quo sumus circumdati, partimur, et suam cuique parti sedem assignamus: qua ratione omnes, qui quidem non plane plumbei sunt, *Ortum*, *Occasum*, *Meridiem*, *Septemtrionem* dignoscimus. Altera est, per quam singula terræ loca singulis partitionibus modo positis subjicientes, et, quidquid de terra nominatum fuerit, cogitatione ad unam aliquam ex illis referentes, incognita neque umquam visa loca ad notas et familiares quasdam notiones revocamus.

XXXVII. His de universa terra sic positis, proximum fuerit, ut de ea

ἀκόλουθον ἂν εἴη, τὸ καὶ περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμέ- Tres majores terræ partes.
νης, [l] ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον διελομένους, εἰς ἐπίστασιν ἀγα-
2 γεῖν τοὺς ἀκούοντας. ταύτης διῃρημένης εἰς τρία μέρη,
καὶ τρεῖς ὀνομασίας· τὸ μὲν ἓν μέρος αὐτῆς Ἀσίαν, τὸ
δὲ ἕτερον Λιβύην, τὸ δὲ τρίτον Εὐρώπην προσαγορεύουσι.
3 τὰς δὲ διαφορὰς ταύτας ὁρίζουσιν, ὅ τε Τάναϊς ποτα-
μὸς, καὶ Νεῖλος, καὶ τὸ καθ' Ἡρακλείους στήλας
4 στόμα. Νείλου μὲν οὖν καὶ Ταναΐδος μεταξὺ, τὴν Asia.
Ἀσίαν κεῖσθαι συμβέβηκε· πίπτειν δὲ τοῦ περιέχοντος
ὑπὸ τὸ μεταξὺ διάστημα θερινῶν ἀνατολῶν καὶ μεσημ-
5 βρίας. ἡ δὲ Λιβύη κεῖται μὲν μεταξὺ Νείλου καὶ Africa.
στηλῶν Ἡρακλείων· τοῦ δὲ περιέχοντος πέπτωκεν ὑπό
τε τὴν μεσημβρίαν καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ὑπὸ τὰς χει-
μερινὰς δύσεις, ἕως τῆς ἰσημερινῆς καταφορᾶς, ἣ πίπτει
6 καθ' Ἡρακλείους στήλας. αὗται μὲν οὖν αἱ χῶραι,
καθολικώτερον θεωρούμεναι, [m] τὸν πρὸς τὴν μεσημβρίαν
τόπον ἐπέχουσι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης, ἀπὸ τῶν
7 ἀνατολῶν ὡς πρὸς τὰς δύσεις. Ἡ δ' Εὐρώπη ταύταις Europa.
ἀμφοτέραις ὡς πρὸς τὰς ἄρκτους ἀντιπαράκειται, κατὰ
τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν παρήκουσα μὲν ἄχρι
8 πρὸς τὰς δύσεις. κεῖται δ' αὐτῆς τὸ μὲν ὁλοσχερέσ-
τατον καὶ βαθύτερον μέρος, ὑπ' αὐτὰς τὰς ἄρκτους,
μεταξὺ τοῦ τε Ταναΐδος ποταμοῦ καὶ τοῦ Νάρβωνος· Narbo fl.
ὃς οὐ πολὺν ἀπέχει τόπον ὡς πρὸς δύσεις ἀπὸ Μασσα-

[l] Vulgo omnes ἅμα τὸν αὐτ. λόγ. Correxi cum Reisk. [m] Vulgo edd. τὸν πρὸς τῇ μεσημβρίᾳ τόπον ex Bav.

parte quæ nobis est nota, servantes eamdem partiendi viam, lectores commoneamus. Hæc quum in tres partes dividatur, totidem appellationibus distinctas, partem unam Asiam, alteram Africam, tertiam Europam nominant. Istas autem partes terminant Tanais fluvius, Nilus, et ostium ad columnas Herculis. Inter Nilum et Tanaim jacet *Asia;* ei plagæ cœli subjecta, qua patet spatium ab ortu æstivo usque versus meridiem. *Africa* intra Nilum et columnas Herculis sita est; cœli regioni subjacens meridionali, ac deinceps occasui hiberno, æquinoctiali tenus occasu, qui incidit in columnas Herculeas. Et hæ quidem terræ, universim spectatæ, plagam obtinent ad meridiem maris mediterranei sitam, ab oriente versus occidentem. Europa vero utrique harum ad septemtrionem est opposita; continuo tractu ab oriente versus occidentem se porrigens. Pars ejus potissima atque amplissima subjacet septemtrionibus, inter fluvios Tanaim et Narbonem, qui in occasu non longo tractu abest a Massilia et

λίας καὶ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων, δι' ὧν εἰς τὸ
[n] Σαρδόνιον πέλαγος ἐξίησιν ὁ προειρημένος ποταμός.
ἀπὸ δὲ τοῦ Νάρβωνος, καὶ τὰ περὶ τοῦτον, Κελτοὶ 9
νέμονται, μέχρι τῶν προσαγορευομένων Πυρηναίων ὀρῶν·
ἃ διατείνει κατὰ τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῆς καθ' ἡμᾶς θα-
λάττης ἕως εἰς τὴν ἐκτός. τὸ δὲ λοιπὸν μέρος τῆς 10
Εὐρώπης ἀπὸ τῶν προειρημένων ὀρῶν, τὸ συνάπτον πρός
τε τὰς δύσεις καὶ πρὸς Ἡρακλείους στήλας, περιέχεται
μὲν ὑπό τε τῆς καθ' ἡμᾶς καὶ τῆς ἔξω θαλάττης·
Iberia. καλεῖται δὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον ἕως
Ἡρακλείων στηλῶν, Ἰβηρία· τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ 11
μεγάλην προσαγορευομένην, κοινὴν μὲν ὀνομασίαν οὐκ
ἔχει, διὰ τὸ προσφάτως κατωπτεῦσθαι, κατοικεῖται
populis barbaris tam fluxæ fidei in medio positis. Sed ut ausos cognovit, ad naves retro cœpit contendere: ad quas simul pervenit, copias inscendere jubet. Ac fratrem quidem in *Hispaniam* ad bellum ibi gerendum mittit: ipsi vero Italiam navibus repetere sententia stetit; quo hostes anteverteret, ac per Hetruriam ad ea loca, ubi est Alpium transitus, maturius perveniret. *Hannibal* quarto die, postquam a Rhodano erat profectus, ad *Insulam*, quam vocant, pervenit: regionem, et cultoribus frequentem, et frumenti feracem; e re ipsa ita nominatam. Siquidem hinc *Rhodanus*, inde *Isara*, latera duo illius præterfluentes, qua in unum confluunt, fastigiatam ejus figuram reddunt. Est autem similis regio ista, tum magnitudine tum figura, illi quam in Ægypto *Delta* nuncupant: eo differunt, quod hujus quidem uni lateri mare prætenditur, quod fluminum meatus præcingit; illius vero, montes difficilem accessum introitumque, imo vero pæne dixeris, nullum aditum habentes. Eo quum pervenisset, duosque ibi invenisset *fratres de regno inter se certantes*, et castra castris opposita habentes; accitus a majore, rogatusque ut in asserendo regno se

A. U. 536.
Regulo hujus regionis opem fert adv. fratrem.

ἀρχὴν [z] αὐτῶν αὐτῷ, ὑπήκουσε· προδήλου σχεδὸν ὑπαρ-
χούσης τῆς πρὸς τὸ παρὸν ἐσομένης αὐτῷ χρείας. Διὸ 10
καὶ συνεπιθέμενος, καὶ συνεκβαλὼν τὸν ἕτερον, πολλῆς
ἐπικουρίας ἔτυχε παρὰ τοῦ κρατήσαντος. οὐ γὰρ μόνον 11
σίτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδείοις ἀφθόνως ἐχορήγησε τὸ
στρατόπεδον· ἀλλὰ καὶ τῶν ὅπλων τὰ παλαιὰ καὶ [a] τὰ
πεπονηκότα πάντα διαλλάξας, ἐκαινοποίησε πᾶσαν τὴν
δύναμιν εὐκαίρως. ἔτι δὲ τοὺς πλείστους ἐσθῆτι καὶ 12
πρὸς τούτοις ὑποδέσει κοσμήσας, μεγάλην εὐχρηστίαν
παρέσχετο πρὸς τὰς τῶν ὀρῶν ὑπερβολάς. τὸ δὲ μέ- 13
γιστον, εὐλαβῶς διακειμένοις πρὸς τὴν διὰ τῶν Ἀλλο-
βρίγων καλουμένων Γαλατῶν πορείαν, ἀπουραγήσας
μετὰ τῆς σφετέρας δυνάμεως, ἀσφαλῆ παρεσκεύασε
τὴν δίοδον αὐτοῖς, ἕως ἤγγισαν τῇ τῶν Ἄλπεων ὑπερ-
βολῇ.

Hannibal ascendens Alpes, infestatur ab Allobrogibus.

L. Ἀννίβας δ' ἐν ἡμέραις δέκα πορευθεὶς παρὰ τὸν
ποταμὸν εἰς ὀκτακοσίους σταδίους, ἤρξατο τῆς πρὸς
τὰς Ἄλπεις ἀναβολῆς, καὶ συνέβη μεγίστοις αὐτὸν
περιπεσεῖν κινδύνοις. ἕως μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις 2
ἦσαν, ἀπείχοντο πάντες αὐτῶν οἱ κατὰ μέρος ἡγεμόνες
τῶν Ἀλλοβρίγων, τὰ μὲν τοὺς ἱππεῖς δεδιότες, τὰ δὲ
τοὺς παραπέμποντας βαρβάρους. Ἐπειδὴ δ' [b] ἐκεῖνοι 3
μὲν εἰς τὴν οἰκείαν ἀπηλλάγησαν, οἱ δὲ περὶ τὸν

[z] αὐτῶν αὐτῷ. Prius pronomen deletum utique malim cum Reisk. [a] καὶ πεπονηκότα Flor. absque artic. [b] Alia verborum serie Bav. ἐκεῖνοι μὲν ἀπηλλ. εἰς τὴν οἰκ.

vellet adjuvare, petitioni annuit: quod prope manifesta esset utilitas, quam ea res in præsens ipsi erat allatura. Itaque societate belli cum ipso inita, et fratre altero ejecto, multis rebus a victore est adjutus. Non enim commeatum solummodo aliaque necessaria exercitui subministravit: verum etiam arma vetusta et quassata confractaque aliis mutans, universas copias opportune renovavit. Præterea plerosque illorum vestimentis atque etiam calceamentis adornans, ad superandos montes magna iis auxilia præbuit. Quodque præcipuum ejus meritum fuit, male metuentibus sibi in transitu per fines Gallorum quos *Allobroges* vocant, in extremo agmine subsecutus cum suis militibus, securum iter præstitit, donec ad ipsum transscensum Alpium appropinquarunt.

L. *Hannibal*, decem diebus centum ferme passuum millia propter Rhodanum emensus, *conscendere Alpes* cœpit: et inde quidem in maxima pericula incidit. Nam donec quidem per plana transibat agmen; minores omnes *Allobrogum* duces, partim equitum metu, partim barbarorum, qui præsidii caussa comitabantur Pœnos, sese ab his abstinuerant. At illi

Ἀννίβαν ἤρξαντο προάγειν εἰς τὰς δυσχωρίας, τότε A. U. 536.
[c]συναθροισθέντες οἱ τῶν Ἀλλοβρίγων ἡγεμόνες, ἱκανὸν Hannibal ascendens
τὸ πλῆθος, προκατελάβοντο τοὺς εὐκαίρους τόπους, δι' Alpes.
ὧν ἔδει τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν κατ' ἀνάγκην ποιεῖσθαι
4 τὴν ἀναβολήν. εἰ μὲν οὖν ἔκρυψαν τὴν ἐπίνοιαν, ὁλο-
σχερῶς ἂν διέφθειραν τὸ στράτευμα τῶν Καρχηδονίων·
νῦν δὲ καταφανεῖς γενόμενοι, μεγάλα μὲν καὶ τοὺς περὶ
5 Ἀννίβαν ἔβλαψαν, οὐκ ἐλάττω δὲ αὐτούς. Γνοὺς γὰρ
ὁ στρατηγὸς τῶν Καρχηδονίων, ὅτι προκατέχουσιν οἱ
βάρβαροι τοὺς εὐκαίρους τόπους, αὐτὸς μὲν καταστρα-
6 τοπεδεύσας πρὸς ταῖς ὑπερβολαῖς, [d]ἐπέμενε· προέπεμψε
δέ τινας τῶν καθηγουμένων αὐτοῖς Γαλατῶν, χάριν τοῦ
κατασκέψασθαι τὴν τῶν ὑπεναντίων ἐπίνοιαν, καὶ τὴν
7 ὅλην [e]ὑπόθεσιν. ὧν πραξάντων τὸ συνταχθὲν, ἐπιγνοὺς ὁ
στρατηγὸς, ὅτι τὰς μὲν ἡμέρας ἐπιμελῶς παρευτακτοῦσι
καὶ τηροῦσι τοὺς τόπους οἱ πολέμιοι, τὰς δὲ νύκτας εἴς
τινα παρακειμένην πόλιν ἀπαλλάττονται· πρὸς ταύτην
τὴν ὑπόθεσιν ἁρμοζόμενος, συνεστήσατο πρᾶξιν τοιαύτην.
8 Ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, προῆγεν [f]ἐμφανῶς· καὶ συν-
εγγίσας ταῖς δυσχωρίαις, οὐ μακρὰν τῶν πολεμίων
9 κατεστρατοπέδευσε. τῆς δὲ νυκτὸς ἐπιγενομένης, συν-
τάξας τὰ πυρὰ καίειν, τὸ μὲν πλεῖον μέρος τῆς δυνά-
μεως αὐτοῦ κατέλιπε· τοὺς δ' ἐπιτηδειοτάτους εὐζώνους

[c] συναθροίσαντες Urb. et Flor. Et mox ἱκανὸν πλῆθος absque artic. iidem et Bav. et Aug. et Regii. [d] ὑπέμενε Bav. [e] ἐπίθεσιν cum plerisque codd. edidit Casaub. [f] ἐμφανῶς correxit Casaub. ἀφανῶς MSti fere omnes.

postquam domum redierunt, et *Hannibal* erigere in primos clivos agmen cœpit; tunc magno numero congregati principes *Allobrogum*, opportuna loca, per quæ necessario ascendendum Hannibali erat, occupant. Qui si insidias occuluissent, Pœnorum exercitum internecione delevissent: nunc, detecto dolo, magna illi quidem strage hostes affecerunt, sed ipsi quoque non minorem acceperunt. Ut enim cognovit dux Carthaginiensium, barbaros opportuna loca occupata tenere; ipse juxta locum ubi ascendendum erat, positis castris, substitit: deinde Gallorum nonnullos, quibus utebatur ducibus, ad exploranda adversariorum consilia, et quid omnino pararent, præmittit. Qui quum fecissent quod jussi fuerant, edoctus *Hannibal*, interdiu quidem diligenter custodiarum vices obiri et obsideri saltum ab hoste, noctu vero in propinquum oppidum quoddam omnes abire; ad hoc institutum sese accommodans, rem hujusmodi est commentus. Promotis castris exercitum tantisper duxit ex aperto, donec angustiis jam appropinquans, intervallo non adeo magno ab hoste castra communit. Insequente dein nocte, ignibus accendi jussis, majorem copiarum partem ibi reliquit; ipse, acerrimo quoque viro ad expeditorum manum conficiendam se-

A. U. 536. Infestatur ab Allobrogibus.

ποιήσας, διῆλθε τὰ στενὰ τὴν νύκτα, καὶ κατέσχε τοὺς ὑπὸ τῶν πολεμίων προκαταληφθέντας τόπους, [g] ἀποκεχωρηκότων τῶν βαρβάρων κατὰ τὴν συνήθειαν εἰς τὴν πόλιν.

LI. Οὗ συμβάντος, καὶ τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης, οἱ βάρβαροι συνθεασάμενοι τὸ γεγονὸς, τὰς μὲν ἀρχὰς ἀπέστησαν τῆς ἐπιβολῆς. μετὰ δὲ ταῦτα, θεωροῦντες 2
τὸ τῶν ὑποζυγίων πλῆθος καὶ τοὺς ἱππεῖς δυσχερῶς ἐκμηρυομένους καὶ μακρῶς τὰς δυσχωρίας, ἐξεκλήθησαν ὑπὸ τοῦ συμβαίνοντος, ἐξάπτεσθαι τῆς πορείας. τούτου 3
δὲ γενομένου, καὶ κατὰ πλείω μέρη προσπεσόντων τῶν βαρβάρων, οὐχ οὕτως ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ὡς ὑπὸ τῶν τόπων, πολὺς ἐγίγνετο φθόρος τῶν Καρχηδονίων, καὶ μάλιστα τῶν ἵππων καὶ τῶν ὑποζυγίων. οὔσης γὰρ οὐ 4
μόνον στενῆς καὶ τραχείας τῆς προσβολῆς, ἀλλὰ καὶ κρημνώδους, ἀπὸ παντὸς κινήματος καὶ πάσης ταραχῆς ἐφέρετο κατὰ τῶν κρημνῶν [h] ὁμόσε τοῖς φορτίοις, πολλὰ τῶν ὑποζυγίων. καὶ μάλιστα τὴν τοιαύτην ταραχὴν 5
ἐποίουν οἱ τραυματιζόμενοι τῶν ἵππων. τούτων γὰρ οἱ μὲν, ἀντίοι συμπίπτοντες τοῖς ὑποζυγίοις, ὁπότε διαπτοηθεῖεν ἐκ τῆς πληγῆς, οἱ δὲ, κατὰ τὴν εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμὴν ἐξωθοῦντες πᾶν τὸ παραπῖπτον ἐν ταῖς δυσχωρίαις, μεγάλην ἀπειργάζοντο ταραχήν. Εἰς ἃ 6
βλέπων Ἀννίβας, καὶ συλλογιζόμενος, ὡς οὐδὲ τοῖς

[g] ἀναχιχωρ. Bav. [h] ὁμῶς σὺν τοῖς edd. ex Bav.

lecto, angustias silentio noctis evadit, eosque ipsos tumulos, quos hostes occupaverant, insidet; quum pro more suo barbari in urbem concessissent.

LI. Barbari, luce orta, ubi quod factum erat cognovere, principio quidem conatu destiterunt: postea vero, ut vident, tum jumentorum multitudinem, tum ipsos equites ægre atque longo admodum agmine e locis difficilibus eniti; e re nata impetum ceperunt carpendi hostium agmen. Igitur quum multis simul ex locis barbari irruerent, nec hostes dumtaxat, sed multo magis locorum iniquitas Pœnis noceret, magna facta est eorum strages; maxime autem equorum ac jumentorum. Nam quia non solum angustus et asper ascensus erat, verum etiam præruptus; quidquid accederet motus, quidquid trepidationis, ipsis cum sarcinis multa jumenta per præcipitia deferebantur. Præcipua vero trepidationis caussa equi vulnerati erant: nam hi, quoties ex ictu consternati erant, partim conversi in jumenta irrumpentes, partim in anteriora ruentes, et, quidquid obvium fieret in angustiis, protrudentes, ingenti tumultu omnia complebant. Quod ubi vidit *Hannibal*, cogitans, nequicquam incolumem futurum ex-

διαφυγοῦσι τὸν κίνδυνόν ἐστι σωτηρία, τοῦ [i] σκευοφορικοῦ A. U. 536.
διαφθαρέντος, ἀναλαβὼν τοὺς προκατασχόντας τὴν Hannibal cædit ac
νύκτα τὰς ὑπερβολάς, ὥρμησε παραβοηθήσων τοῖς τῇ reprimit Allobroges.
7 πορείᾳ [k] προσβάλλουσιν. οὗ γενομένου, πολλοὶ μὲν τῶν
πολεμίων ἀπώλλυντο, διὰ τὸ ποιεῖσθαι τὴν ἔφοδον ἐξ
ὑπερδεξίων τὸν Ἀννίβαν, οὐκ ἐλάττους δὲ καὶ τῶν ἰδίων.
8 ὁ γὰρ κατὰ τὴν πορείαν θόρυβος ἐξ ἀμφοῖν ηὔξετο διὰ
9 τὴν τῶν προειρημένων κραυγὴν καὶ συμπλοκήν. Ἐπεὶ
δὲ τοὺς μὲν πλείστους τῶν Ἀλλοβρίγων ἀπέκτεινε,
τοὺς δὲ λοιποὺς τρεψάμενος ἠνάγκασε φυγεῖν εἰς τὴν
οἰκείαν· τότε δὴ τὸ μὲν ἔτι [l] περιλειπόμενον πλῆθος τῶν
ὑποζυγίων καὶ τῶν ἵππων μόλις καὶ ταλαιπώρως [m] διήνυε
10 τὰς δυσχωρίας. Αὐτὸς δὲ συναθροίσας ὅσους ἠδύνατο
πλείστους ἐκ τοῦ κινδύνου, προσέβαλε πρὸς τὴν πόλιν,
11 ἐξ ἧς ἐποιήσαντο τὴν ὁρμὴν οἱ πολέμιοι. καταλαβὼν δὲ
σχεδὸν ἔρημον, διὰ τὸ πάντας ἐκκληθῆναι πρὸς τὰς
ὠφελείας, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς πόλεως. ἐκ δὲ τούτου
πολλὰ συνέβη τῶν χρησίμων αὐτῷ, πρός τε τὸ παρὸν
12 καὶ πρὸς τὸ μέλλον. παραυτίκα μὲν γὰρ ἐκομίσατο
πλῆθος ἵππων καὶ ὑποζυγίων, καὶ τῶν ἅμα τούτοις
ἑαλωκότων ἀνδρῶν· εἰς δὲ τὸ μέλλον ἔσχε μὲν καὶ
σίτου καὶ θρεμμάτων [n] ἐπὶ δυοῖν καὶ τρισὶν ἡμέραις

[i] σκευοφόρου Vat. Flor. Urb. Aug. Reg. A. [k] Sic Flor. (puto et Vat.) Aug. Reg. A. B. probante Scalig. et Reiskio. Sed videndum, an sententia sit: *properavit incursare in eos qui impetum in agmen faciebant.* Mendose προβάλλουσιν edd. ex Bav. quod in προλαβοῦσιν mutandum suspicatus est Casaub. et contendit Gronov. [l] περιλιπόμενον Bav. [m] διήνυσε edd. cum aliis. [n] Malim utique ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας· et τρεῖς pro τρισὶν est in Vat. Flor. Aug. Reg. A.

ercitum, si jumenta cum impedimentis periissent; cum ea manu, quæ angustias noctu occupaverat, ad ferendam iis opem, qui iter porro facere conabantur, proficiscitur. Ita *Hannibal* e superiore loco impetum in adversarios faciens, magnam illis perniciem attulit: sed nec minorem suorum fecit jacturam. Tumultus enim agminis nunc ex utraque parte augebatur, propter eorum quos diximus clamorem et dimicationem. Posteaquam tandem pars maxima *Allobrogum* est occisa, et reliqui domum fuga repetere coacti sunt; tum quidem quæ supererant cladi jumenta et equi, ægre magnaque cum difficultate angustias transierunt. Ipse, periculo illo defunctus, quam plurimos potuit cogit; et oppidum illud, unde hostes fecerant impressionem, adoritur. Nactus autem prope desertum, quod prædæ spe invitati omnes exierant, loco potitur. Quæ res et in præsens et in futurum tempus magno illi commodo cessit. Nam et statim numerum ingentem equorum, jumentorum atque hominum, qui capti simul fuerant, recepit: et præterea ad duos tresve dies insecutos frumento et pecoribus abundavit. Tum, quod maximum erat, terrore injecto

A. U. 536 εὐπορίαν. τὸ δὲ συνέχον, φόβον [o]εἰργάσατο τοῖς ἑξῆς, 13
πρὸς τὸ μὴ τολμᾷν αὐτῷ ῥᾳδίως ἐγχειρεῖν μηδένα τῶν
παρακειμένων ταῖς ἀναβολαῖς.

Alpes ascendere pergit Hannibal.

LII. Τότε μὲν οὖν αὐτοῦ ποιησάμενος τὴν παρεμ-
βολὴν, καὶ μίαν ἐπιμείνας ἡμέραν, αὖθις ὥρμα. ταῖς 2
δ' ἑξῆς, μέχρι μέν τινος ἀσφαλῶς διῆγε τὴν στρατιάν·
ἤδη δὲ τεταρταῖος ὢν, αὖθις εἰς κινδύνους παρεγένετο

Specie pacis decipitur ab Alpinis.

μεγάλους. Οἱ γὰρ περὶ τὴν δίοδον οἰκοῦντες, συμφρο- 3
νήσαντες ἐπὶ δόλῳ, συνήντων αὐτῷ, θαλλοὺς ἔχοντες καὶ
στεφάνους· τοῦτο γὰρ σχεδὸν πᾶσι τοῖς βαρβάροις ἐστὶ
σύνθημα φιλίας, καθάπερ τὸ [p]κηρύκειον τοῖς Ἕλλησιν.
εὐλαβῶς δὲ διακείμενος πρὸς τὴν τοιαύτην πίστιν Ἀννί- 4
βας, ἐξήτασε φιλοτίμως τὴν ἐπίνοιαν αὐτῶν καὶ τὴν
ὅλην ἐπιβολήν. τῶν δὲ φασκόντων, καλῶς εἰδέναι καὶ 5
τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν, καὶ τὴν τῶν [q]ἐγχειρησάντων
αὐτὸν ἀδικεῖν ἀπώλειαν, καὶ διασαφούντων, ὅτι πάρεισι
διὰ ταῦτα, βουλόμενοι μήτε ποιῆσαι μήτε παθεῖν
δυσχερὲς μηδὲν, ὑπισχνουμένων δὲ καὶ δώσειν ἐξ αὐτῶν
ὅμηρα· πολὺν μὲν χρόνον ηὐλαβεῖτο, καὶ διηπίστει τοῖς 6
λεγομένοις· συλλογιζόμενος μὲν, ὡς εἰ λάβοι τὰ προ-
τεινόμενα, τάχ' ἂν ἴσως εὐλαβεστέρους καὶ πρᾳοτέρους
ποιῆσαι τοὺς παραγεγονότας· μὴ προσδεξάμενος δὲ,
προδήλους ἕξει πολεμίους αὐτούς· συγκατένευσε τοῖς

[o] ἐνειργάσατο puto legendum. [p] κηρύκιον Flor. Aug. Reg. A. [q] Sic Vat. Flor. Reg. B. C. ἀδικεῖν abest ab Aug. Reg. A. et Bav. Præterea pro αὐτὸν, Bav. habet κατ' αὐτοῦ, et superscr. αὐτῶν.

proximis Gallis, effecit, ne quisquam ex accolis eorum locorum, per quæ ascendebat, sibi negotium facessere auderet.

LII. Tum igitur castra eo loci metatus, diem unum quievit, ac deinde ire perrexit. Sequentibus diebus aliquantum viæ sine ullo periculo cum copiis confecit: quarto die in periculum ingens iterum incidit. Viæ namque accolæ, clam conspiratione facta, cum virentis *olivæ ramis* et coronis fiunt illi obviam: fere enim ubique apud barbaros hoc pacis et amicitiæ signum est, ut *caduceus* inter Græcos. *Hannibal,* caute fidendum hoc genus hominibus jam olim persuasus, quid consilii istud esset, aut omnino quid sibi vellent, diligentissime explorat. Quum dicerent, *non ignorare se neque captum oppidum, neque eorum perniciem, qui ipsum conati essent injuria lacessere;* significarentque, *idcirco se advenisse, quod nec facere nec pati injuriam vellent;* pignoraque etiam fidei pollicerentur: ille, diu cunctatus, quod fidem illis non haberet, tandem cogitans, si conditionem acciperet, futuros fortasse, qui advenerant, eo ipso cautiores et mitiores; sin respueret, aperte hostes evasuros; petitioni eorum annuit, et,

A. U. 536. Hannibal decipitur ab Alpinis.

λεγομένοις, καὶ συνυπεκρίθη τίθεσθαι φιλίαν πρὸς αὐ-
7 τούς. τῶν δὲ βαρβάρων τὰ ὅμηρα παραδόντων, καὶ
θρέμμασι χορηγούντων ἀφθόνως, καὶ καθόλου διδόντων
σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖρας ἀπαρατηρήτως, ἐπὶ ποσὸν
ἐπίστευσαν οἱ περὶ τὸν Ἀννίβαν, ὥστε καὶ καθηγεμόσιν
8 αὐτοῖς χρῆσθαι πρὸς τὰς ἑξῆς δυσχωρίας. [r]Προπορευο-
μένων δ' αὐτῶν [s]ἐπὶ δύο ἡμέραις, συναθροισθέντες οἱ
προειρημένοι καὶ συνακολουθήσαντες, ἐπιτίθενται, φά-
ραγγά τινα δύσβατον καὶ κρημνώδη περαιουμένων αὐτῶν.

Hannibal pæne opprimitur ab Alpinis.

LIII. Ἐν ᾧ καιρῷ [t]πάντας ἄρδην ἀπολέσθαι συνέβη
τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν, εἰ μή, δεδιότες ἀκμὴν ἐπὶ ποσόν,
καὶ προορώμενοι τὸ μέλλον, τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ τοὺς
ἱππεῖς εἶχον ἐν τῇ πρωτοπορείᾳ, τοὺς δ' ὁπλίτας ἐπὶ τῆς
2 οὐραγίας. τούτων δὲ ἐφεδρευόντων, ἔλαττον συνέβη
γενέσθαι τὸ πάθος· οὗτοι γὰρ ἔστεξαν τὴν ἐπιφορὰν τῶν
3 βαρβάρων. οὐ μὴν, ἀλλὰ, καὶ τούτου συγκυρήσαντος,
πολύ τι πλῆθος καὶ τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν ὑποζυγίων καὶ
4 τῶν ἵππων διεφθάρη. τῶν γὰρ τόπων ὑπερδεξίων ὄντων
τοῖς πολεμίοις, ἀντιπαράγοντες οἱ βάρβαροι ταῖς παρ-
ωρείαις, καὶ τοῖς μὲν τὰς πέτρας ἐπικυλίοντες, τοὺς δ'
ἐκ χειρὸς τοῖς λίθοις τύπτοντες, εἰς ὁλοσχερῆ διατροπὴν
5 καὶ κίνδυνον ἦγον· οὕτως, ὥστ' ἀναγκασθῆναι τὸν Ἀν-
νίβαν μετὰ τῆς ἡμισείας δυνάμεως νυκτερεῦσαι περί τι

[r] Simplex πορευομένων dat Aug. [s] ἐπὶ δύο ἡμέρας malim. [t] πάντας ἂν aut ἄρδην ἂν malim cum Scalig.

amicitiam velle se cum illis jungere, pariter simulavit. Quum deinde fidei pignora barbari tradidissent, magnaque pecorum copia exercitum adjuvissent, atque omnino incaute inter Pœnos versarentur; nonnihil eis fidere Hannibal cœpit, ut etiam ducibus illis ad reliquas viæ salebras uteretur. Qui ubi per biduum præivissent exercitui, congregati reliqui quos dixi, et a tergo insecuti, copias Hannibalis in transitu confragosæ et præruptæ cujusdam convallis, adoriuntur.

LIII. Tum vero deletus Pœnorum universus exercitus fuisset, nisi *Hannibal*, nonnihil etiam tum timens, et hoc ipsum animo præsagiens, impedimenta et equites in primo agmine, quod erat robur peditum in extremo locasset. Hoc subsidio firmata acies, cladem accepit minorem; hi namque impressionem hostium cohibuerunt. Verumtamen, etiam sic, multitudo ingens qua virorum, qua jumentorum atque equorum, periit. Nam adversarii, qui superiora loca obtinebant, tantum progredientes in lateribus montium, quantum in convalle Pœni processissent, partim in subjectum agmen saxa devolventes, partim cominus lapidum ictu petentes, usque adeo ad extremum trepidationis ac periculi eos conjecerunt; ut cogeretur *Hannibal* in munita quadam et

A. U. 536. Summa juga Alpium conscendit Hannibal.

λευκόπετρον ὀχυρὸν χωρὶς τῶν ἵππων καὶ τῶν ὑποζυγίων,
ἐφεδρεύοντα τούτοις, [u]ἕως ἐν ὅλῃ τῇ νυκτὶ ταῦτα μόλις
ἐξεμηρύσατο [x]τῆς χαράδρας. Τῇ δ' ἐπαύριον, τῶν 6
πολεμίων χωρισθέντων, συνάψας τοῖς ἱππεῦσι καὶ τοῖς
ὑποζυγίοις, προῆγε πρὸς τὰς ὑπερβολὰς τὰς ἀνωτάτω
τῶν Ἄλπεων, ὁλοσχερεῖ μὲν οὐδενὶ περιπίπτων ἔτι συ-
στήματι τῶν βαρβάρων, κατὰ μέρη δὲ καὶ κατὰ
τόπους παρενοχλούμενος ὑπ' αὐτῶν· ὧν οἱ μὲν ἀπὸ τῆς 7
οὐραγίας, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς πρωτοπορείας ἀπέσπων τῶν
σκευοφόρων ἔνια, προσπίπτοντες εὐκαίρως. μεγίστην δ' 8
αὐτῷ παρείχετο χρείαν τὰ θηρία. καθ' ὃν γὰρ ἂν
τόπον ὑπάρχοι τῆς πορείας ταῦτα, πρὸς τοῦτο τὸ μέρος
οὐκ ἐτόλμων οἱ πολέμιοι προσιέναι, τὸ παράδοξον
ἐκπληττόμενοι τῆς τῶν ζώων φαντασίας. Ἐνναταῖος δὲ 9
διανύσας εἰς τὰς ὑπερβολὰς, αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε,
καὶ δύο ἡμέρας προσέμεινε· βουλόμενος ἅμα μὲν ἀνα-
παῦσαι τοὺς διασωζομένους, ἅμα δὲ προσδέξασθαι τοὺς
[y]ὑπολειπομένους. ἐν ᾧ καιρῷ συνέβη πολλοὺς μὲν 10
ἵππους τῶν ἀπεπτοημένων, πολλὰ δ' ὑποζύγια τῶν
ἀπερριφότων τὰ φορτία, παραδόξως ἀναδραμεῖν τοῖς
στίβοις ἑπόμενα, καὶ συνάψαι πρὸς τὴν παρεμβολήν.

LIV. Τῆς δὲ χιόνος ἤδη [z]περὶ τοὺς ἄκρους ἀθροιζο-

[u] ἕως ἐν ὅλῃ ex Reisk. conject. dedi. ὡς pro ἕως dant libri omnes, quod cum Ursino in ὃς mutavit Casaub. [x] τὰς χαράδρας Suidas, et caret ταῦτα. [y] ἀπολειπομένους Vat. Flor. Urs. Aug. Reg. A. [z] περὶ τοῖς ἄκροις temerè ex conjecturâ correxerunt Reisk. et Scalig. Vulgo omnes περὶ τοὺς ἄκρους, sed in Bav. superscr. τὰ ἄκρα.

deserta nudaque petra separatim ab equis et jumentis, cum dimidia parte exercitus, ut his præsidio esset, pernoctare; donec ægre tandem nocte tota ex confragosa ista convalle agmen horum est evolutum. Postero die, hostibus inde digressis, equites ac jumenta assecutus, *suprema Alpium juga* petebat *Hannibal;* non jam cum universa acie incursantibus amplius barbaris, sed per partes tantum et passim intercursantibus. Quippe alii novissimum agmen, alii primum opportune adorti, impedimentorum partem aliquam carpebant. Ac tunc quidem *elephantorum* præcipuus *usus* illi fuit: quacumque enim bestiæ incederent, tutum ab hostibus, novitate spectaculi territis, agmen præstabant. Nono die *ad juga Alpium* est perventum: ubi stativa *Hannibal* biduum habuit: nam et quietem dare militibus, qui incolumes eo evaserant, volebat; et eos opperiri, qui a tergo fuerant relicti. Accidit eo temporis spatio, ut equi multi ex iis, quos fuisse consternatos ante diximus, multa item jumenta quæ sarcinas abjecerant, agminis vestigia sequendo præter omnium spem ad suos redirent, et in castra pervenirent.

LIV. Quoniam autem multa jam in

μένης, διὰ τὸ συνάπτειν [a]τὴν τῆς Πλειάδος δύσιν, A. U. 536.
θεωρῶν τὰ πλήθη δυσθύμως διακείμενα, καὶ διὰ τὴν Hannibal
προγεγενημένην ταλαιπωρίαν, καὶ διὰ τὴν ἔτι προσ- ex jugo
2 δοκωμένην· ἐπειρᾶτο συναθροίσας παρακαλεῖν, μίαν Alpium
ἔχων ἀφορμὴν εἰς τοῦτο, τὴν τῆς Ἰταλίας ἐνάργειαν· suis osten-
οὕτω γὰρ ὑποπεπτώκει τοῖς προειρημένοις ὄρεσιν, ὥστε tat Italiam.
συνθεωρουμένων ἀμφοῖν, ἀκροπόλεως φαίνεσθαι διάθεσιν
3 ἔχειν τὰς Ἄλπεις τῆς ὅλης Ἰταλίας. διόπερ ἐνδεικνύ-
μενος αὐτοῖς τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία, καὶ καθόλου τῆς
εὐνοίας ὑπομιμνήσκων τῆς τῶν κατοικούντων αὐτὰ Γα-
λατῶν, ἅμα δὲ καὶ τὸν τῆς Ῥώμης αὐτῆς τόπον
ὑποδεικνύων, ἐπὶ ποσὸν εὐθαρσεῖς ἐποίησε τοὺς ἀνθρώπους.
4 Τῇ δ' ἐπαύριον ἀναζεύξας, ἐνήρχετο τῆς καταβάσεως. Descendere
ἐν ᾗ πολεμίοις μὲν οὐκ ἔτι περιέτυχε, πλὴν τῶν λάθρα Alpes inci-
κακοποιούντων· ὑπὸ δὲ τῶν τόπων καὶ τῆς χιόνος, οὐ pit Hanni-
πολλῷ λείποντας ἀπέβαλε τῶν κατὰ τὴν ἀνάβασιν bal.
5 φθαρέντων. οὔσης γὰρ στενῆς καὶ κατωφεροῦς τῆς
καταβάσεως, τῆς δὲ χιόνος ἄδηλον ποιούσης ἑκάστοις
τὴν ἐπίβασιν, πᾶν τὸ [b]παραπεσὸν τῆς ὁδοῦ καὶ σφαλὲν
6 ἐφέρετο κατὰ τῶν κρημνῶν. οὐ μὴν, ἀλλὰ ταύτην μὲν
ὑπέφερον τὴν ταλαιπωρίαν, ἅτε συνήθεις ὄντες ἤδη τοῖς
7 τοιούτοις κακοῖς. Ἅμα δὲ τῷ παραγενέσθαι πρὸς
τοιοῦτον τόπον, ὃν οὔτε τοῖς θηρίοις, οὔτε τοῖς ὑποζυγίοις
δυνατὸν ἦν παρελθεῖν διὰ τὴν στενότητα, σχεδὸν ἐπὶ

[a] τὴν ignorant Vat. Flor. Aug. Reg. A. [b] παραπεσὸν ex emend. virorum doctorum recepi, pro mendoso περιπεσόν.

summis montibus nix erat, ad occasum inclinante sidere Vergiliarum, animadvertens *Hannibal*, multitudinem, partim propter præterita mala, partim propter imminentia, animos despondere; advocata concione, adhortari milites conabatur, unicam ejus faciendi occasionem nactus, quod in conspectu esset Italia: quæ quidem illis montibus ita subjicitur, ut, simul utraque aspiciens, *universæ Italiæ arcem Alpes* dicas. Itaque Circumpadanos campos illis ostentans, et omnino incolarum Gallorum benevolentiam erga ipsos subinde memorans, ipsius vero etiam Romæ locum designans, aliquanto alacriorem militem reddebat. Postero die, motis signis, *descendere cœpit.* Et in descensu quidem hostes illi non occurrere, præter paucos furtim infestantes: sed per locorum iniquitatem ac per nivem non multo pauciores amisit, quam in ascensu perierant. Quia enim descendentibus via erat angusta et declivis; non dignoscente milite propter nivem, ubi pedem poneret, quidquid via aberrans semel excidisset, per præcipitia deferebatur. Verumtamen hanc ærumnam, ut jam hoc genus malis assueti milites, patienter ferebant. Ubi vero ad quemdam locum est ventum, quem propter angustias neque elephanti, neque jumenta, transire poterant: si-

A. U. 536. Via longo præcipitio interrupta.

τρία ἡμιστάδια [c] τῆς ἀποῤῥῶγος καὶ πρὸ τοῦ μὲν οὔσης, τότε δὲ καὶ [d] μᾶλλον ἔτι προσφάτως ἀπεῤῥωγυίας· ἐνταῦθα πάλιν ἀθυμῆσαι καὶ διατραπῆναι συνέβη τὸ πλῆθος. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπεβάλετο περιελθεῖν τὰς 8 δυσχωρίας ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγός· ἐπιγενομένης δὲ χιόνος, καὶ ταύτην ἀδύνατον ποιούσης τὴν πορείαν, ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς.

Nives in Alpibus insuperabiles.

LV. Τὸ γὰρ συμβαῖνον ἴδιον ἦν καὶ παρηλλαγμένον. ἐπὶ γὰρ τὴν προϋπάρχουσαν χιόνα καὶ διαμεμενηκυῖαν ἐκ τοῦ πρότερον χειμῶνος, ἄρτι τῆς ἐπιετοῦς πεπτωκυίας, ταύτην μὲν εὐδιάκοπτον εἶναι συνέβαινε, καὶ διὰ τὸ, πρόσφατον οὖσαν, ἁπαλὴν ὑπάρχειν, καὶ διὰ τὸ μηδέπω βάθος ἔχειν. ὁπότε δὲ, ταύτην διαπα- 2
τήσαντες, ἐπὶ τὴν ὑποκάτω καὶ συνεστηκυῖαν ἐπιβαῖεν, οὐκ ἔτι διέκοπτον, ἀλλ' ἐπέπλεον ὀλισθαίνοντες ἀμφοτέροις ἅμα τοῖς ποσί· καθάπερ ἐπὶ τῇ γῇ συμβαίνει τοῖς διὰ τῶν [e] ἀκροπήλων πορευομένοις. τὸ δὲ συνεξακο- 3
λουθοῦν τούτοις, ἔτι δυσχερέστερον ὑπῆρχεν. οἱ μὲν γὰρ 4
ἄνδρες οὐ δυνάμενοι τὴν κάτω χιόνα διακόπτειν, ὁπότε πεσόντες βουληθεῖεν ἢ τοῖς γόνασιν ἢ ταῖς χερσὶ προσεξερείσασθαι πρὸς τὴν ἐξανάστασιν, τότε καὶ μᾶλλον ἐπέπλεον ἅμα πᾶσι τοῖς ἐρείσμασιν, ἐπιπολὺ κατωφερῶν ὄντων τῶν χωρίων· τὰ δ' ὑποζύγια διέκοπτεν, ὅτε πέσοι, 5

[c] Sic Vat. et cod. Ursini. τῆς ἀποῤῥωγυίας (sic) Flor. τῆς γῆς ἀπεῤῥωγυίας Bav. Aug. et Regii. τῆς γῆς ἀποῤῥῶγος Casaub. [d] Mendose MSti omnes μᾶλλον ὅτι. [e] Vocab. ἀκροπήλων mendi suspectum habuit Casaub.

quidem locus, jam ante præruptus in passus fere centum nonaginta, recenti insuper ruina magis etiam erat abruptus: tum enimvero multitudo iterum despondere animos atque trepidare. Hic Pœnus consilium principio cepit, invia hæc loca circumeundi; sed quoniam superveniens nivis copia eam viam redderet insuperabilem, incepto destitit.

LV. Etenim rarum aliquid et singulare illac incedentibus eveniebat. Nam quum super veterem nivem, quæ ex priore hieme remanserat, nova præsentis anni cecidisset; hæc quidem, tum quia mollis erat, utpote recens, tum quia modicæ adhuc erat altitudinis, facile cedebat vestigio. Postea vero quam, ista conculcata, per subjectam huic aliam et gelu concretam ingrediebantur, non amplius hæc cedebat: sed, veluti supernatantes, utroque pede fallente, cadebant; sicut in terra usu venire solet iis, qui per solum in superficie limosum incedunt. Deinde vero major etiam difficultas sequebatur. Nam quum imprimere in nivem illam inferiorem vestigium non possent; si qui conciderant et conniti ad assurgendum seu genubus seu manibus volebant, cum ipsis adminiculis veluti innatantes, cum per longum spatium præcipitia essent loca, fœdius adhuc corruebant. Jumenta vero ubi

A. U. 536.

τὴν κάτω χιόνα κατὰ τὴν διανάστασιν· διακόψαντα δὲ,
ἔμενε μετὰ τῶν φορτίων οἷον καταπεπηγότα, διά τε τὸ
βάρος, καὶ διὰ τὸ πῆγμα τῆς προϋπαρχούσης χιόνος.
6 Ὅθεν ἀποστὰς τῆς τοιαύτης ἐλπίδος, ἐστρατοπέδευσε
[f] περὶ τὴν ῥάχιν, διαμησάμενος τὴν ἐπ' αὐτῇ χιόνα·
καὶ μετὰ ταῦτα παραστήσας τὰ πλήθη, τὸν κρημνὸν
7 ἐξῳκοδόμει [g] μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας. τοῖς μὲν οὖν
ὑποζυγίοις καὶ τοῖς ἵπποις ἱκανὴν ἐποίησε πάροδον ἐν
ἡμέρᾳ μιᾷ. διὸ καὶ ταῦτα μὲν εὐθέως διαγαγὼν καὶ
καταστρατοπεδεύσας περὶ τοὺς ἐκφεύγοντας ἤδη τὴν
8 χιόνα τόπους, διαφῆκε πρὸς τὰς νομάς. τοὺς δὲ Νομά-
δας ἀνὰ μέρος προῆγε πρὸς τὴν οἰκοδομίαν· καὶ μόλις
[h] ἐν ἡμέραις τρισὶ κακοπαθήσας, διήγαγε τὰ θηρία.
καὶ τάδε συνέβαινε [i] κακῶς διατεθεῖσθαι ὑπὸ τοῦ λιμοῦ.
9 τῶν γὰρ Ἄλπεων τὰ μὲν ἄκρα καὶ τὰ πρὸς τὰς
ὑπερβολὰς ἀνήκοντα, τελέως ἄδενδρα καὶ ψιλὰ πάντ'
ἐστὶ, διὰ τὸ συνεχῶς ἐπιμένειν τὴν χιόνα καὶ θέρους καὶ
χειμῶνος· τὰ δ' ὑπὸ μέσην τὴν παρώρειαν ἐξ ἀμφοῖν
τοῖν μεροῖν, ὑλοφόρα καὶ δενδροφόρα, καὶ τὸ ὅλον
οἰκήσιμά ἐστιν.

Viam per præerupta munit Hannibal.

LVI. Ἀννίβας δὲ, συναθροίσας ὁμοῦ πᾶσαν τὴν
δύναμιν, κατέβαινε· καὶ τριταῖος ἀπὸ τῶν προειρημένων
2 κρημνῶν διανύσας, ἥψατο τῶν ἐπιπέδων· πολλοὺς μὲν

Superatis Alpibus Italiam ingreditur.

[f] περὶ τὴν ῥάχιν dedi cum Ursino. Vulgo omnes περὶ τὴν ἀρχήν. Sed Livius, *in juga.* [g] μετὰ πολλῆς τῆς ταλαιπωρίας editio 2. et seqq. ex Aug. [h] Abest ἐν a Bav. [i] κακῶς ὑπὸ τοῦ λιμοῦ διατεθ. Vat. Flor.

ceciderant, luctantia in assurgendo inferiorem nivem rumpebant: sed, ea rupta, cum ipsis sarcinis quasi congelata hærebant, et propter gravitatem suam, et propter glaciem ex priore nive firmiter adstrictam. Itaque desperato consilii hujus exitu, circa ipsum illud dorsum, effossa egestaque nive, qua omnia tegebantur, metatus est castra: deinde opera militum usus, labore improbo per præcipitium viam munivit. Ac jumentis quidem et equis idoneum transitum uno die expedivit: quare hos statim transmisit, et motis castris ad loca ubi nix nulla reperiebatur, ad pascua dimittit. Ipse interea Numidas ad viam muniendam per vices admovet: vixque tertio demum die, mala passus ingentia, elephantos trajecit; qui jam prope fame erant consumti. Nam Alpium cacumina et proxima illis loca nuda prorsus ubique sunt, absque ulla omnino arbore, perpetuis nivibus et æstate et hieme obsessa: quæ vero mediis utrimque montium lateribus subjectæ sunt, arbusta sylvasque gignunt, et omnino habitari possunt.

LVI. *Hannibal*, universo exercitu congregato, descendit: ac tertio die, ex quo præerupta illa quæ commemoravimus loca est emensus, ad plana

A. U. 536. ἀπολωλεκὼς τῶν στρατιωτῶν, ὑπό τε τῶν πολεμίων, καὶ
τῶν ποταμῶν, ἐν τῇ καθόλου πορείᾳ· πολλοὺς δ' ὑπὸ
τῶν κρημνῶν καὶ τῶν δυσχωριῶν κατὰ τὰς Ἄλπεις οὐ
μόνον ἄνδρας, ἔτι δὲ πλείους ἵππους καὶ ὑποζύγια.
τέλος δὲ, τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ Καινῆς πόλεως ἐν 3
πέντε μησὶ ποιησάμενος, τὴν δὲ τῶν Ἄλπεων ὑπερβολὴν
ἡμέραις [k]πεντεκαίδεκα, κατῆρε τολμηρῶς εἰς τὰ περὶ
τὸν Πάδον πεδία, καὶ τὸ τῶν Ἰσόμβρων ἔθνος· ἔχων 4
διασωζόμενον μέρος τῆς μὲν τῶν Λιβύων δυνάμεως,
πεζοὺς μυρίους καὶ δισχιλίους, τῆς δὲ τῶν Ἰβήρων εἰς
ὀκτακισχιλίους· ἱππεῖς δὲ τοὺς πάντας οὐ πλείους [l]τῶν
ἑξακισχιλίων· ὡς αὐτὸς ἐν τῇ στήλῃ τῇ περὶ τοῦ
πλήθους ἐχούσῃ τὴν ἐπιγραφὴν ἐπὶ Λακινίῳ διασαφεῖ.
Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, ὡς ἐπάνω [m]προεῖπον, 5
Πόπλιος ἀπολελοιπὼς τὰς δυνάμεις Γναΐῳ τῷ ἀδελφῷ,
καὶ παρακεκληκὼς αὐτὸν ἔχεσθαι τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ πραγμάτων,
καὶ πολεμεῖν ἐῤῥωμένως Ἀσδρούβᾳ, κατέπλευσε
μετ' ὀλίγων αὐτὸς εἰς Πίσας. ποιησάμενος δὴ 6
τὴν πορείαν διὰ Τυῤῥηνίας, καὶ παραλαβὼν τὰ παρὰ
τῶν ἑξαπελέκεων στρατόπεδα τὰ προκαθήμενα καὶ
προσπολεμοῦντα τοῖς Βοίοις, ἧκε πρὸς τὰ περὶ τὸν
Πάδον πεδία καὶ καταστρατοπεδεύσας, ἐπεῖχε τοῖς
πολεμίοις, σπεύδων συμβαλεῖν εἰς μάχην.

Residuarum copiarum numerus.

P. Scipio ad Padum accedit.

[k] δεκαπέντε Vat. Flor. Aug. Reg. A. Flor. Bav. et Regiis. [l] τῶν ἑξακισχ. Articulus abest a Vat. [m] προεῖπα Vat.

pervenit: multis militibus amissis, quos toto itinere partim hostes, partim flumina, exstinxerant; multis item, quos præcipites atque inviæ Alpes hauserant, non solum viris, verum etiam equis jumentisque longe pluribus. Tandem, universo itinere a *Carthagine nova* quinque mensibus confecto, Alpibus vero diebus quindecim superatis, in *Circumpadanos* campos et *Insubrium* fines audacter est ingressus. Copiæ, quæ tum illi restabant incolumes, hæ fuere: ex Africanis, peditum millia duodecim; ex Hispanis, ad octo millia: equitum universus numerus sed millia non excedebat: sicut testatur ipse in columna *Lacinii* inventa, qua suorum numerum est complexus. Eodem vero tempore, quemadmodum supra dixi, *Publius*, legionibus fratri Cnæo relictis, multumque illum hortatus, ad res in Hispania diligenter gerendas, et fortiter cum Asdrubale bellandum: ipse cum paucis *Pisas* navigavit. Deinde *per Hetruriam* iter faciens, ubi a Prætoribus eos exercitus accepisset, qui locis illis præsidebant, et adversus Boios rem gerebant, *ad Padum* accessit: ibique positis castris substitit, cum hoste manus quam primum cupiens conserere.

LVII. Ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ καὶ τὴν διήγησιν, καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἀμφοτέρων, καὶ τὸν πόλεμον, εἰς Ἰταλίαν ἠγάγομεν· πρὸ τοῦ τῶν ἀγώνων ἄρξασθαι, βραχέα βουλόμεθα περὶ τῶν ἁρμοζόντων τῇ πραγματείᾳ διελ-
2 θεῖν. Ἴσως γὰρ [n]δή τινες ἐπιζητήσουσι, πῶς, πεποιημένοι τὸν πλεῖστον λόγον ὑπὲρ τῶν κατὰ Λιβύην καὶ κατ' Ἰβηρίαν τόπων, οὔτε περὶ τοῦ καθ' Ἡρακλείους στήλας στόματος οὐδὲν ἐπὶ πλεῖον εἰρήκαμεν, οὔτε περὶ τῆς ἔξω θαλάττης, καὶ τῶν [o]ἐν ταύτῃ συμβαινόντων
3 ἰδιωμάτων· οὐδὲ μὲν περὶ τῶν Βρεττανικῶν νήσων, καὶ τῆς τοῦ καττιτέρου κατασκευῆς, ἔτι δὲ τῶν [p]ἀργυρείων καὶ χρυσείων τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ὑπὲρ ὧν οἱ συγγραφεῖς, ἀμφισβητοῦντες πρὸς ἀλλήλους, τὸν πλεῖστον
4 διατίθενται λόγον. Ἡμεῖς δ', οὐχὶ, νομίζοντες ἀλλότριον εἶναι τοῦτο τὸ μέρος τῆς ἱστορίας, διὰ τοῦτο [q]παρελίπομεν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν, οὐ βουλόμενοι παρ' ἕκαστα διασπᾷν τὴν διήγησιν, οὐδ' ἀποπλανᾷν ἀπὸ τῆς
5 πραγματικῆς ὑποθέσεως τοὺς φιληκοοῦντας· δεύτερον δὲ, κρίνοντες, οὐ διερριμμένην, οὐδ' ἐν παρέργῳ, ποιήσασθαι τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην· ἀλλὰ κατ' ἰδίαν, καὶ τόπον καὶ καιρὸν ἀπονείμαντες τῷ μέρει τούτῳ, καθόσον οἷοί
6 τ' ἐσμὲν τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἐξηγήσασθαι. Διόπερ οὐ χρὴ θαυμάζειν οὐδ' ἐν τοῖς ἑξῆς, ἐὰν, ἐπί τινας

Rerum in natura memorabilium enarratio etiam pertinet ad Historiam.

Sed seorsim et ex professo ea tractaturus est Polybius.

[n] δὴ caret Bav. [o] ἐν ταύταις Vat. Flor. Aug. Reg. A. [p] ἀργυρίων καὶ χρυσίων dant iidem codd. χρυσείων tamen cum Bav. habet (ni fallor) etiam Vat. [q] παρελείπομεν Aug. Reg. A.

LVII. Nunc quoniam et narrationem, et populi utriusque duces, bellumque adeo ipsum, in Italiam perduximus; priusquam pugnas ibi pugnatas narrare incipimus, pauca *de officio nostro in scribenda hac Historia* dicemus. Quærent enim fortasse nonnulli, quum de variis in Africa atque Hispania locis multum simus locuti, cur *de Freto ad columnas Herculis, de externo mari, ejusque natura, de Britannicis insulis, et stanni confectione, de auri argentique metallis in Hispania*, de quibus multa, eaque invicem pugnantia, auctores prodidere, non fuse verba fecerimus. Nos vero hæc prætermisimus, non eo quidem nomine, quia parum illa pertinere ad Historiam arbitraremur: sed primo, ne interrumpere narrationem ad singulorum mentionem cogeremur, et a rerum gestarum serie studiosos notitiæ illarum avocare: deinde, quia constituimus, non sparsim variis locis, neque obiter, meminisse eorum; sed seorsim, loco ac tempore ei tractationi destinato, veritatem rerum illarum pro nostra virili explicare. Nemo igitur nec in sequentibus mirari debet, si delati narratione rerum gestarum

τόπους ἐρχόμενοι τοιούτους, παραλείπωμεν τοῦτο τὸ μέρος, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. εἰ δέ τινες πάντως 7 ἐπιζητοῦσι κατὰ τόπον καὶ κατὰ μέρος τῶν τοιούτων ἀκούειν· ἴσως ἀγνοοῦσι, παραπλήσιόν τι πάσχοντες τοῖς λίχνοις τῶν δειπνητῶν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, πάντων ἀπο- 8 γευόμενοι τῶν παρακειμένων, οὔτε κατὰ τὸ παρὸν οὐδενὸς ἀληθινῶς ἀπολαύουσι τῶν βρωμάτων, οὔτ' εἰς τὸ μέλλον ὠφέλιμον ἐξ αὐτῶν τὴν ἀνάδοσιν καὶ τροφὴν κομίζονται· πᾶν δὲ τοὐναντίον. οἵ τε περὶ τὴν ἀνάγνωσιν 9 τὸ παραπλήσιον ποιοῦντες, οὔτε τῆς παραυτίκα διαγωγῆς ἀληθινῶς, οὔτε τῆς εἰς τὸ μέλλον ὠφελείας στοχάζονται δεόντως.

Catillones in legendis historiis.

LVIII. Διότι μὲν οὖν, εἰ καί τι τῶν τῆς ἱστορίας μερῶν ἄλλο, καὶ τοῦτο προσδεῖ λόγου καὶ διορθώσεως ἀληθινωτέρας, προφανὲς ἐκ πολλῶν, μάλιστα δ' ἐκ τούτων. σχεδὸν γὰρ πάντων, εἰ δὲ μή γε τῶν πλείστων 2 συγγραφέων, πεπειραμένων μὲν ἐξηγεῖσθαι τὰς ἰδιότητας καὶ θέσεις τῶν περὶ τὰς ἐσχατιὰς τόπων τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, ἐν πολλοῖς δὲ τῶν πλείστων διημαρτηκότων· παραλιπεῖν μὲν οὐδαμῶς καθήκει, ῥητέον δέ τι 3 πρὸς αὐτοὺς, οὐκ ἐκ παρέργου καὶ διεῤῥιμμένως, ἀλλ' ἐξ ἐπιστάσεως· καὶ ῥητέον, οὐκ ἐπιτιμῶντας, οὐδ' ἐπι- 4 πλήττοντας, ἐπαινοῦντας δὲ μᾶλλον, καὶ διορθουμένους τὴν ἄγνοιαν αὐτῶν· γινώσκοντας, ὅτι κἀκεῖνοι, τῶν νῦν καιρῶν ἐπιλαβόμενοι, πολλὰ τῶν αὐτοῖς εἰρημένων, εἰς

Multa fabulosa narrarunt Veteres.

ad nonnulla ejusmodi loca, propter illas quas diximus caussas, naturam ipsorum exponere supersederimus. De qua si qui omnino postulant, ut ubique et in quacumque historiæ parte disseratur; non animadvertunt opinor isti, idem sibi usu venire ac *catillonibus* convivis: nam quemadmodum hi, singula fercula degustando, neque in præsentia ullo ex cibis vere fruuntur, neque in posterum utile ex eorum digestione alimentum ferunt, sed omnia potius contraria experiuntur; simillime et illi, qui parem animum ad librorum lectionem afferunt, neque in præsentia vere se oblectandi, neque in posterum proficiendi rectam ineunt viam.

LVIII. Quod autem ista pars, si qua ulla pars Historiæ, tractari adhuc et propius veritatem emendari opus habeat, multa arguunt; quorum nos præcipua attingemus. Nam quum omnes, certe quidem plurimi Scriptores extremas orbis cogniti partes, quæ locorum natura, qui situs, enarrare sint conati, in multis autem plerique illorum erraverint; nequaquam sane prætermitti errores illorum debent, sed confutare illos oportet; neque id obiter, aut carptim, verum ex professo: confutare autem sic, non ut auctores incuses, aut in eos inveharis; sed laudes potius, et quæ fuerint ab illis ignorata corrigas; atque apud te cogites, etiam illos, si ad hanc

5 διόρθωσιν ἂν καὶ μετάθεσιν ἤγαγον. Ἐν μὲν γὰρ τῷ
προγεγονότι χρόνῳ [r]σπανίους ἂν εὕροι τις τῶν Ἑλλήνων
τοὺς ἐπιβεβλημένους πολυπραγμονεῖν τὰ κατὰ τὰς
6 ἐσχατιὰς, διὰ τὸ τῆς ἐπιβολῆς ἀδύνατον. πολλοὶ μὲν
γὰρ ἦσαν οἱ κατὰ θάλατταν τότε κίνδυνοι καὶ δυσεξαρίθμητοι· πολλαπλάσιοι δὲ τούτων, οἱ κατὰ γῆν.
7 Ἀλλ' εἰ καί τις, ἢ κατ' ἀνάγκην, ἢ κατὰ προαίρεσιν,
ἐξίκοιτο πρὸς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, οὐδ' οὕτως ἤνυε
8 τὸ προκείμενον. δυσχερὲς μὲν γὰρ ἐπὶ πλέον τινῶν
αὐτόπτην γενέσθαι, διὰ τὸ τοὺς μὲν [s]ἐκβεβαρβαρῶσθαι,
τοὺς δ' ἐρήμους εἶναι τόπους· ἔτι δὲ χαλεπώτερον, τὸ
περὶ τῶν ὁραθέντων διὰ λόγου τι γνῶναι καὶ μαθεῖν, διὰ
9 τὸ τῆς φωνῆς ἐξηλλαγμένον. ἐὰν δὲ καὶ γνοίη τις, ἔτι
τῶν πρὸ τοῦ δυσχερέστερον τὸ τῶν ἑωρακότων τινὰ μετρίῳ χρῆσθαι τρόπῳ, καὶ, καταφρονήσαντα τῆς παραδοξολογίας καὶ τερατείας, [t]ἑαυτοῦ χάριν προτιμῆσαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ μηδὲν [u]τῶν πάρεξ ὄντων ἡμῖν ἀναγγεῖλαι.

Nec mirum, ob difficultates olim oblatas.

LIX. Διόπερ, οὐ δυσχεροῦς, ἀλλ' ἀδυνάτου σχεδὸν ὑπαρχούσης κατά γε τοὺς προγεγονότας καιροὺς τῆς ἀληθοῦς ἱστορίας ὑπὲρ τῶν προειρημένων· οὐκ, εἴ τι παρέλιπον οἱ συγγραφεῖς ἢ διήμαρτον, ἐπιτιμᾶν αὐτοῖς

Polybii ætate melius cognosci multa potuerunt.

[r] σπανίως Aug. Reg. A. [s] ἐκβεβαρβαρῶσθαι correxi. Vulgo omnes ἐκβαρβαρῶσθαι. [t] ἑαυτῆς utique videtur legendum. [u] An ἰόντων? Sua auctoritate Casaubonus πάρεξ τῶν ὄντων edidit.

ætatem pervenissent, multa quæ scripserant fuisse emendaturos et mutaturos. Etenim superioribus quidem temporibus paucos Græcorum invenires, qui extrema orbis nostri curiosius investigare aggrederentur; quoniam facultas ejus rei nulla erat. Nam et maria navigantibus infinita ferme pericula impendebant; et multo etiam plura terra euntibus. Sed et si quis etiam, sive necessitate compulsus, sive ultro, ad fines orbis accessisset, ne sic quidem multum profecisset. Nam in plerisque difficile est consequi, ut eorum sis ipse spectator; quum locorum alia a feris barbaris habitentur, alia sint deserta: ut autem de iis, quæ ipse etiam videris, sermone aliquid cognoscas ac docearis, id vero, propter linguarum diversitatem, difficilius etiam est. Quin et, si quis notitiam earum rerum nactus sit, restat omnium quæ diximus difficillimum; ut moderate uti sciat eis quæ viderit, et, spretis miraculorum figmentis ac portentis, ipsam propter se veritatem colat, neque quidquam, quod ab illa recedat, nobis nuntiet.

LIX. Quum igitur superioribus seculis istarum rerum vera cognitio, non dicam difficulter, sed omnino parari non potuerit: si quid auctores prætermisere, aut secus scripsere, non

ἄξιον· ἀλλ’, ἐφ’ ὅσον ἔγνωσάν τι καὶ [x] προεβίβασαν τὴν 2
ἐμπειρίαν τὴν περὶ τούτων ἐν [y] τοῖς τοιούτοις καιροῖς,
ἐπαινεῖν καὶ θαυμάζειν αὐτοὺς δίκαιον. Ἐν δὲ τοῖς 3
καθ’ ἡμᾶς, τῶν μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν, διὰ τὴν Ἀλεξ-
άνδρου δυναστείαν, τῶν δὲ λοιπῶν τόπων, διὰ τὴν Ῥω-
μαίων ὑπεροχὴν, σχεδὸν ἁπάντων πλωτῶν καὶ πορευτῶν
γεγονότων· ἀπολελυμένων δὲ καὶ τῶν πρακτικῶν ἀνδρῶν 4
τῆς περὶ τὰς πολεμικὰς καὶ πολιτικὰς πράξεις φιλοτι-
μίας, ἐκ δὲ τούτων [z] μεγάλας ἀφορμὰς εἰληφότων εἰς
τὸ πολυπραγμονεῖν καὶ φιλομαθεῖν περὶ τῶν προειρη-
μένων· δέον ἂν εἴη, καὶ βέλτιον [a] καὶ ἀληθινώτερον 5
γινώσκειν ὑπὲρ τῶν πρότερον ἀγνοουμένων. Ὅπερ ἡμεῖς 6
αὐτοί τε [b] πειρασόμεθα ποιεῖν, λαβόντες ἁρμόζοντα
τόπον ἐν τῇ πραγματείᾳ τῷ μέρει τούτῳ, τούς τε
φιλοπευστοῦντας ὁλοσχερέστερον βουλησόμεθα συνεπι-
στῆσαι περὶ τῶν προειρημένων. ἐπειδὴ καὶ τὸ πλεῖον 7
τούτου χάριν ὑπεδεξάμεθα τοὺς κινδύνους καὶ τὰς
κακοπαθείας [c] τὰς συμβάσας ἡμῖν ἐν πλάνῃ τῇ κατὰ
Λιβύην, καὶ κατ’ Ἰβηρίαν, ἔτι δὲ Γαλατίαν, καὶ τὴν
ἔξωθεν ταύταις ταῖς χώραις συγκυροῦσαν θάλατταν·
ἵνα, διορθωσάμενοι τὴν τῶν προγεγονότων ἄγνοιαν ἐν 8
τούτοις, γνώριμα ποιήσωμεν τοῖς Ἕλλησι καὶ ταῦτα

Polybii itinera eo consilio suscepta.

[x] προεβίβασαν recte Casaub. Ante eum προσεβίβ. libri omnes. [y] Carent τοῖς Vat. Flor. Aug. Reg. A. [z] Vulgo omnes τὰς μεγάλας, ubi aut delendum esse τὰς, aut τὰς μεγίστας legendum, recte monuit Reisk. [a] Sic Casaub. ordinavit verba. Libri omnes καὶ γινώσκειν ἀληθ. quod suspicionem movit Reiskio, excidisse verbum post βέλτιον. [b] παραστησόμεθα Bav. [c] τὰς συμβάσας cum Ursino dedit Casaub. Libri nostri omnes τοὺς συμβάντας.

tam eo nomine reprehensionem merentur; quam laudem et admirationem, eo quod talibus temporibus aliquid saltem de iis rebus cognoverint, et studia hominum hac parte iverint adjutum. Nostra vero ætate, postquam Asia per Alexandri dominatum, reliquæ vero orbis partes per Romanorum imperium terra marique omnibus patent: quum etiam viri, qui in agendis rebus soliti erant versari, curis jam qua bellicis, qua civilibus, sint soluti, maximasque ex ea re opportunitates sint nacti, diligentius atque exactius de istis inquirendi: necesse utique fuerit, ut melius ac verius, quæ prius ignorabantur, hodie cognoscantur. Quod quidem et nos præstare conabimur, ubi dederit se occasio in hoc opere de hujusmodi rebus, quas diximus, disserendi; et curiosorum ejus studii attentionem ad eas penitius noscenda erigemus. Nam et hoc ipso potissimum consilio tot pericula tantosque suscepimus labores, quantos in peragranda Africa, Hispania, Gallia, marique externo quod has regiones alluit, exantlavimus: ut antiquorum ignorantiam et errores circa has partes corrigeremus, et illos quo-

9 τὰ μέρη τῆς οἰκουμένης. Νῦν δ', ἀναδραμόντες ἐπὶ τὴν
παρέκβασιν τῆς διηγήσεως, πειρασόμεθα δηλοῦν τοὺς
γενομένους ἐκ παρατάξεως ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίοις καὶ
Καρχηδονίοις ἀγῶνας.

LX. Τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῆς δυνάμεως, ὅπερ ἔχων A. U. 536.
2 Ἀννίβας ἐνέβαλεν εἰς Ἰταλίαν, ἤδη δεδηλώκαμεν. μετὰ
δὲ τὴν εἰσβολὴν, καταστρατοπεδεύσας ὑπ' αὐτὴν τὴν
παρώρειαν τῶν Ἄλπεων, τὰς μὲν ἀρχὰς ἀνελάμβανε
3 τὰς δυνάμεις. οὐ γὰρ μόνον ὑπὸ τῶν ἀναβάσεων καὶ
καταβάσεων, ἔτι δὲ τραχυτήτων τῶν κατὰ τὰς ὑπερ-
βολὰς, δεινῶς τεταλαιπωρήκει τὸ σύμπαν αὐτῷ στρα-
τόπεδον· ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν ἐπιτηδείων σπάνει, καὶ ταῖς
4 τῶν σωμάτων ἀθεραπευσίαις, κακῶς ἀπήλλαττε. πολλοὶ
δὲ καὶ καθυφεῖντο ἑαυτοὺς ὁλοσχερῶς, διὰ τὴν ἔνδειαν
καὶ συνέχειαν τῶν πόνων. [d] οὔτε γὰρ διακομίζειν εἰς
τοσαύτας μυριάδας διὰ τοιούτων τόπων δαψιλῆ τὰ
πρὸς τὴν τροφὴν οἷοί τ' ἦσαν· ἅ τε καὶ παρεκόμιζον,
ἅμα τῇ τῶν ὑποζυγίων καταφθορᾷ, καὶ τούτων τὰ
5 πλεῖστα [e] συναπώλλυτο. Διόπερ, ὁρμήσας ἀπὸ τῆς
τοῦ Ῥοδανοῦ διαβάσεως, πεζοὺς μὲν εἰς ὀκτακισχιλίους
καὶ τρισμυρίους ἔχων, ἱππεῖς δὲ πλείους ὀκτακισχιλίων,
σχεδόν που τὴν ἡμίσειαν τῆς δυνάμεως, καθάπερ ἐπάνω
6 προεῖπον, ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς διέφθειρεν. οἵ γε μὴν
σωθέντες, καὶ ταῖς ἐπιφανείαις καὶ τῇ λοιπῇ διαθέσει,

Residuum exercitum reficit Hannibal.

[d] γὰρ abest a MStis. Cum Perotto adjecit Casaub. [e] συναπώλλυτό ex Flor. adscivi. Editi cum aliis συναπώλοντο.

que tractus orbis nostri Græcis hominibus aperiremus. Jam vero, unde excessit oratio nostra, eo redeamus: et ad Romanorum Carthaginiensiumque prælia, collatis signis in Italia pugnata, explicanda accedamus.

LX. Copias igitur *Hannibalis*, quibuscum Italiam est ingressus, ante declaravimus. Prima illius, postquam eo pervenit, cura fuit, ut positis ad radices ipsas Alpium castris, militem reficeret. Universus siquidem illius exercitus, non solum ascendendi, descendendique difficultate, et asperitate viæ per montium juga misere confectus erat: verum etiam commeatuum inopia, et corporum illuvie, pessime habebat. Multi et salutem suam ultro in hac inopia et continuis laboribus, negligebant. Neque enim deferri per ejusmodi loca commeatus poterant, qui tot hominum millibus abunde sufficerent: et illi ipsi qui adferebantur, una cum pereuntibus jumentis, magnam partem perierant. Ex quo factum, ut, qui profectus esset a transitu Rhodani cum octo et triginta peditum millibus, equitum octo et amplius; dimidium ferme ejus numeri, ut supra ostendimus, in jugis Alpium amiserit. Qui vero evaserant, propter continuas ærumnas, de quibus

A. U. 536.

Exercitum reficit Hannibal.

διὰ τὴν συνέχειαν τῶν προειρημένων πόνων, οἷον ἀποτεθηριωμένοι πάντες ἦσαν. πολλὴν οὖν ποιούμενος πρόνοιαν 7 Ἀννίβας τῆς ἐπιμελείας αὐτῶν, ἀνεκτᾶτο καὶ τὰς ψυχὰς ἅμα καὶ τὰ σώματα τῶν ἀνδρῶν, ὁμοίως δὲ τὰ τῶν ἵππων.

Taurinos subigit, expugnata eorum urbe.

Μετὰ δὲ ταῦτα, προσανειληφυίας ἤδη τῆς 8 δυνάμεως, τῶν Ταυρινῶν, οἳ τυγχάνουσι πρὸς τῇ παρωρείᾳ κατοικοῦντες, στασιαζόντων μὲν πρὸς τοὺς Ἴσομβρας, ἀπιστούντων δὲ τοῖς Καρχηδονίοις· τὸ μὲν πρῶτον 9 αὐτοὺς εἰς φιλίαν προὐκαλεῖτο καὶ συμμαχίαν· οὐχ ὑπακουόντων δὲ, περιστρατοπεδεύσας τὴν βαρυτάτην πόλιν, ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐξεπολιόρκησε. κατασφάξας 10 δὲ τοὺς ἐναντιωθέντας αὐτῷ, τοιοῦτον ἐνειργάσατο φόβον τοῖς σύνεγγυς κατοικοῦσι τῶν βαρβάρων, ὥστε πάντας ἐκ χειρὸς παραγίγνεσθαι, διδόντας αὐτοὺς εἰς τὴν πίστιν. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος τῶν τὰ πεδία κατοικούντων 11 Κελτῶν, ἐσπούδαζε μὲν κοινωνεῖν τοῖς Καρχηδονίοις τῶν πραγμάτων, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιβολήν· παρηλλα- 12 χότων δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων ἤδη τοὺς πλείστους αὐτῶν, καὶ [f] διακεκλεικότων, ἡσυχίαν ἦγον· τινὲς δὲ καὶ συστρατεύειν ἠναγκάζοντο τοῖς Ῥωμαίοις. Εἰς 13 ἃ βλέπων Ἀννίβας, ἔκρινε μὴ μέλλειν, ἀλλὰ προάγειν εἰς τοὔμπροσθεν, καὶ πράττειν τι πρὸς τὸ θαῤῥῆσαι τοὺς βουλομένους μετέχειν σφίσι τῶν αὐτῶν ἐλπίδων.

LXI. Προθέμενος δὲ ταῦτα, καὶ τὸν Πόπλιον ἀκούων

[f] διακεκλεικότων ex Reiskii emend. dedi. Vulgo omnes διακεκλικότων.

diximus, specie habituque prope efferati omnes erant. Itaque summo studio *Hannibal* id operam dabat, ut et viri animis corporibusque reficerentur, et equi etiam curarentur. Secundum hæc, recreato jam exercitu, *Taurinos*, qui, ad radices Alpium siti, bellum eo tempore adversus *Insubres* moverant, neque fidem Pœnis habebant, pellicere primo ad amicitiam societatemque suam tentavit: deinde, quum parum benigne respondissent, castris ante opulentissimam eorum urbem positis, triduo eam expugnavit. Tum vero, occisis qui se ipsi opposuerant, tantum vicinis barbaris metum injecit, ut extemplo omnes advenirent, in fidem illius sese dedentes. Ceteri vero Galli, qui planitiem illam colunt, cupiebant illi quidem, sicut ab initio constituerant, *Hannibali* se adjungere: sed, quia ulterius jam Romanæ legiones processerant, et plerosque eorum intercluserant, quiescebant: nonnulli etiam Romanis militare cogebantur. Eapropter *Hannibal* nihil cunctandum ratus, promovere exercitum statuit, et insigni aliquo facinore, animos eorum erigere, qui suas partes sequi vellent.

LXI. Inter hæc allato nuntio, *Scipionem cum legionibus Padum jam tra-*

A. U. 536.

Hannibal et Scipio mirantur alter alterius adventum.

ἤδη διαβεβηκέναι τὸν Πάδον μετὰ τῶν δυνάμεων, καὶ
2 σύνεγγυς εἶναι· τὸ μὲν πρῶτον ἠπίστει τοῖς [g] προσαγ-
γελλομένοις· ἐνθυμούμενος μὲν, ὅτι πρότερον ἡμέραις
ὀλίγαις αὐτὸν ἀπέλιπε περὶ τὴν τοῦ Ῥοδανοῦ διάβασιν,
καὶ συλλογιζόμενος [h] τὸν πλοῦν τὸν ἀπὸ Μασσαλίας
εἰς Τυῤῥηνίαν, ὡς μακρὸς καὶ δυσπαρακόμιστος εἴη·
3 πρὸς δὲ τούτοις, τὴν πορείαν ἱστορῶν, τὴν ἀπὸ τοῦ Τυῤ-
ῥηνικοῦ πελάγους διὰ τῆς Ἰταλίας μέχρι πρὸς τὰς
Ἄλπεις, ὡς πολλὴ καὶ δυσδίοδος ὑπάρχει στρατοπέδοις.
4 πλειόνων δὲ καὶ [i] σαφέστερον ἀεὶ [k] προσαγγελλόντων,
ἐθαύμαζε καὶ [l] κατεπέπληκτο τὴν ὅλην ἐπιβολὴν καὶ τὴν
5 πρᾶξιν τοῦ στρατηγοῦ. Τὸ δὲ παραπλήσιον συνέβαινε
πάσχειν καὶ τὸν Πόπλιον· τὰς μὲν γὰρ ἀρχὰς, οὐδ'
[m] ἐπιβάλλεσθαι τῇ διὰ τῶν Ἄλπεων ἤλπισε πορείᾳ τὸν
Ἀννίβαν δυνάμεσιν ἀλλοφύλοις· εἰ δὲ καὶ [n] τολμῆσαι,
6 καταφθαρήσεσθαι προδήλως αὐτὸν ὑπελάμβανε. διόπερ
ἐν τοιούτοις ὢν διαλογισμοῖς, ὡς ἐπυνθάνετο, καὶ σε-
σῶσθαι, καὶ πολιορκεῖν αὐτὸν ἤδη τινὰς πόλεις ἐν
Ἰταλίᾳ, κατεπέπληκτο τὴν τόλμαν καὶ τὸ παράβολον
7 τἀνδρός. Τὸ δ' αὐτὸ συνέβαινε καὶ τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ
8 πεπονθέναι περὶ τῶν προσπιπτόντων. ἄρτι γὰρ τῆς τε-
λευταίας φήμης καταληγούσης ὑπὲρ τῶν Καρχηδονίων,
ὅτι Ζάκανθαν εἰλήφασι, καὶ πρὸς ταύτην βεβουλευμένων

Romæ magna trepidatio.

[g] προαγγελλ. MSti et edd. ante Casaub. [h] Vulgo omnes τόν τε πλοῦν. Delevi conjunctionem; quam si tenemus, defecta fit oratio. [i] σαφεστέρων vulgo omnes. Correxi ex conject. [k] προσαγγελόντων cum simpl. λ dat Bav. [l] κατεπλήττετο h. l. edd. ex Bav. [m] ἐπιβαλεῖσθαι malim. [n] πολεμῆσαι Bav.

jecisse, atque adeo abesse haud longe: non credere primo *Hannibal* huic famæ. Quippe veniebat illi in mentem, ante paucos dies relictum a se Scipionem circa Rhodani transitum: cogitabatque, a Massilia in Etruriam et longam et difficilem esse navigationem. Ad hæc dicebatur illi inquirenti, tractum ab Etrusco mari ad Alpes, non solum longum esse, verum etiam exercitibus vix pervium. Sed aliis deinde atque aliis idem certius renuntiantibus, Romani ducis conatum atque effectum stupens admirabatur. Idem vero et *Publio* quoque usu veniebat: nam hic initio sibi persuaserat, *Hannibalem* ne tentaturum quidem superare Alpes, cum exercitu præsertim tot diversarum gentium: quod si vero tanta foret audacia, quin periturus esset misere, ne dubitandum quidem censebat. Itaque in his cogitationibus dum esset, ut accepit, *et incolumem pervenisse in Italiam, et aliquas jam in ea urbes obsidere;* audaciam hominis temeritatemque demirabatur. *Romæ* quoque, ad ejus rei famam, motus non dissimiles animorum erant. Vix enim cessaverat ultima de capta a Carthaginiensibus Sagunto fama, et, consiliis in eam partem directis, alterum consulem in

A. U. 536.

τὴν ἔννοιαν, καὶ τὸν μὲν ἕνα τῶν στρατηγῶν ἐξαπεσταλ-
κότων εἰς τὴν Λιβύην, ὡς αὐτὴν τὴν Καρχηδόνα πολιορ-
κήσοντα, τὸν δ' ἕτερον εἰς Ἰβηρίαν, ὡς πρὸς Ἀννίβαν
ἐκεῖ διαπολεμήσοντα· παρῆν ἀγγελία, διότι πάρεστιν
Ἀννίβας μετὰ δυνάμεως, καὶ πολιορκεῖ τινας ἤδη πόλεις
ἐν Ἰταλίᾳ. Διότι, παραδόξου φανέντος αὐτοῖς τοῦ 9
γιγνομένου, διαταραχθέντες, παραχρῆμα πρὸς τὸν Τι-
βέριον εἰς τὸ Λιλύβαιον ἐξαπέστελλον· δηλοῦντες μὲν
τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων, οἰόμενοι δὲ δεῖν ἀφέμενον
τῶν προκειμένων, κατὰ σπουδὴν βοηθεῖν τοῖς ἰδίοις πρά-
γμασιν. Ὁ δὲ Τιβέριος τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ στόλου 10
παραυτίκα συναθροίσας ἐξέπεμψε, παραγγείλας ποι-
εῖσθαι τὸν πλοῦν ὡς ἐπ' οἴκου· τὰς δὲ πεζικὰς δυνάμεις
°ἐξώρκισε διὰ τῶν χιλιάρχων, τάξας ἡμέραν, ἐν ᾗ
δεήσει πάντας ἐν Ἀριμίνῳ γενέσθαι κοιταίους. αὕτη δ' 11
ἐστὶ πόλις παρὰ τὸν Ἀδρίαν, ἐπὶ τῷ πέρατι κειμένη τῶν
περὶ τὸν Πάδον πεδίων ὡς ἀπὸ μεσημβρίας. Παν- 12
ταχόθεν δὲ τοῦ κινήματος ἅμα γιγνομένου, καὶ τῶν
συμβαινόντων πᾶσι παρὰ δόξαν προσπιπτόντων, ἦν παρ'
ἑκάστοις ἐπίστασις ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος οὐκ εὐκατα-
φρόνητος.

Advocatur Ti. Sempronius ex Sicilia.

Spectaculo captivorum suos hortatur Hannibal.

LXII. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἤδη συνεγγίζοντες
ἀλλήλοις Ἀννίβας καὶ Πόπλιος, ἐπεβάλοντο παρακαλεῖν
τὰς ἑαυτῶν δυνάμεις ἑκάτερος, προθέμενος τὰ πρέποντα
τοῖς παροῦσι καιροῖς. Ἀννίβας μὲν οὖν διὰ τοιοῦδέ 2

° ἐξώρμησε edd. ex Bav.

Africam miserant Romani ad Carthaginis ipsius obsidionem, alterum in Hispaniam, bellum ibi cum Hannibale gesturum: cum ecce, *adesse Hannibalem cum exercitu*, affertur illis, *et nonnulla jam in Italia oppida premere obsidione.* Cujus rei novitate perculsi consternatique, continuo Tiberium, qui Lilybæi erat, missis nuntiis, de hostium adventu certiorem faciunt; et, omissis quæ destinaverat, primo quoque tempore opem patriæ ferre jubent. *Tiberius* militem classicum statim convocatum, Romam versus navigare jubet; pedestres copias per tribunos juramento adigit, diemque edicit, qua die omnes Ariminum cubitum convenirent. Hæc urbs Adriatico mari adjacet, et in extremitate Circumpadanæ planitiei meridiem versus sita est. Quum igitur motus ubique locorum esset repente coortus, et inopinata omnibus essent quæ nunciabantur; non mediocriter cunctorum animos hæc cogitatio et cura advertit, ecquis tandem futurus esset hujus belli exitus.

LXII. Eo tempore *Hannibal et Scipio*, jam invicem appropinquantes, suos uterque cohortari, et, quæ res ac tempora postulabant, ob oculos iis ponere instituerunt. Et *Hannibal* quidem ad

τινος ἐνεχείρει τρόπου ποιεῖσθαι τὴν παραίνεσιν.

A. U. 536. Spectaculo captivorum suos hortatur Hannibal.

3 Συναγαγὼν γὰρ τὰ πλήθη, παρήγαγε νεανίσκους τῶν
αἰχμαλώτων, οὓς εἰλήφει κακοποιοῦντας τὴν πορείαν ἐν
4 ταῖς περὶ τὰς Ἄλπεις δυσχωρίαις. τούτοις δὲ κακῶς
διετίθετο, παρασκευαζόμενος πρὸς τὸ μέλλον· καὶ γὰρ
δεσμοὺς εἶχον βαρεῖς, καὶ τῷ λιμῷ [p]συνέσχηντο, καὶ
5 ταῖς πληγαῖς αὐτῶν τὰ σώματα διέφθαρτο. καθίσας
οὖν τούτους εἰς τὸ μέσον, προέθηκε πανοπλίας Γα-
λατικάς, [q]οἵαις εἰώθασιν οἱ βασιλεῖς αὐτῶν, ὅταν μονο-
μαχεῖν μέλλωσι, κατακοσμεῖσθαι· πρὸς δὲ τούτοις,
ἵππους παρέστησε, καὶ σάγους εἰσήνεγκε πολυτελεῖς.
6 κἄπειτα τῶν νεανίσκων ἤρετο, τίνες αὐτῶν βούλονται
διαγωνίσασθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐφ᾽ ᾧ τὸν μὲν νικήσαντα
τὰ προκείμενα λαμβάνειν ἆθλα· τὸν δ᾽ ἡττηθέντα τῶν
παρόντων ἀπηλλάχθαι κακῶν, τελευτήσαντα τὸν βίον.
7 Πάντων δ᾽ ἀναβοησάντων ἅμα, καὶ δηλούντων, ὅτι
βούλονται μονομαχεῖν, κληρώσασθαι προσέταξε, καὶ
δύο τοὺς λαχόντας καθοπλισαμένους ἐκέλευσε μάχεσθαι
8 πρὸς ἀλλήλους. παραυτίκα μὲν οὖν ἀκούσαντες οἱ
νεανίσκοι ταῦτα, καὶ τὰς χεῖρας ἐξαίροντες, εὔχοντο
τοῖς θεοῖς, σπεύδων [r]ἕκαστος αὐτὸς γενέσθαι τῶν λαχόν-
9 των. ἐπεὶ δ᾽ ἐδηλώθη τὰ κατὰ τὸν κλῆρον, ἦσαν οἱ μὲν
10 εἰληχότες περιχαρεῖς, οἱ δ᾽ ἄλλοι τοὐναντίον. Γενο-
μένης δὲ τῆς μάχης, οὐχ ἧττον ἐμακάριζον οἱ περιλει-

[p] *συνείχοντο* edd. cum Bav. Aug. et Regiis. [q] *οἵαις* a Casaub. est. *οἷας* Vat. Flor. Aug. Reg. A. *οἷς* Bav. [r] *ἕκαστος αὐτῶν* Aug. Reg. A.

cohortandos suos tali ratione est usus. Concione advocata, *juvenes captivos* in medium producit, qui carpentes agmen transeuntis exercitus per angustias Alpium capti fuerant. Hos, ut ad hoc ipsum præpararet, dure antea habuerat: nam et gravibus alligati erant vinculis, et fame enecti, et verberibus corpora eorum probe contusa. His igitur in medio constitutis, arma Gallica, qualibus reges illorum, quoties ad singulare se parant certamen, ornari solent, equos præterea et saga magnifica ipsis proposuit. Deinde juvenes interrogat: *Ecquinam illorum certare ferro ea lege vellent, ut victorem proposita præmia sequerentur; victus, fato simul et præsentibus malis defungeretur?* Quum ab universis simul acclamatum esset, *pugnare se velle;* sortem in id dejicere jubet: et, *duos illos, quibus sors evenisset, arma capturos invicemque pugnaturos esse,* prædicit. Ea voce audita, extemplo juvenes, manibus in cœlum sublatis, se quisque eum esse optare, quem fortuna ad id certamen eligeret. Deinde, sortitione facta, supra modum læti erant quibus sors obvenerat; ceteri contra. Peracta dimicatione, qui supererant captivi, non minus mortui fortunam, quam victoris, prædica-

A. U. 536.

Spectaculo captivorum suos hortatur Hannibal.

πόμενοι τῶν αἰχμαλώτων τὸν τεθνεῶτα τοῦ νενικηκότος·
ὡς πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἐκείνου μὲν ἀπολελυμέ-
νου, σφᾶς δ᾽ αὐτοὺς ἀκμὴν ὑπομένοντας. ἦν δὲ παρα- 11
πλησία καὶ περὶ τοὺς πολλοὺς τῶν Καρχηδονίων ἡ
διάληψις· ἐκ παραθέσεως γὰρ θεωρουμένης τῆς τῶν
ἀγομένων καὶ ζώντων ταλαιπωρίας, τούτους μὲν ἠλέουν,
τὸν δὲ τεθνεῶτα πάντες ἐμακάριζον.

Hannibalis oratio ad milites.

LXIII. Ἀννίβας δὲ διὰ τῶν προειρημένων τὴν προκει-
μένην διάθεσιν ἐνεργασάμενος ταῖς τῶν δυνάμεων ψυχαῖς·
μετὰ ταῦτα προελθὼν αὐτὸς, Τούτου χάριν, ἔφη, [s]παρ- 2
εισαγαγεῖν τοὺς αἰχμαλώτους, ἵν᾽ ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίων
συμπτωμάτων ἐναργῶς θεασάμενοι τὸ συμβαῖνον, βέλ-
τιον ὑπὲρ τῶν σφίσι παρόντων βουλεύωνται πραγμάτων.
εἰς παραπλήσιον γὰρ αὐτοὺς ἀγῶνα καὶ καιρὸν τὴν 3
τύχην [t]συγκεκλεικέναι, καὶ παραπλήσια τοῖς νῦν ἆθλα
προτεθεικέναι. δεῖν γὰρ ἢ νικᾷν, ἢ θνήσκειν, ἢ τοῖς 4
ἐχθροῖς ὑποχειρίους γενέσθαι ζῶντας. εἶναι δ᾽ ἐκ μὲν
τοῦ νικᾷν, ἆθλον, οὐχ ἵππους καὶ σάγους, ἀλλὰ τὸ
πάντων ἀνθρώπων γενέσθαι μακαριωτάτους, κρατήσαντας
τῆς Ῥωμαίων εὐδαιμονίας· ἐκ δὲ τοῦ μαχομένους τι 5
παθεῖν, διαγωνιζομένους ἕως τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς ὑπὲρ
τῆς καλλίστης ἐλπίδος, μεταλλάξαι τὸν βίον ἐν χειρῶν
νόμῳ, μηδενὸς κακοῦ λαβόντας πεῖραν· τοῖς δ᾽ ἡττωμέ- 6
νοις καὶ διὰ τὴν πρὸς τὸ ζῆν ἐπιθυμίαν [u]ὑπομένουσι

[s] παρεισαγαγεῖν Casaub. ex conject. posuit. Libri omnes παρεισάγειν. [t] συγκεκληκέναι Urb. Flor. Aug. Reg. A. [u] οἰομένοις φεύγειν edd. cum Bav. Aug. et Regiis.

bant: ut qui multis magnisque ærumnis esset liberatus, quas ipsi cummaxime perpetiebantur. Similis vero in plerisque etiam Carthaginiensium habitus animorum erat: viventium enim, quos duci videbant, calamitatem comparantes, hos ipsos miserabantur, mortuum vero felicem omnes pronuntiabant.

LXIII. *Hannibal*, postquam militum animos hoc exemplo ita, uti voluerat, affecit præparavitque; ipse deinde in mediam progressus concionem: *Ea caussa captivos se*, ait, *produxisse, ut conditione rerum in alienis casibus evidenter spectata, melius ipsi super præsenti suo statu consilium capiant. Fortunam enim simili ipsos dimicandi necessitate conclusisse; ac præmia quoque similia proposuisse. Nam aut vincendum illis esse, aut moriendum, aut hostile jugum vivis subeundum. Porro, si vincerent, ipsos manere non equos aut saga; sed hoc, ut, potiti Romanorum opibus, beatissimi omnium mortalium evadant: sin pugnantibus, et ad extremum usque spiritum pro pulcerrima spe dimicantibus, aliquid humanitus contingeret; hoc consecuturos, ut tamquam viri fortes, sine ullius mali sensu, vitam finiant. At, si vincerentur, et cupiditate vitæ fugam capessere sustinerent,*

φεύγειν, ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον ἑλομένοις τὸ ζῆν, A. U. 536. Hannibalis oratio ad milites.
7 παντὸς κακοῦ καὶ πάσης ἀτυχίας μετασχεῖν. οὐδένα
γὰρ οὕτως ἀλόγιστον οὐδὲ νωθρὸν αὐτῶν ὑπάρχειν, ὃς
μνημονεύων μὲν τοῦ μήκους τῆς ὁδοῦ τῆς διηνυσμένης ἐκ
τῶν πατρίδων, μνημονεύων δὲ τοῦ πλήθους τῶν μεταξὺ
[x]πολέμων, εἰδὼς δὲ τὰ μεγέθη τῶν ποταμῶν, ὧν διεπέ-
ρασεν, ἐλπίσαι ποτ' ἂν, ὅτι φεύγων εἰς τὴν οἰκείαν
8 ἀφίξεται. Διόπερ ᾤετο δεῖν αὐτοὺς, ἀποκεκομμένης
καθόλου τῆς τοιαύτης ἐλπίδος, [y]τοιαύτην διάληψιν ποι-
εῖσθαι περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς πραγμάτων, ἥνπερ ἀρτίως
9 ἐποιοῦντο περὶ τῶν ἀλλοτρίων συμπτωμάτων. καθάπερ
γὰρ ἐπ' ἐκείνων τὸν μὲν νικήσαντα καὶ [z]τὸν τεθνεῶτα
πάντες ἐμακάριζον, τοὺς δὲ ζῶντας ἠλέουν· οὕτως ᾤετο
δεῖν καὶ περὶ τῶν [a]κατ' αὐτοὺς διαλαμβάνειν· καὶ
πάντας ἰέναι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, μάλιστα μὲν νικήσον-
10 τας· ἂν δὲ μὴ τοῦτ' ᾖ δυνατὸν, ἀποθανουμένους. τὴν δὲ
τοῦ ζῆν ἡττημένους ἐλπίδα, κατὰ μηδένα τρόπον ἠξίου
11 λαμβάνειν ἐν νῷ. τούτῳ γὰρ χρησαμένων αὐτῶν τῷ
λογισμῷ, καὶ τῇ προθέσει ταύτῃ, καὶ τὸ νικᾷν ἅμα
καὶ τὸ σώζεσθαι προδήλως σφίσι συνεξακολουθήσειν.
12 πάντας γὰρ τοὺς ἢ κατὰ προαίρεσιν ἢ κατ' ἀνάγκην
τοιαύτῃ προθέσει κεχρημένους, οὐδέποτε διεψεῦσθαι τοῦ
13 κρατεῖν τῶν ἀντιταξαμένων. ὅταν δὲ δὴ καὶ τοῖς πολε-

[x] Fors. πολεμίων. Reisk. [y] τὴν τοιαύτην Vat. Flor. Reg. A. An τὴν αὐτὴν? [z] Articulum h. l. ex conject. adjeci, quum perperam abesset a libris. [a] καθ' αὑτοὺς Flor.

aut quocumque alio modo saluti consulerent; tum vero hoc illos manere, ut omne malorum atque infelicitatis genus sint experturi. Neminem quippe illorum adeo stultum aut stupidum esse, qui, memor longi itineris ex sua cujusque patria confecti, totque pugnarum in itinere pugnatarum, amnium denique maximorum quos trajecerint, spem redeundi in patriam sit in fuga collocaturus. Faciendum igitur illis esse, ut, omni ejusmodi spe præcisa, quem animum in alienis casibus paullo ante habuissent, eumdem in æstimanda sua fortuna habeant. Nam ut in illis et victoris et mortui sortem pariter omnes laudarint, vivos miserati sint: ita de suis quoque rebus statuere debere; atque eo animo in certamina descendere omnes, primo quidem, ut quibus vincere, deinde, si illud nequeant, ut quibus mortem oppetere destinatum sit. Nam vitæ quidem spem, victi si fuissent, omnem penitus ex animo esse tollendam. Hoc si bene fixum omnibus destinatumque fuerit; nullum esse dubium, quin et victoriam et salutem sint consecuturi. Numquam enim factum esse, ut, qui, vel ultro, vel necessitate coacti, hunc animum in prælia attulerint, victoriam de hostibus non reportarint. Quod si vero etiam contingat, ut contrariam

A. U. 536. Hannibalis oratio ad milites.

μίοις συμβαίνῃ τὴν ἐναντίαν ἐλπίδα ταύτης ὑπάρχειν· ὃ νῦν ἐστὶ περὶ Ῥωμαίους, ὥστε φεύγουσι πρόδηλον εἶναι τοῖς πλείστοις τὴν σωτηρίαν, παρακειμένης αὐτοῖς τῆς οἰκείας· δῆλον, ὡς ἀνυπόστατος γένοιτ' ἂν ἡ τῶν ἀπηλπικότων τόλμα. Τῶν δὲ πολλῶν ἀποδεχομένων τό 14
τε παράδειγμα καὶ τοὺς λόγους, καὶ λαμβανόντων ὁρμὴν καὶ παράστασιν, οἵαν ὁ παρακαλῶν [a] ἐσπούδασε· τότε μὲν ἐπαινέσας αὐτοὺς διαφῆκε, τῇ δ' ἐπαύριον ἀναζυγὴν ἅμα τῷ φωτὶ παρήγγειλε.

P. Scipio inter Padum et Ticinum.

LXIV. Πόπλιος δὲ περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας, [b] τὸν Πάδον ποταμὸν ἤδη [c] πεπεραιωμένος, τὸν δὲ [d] Τίκιον κρίνων εἰς τοὔμπροσθεν διαβαίνειν, τοῖς μὲν ἐπιτηδείοις γεφυροποιεῖν παρήγγειλε, τὰς δὲ λοιπὰς δυνάμεις συναγαγὼν

Hortatur milites.

παρεκάλει. Τὰ μὲν οὖν πολλὰ τῶν λεγομένων ἦν περί 2
τε τοῦ τῆς πατρίδος ἀξιώματος καὶ τῶν προγονικῶν πράξεων, τὰ δὲ τοῦ παρεστῶτος καιροῦ τοιάδε· ἔφη 3
γὰρ, Δεῖν καὶ μηδεμίαν μὲν εἰληφότας πεῖραν ἐπὶ τοῦ παρόντος τῶν ὑπεναντίων, αὐτὸ δὲ τοῦτο γινώσκοντας, ὅτι μέλλουσι πρὸς Καρχηδονίους κινδυνεύειν, ἀναμφισβήτητον ἔχειν τὴν τοῦ νικᾷν ἐλπίδα· καὶ καθόλου δεινὸν 4
ἡγεῖσθαι καὶ παράλογον, εἰ τολμῶσι Καρχηδόνιοι Ῥωμαίοις ἀντοφθαλμεῖν, πολλάκις μὲν ὑπ' αὐτῶν ἡττημένοι, πολλοὺς δ' ἐξενηνοχότες φόρους, μόνον δ' οὐχὶ

[a] Temere in Editos irrepsit ἐσπούδαζε pro ἐσπούδασε, quod præferunt Bav. Urb. Vat. et omnino veteres codd. omnes. [b] Vulgo omnes πρὸς τὸν Πάδον. Et in Reg. A. et in Aug. a pr. manu abest ἡμέρας. Delevi πρὸς ex conject. [c] πεπεραιωμένος recte dedit Vat. et Flor. Vulgo περαιούμενος. [d] Correxi mendosum Τήκινον, quod est in MStis et edd.

spem habeant hostes; quemadmodum nunc Romani, quorum plerisque certa spes salutis in fuga est posita, ut quorum patria in vicino est; tum quidem palam esse, tales adversarios impetum ex desperatione pugnantium non toleraturos. His dictis, quum et exemplum et orationem probaret multitudo, et jam eos spiritus conciperet, eamque indueret mentem, quam dux optaverat; laudatos tunc milites *Hannibal* dimisit, postero vero die primo diluculo promovere signa jussit.

LXIV. *P. Cornelius* circa eosdem dies *Padum* jam trajecerat: quum vero ulterius etiam progredi et *Ticinum* transire vellet, mandatum idoneis hominibus dedit, ut ponte fluvium jungerent. Interim reliquo exercitu in concionem vocato, suos adhortari cœpit. Multa ibi *de dignitate patriæ et rebus gestis majorum* disseruit: sed quæ ad rem præsentem facerent, hujusmodi fuerunt: *Quanquam nullum etiam nunc periculum hostium fecissent; tamen vel eo solo nomine, quod cum Carthaginiensibus res ipsis futura sit, certam oportere illos*, dixit, *atque exploratam victoriæ spem habere. Omninoque rem indignam atque intolerabilem videri debere, quod contra Romanos Pœni attollere oculos audeant: toties ab illis victi, tot jam annos stipendiarii, et tantum non servire ipsis longo*

5 δουλεύοντες αὐτοῖς ἤδη τοσούτους χρόνους. Ὅταν δὲ, A. U. 536.
χωρὶς τῶν προειρημένων, καὶ τῶν νῦν παρόντων ἀνδρῶν P. Scipio hortatur suos.
ἔχωμεν ἐπὶ ποσὸν πεῖραν, ὅτι μόνον οὐ τολμῶσι κατὰ
πρόσωπον ἰδεῖν ἡμᾶς, τίνα χρὴ διάληψιν ποιεῖσθαι περὶ
6 τοῦ μέλλοντος τοὺς ὀρθῶς λογιζομένους; Καὶ μὴν οὔτε
τοὺς ἱππεῖς, συμπεσόντας τοῖς παρ' αὐτῶν ἱππεῦσι περὶ
τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν, ἀπαλλάξαι καλῶς· ἀλλὰ,
πολλοὺς ἀποβαλόντας αὐτῶν, φυγεῖν αἰσχρῶς μέχρι
7 τῆς ἰδίας παρεμβολῆς. τόν τε στρατηγὸν αὐτῶν καὶ
τὴν σύμπασαν δύναμιν, ἐπιγνόντας τὴν παρουσίαν
τῶν ἡμετέρων στρατιωτῶν, φυγῇ παραπλησίαν ποιήσα-
σθαι τὴν ἀποχώρησιν, καὶ παρὰ τὴν αὐτῶν προαίρεσιν,
διὰ τὸν φόβον, κεχρῆσθαι τῇ διὰ τῶν Ἄλπεων πορείᾳ.
8 Παρεῖναι δὲ καὶ νῦν, ἔφη, τὸν Ἀννίβαν, κατεφθαρκότα
μὲν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς δυνάμεως, τὸ δὲ περιλειπό-
μενον, ἀδύνατον καὶ δύσχρηστον ἔχοντα διὰ τὴν κακου-
χίαν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἵππων τοὺς μὲν πλείστους
ἀπολωλεκότα, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠχρειωκότα, διὰ τὸ
9 μῆκος καὶ τὴν δυσχέρειαν τῆς ὁδοῦ. Δι' ὧν ἐπιδεικ-
νύειν ἐπειρᾶτο, διότι μόνον ἐπιφανῆναι δεῖ τοῖς πολεμίοις.
10 Μάλιστα δ' ἠξίου, θαῤῥεῖν αὐτοὺς, βλέποντας εἰς τὴν
αὐτοῦ παρουσίαν· οὐδέποτε γὰρ ἂν, ἀπολιπὼν τὸν στό-
λον, καὶ τὰς ἐν Ἰβηρίᾳ πράξεις, ἐφ' ἃς ἀπεστάλη,
δεῦρο μετὰ τοιαύτης ἐλθεῖν σπουδῆς, εἰ μὴ καὶ λίαν ἐκ
τῶν κατὰ λόγον ἑώρα, τὴν πρᾶξιν ταύτην ἀναγκαίαν μὲν

tempore assueti. Sed si hoc amplius experimento etiam cognovimus, præsentem hostem ne ferre quidem conspectum nostrum posse; quid de futuro, si recte judicemus, sperandum nobis? Atqui neque equitibus illorum pugnam ad Rhodanum cum Romanis equitibus bene cessisse; verum, post cædem multorum, reliquos turpi fuga in sua castra esse compulsos: et ducem ipsum, omnemque exercitum, ubi advenisse legiones Romanas senserunt, fugientibus similes abiisse, et, contra suum propositum, metu Romanorum per Alpium juga iter fecisse. Nunc quoque venisse Hannibalem, aiebat, *maxima parte exercitus sui amissa. Quos haberet reliquos, eos propter magnitudinem malorum, quæ perpessi erant, exhaustis viribus, ad belli usum inutiles factos esse: similiter et equorum plurimos periisse; reliquos, propter longitudinem et difficultatem confecti itineris, inutiles futuros.* His rationibus persuadere ipsis contendebat, *satis ad victoriam fore, si dumtaxat se ostenderent. Sed et sua ipsius præsentia confirmari vel maxime animos eorum debere. Numquam enim,* aiebat, *classe omissa, et Hispania provincia, ad quam missus eram, tanto studio huc contendissem, nisi ratione certa ductus ita judicarem, expeditionem hanc cum*

A. U. 536. P. Scipio hortatur suos.

οὖσαν τῇ πατρίδι, πρόδηλον δ' ἐν αὐτῇ τὴν νίκην ὑπάρχουσαν. Πάντων δὲ, καὶ διὰ τὴν τοῦ λέγοντος πίστιν, 11 καὶ διὰ τὴν τῶν λεγομένων ἀλήθειαν, ἐκθύμως ἐχόντων πρὸς τὸ κινδυνεύειν· ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν ὁρμὴν, διαφῆκε, προσπαρακαλέσας ἑτοίμους εἶναι πρὸς τὸ παραγγελλόμενον.

Prælium equestre ad Ticinum.

LXV. Τῇ δὲ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ προῆγον ἀμφότεροι [e]παρὰ τὸν ποταμὸν, ἐκ τοῦ πρὸς τὰς Ἄλπεις μέρους, ἔχοντες εὐώνυμον μὲν οἱ Ῥωμαῖοι, δεξιὸν δὲ τὸν ῥοῦν οἱ Καρχηδόνιοι. γνόντες δὲ τῇ δευτέρᾳ διὰ τῶν προνομευ- 2 όντων, ὅτι σύνεγγύς εἰσιν ἀλλήλων, τότε μὲν αὐτοῦ καταστρατοπεδεύσαντες, ἔμειναν. τῇ δ' ἐπαύριον πᾶσαν 3 τὴν ἵππον ἀναλαβόντες ἀμφότεροι, Πόπλιος δὲ καὶ τῶν πεζῶν τοὺς ἀκοντιστὰς, προῆγον διὰ τοῦ πεδίου, σπεύδοντες κατοπτεῦσαι τὰς ἀλλήλων δυνάμεις. ἅμα δὲ 4 τῷ [f]πλησιάζειν αὐτοῖς, καὶ συνιδεῖν τὸν κονιορτὸν ἐξαιρόμενον, εὐθέως συνετάττοντο πρὸς μάχην. Ὁ μὲν οὖν 5 Πόπλιος, προθέμενος τοὺς ἀκοντιστὰς, καὶ τοὺς ἅμα τούτοις Γαλατικοὺς ἱππεῖς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐν μετώπῳ καταστήσας, προῄει βάδην. ὁ δ' Ἀννίβας, τὴν μὲν 6 κεχαλινωμένην ἵππον καὶ πᾶν τὸ στάσιμον αὐτῆς κατὰ πρόσωπον τάξας, ἀπήντα τοῖς πολεμίοις, τοὺς δὲ Νομαδικοὺς ἱππεῖς ἀφ' ἑκατέρου τοῦ κέρατος ἡτοιμάκει

[e] κατὰ τὸν ποταμὸν edd. cum Bav. Aug. et Regiis. [f] πλησιάζειν αὐτοὺς edd. ex Bav. in quo hæc lectio alteri superscripta.

ad patriæ salutem esse necessariam, tum manifesta cum victoriæ spe conjunctam. Omnibus deinde, partim propter dicentis auctoritatem, partim quod vera omnia locutus erat, prælium magna contentione deposcentibus: laudata eorum alacritate, hortatus etiam, ut *ad excipienda mandata parati atque intenti essent*, concionem dimisit.

LXV. Postero die progrediuntur duces ambo secundum amnem, in ea quæ versus Alpes est ripa, quum haberent ipsum fluvium Romani quidem ad lævam, Carthaginienses vero ad dextram. Altero dein die, quum uterque a pabulatoribus edoctus fuisset, parum invicem distare exercitus, tum quidem, communitis castris ibi morati sunt. Postridie vero ejus diei cum omni equitatu duces ambo, *Scipio* etiam cum peditibus jaculatoribus, per campos agmen suorum præcedebant; cupiens uterque alterius copias speculari. Tum simulac exortus pulvis propinquantium hostium signum ambobus dedit, acies utrimque ad prælium instrui cœperunt. *Scipio*, jaculatoribus et Gallis equitibus, qui una cum his erant, præmissis, ac reliquis in frontem directis, lentis incessibus procedebat. *Hannibal* frenatos equos et quod roboris fuit ac stabilis in ejus equitatu, ex adverso locat, et occurrere hosti pergit: Numidas equites ab

7 πρὸς κύκλωσιν. Ἀμφοτέρων δὲ καὶ τῶν ἡγεμόνων καὶ A. U. 536.
τῶν ἱππέων φιλοτίμως διακειμένων πρὸς τὸν κίνδυνον, Prælium equestre ad
τοιαύτην συνέβη γενέσθαι τὴν πρώτην σύμπτωσιν, ὥστε Ticinum.
τοὺς ἀκοντιστὰς μὴ φθάσαι τὸ πρῶτον ἐκβαλόντας
βέλος, φεύγειν δ' [g]ἐκκλίναντας εὐθέως διὰ τῶν διαστη-
μάτων ὑπὸ τὰς παρ' αὐτῶν ἴλας, καταπλαγέντας τὴν
ἐπιφορὰν, καὶ περιδεεῖς γενομένους μὴ συμπατηθῶσιν
8 ὑπὸ τῶν ἐπιφερομένων ἱππέων. οἱ μὲν οὖν κατὰ πρόσ-
ωπον ἀλλήλοις συμπεσόντες, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐποίουν
9 ἰσόῤῥοπον τὸν κίνδυνον. ὁμοῦ γὰρ ἦν ἱππομαχία καὶ
πεζομαχία, διὰ τὸ πλῆθος τῶν παρακαταβαινόντων
10 ἀνδρῶν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ. Τῶν δὲ Νομάδων κυκλω- Fugatur
σάντων, καὶ κατόπιν ἐπιπεσόντων, οἱ μὲν πεζακοντισταὶ, equitatus Scipionis.
τὸ πρῶτον διαφυγόντες τὴν σύμπτωσιν τῶν ἱππέων, τότε
συνεπατήθησαν ὑπὸ τοῦ πλήθους καὶ τῆς ἐπιφορᾶς τῶν
11 Νομάδων. οἱ δὲ κατὰ πρόσωπον ἐξ ἀρχῆς διαμαχό-
μενοι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, πολλοὺς μὲν αὐτῶν
ἀπολωλεκότες, ἔτι δὲ πλείους τῶν Καρχηδονίων διεφθαρ-
κότες, συνεπιθεμένων ἀπ' οὐρᾶς τῶν Νομάδων, ἐτρά-
πησαν, οἱ μὲν πολλοὶ σποράδες, τινὲς δὲ περὶ [h]τὸν
ἡγεμόνα συστραφέντες.

LXVI. Πόπλιος μὲν [i]οὖν, ἀναζεύξας, προῆγε διὰ τῶν Scipio
πεδίων ἐπὶ τὴν τοῦ Πάδου γέφυραν, σπεύδων φθάσαι vulneratus, cis Padum
2 διαβιβάσας τὰ στρατόπεδα. θεωρῶν γὰρ τοὺς μὲν regreditur.

[g] ἐγκλίναντες Vat. Flor. [h] Ad τὸν ἡγεμόνα forsan excidit τραυματισθέντα. Et Perott. h. l. habet *vulneratum*. [i] οὖν ex Reg. B. adjecit Casaub. cum quo facit Reg. C. nescio an et Flor. et Vat. Ignorant particulam Aug. Reg. A. Bav. et Ed. 1, 2.

utroque cornu ad cingendum hostem præparaverat. Quum utrimque et duces et equites pugnæ essent avidi, prima commissio ejusmodi fuit, ut jaculatores, necdum primis jaculis missis, ruentis in se hostis impetu territi, metu ne ab imminente equitatu conculcarentur, fuga sese per aciei intervalla post equitum suorum turmas reciperent. Qui a fronte invicem concurrerunt, æquo Marte perdiu dimicarunt. Simul enim equites peditesque pugnabant, quum in ipso prælio multi ad pedes desilirent. Ubi vero Numidæ equites hostis circumventi terga cædere cœperunt; tum vero pedites jaculatores, quos jam ostendimus ingruentibus equitibus fuga sibi consuluisse, ab ingenti irruentium Numidarum manu, sunt proculcati. Et mox illi, qui inde ab initio prælii adversa fronte cum Carthaginiensibus conflixerant, multis suorum amissis, at pluribus etiam Pœnorum occisis, postquam Numidæ ipsos quoque a tergo adoriebantur, dare se in fugam sunt coacti. Plerique passim huc illuc fugere; nonnulli globo circa consulem facto.

LXVI. Itaque *Scipio*, motis castris, per plana exercitum ad pontem *Padi* duxit; amnem trajicere, priusquam

A. U. 536. τόπους ἐπιπέδους ὄντας, τοὺς δ' ὑπεναντίους ἱπποκρα-
τοῦντας, αὐτὸν δὲ βαρυνόμενον [i]ἐκ τοῦ τραύματος, εἰς
ἀσφαλὲς ἔκρινε δεῖν ἀποκαταστῆσαι τὰς δυνάμεις.
Ἀννίβας δὲ μέχρι μέν τινος ὑπέλαβε τοῖς πεζικοῖς 3
στρατοπέδοις αὐτοὺς [k]διακινδυνεύσειν· συνιδὼν δὲ κε-
κινηκότας ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ἕως μὲν τοῦ [l]πρώτου
ποταμοῦ καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ γεφύρας [m]ἐπηκολούθει.
καταλαβὼν δὲ τὰς μὲν πλείστας τῶν σανίδων ἀνε- 4
σπασμένας, τοὺς δὲ φυλάττοντας τὴν γέφυραν ἔτι περὶ
τὸν ποταμὸν ὑπολειπομένους, τούτων μὲν ἐγκρατὴς ἐγέ-
νετο, σχεδὸν ἑξακοσίων ὄντων τὸν ἀριθμόν· τοὺς δὲ λοι- 5
ποὺς ἀκούων ἤδη πολὺ προειληφέναι, μεταβαλλόμενος
αὖθις, εἰς τἀναντία παρὰ τὸν ποταμὸν ἐποιεῖτο τὴν
πορείαν, σπεύδων ἐπὶ τόπον εὐγεφύρωτον ἀφικέσθαι τοῦ
Hannibal Padum superat. Πάδου. Καταλύσας δὲ δευτεραῖος, καὶ γεφυρώσας 6
τοῖς ποταμίοις πλοίοις τὴν διάβασιν, Ἀσδρούβᾳ μὲν
ἐπέταξε διακομίζειν τὸ πλῆθος· αὐτὸς δὲ διαβὰς εὐθέως,
ἐχρημάτιζε τοῖς παραγεγονόσι πρεσβευταῖς ἀπὸ τῶν
Galli se jungunt Hannibali. σύνεγγυς τόπων. Ἅμα γὰρ τῷ γενέσθαι τὸ προτέ- 7
ρημα, πάντες ἔσπευδον οἱ παρακείμενοι Κελτοὶ, κατὰ
τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, καὶ φίλοι γίγνεσθαι καὶ χορη-
γεῖν καὶ συστρατεύειν τοῖς Καρχηδονίοις. ἀποδεξάμενος 8
δὲ τοὺς παρόντας φιλανθρώπως, καὶ κομισάμενος τὰς

[i] ὑπὸ τοῦ τραύματος Vat. Flor. Urs. Aug. Reg. A. [k] διακινδυνεύσειν ex Casaub. emendatione est. Scripti libri omnes dant διακινδυνεύειν. [l] Πάδου ποταμοῦ voluit Cluver. Sic et Perott. [m] ἠκολούθει Vat. Flor.

superveniret hostis, properans. Quia enim patentes campi erant, et melior equitatu Pœnus, ipse vulnere gravatus; legiones in tuto collocandas duxit. *Hannibal*, aliquamdiu exspectata peditum legionariorum pugna, ubi castris excessisse Romanos cognovit, usque ad priorem fluvium, et impositum ei pontem eos insecutus. Postquam autem asseres plerosque avulsos, attamen præsidium adhuc ibi relictum ad custodiam pontis invenit; præsidium quidem, quod erat sexcentorum fere hominum, in potestatem redigit: sed quum reliquos longe jam processisse intelligeret, fronte conversa, itinere contrario secus fluvium ire perrexit; locum in *Pado* quærere properans, ubi facile fluvius ponte jungi posset. Bidui iter dein progressus, substitit: et, ponte in amne e fluvialibus navigiis confectó, *Asdrubalem* copias transmittere jubet; ipse extemplo trajicit, et audiendis legatis, qui e vicinis locis advenerant, dat operam. Simul namque victoriam adeptus est *Hannibal*, omnes circumjacentium regionum *Galli* ad Carthaginienses inclinare animos, sicut ab initio constituerant: eorum amicitiam expetere, rebus omnibus adjuvare, et socia arma cum iis velle jungere.

δυνάμεις ἐκ τοῦ πέραν, προῆγε παρὰ τὸν ποταμὸν, τὴν A. U. 536.
ἐναντίαν ποιούμενος τῇ πρόσθεν παρόδῳ· κατὰ ῥοῦν γὰρ
ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, σπεύδων συνάψαι τοῖς ὑπεναντίοις.
9 Ὁ δὲ Πόπλιος, περαιωθεὶς τὸν Πάδον, καὶ στρατοπε-
δεύσας περὶ πόλιν Πλακεντίαν, ἥ τις ἦν ἀποικία Ῥω-
μαίων, ἅμα μὲν αὑτὸν ἐθεράπευε καὶ τοὺς ἄλλους
τραυματίας, ἅμα δὲ τὰς δυνάμεις εἰς ἀσφαλὲς ἀπηρεῖ-
10 σθαι νομίζων, ἦγε τὴν ἡσυχίαν. Ἀννίβας δὲ, παραγε-
νόμενος δευτεραῖος ἀπὸ τῆς διαβάσεως ἐγγὺς τῶν πολε-
μίων, τῇ τρίτῃ παρέταξε τὴν δύναμιν ἐν συνόψει τοῖς
11 ὑπεναντίοις. οὐδενὸς δὲ σφίσιν ἀντεξάγοντος, κατεστρα-
τοπέδευσε λαβὼν περὶ πεντήκοντα στάδια τὸ μεταξὺ
διάστημα τῶν στρατοπέδων.

Scipio et Hannibal ad Placentiam.

LXVII. Οἱ δὲ συστρατευόμενοι Κελτοὶ τοῖς Ῥω-
μαίοις, θεωροῦντες ἐπικυδεστέρας τὰς τῶν Καρχηδονίων
ἐλπίδας, συνταξάμενοι πρὸς ἀλλήλους, καιρὸν ἐπετή-
ρουν πρὸς ἐπίθεσιν, μένοντες ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἕκαστοι
2 σκηναῖς. δειπνοποιησαμένων δὲ, καὶ κατακοιμηθέντων
τῶν ἐν τῷ χάρακι, παρελθεῖν ἐάσαντες τὸ πλεῖον μέρος
τῆς νυκτὸς, καθοπλισάμενοι περὶ τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν,
ἐπιτίθενται τοῖς σύνεγγυς τῶν Ῥωμαίων παραστρα-
3 τοπεδεύουσι. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, οὐκ
ὀλίγους δὲ κατετραυμάτισαν· τέλος δὲ τὰς κεφαλὰς
ἀποτεμόντες τῶν τεθνεώτων, ἀπεχώρουν πρὸς τοὺς Καρ-
χηδονίους, ὄντες πεζοὶ μὲν εἰς δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ

Galli auxiliares Romanorum transeunt ad Hannibalem.

Hannibal, comiter, qui advenerant, exceptis; ubi omnes ipsius copiæ trajecissent; propter amnem, contrario quam proximis diebus usus erat itinere, secunda fluminis ripa progreditur, hostem consequi properans. *Publius Scipio*, Padum transgressus, ad *Placentiam* Romanorum coloniam castra communiverat: ibique sese et reliquos vulneratos curans, exercitu in tuto, uti existimabat, locato, nihil movebat. At *Hannibal* binis castris a transitu fluminis in viciniam hostium pervenit, et tertio die in eorum conspectu aciem instruit. Nemine autem adversus ipsum prodeunte, paullo amplius sex millia ab hoste castris locum capit.

LXVII. Qui Romanis militabant *Galli*, ut secundioris fortunæ spem Carthaginiensibus affulgere vident, communi consilio tempus ad insidias circumspectabant, in suis quisque tentoriis se continentes. Igitur quum a cœna ad quietem se recepissent qui intra vallum erant; dissimulato per reliquam noctem dolo, circa quartam vigiliam sumtis armis, Romanos, qui in proximo tentoria habebant, invadunt. Multis occisis, nec paucis vulneratis, tandem capitibus mortuorum præcisis, *ad Carthaginiensis transeunt*,

A. U. 536. Galli auxiliares Romanorum transeunt ad Hannibalem.

μικρῷ λείποντες διακοσίων. Ἀννίβας δὲ, φιλοφρόνως 4 ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν παρουσίαν, τούτους μὲν εὐθέως παρακαλέσας, καὶ δωρεὰς ἑκάστοις τὰς ἁρμοζούσας ἐπαγγειλάμενος ἐξέπεμψεν εἰς τὰς [n] ἑαυτῶν πόλεις, δηλώσοντας μὲν τὰ πεπραγμένα τοῖς πολίταις, παρακαλέσοντας δὲ πρὸς τὴν αὐτοῦ συμμαχίαν. ᾔδει γὰρ, 5 ὅτι πάντες κατ' ἀνάγκην αὐτῷ κοινωνήσουσι τῶν πραγμάτων, ἐπιγνόντες τὸ γεγονὸς ἐκ τῶν σφετέρων πολιτῶν παρασπόνδημα κατὰ τῶν Ῥωμαίων. Ἅμα δὲ 6 τούτοις καὶ τῶν Βοίων παραγεγονότων, καὶ τοὺς τρεῖς ἄνδρας ἐγχειριζόντων αὐτῷ, τοὺς ἐπὶ τὴν διάδοσιν τῆς χώρας ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξαπεσταλμένους, ὧν κατ' ἀρχὰς ἐκυρίευσαν τοῦ πολέμου, παρασπονδήσαντες, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον· ἀποδεξάμενος Ἀννίβας τὴν εὔνοιαν 7 αὐτῶν, ὑπὲρ μὲν τῆς φιλίας καὶ συμμαχίας ἔθετο πρὸς τοὺς παρόντας πίστεις· τούς γε μὴν ἄνδρας αὐτοῖς ἀπέδωκε, παραγγείλας τηρεῖν, ἵνα [o] ὑπὲρ τούτων κομίσωνται τοὺς αὐτῶν ὁμήρους κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. Πόπλιος δὲ σχετλιάζων ἐπὶ τῷ γεγονότι 8 παρασπονδήματι, καὶ συλλογισάμενος, ὅτι, πάλαι τῶν Κελτῶν πρὸς αὐτοὺς ἀλλοτρίως διακειμένων, τούτων ἐπιγεγονότων, πάντας τοὺς πέριξ Γαλάτας συμβήσεται πρὸς τοὺς Καρχηδονίους ἀπονεύειν, ἔγνω δεῖν εὐλαβηθῆναι τὸ μέλλον. Διόπερ, ἐπιγενομένης τῆς νυκτὸς, ὑπὸ

Boii cum eodem ineunt societatem.

Scipio ad Trebiam se recipit.

[n] αὐτῶν πόλεις Flor. Aug. Reg. A. [o] ὑπὲρ τούτων ex conject. dedi. Vulgo omnes παρὰ τούτων, præter Bav. et ed. 1. ubi plane desiderantur hæc duo verba.

pedites ad bis mille, equites paullo minus ducenti. *Hannibal,* perquam gratos sibi illos advenire testatus, protinus et verbis multum hortatus, et dona cuique convenientia pollicitus, in civitates quemque suas, ad significanda quæ gesta essent, et sollicitandos popularium animos, dimisit. Norat enim, secum omnes, vellent nollent, consensuros, cognita suorum in Romanos perfidia. Simul cum his et *Boii* venerunt, *triumviros agrorum dividendorum* illi tradentes, quos belli principio perfidia ea, quam supra commemoravimus, interceperant. *Hannibal,* laudata eorum voluntate, amicitiam quidem et societatem cum præsentibus firmavit: triumviros autem ipsis reddidit; monuitque, ut eos servarent, quo possent per illos, sicut initio decreverant, suos recipere obsides. *Publius,* cædem fraude peremtorum lamentans, neque dubitans, Gallorum animo pridem a Romanis alienato, plerosque ex omnibus circumcirca regionibus ad partes Carthaginiensium post istud facinus inclinaturos, cavendum sibi in posterum

τὴν ἑωθινὴν ἀναζεύξας, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὸν Τρεβίαν ποταμὸν, καὶ τοὺς τούτῳ συνάπτοντας γεωλόφους· πιστεύων τῇ τε τῶν τόπων ὀχυρότητι, καὶ τοῖς παροικοῦσι τῶν συμμάχων. A. U. 536.

LXVIII. Ἀννίβας δὲ, τὴν ἀναζυγὴν αὐτῶν ἐπιγνοὺς, παραυτίκα μὲν τοὺς Νομαδικοὺς ἱππεῖς ἐξαπέστελλε, μετ' οὐ πολὺ δὲ τοὺς ἄλλους· τούτοις δ' ἐκ ποδὸς, τὴν Eum sequitur Hannibal.
2 δύναμιν ἔχων αὐτὸς, εἵπετο κατόπιν. οἱ μὲν οὖν Νομάδες εἰς ἔρημον τὴν στρατοπεδείαν ἐμπεσόντες, ταύτην
3 ἐνεπίμπρασαν. ὃ δὴ καὶ σφόδρα συνήνεγκε τοῖς Ῥωμαίοις, ὡς, εἴπερ οὗτοι κατὰ πόδας ἀκολουθήσαντες συνῆψαν ταῖς ἀποσκευαῖς, πολλοὺς ἂν αὐτῶν ὑπὸ τῶν
4 ἱππέων ἐν τοῖς ἐπιπέδοις συνέβη διαφθαρῆναι. νῦν δὲ [p] οἱ πλείους ἔφθασαν διαβάντες τὸν Τρεβίαν ποταμόν· τῶν δὲ καταλειφθέντων ἐπὶ τῆς οὐραγίας, οἱ μὲν διεφθάρησαν, οἱ δὲ ζῶντες ἑάλωσαν ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων.
5 Πόπλιος μὲν οὖν, διαβὰς τὸν προειρημένον ποταμὸν, Trebiam trajicit Scipio.
6 ἐστρατοπέδευσε περὶ τοὺς πρώτους λόφους. καὶ [q] περιλαβὼν τάφρῳ καὶ χάρακι τὴν παρεμβολὴν, ἀνεδέχετο μὲν τὸν Τιβέριον καὶ τὰς μετ' ἐκείνου δυνάμεις· ἐθεράπευε [r] δ' αὐτὸν ἐπιμελῶς, σπουδάζων εἰ δύναιτο κοινω-
7 νῆσαι τοῦ μέλλοντος κινδύνου. Ἀννίβας δὲ περὶ τετταράκοντα σταδίους ἀποσχὼν τῶν πολεμίων, αὐτοῦ
8 κατεστρατοπέδευσε. τὸ δὲ τῶν Κελτῶν πλῆθος τὸ τὰ

[p] οἱ πλείους a Casaub. est. νῦν δ' ὡς πλείους Vat. Flor. Bav. νῦν δ' ὧς, πλείους Aug. Reg. A. Ursin. [q] Perperam vulgo περιβαλὼν. [r] δ' αὐτὸν. Bav.

judicavit. Itaque silentio proximæ noctis sub quartam vigiliam ad *Trebiam* fluvium et tumulos ei vicinos castra movet: tum naturæ locorum confisus, tum sociis populi Romani eum tractum incolentibus.

LXVIII. *Hannibal*, simulatque horum profectionem sensit, statim Numidas equites, deinde etiam reliquos, vestigia eorum sequi jussit: moxque ipse etiam cum omnibus copiis pone istos insequitur. Numidæ, vacua nacti castra, illa incenderunt. Quæ res adprime Romanos juvit: nam si nulla facta mora consecuti impedimenta fuissent, multi Romanorum in campis patentibus ab equitibus cæsi, erant perituri. Nunc plerisque omnibus *Trebiam* transgressis, partem dumtaxat aliquam extremi agminis, qua occiderunt Pœni, qua ceperunt. *Scipio* igitur, *trajecto Trebia*, circa proximos tumulos locum stativis deligit; ibique fossa ac vallo castris munitis, *Tiberium opperiens* ejusque legiones, vulnus diligenter curabat, quo posset futuro mox prælio interesse. *Hannibal* quinque millium intervallo ab hoste castra ponit. *Galli*, ad spem Carthaginiensium sublatis animis,

A. U. 536. πεδία κατοικοῦν, [r]συνεστηκὸς ταῖς τῶν Καρχηδονίων
ἐλπίσι, δαψιλῶς μὲν ἐχορήγει τὸ στρατόπεδον τοῖς
ἐπιτηδείοις, ἕτοιμον δ' ἦν παντὸς κοινωνεῖν ἔργου καὶ
κινδύνου τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, 9
προσπεπτωκότων τῶν κατὰ τὴν ἱππομαχίαν, [s]ἐξενίζοντο
μὲν τῷ τὸ συμβεβηκὸς εἶναι παρὰ τὴν προσδοκίαν· οὐ
μὴν ἠπόρουν γε [t]σκήψεων, πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν αὐτοῖς
ἧτταν εἶναι τὸ γεγονός· ἀλλ' οἱ μὲν ᾐτιῶντο τὴν τοῦ 10
στρατηγοῦ προπέτειαν, οἱ δὲ τὴν τῶν Κελτῶν ἐθελοκά-
κησιν, στοχαζόμενοι διὰ τῆς τελευταίας ἀποστάσεως.
καθόλου δὲ, τῶν πεζικῶν στρατοπέδων ἀκεραίων ὄντων, 11
ἀκεραίους εἶναι διελάμβανον τὰς ὑπὲρ τῶν ὅλων ἐλ-
Ti. Sempronius Scipioni conjungitur. πίδας. Ὅθεν καὶ, συνάψαντος τοῦ Τιβερίου καὶ τῶν 12
μετ' ἐκείνου στρατοπέδων, καὶ διαπορευομένων διὰ τῆς
Ῥώμης, ἐξ ἐπιφανείας ἐδόξαζον κριθήσεσθαι τὴν μά-
χην. Ἀθροισθέντων δὲ τῶν στρατιωτῶν κατὰ τὸν ὅρκον 13
εἰς Ἀρίμινον, ἀναλαβὼν αὐτοὺς ὁ στρατηγὸς, προῆγε,
σπεύδων συνάψαι τοῖς περὶ τὸν Πόπλιον. συμμίξας δὲ, 14
καὶ [u]καταστρατοπεδεύσας παρ' αὐτοῖς ταῖς οἰκείαις
δυνάμεσι, τὸ μὲν πλῆθος ἀνελάμβανε τῶν ἀνδρῶν, ὡς
ἂν ἐκ Λιλυβαίου τετταράκοντα συνεχῶς ἡμέρας πεπε-
ζοπορηκότων εἰς Ἀρίμινον· τὰς δὲ παρασκευὰς ἐποιεῖτο

[r] συνεστηκὸς ex conject. dedi. Veteres libri habent συνεξηκὸς, quod solus Aug. in συνεζηκὸς, Casaubonus vero cum Reg. B. in συνεξηρκὸς mutavit. Possis vero etiam συνεξεστηκὸς vel συνανεξεστηκὸς suspicari. [s] Libri scripti omnes ἐξενίζοντο μέν τοι τὸ συμβ. Correxit Casaub. [t] Mendose vulgo omnes σκέψεων. [u] Sic correxi. καταστρατ. παρὰ ταῖς οἰκ. δυν. Vat. Flor. Aug. Reg. A. παραστρατ. παρὰ ταῖς οἰκ. δυν. Bav. et ex eo Reg. B. C. et ed. 1. 2. Hinc Casaubonus, deleta præpositione, dedit παραστρατ. ταῖς οἰκ. δυν.

commeatus et necessaria omnia largiter subministrabant; parati in omnibus consiliis et periculis Hannibali esse participes. *Romani* vero *in urbe*, ubi allatus nuntius est de superiore equitum pugna, mirari illi quidem quod acciderat, utpote longe contra ipsorum opinionem: sed non deerant caussæ, cur victos eo prælio se negarent fuisse; aliis temeritatem ducis accusantibus, aliis Gallorum perfidiam, qui de industria male pugnassent, quod novissima defectione satis ostendissent. Denique, legionum peditibus salvis atque integris, spes quoque suas de summa rerum superesse credebant integras. Quamobrem ut venit *Tiberius Sempronius*, et quas ille habebat legiones, dum has Romam transeuntes cernerent, si vel tantum hic exercitus se ostendisset, debellatum iri uno prælio, sibi persuadebant. Postquam omnes *Ariminum*, sicuti juramento fuerant adacti, convenere, consul iis assumtis ad *Scipionem* properavit. Ad quem ut pervenit, junctisque castris ibi consedit; milites suos, fatigatos itinere XL continuorum dierum, quibus Lilybæo Ariminum venerant, refecit; simulque omnia ad

15 πάσας ὡς πρὸς μάχην. αὐτὸς δ' ἐπιμελῶς συνήδρευε A. U. 536.
τῷ Ποπλίῳ, τὰ μὲν ἤδη γεγονότα πυνθανόμενος, περὶ δὲ
τῶν παρόντων συνδιανοούμενος.

LXIX. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀννίβας Clastidium
πραξικοπήσας πόλιν [x]Κλαστίδιον, ἐνδόντες αὐτῷ τοῦ proditione capit Han-
πεπιστευμένου παρὰ Ῥωμαίων, ἀνδρὸς [x]Βρεντεσινοῦ, nibal.
2 κατέσχε. γενόμενος δὲ κύριος τῆς τε φρουρᾶς, καὶ τῆς
τοῦ σίτου παραθέσεως, τούτῳ μὲν πρὸς τὸ παρὸν ἐχρή-
σατο, τοὺς δὲ παραληφθέντας ἄνδρας ἀβλαβεῖς μεθ'
3 ἑαυτοῦ προῆγε· δεῖγμα βουλόμενος ἐκφέρειν τῆς σφετέ-
ρας προαιρέσεως, πρὸς τὸ μὴ, δεδιότας, ἀπελπίζειν τὴν
παρ' αὐτῷ σωτηρίαν τοὺς [y]ὑπὸ τῶν καιρῶν καταλαμβα-
4 νομένους. τὸν δὲ προδότην ἐτίμησε μεγαλείως, ἐκκαλέ-
σασθαι σπουδάζων τοὺς ἐπὶ πραγμάτων ταττομένους
5 πρὸς τὰς Καρχηδονίων ἐλπίδας. Μετὰ δὲ ταῦτα, Galli ab
συνθεωρήσας τινὰς τῶν Κελτῶν, οἳ κατῴκουν μεταξὺ Hannib. infestati
τοῦ Πάδου καὶ τοῦ Τρεβία ποταμοῦ, πεποιημένους μὲν opem poscunt
καὶ πρὸς αὐτὸν φιλίαν, διαπεμπομένους δὲ καὶ πρὸς Romanos.
Ῥωμαίους, καὶ πεπεισμένους, τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τὴν
6 παρ' ἀμφοῖν ἀσφάλειαν αὐτοῖς ὑπάρξειν· ἐξαποστέλλει
πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ Κελτοὺς καὶ Νο-
μάδας εἰς χιλίους, προστάξας ἐπιδραμεῖν αὐτῶν τὴν
7 χώραν. τῶν δὲ πραξάντων τὸ προσταχθὲν, καὶ πολλὴν

[x] Mendose h. l. Κλαστάδιον et mox Βρεγγισινοῦ, MSti omnes. [y] Vulgo omnes ἀπὸ, quod correxi cum Scalig et Reisk.

pugnam necessaria comparavit. Quæ dum fiunt, ipse interim *Publio* assiduus adesse, præterita ab eo sciscitari, de iis quæ instabant cum eo deliberare.

LXIX. Eodem fere tempore Hannibal *Clastidium* oppidum proditione cepit; tradente viro Brundusino, quem ei loco Romani præfecerant. Pœnus, præsidio et frumento ibi condito potitus, hoc quidem ad sublevandum præsentem inopiam est usus, captivos vero incolumes secum abduxit: id spectans, ut hoc edito animi sui specimine, eos qui temporibus deprehensi a Romanis stetissent, admoneret, posito metu clementlæ suæ non diffidere. Proditorem magnifice donavit: omnes, qui munere aliquo fungerentur, ad partes Carthaginiensium cupiens allicere. Secundum hæc, intelligens, Gallorum nonnullos, qui quod inter *Padum* et *Trebiam* est incolebant, post initam secum amicitiam cum Romanis etiam communicare, ratos, se per hunc ambiguum favorem tutos ab utroque futuros hoste; peditum duo millia, equites Gallos et Numidas mille fere, adversus eos misit, jussos fines incursare. Quibus imperata facientibus, multamque prædam abigentibus; extemplo ad Ro-

A. U. 536.

περιβαλομένων λείαν, εὐθέως οἱ Κελτοὶ παρῆσαν ἐπὶ τὸν

Pugna equestris.

χάρακα τῶν Ῥωμαίων, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν. Τιβέ- 8
ριος δὲ, καὶ πάλαι ζητῶν ἀφορμὴν τοῦ [z]πράττειν, τότε
λαβὼν πρόφασιν, ἐξαπέστειλε τῶν μὲν ἱππέων τὸ πλεῖ-
στον μέρος, πεζοὺς δὲ σὺν τούτοις ἀκοντιστὰς εἰς χι-
λίους. σπουδῇ δὲ τούτων προσμιξάντων πέραν τοῦ Τρε- 9
βία, καὶ διαμαχομένων τοῖς πολεμίοις ὑπὲρ τῆς λείας,
ἐτράπησαν οἱ Κελτοὶ σὺν τοῖς Νομάσι, καὶ τὴν ἀπο-
χώρησιν ἐπὶ τὸν ἑαυτῶν ἐποιοῦντο χάρακα. ταχὺ δὲ 10
συννοήσαντες τὸ γιγνόμενον οἱ προκαθήμενοι τῆς τῶν
Καρχηδονίων παρεμβολῆς, ἐντεῦθεν ταῖς ἐφεδρείαις
ἐβοήθουν τοῖς πιεζομένοις· οὗ γενομένου, τραπέντες οἱ
Ῥωμαῖοι, πάλιν ἐποιοῦντο τὴν ἀπόλυσιν εἰς τὴν ἑαυτῶν

Dubia Sempronii victoria.

παρεμβολήν. Τιβέριος δὲ, συνορῶν τὸ γιγνόμενον, πάν- 11
τας ἐπαφῆκε τοὺς ἵππους, καὶ τοὺς ἀκοντιστάς. τούτου
δὲ συμπεσόντος, αὖθις ἐγκλίναντες οἱ Κελτοὶ, πρὸς τὴν
ἑαυτῶν ἀσφάλειαν [a]ὑπεχώρουν. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν 12
Καρχηδονίων, ἀπαράσκευος ὢν πρὸς τὸ κρίνειν τὰ ὅλα,
καὶ νομίζων δεῖν μηδέποτε χωρὶς προθέσεως, μηδ' ἐκ
πάσης ἀφορμῆς ποιεῖσθαι τοὺς ὁλοσχερεῖς κινδύνους·
ὅπερ εἶναι φατέον ἡγεμόνος ἔργον ἀγαθοῦ· τότε μὲν
ἐπέσχε τοὺς [b]παρ' αὐτῶν συνεγγίσαντας τῷ χάρακι, 13
καὶ στῆναι μὲν ἐκ μεταβολῆς ἠνάγκασε, διώκειν δὲ καὶ
συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις ἐκώλυσε, διὰ τῶν ὑπηρετῶν

[z] Fors. πράττειν τι. [a] ἀπεχώρουν Vat. Flor. Aug. Reg. A. [b] Sic Flor. et Vat. Vulgo perperam παρ' αὐτῷ.

manorum munitiones Galli adveniunt, opem illos poscentes. *Sempronius*, qui manus conserendi occasionem jamdudum quærebat, tunc illam adeptus, equitum partem maximam, et simul pedites jaculatores ad mille emisit. Qui hostem, *Trebia* trajecto, propere aggressi, ac pro præda acriter cum illo dimicantes, Gallos Numidasque in sua castra compellunt. Quo statim animadverso, qui pro munitionibus Carthaginiensium in statione erant, ex ipsa statione illico laborantibus succurrentes, terga vertere Romanos et castra repetere coëgerunt. Tum vero *Tiberius*, re cognita, omnes equites jaculatoresque immisit: atque ita Carthaginienses vicissim cedentes loco, intra munitiones suas se recipiunt. *Hannibal* vero, qui ad universæ rei dimicationem adhuc erat imparatus; existimans, non ex quavis occasione, neque sine certa animi destinatione, periculum summæ rerum esse faciendum; magni ducis, quod omnes fateantur, officio fungens; contentus in præsentia recipientis se in castra militis fugam sistere, et, ut hostibus frontem rursus obverteret, cogere; persequi Romanos, aut cum iis confligere, nequaquam est passus, per ministros et buccinatores

14 καὶ σαλπιγκτῶν ἀνακαλούμενος. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι A. U. 536.
βραχὺν ἐπισχόντες χρόνον, ἀνέλυσαν, ὀλίγους μὲν αὐτῶν ἀποβαλόντες, πλείους δὲ τῶν Καρχηδονίων διεφθαρκότες.

LXX. Ὁ δὲ Τιβέριος, μετεωρισθεὶς, καὶ περιχαρὴς γενόμενος ἐπὶ τῷ προτερήματι, φιλοτίμως εἶχε πρὸς τὸ
2 τὴν ταχίστην κρῖναι τὰ ὅλα. προέκειτο μὲν οὖν αὐτῷ, κατὰ τὴν ἰδίαν γνώμην χρῆσθαι τοῖς παροῦσι, διὰ τὸ τὸν Πόπλιον ἀῤῥωστεῖν· ὅμως δὲ βουλόμενος προσλαβέσθαι καὶ τὴν τοῦ συνάρχοντος γνώμην, ἐποιεῖτο λόγους
3 περὶ τούτων πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ Πόπλιος τὴν ἐναντίαν
4 εἶχε διάληψιν περὶ τῶν ἐνεστώτων. [c] τὰ γὰρ στρατόπεδα, χειμασκήσαντα, βελτίω τὰ παρ' αὐτῶν ὑπελάμβανε γενήσεσθαι, τήν τε τῶν Κελτῶν ἀθεσίαν οὐκ ἐμμενεῖν ἐν τῇ πίστει, τῶν Καρχηδονίων ἀπραγούντων, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀναγκαζομένων ἄγειν, ἀλλὰ καινοτομήσειν
5 τι πάλιν κατ' ἐκείνων. πρὸς δὲ τούτοις αὐτὸς, ὑγιασθεὶς ἐκ τοῦ τραύματος, ἀληθινὴν παρέξεσθαι χρείαν ἤλπιζε
6 τοῖς κοινοῖς πράγμασι. διὸ καὶ τοιούτοις χρώμενος λογισμοῖς μένειν ἠξίου τὸν Τιβέριον ἐπὶ τῶν προκειμένων.
7 Ὁ δὲ προειρημένος ᾔδει μὲν, ἕκαστα τούτων ἀληθινῶς λεγόμενα καὶ δεόντως· ὑπὸ δὲ τῆς φιλοδοξίας ἐλαυνόμενος, καὶ καταπιστεύων τοῖς πράγμασι, παραλόγως ἔσπευδε κρῖναι δι' αὐτοῦ τὰ ὅλα, καὶ μήτε τὸν Πόπλιον

Sempronius invito Scipione pugnæ avidus.

[c] τὰ γὰρ a Casaubono est. τὰ δὲ στρατόπ. dant ante eum edd. et scripti libri omnes.

revocans suos. Romani, breve tempus morati, paucis suorum desideratis, ac longe pluribus hostium occisis, e pugna recesserunt.

LXX. *Tiberius*, ferox jam, gaudioque ob victoriam exultans, universi belli fortunam quamprimum dijudicare gestiebat. Etsi autem stabat illi sententia, quia Scipio ægrotabat, arbitrio suo omnia administrare; tamen, quia magni faciebat ut idem et collega sentiret, consilium hoc suum cum illo communicat. At *P. Cornelio* alia longe mens erat: nam et suos exercitus, si per hiemem tiro miles exerceretur, valentiores futuros; et Gallos, pro insita levitate, si cessarent Carthaginienses et quiescere cogerentur, novi aliquid molituros, ac rursus ab illis defecturos. Ad hæc sperabat, sese, ubi ex vulnere convaluisset, utilem patriæ operam rem strenue gerendo esse præstiturum. His igitur rationibus adductus, ne quid tentaret, auctor collegæ erat. At *Sempronius*, etsi non ignorabat vere hæc et prudenter monere *Scipionem*, ambitione tamen et nimia confidentia excæcatus, id omni studio agebat, ut per se ipse summam rerum cerneret; priusquam

A.U. 536. δύνασθαι παρατυχεῖν τῇ μάχῃ, μήτε τοὺς ἐπικαθισταμένους στρατηγοὺς φθάσαι παραλαβόντας τὴν ἀρχήν·
οὗτος γὰρ ἦν ὁ χρόνος. Διόπερ οὐ τὸν τῶν πραγμάτων 8
καιρὸν ἐκλεγόμενος, ἀλλὰ τὸν ἴδιον, ἔμελλε τοῦ δέοντος
Et Hannibal dimicare cupit. σφαλήσεσθαι προφανῶς. Ὁ δ' Ἀννίβας, παραπλησίους 9
ἔχων [d] ἐπινοίας Ποπλίῳ περὶ τῶν ἐνεστώτων, κατὰ τοὐναντίον ἔσπευδε συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις· θέλων μὲν, πρῶτον, ἀκεραίοις ἀποχρήσασθαι ταῖς τῶν Κελτῶν
ὁρμαῖς· δεύτερον, ἀνασκήτοις καὶ νεοσυλλόγοις συμβα- 10
λεῖν τοῖς τῶν Ῥωμαίων στρατοπέδοις· τρίτον, ἀδυνατοῦντος ἔτι τοῦ Ποπλίου ποιήσασθαι τὸν κίνδυνον· τὸ δὲ μέγιστον, πράττειν τι, καὶ μὴ προΐεσθαι διακενῆς τὸν
χρόνον. τῷ γὰρ εἰς ἀλλοτρίαν καθέντι χώραν στρα- 11
τόπεδα, καὶ παραδόξοις ἐγχειροῦντι πράγμασιν, εἷς τρόπος ἐστὶν οὗτος σωτηρίας, τὸ συνεχῶς καινοποιεῖν
[e] ἀεὶ τὰς τῶν συμμάχων ἐλπίδας. Ἀννίβας μὲν οὖν, 12
εἰδὼς τὴν ἐσομένην ὁρμὴν τοῦ Τιβερίου, πρὸς τούτοις ἦν.

Insidias præparat Hannibal.

LXXI. Πάλαι δὲ συνεωρακὼς μεταξὺ τῶν στρατοπέδων τόπον, ἐπίπεδον μὲν καὶ ψιλὸν, εὐφυῆ δὲ πρὸς ἐνέδραν, διά τι ῥεῖθρον, ἔχον ὀφρὺν, ἐπὶ δὲ ταύτης ἀκάνθας καὶ βάτους συνεχεῖς ἐπιπεφυκότας, ἐγίγνετο [f] πρὸς
τῷ καταστρατηγεῖν τοὺς ὑπεναντίους. Ἔμελλε δ' 2
εὐχερῶς λήσειν· οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πρὸς μὲν τοὺς ὑλώδεις

[d] ὑπονοίας edd. ex Bav. [e] ἀεὶ abest ab Aug. [f] πρὸς τὸ καταστρ. edd. cum Bav. et Aug.

aut Publius prælio posset interesse, aut novi consules iniissent: jam enim tempus illud appetebat. Igitur, qui sua consilia non rerum temporibus accommodaret, sed suis; nihil bene se consulturum, nemini dubium relinquebat. *Hannibal* vero, de rebus præsentibus pari ratione cum Scipione judicans, e contrario dimicare acie quam primum cupiebat. Nam et Gallorum primo impetu, dum adhuc recens esset, uti volebat: tum autem cum inexercitato et recens conscripto Romanorum exercitu conserere manum optabat: tertio illud spectabat, ut, dum adhuc æger esset e vulnere Publius, decertaret: postremo, quod sua plurimum putaret interesse, ne frustra tempus tereret, sed faceret aliquid. Nam qui in alienos fines cum exercitu se conjicit, et res magnas præter hominum opinionem molitur, huic ad salutem unica hæc patet via, si spes sociorum, aliis atque aliis subinde bellicis facinoribus editis, continenter renovet. Et *Hannibal* quidem, gnarus *Sempronium* mox ad prælium ruiturum, in his erat.

LXXI. Quum autem locum idem observasset inter utraque castra, planum quidem et nudum, sed aptum tamen insidiis, propter rivum quemdam altam habentem ripam, eamque vepribus ac virgultis continuis vestitam, dolo hostem decipere parabat. Latere autem, ibi eo facilius poterat,

A. U. 536.

Loca varia insidiis apta.

τόπους ὑπόπτως εἶχον, διὰ τὸ τοὺς Κελτοὺς ἀεὶ τιθέναι
τὰς ἐνέδρας ἐν τοῖς τοιούτοις χωρίοις, τοῖς δ' ἐπιπέδοις
3 καὶ ψιλοῖς [g] ἀπεπίστευον· οὐκ εἰδότες, ὅτι καὶ πρὸς τὸ
λαθεῖν καὶ πρὸς τὸ μηδὲν παθεῖν τοὺς [h] ἐνεδρεύσαντας
εὐφυέστεροι τυγχάνουσιν ὄντες τῶν ὑλωδῶν· διὰ τὸ
δύνασθαι μὲν ἐκ πολλοῦ προορᾷν [i] πάντας τοὺς ἐνεδρεύ-
οντας, εἶναι δ' ἐπιπροσθήσεις ἱκανὰς ἐν τοῖς πλείστοις
4 τόποις. Τὸ γὰρ τυχὸν ῥεῖθρον μετὰ βραχείας ὀφρύος,
ποτὲ δὲ καὶ [k] κάλαμοι, καὶ πτέρεις, καί τι γένος ἀκαν-
θῶν, οὐ μόνον πεζοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱππεῖς ἐνίοτε
[l] δύναται κρύπτειν· ἐὰν βραχέα τις προνοηθῇ τοῦ τὰ
μὲν ἐπίσημα τῶν ὅπλων ὕπτια τιθέναι πρὸς τὴν γῆν, τὰς
5 δὲ περικεφαλαίας ὑποτιθέναι τοῖς ὅπλοις. Πλὴν ὅ γε
τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς, κοινολογηθεὶς Μάγωνι τῷ
ἀδελφῷ καὶ τοῖς συνέδροις περὶ τοῦ μέλλοντος ἀγῶνος,
6 συγκατατιθεμένων [m] αὐτῷ πάντων ταῖς ἐπιβολαῖς· [n] ἅμα
τῷ δειπνοποιήσασθαι τὸ στρατόπεδον, ἀνακαλεσάμενος
Μάγωνα τὸν ἀδελφὸν, ὄντα νέον μὲν, ὁρμῆς δὲ πλήρη
καὶ παιδομαθῆ περὶ τὰ πολεμικὰ, συνέστησε τῶν ἱππέων
7 ἄνδρας ἑκατὸν, καὶ πεζοὺς τοὺς ἴσους. ἔτι δὲ τῆς
ἡμέρας οὔσης ἐξ ὅλου τοῦ στρατοπέδου [o] σημηνάμενος
τοὺς εὐρωστοτάτους, παρηγγέλκει δειπνοποιησαμένους

Magonem in insidiis collocat Hannibal.

[g] ἐπίστευον Flor. [h] ἐνεδρεύοντας h. l. ut infra, edd. ex Bav. [i] πάντα malim. [k] καλαμὶς καὶ πτερὶς edd. ex Bav. [l] δύνανται Suid. [m] An αὐτοῦ? [n] ἅμα τῷ δεῖπνον ποιήσ. edd. ἅμα τῷ τὸ δεῖπνον ποιήσ. Bav. [o] σημηνάμενος temere in σημηνάμενον mutavit Casaub.

quia Romani, silvas quidem omnes suspectantes, eo quod Galli ad insidiandum loca semper deligunt arboribus impedita, campis tamen patentibus plane fidebant: nescientes nimirum, et occultius et periculo etiam minore in planitie collocari insidias, quam in sylvosis saltibus; quoniam facile omnia prospiciant insidiatores, neque tamen, ut plurimum, desint eminentiæ quædam ad eos tegendos idoneæ. Quamlibet parvus enim rivus, cui modicum sit supercilium interdum vero et arundines vel silices, aut quodcumque sentis genus, satis magnas ad occultandos non solum pedites, verum etiam equites, latebras habet: si quis modo vel mediocrem adhibeat prudentiam, ut, quæ sunt e longinquo conspicua arma, humi supina deponat, et galeas clypeis subjiciat. *Hannibal* enimvero, deliberatione cum fratre *Magone* ac ceteris, qui concilio intererant, habita super edendo mox certamine; quum ejus consilium omnes laudassent; simul ac cœnam exercitus sumsit, fratrem *Magonem*, militaris spiritus juvenem et a teneris belli artes edoctum, ad se vocat; eique centum equites, totidem pedites, attribuit: quos nimirum ipse, de die adhuc seligens ex universo exercitu validissimos quosque, jusserat ut post cœnam ad suum tentorium

A. U. 536. ἥκειν ἐπὶ τὴν αὑτοῦ σκηνήν. παρακαλέσας δὲ, καὶ 8
παραστήσας τούτοις τὴν πρέπουσαν ὁρμὴν τῷ καιρῷ,
[p]παρήγγειλε δέκα τοὺς ἀνδρωδεστάτους ἕκαστον ἐπι-
λεξάμενον ἐκ τῶν ἰδίων τάξεων, ἥκειν εἴς τινα τόπον ἤδη
τῆς στρατοπεδείας. τῶν δὲ πραξάντων τὸ συνταχθὲν, 9
τούτους μὲν, ὄντας ἱππεῖς χιλίους, καὶ πεζοὺς ἄλλους
τοσούτους, ἐξαπέστειλε νυκτὸς εἰς τὴν ἐνέδραν, συστήσας
ὁδηγοὺς, καὶ τἀδελφῷ διαταξάμενος περὶ τοῦ καιροῦ
Ad pugnam elicit Sempronium. τῆς ἐπιθέσεως. Αὐτὸς δ' ἅμα τῷ φωτὶ τοὺς Νομα- 10
δικοὺς ἱππεῖς συναγαγὼν, ὄντας φερεκάκους διαφερόντως,
παρεκάλεσε, καί τινας δωρεὰς ἐπαγγειλάμενος τοῖς
ἀνδραγαθήσασι, προσέταξε, πελάσαντας τῷ τῶν ἐναν-
τίων χάρακι, κατὰ σπουδὴν ἐπιδιαβαίνειν τὸν ποταμὸν,
καὶ προσακροβολιζομένους, κινεῖν τοὺς πολεμίους· βουλό-
μενος ἀναρίστους καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀπαρασκεύους
λαβεῖν τοὺς ὑπεναντίους. τοὺς δὲ λοιποὺς ἡγεμόνας 11
ἀθροίσας, ὁμοίως παρεκάλεσε πρὸς τὸν κίνδυνον, καὶ
πᾶσιν ἀριστοποιεῖσθαι παρήγγειλε, καὶ περὶ τὴν τῶν
ὅπλων καὶ τῶν ἵππων γίγνεσθαι θεραπείαν.

Aciem educit Sempronius brumali die. LXXII. Ὁ δὲ Τιβέριος, ἅμα τῷ συνιδεῖν ἐγγίζοντας
τοὺς Νομαδικοὺς ἱππεῖς, παραυτίκα μὲν αὐτὴν τὴν
ἵππον ἐξαπέστελλε, προστάξας ἔχεσθαι καὶ συμπλέ-
κεσθαι τοῖς πολεμίοις. ἑξῆς δὲ τούτοις, ἐξέπεμπε τοὺς 2

[p] παρήγγ. καὶ τοὺς edd. ex Bav. Sed δὲ καὶ τοὺς Vat. Urb. Ursin. Aug. Reg. A. quod mutavi in id, unde detortum est.

convenirent. Hos igitur cohortatus, postquam ita affectos videt uti res postulabat, mandat singulis, ut decem fortissimos e suis ordinibus quisque sibi adjungat, et cum illis in certam castrorum partem protinus omnes sese conferant. Qui ut fecere quod fuerant jussi, hos *Hannibal* (erant autem equites mille, pedites totidem;) noctu ad insidiarum locum proficisci, ducibus itineris additis, jubet; mandatis etiam de tempore, quo ad pugnam cooriri eos vellet, fratri datis. Ipse prima luce Numidas, inprimis laborum patiens genus hominum, in unum advocat; eosque adhortatus, propositis etiam virtutis præmiis, prope hostium castra accedere imperat, et raptim trajicere amnem, jaculandoque ad pugnam elicere adversarios: impransos enim et ad prælium imparatos cupiebat deprehendere. Mox et ceteros duces cogit, et similiter cohortatus ad pugnam, prandere omnibus et arma atque equos parare præcipit.

LXXII. *Sempronius*, ut videt appropinquare Numidas equites, extemplo equitatum quidem solum, manus cum hoste jussum conserere, emittit. Deinde et pedites jaculatores, ad sex

πεζακοντιστὰς εἰς ἑξακισχιλίους· ἐκίνει δὲ καὶ τὴν A. U. 536.
λοιπὴν δύναμιν ἐκ τοῦ χάρακος, ὡς ἐξ ἐπιφανείας κριθη-
σομένων τῶν ὅλων· ἐπαιρόμενος τῷ τε πλήθει τῶν ἀνδρῶν,
καὶ τῷ γεγονότι τῇ προτεραίᾳ περὶ τοὺς ἱππεῖς εὐημε-
3 ρήματι. Οὔσης δὲ τῆς ὥρας περὶ χειμερινὰς τροπὰς,
καὶ τῆς ἡμέρας νιφετώδους καὶ ψυχρᾶς διαφερόντως,
τῶν δ' ἀνδρῶν καὶ τῶν ἵππων σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, ἁπάντων
ἀναρίστων ἐκπεπορευμένων· τὸ μὲν πρῶτον, ὁρμὴ καὶ
4 προθυμία περὶ τὸ πλῆθος ἦν· ἐπιγενομένης δὲ τῆς τοῦ Trebiam
Τρεβία ποταμοῦ διαβάσεως, καὶ προσαναβεβηκότος ægre trajicit.
[q] τοῦ ῥεύματος, διὰ τὸν ἐν τῇ νυκτὶ γενόμενον ἐν τοῖς
ὑπὲρ τὰ στρατόπεδα τόποις ὄμβρον· μόλις, ἕως τῶν
5 [r] μαστῶν οἱ πεζοὶ βαπτιζόμενοι, διέβαινον. ἐξ ὧν ἐκα-
κοπάθει τὸ στρατόπεδον ὑπό τε τοῦ ψύχους καὶ τῆς
6 ἐνδείας, ὡς ἂν ἤδη τῆς ἡμέρας προβαινούσης. Οἱ δὲ
Καρχηδόνιοι, [s] κατὰ τὰς σκηνὰς βεβρωκότες καὶ πεπω-
κότες, καὶ τοὺς ἵππους ἡτοιμακότες, ἠλείφοντο καὶ
7 καθωπλίζοντο περὶ τὰ πυρὰ πάντες. Ἀννίβας δὲ, τὸν Hannibalis acies.
καιρὸν ἐπιτηρῶν, ἅμα τῷ συνιδεῖν διαβεβηκότας τοὺς
Ῥωμαίους τὸν ποταμὸν, προβαλόμενος ἐφεδρείαν τοὺς
λογχοφόρους καὶ Βαλιαρεῖς, ὄντας εἰς [t] ὀκτακισχιλίους,
8 ἐξῆγε τὴν δύναμιν. καὶ προαγαγὼν ὡς ὀκτὼ στάδια
πρὸ τῆς στρατοπεδείας, τοὺς μὲν πεζοὺς ἐπὶ μίαν

[q] τῷ ῥεύματι Vat. Flor. Urb. Ursin. Aug. Reg. A. [r] μασθῶν Flor. Aug. Reg. A. [s] κατὰ τὰς σκηνάς. Ex conject. inserui artic. qui abest vulgo. [t] ἑξακισχιλίους Bav.

mille, sequi jubet: simul vero reliquas omnes copias castris educit: adeo multitudine suorum, et equestri victoria pridiana fretus, ut vel conspectum sui exercitus satis futurum ad devincendum Pœnum existimaret. Quum autem brumæ tempus esset, et dies nivalis ac supra modum frigidus, omnesque ferme et viri et equi non curatis ante corporibus essent educti; multitudo, quæ magnam initio alacritatem præ se tulerat, mox ubi amnem *Trebiam* trajicere oportuit, qui ob imbrem, in partibus supra castra nocte proxima effusum, adeo vehementer intumuerat, ut pectoribus tenus qui transibant mergerentur; malis tum victa, partim frigore, partim fame, (jam enim dies processerat;) deficere cœpit. Ad Carthaginienses, in suis tabernaculis esu potuque refecti, tam ipsi, quam eorum equi, omnes interea ad ignis calorem sedentes ungebant sese atque arma induebant. *Hannibal*, tempus opportunum pridem exspectans, simulac transgressos amnem videt hostes, præire jussis, ut præsidio essent aliis, jaculatorum et Balearium octo fere millibus, copias educit. Mille dein passus a castris

A. U. 536. εὐθεῖαν παρενέβαλε, περὶ δισμυρίους ὄντας τὸν ἀριθμὸν, Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς καὶ Λίβυας· τοὺς δ' ἱππεῖς διελὼν 9
[u]ἐφ' ἑκάτερον παρέστησε τὸ κέρας, πλείους ὄντας μυρίων σὺν τοῖς παρὰ τῶν Κελτῶν συμμάχοις· τὰ δὲ θηρία μερίσας πρὸ τῶν κεράτων, δι' ἀμφοτέρων προεβάλλετο.
Τιβέριος δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοὺς μὲν ἱππεῖς 10
ἀνεκαλεῖτο, θεωρῶν οὐκ ἔχοντας ὅ τι χρήσονται τοῖς ὑπεναντίοις, διὰ τὸ τοὺς Νομάδας ἀποχωρεῖν μὲν εὐχερῶς καὶ σποράδην, ἐπικεῖσθαι δὲ πάλιν ἐκ μεταβολῆς τολμηρῶς καὶ θρασέως. τὸ γὰρ τῆς Νομαδικῆς μάχης ἴδιόν ἐστι τοῦτο. τοὺς δὲ πεζοὺς παρενέβαλε κατὰ τὰς 11
εἰθισμένας παρ' αὐτοῖς τάξεις, ὄντας τοὺς μὲν Ῥωμαίους εἰς μυρίους ἑξακισχιλίους, τοὺς δὲ συμμάχους εἰς δισμυρίους. τὸ γὰρ τέλειον στρατόπεδον παρ' αὐτοῖς 12
πρὸς τὰς ὁλοσχερεῖς ἐπιβολὰς, ἐκ τοσούτων ἀνδρῶν ἐστιν, ὅταν ὁμοῦ τοὺς ὑπάτους ἑκατέρους οἱ καιροὶ συνάγωσι. μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς [x]ἐφ' ἑκάτερον 13
θεὶς τὸ κέρας, ὄντας εἰς τετρακισχιλίους, ἐπῄει τοῖς ὑπεναντίοις σοβαρῶς, ἐν τάξει καὶ βάδην ποιούμενος τὴν ἔφοδον.

Numidarum pugnandi genus.

Juncti duo exercitus consulares.

Pugna ad Trebiam.

LXXIII. Ἤδη δὲ σύνεγγυς ὄντων ἀλλήλοις, συνεπλάκησαν οἱ προκείμενοι τῶν δυνάμεων εὔζωνοι. τούτου 2
δὲ συμβάντος, οἱ μὲν Ῥωμαῖοι κατὰ πολλοὺς τρόπους

[u] ἐφ' ἑκάτερα παρέστησε τοῖς κέρασι Bav. [x] Mendose ἀφ' ἑκάτερον Val. Flor. Aug. Reg. A. ὑφ' ἑκάτ. Bav. Correxit Casaub.

progressus, pedites, quorum habuit ad viginti millia, Hispanos, Gallos, Afros, in unam seriem omnes dirigit: equites, numero plures decem millibus, annumeratis iis quos Galli socii miserant, utroque cornu circumfundit: pro cornibus in utramque partem divisos elephantos statuit. Dum hæc a Pœno gerebatur, *Sempronius* equites suos dato signo revocat, plane quid consilii caperent adversus hostem oppositum ignaros: quippe illis res erat cum Numidis, facile et passim terga vertere, ac deinde fronte iterum conversa hostem acriter atque audacter petere, assuetis; quæ propria est *Numidarum dimicandi ratio.* Pedites vero pro more Romanæ militiæ ordinavit. Erant autem Romani pedites ad sedecim millia; socii ad millia viginti. Nam quoties summa rerum agitur, et necessitate aliqua urgente ambo Consules copias conjungunt, plenus exercitus populi Romani ex tot numero hominibus constat. Exin equites, qui ad quatuor millia ei aderant, ab utroque cornu peditibus circumdat; et in hostem superbo incessu pergit, ordinate ac lente ad illum aggrediendum procedens.

LXXIII. Postquam invicem appropinquaverant exercitus, a levibus armaturis ante signa locatis pugna committitur. Ibi tum statim Romanam

ἠλαττοῦντο, τοῖς δὲ Καρχηδονίοις ὑπερδέξιον συνέβαινε A. U. 536. Pugna ad Trebiam.
3 γίγνεσθαι τὴν χρείαν· ἅτε δὴ τῶν μὲν Ῥωμαίων πεζα-
κοντιστῶν κακοπαθούντων ἐξ ὄρθρου, καὶ προεμένων τὰ
πλεῖστα βέλη κατὰ τὴν πρὸς τοὺς Νομάδας συμπλο-
κὴν, τῶν δὲ καταλειπομένων βελῶν ἠχρειωμένων αὐτοῖς
4 διὰ τὴν συνέχειαν τῆς νοτίδος. παραπλήσια δὲ τούτοις
συνέβαινε καὶ περὶ τοὺς ἱππεῖς γίγνεσθαι, καὶ περὶ τὸ
5 σύμπαν αὐτοῖς στρατόπεδον. περί γε μὴν τοὺς Καρχη-
δονίους ὑπῆρχε τἀναντία τούτων· ἀκμαῖοι γὰρ παρατε-
ταγμένοι καὶ νεαλεῖς, ἀεὶ πρὸς τὸ δέον εὐχρήστως καὶ
6 προθύμως εἶχον. Διόπερ ἅμα τῷ δέξασθαι διὰ τῶν
διαστημάτων τοὺς προκινδυνεύοντας, καὶ συμπεσεῖν τὰ
βαρέα τῶν ὅπλων ἀλλήλοις, οἱ μὲν ἱππεῖς οἱ τῶν Καρ-
χηδονίων εὐθέως ἀπ᾽ ἀμφοῖν τοῖν κεράτοιν ἐπίεζον τοὺς
ὑπεναντίους, ὡς ἂν τῷ πλήθει πολὺ διαφέροντες, καὶ
ταῖς ἀκμαῖς αὐτῶν τε [y] καὶ τῶν ἵππων, διὰ τὴν προειρη-
7 μένην ἀκεραιότητα περὶ τὴν ἔξοδον. τοῖς δὲ Ῥωμαίοις
τῶν ἱππέων ὑποχωρησάντων, καὶ ψιλωθέντων τῶν τῆς
φάλαγγος κεράτων, οἵ τε λογχοφόροι τῶν Καρχηδονίων,
καὶ τὸ τῶν Νομάδων πλῆθος, ὑπεραίροντες τοὺς προτε-
ταγμένους τῶν ἰδίων, καὶ πρὸς τὰ κέρατα προσπίπτοντες
τοῖς Ῥωμαίοις, πολλὰ καὶ κακὰ διειργάζοντο, καὶ
8 μάχεσθαι τοῖς κατὰ πρόσωπον οὐκ εἴων. οἱ δ᾽ ἐν τοῖς
βαρέσιν ὅπλοις, παρ᾽ ἀμφοῖν τὰς πρώτας ἔχοντες

[y] Mendose vulgo omnes καὶ τῶν ἱππέων.

rem multis modis deteriorem esse apparuit: quum contra Pœnis omnia faverent. Nam Romanorum jaculatores pedites a mane defatigati erant, et in conflictu cum Numidis maximam jaculorum partem emiserant: quæ superabant, continuo humore madida, evaserant inutilia. Nec melius cum equitibus ac reliquo universo exercitu agebatur. Contraria vero his apud Carthaginienses omnia: qui quum viribus integris in aciem descendissent, recentes et alacres quo res cumque postulabat, veniebant. Itaque simulac per intervalla a suis recepti sunt qui ante signa pugnaverant; ad primum statim gravioris armaturæ concursum, equites Carthaginiensium, (qui et numero superabant, et sua equorumque corpora, ut ante ostendimus, sub exitum e castris probe curaverant,) ab utroque cornu Romanos premebant. Igitur impulso Romanorum equitatu, nudataque ab utroque cornu acie, jaculatores Carthaginiensium et Numidarum turba, suos quorum a tergo erant, præterlati, in latera Romanorum invadunt, adeoque vehementer illos premunt, ut dimicare cum ex adverso pugnantibus non sinerentur. Gravis vero armatura, quæ in primis mediisque ordini-

A. U. 536. καὶ μέσας τῆς ὅλης παρεμβολῆς τάξεις, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐμάχοντο συστάδην, ἐφάμιλλον ποιούμενοι τὸν κίνδυνον.

Cæduntur Romani.

LXXIV. Ἐν ᾧ καιρῷ διαναστάντων τῶν ἐκ τῆς ἐνέδρας Νομάδων, καὶ προσπεσόντων ἄφνω κατὰ νώτου τοῖς ἀγωνιζομένοις περὶ τὰ μέσα, μεγάλην ταραχὴν καὶ δυσχρηστίαν συνέβαινε γίγνεσθαι περὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις. τέλος δ' ἀμφότερα τὰ κέρατα 2
[z] τῶν περὶ τὸν Τιβέριον [a] πιεζόμενα, κατὰ πρόσωπον μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων, πέριξ δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας ὑπὸ τῶν εὐζώνων, ἐτράπησαν, καὶ συνωθοῦντο κατὰ τὸν διωγμὸν πρὸς τὸν ὑποκείμενον ποταμόν. τούτου 3
δὲ συμβάντος, οἱ κατὰ μέσον τὸν κίνδυνον ταχθέντες τῶν Ῥωμαίων, οἱ μὲν κατόπιν ἐφεστῶτες, ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς ἐνέδρας προσπεσόντων ἀπώλλυντο καὶ κακῶς ἔπα-

Pars Romanor. perrumpit per hostes.

σχον· οἱ δὲ περὶ τὰς πρώτας χώρας, ἐπαναγκασθέντες, 4
ἐκράτησαν τῶν Κελτῶν καὶ μέρους τινὸς τῶν Λιβύων· καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες, διέκοψαν τὴν τῶν Καρχηδονίων τάξιν. θεωροῦντες δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν ἰδίων 5
κεράτων ἐκπεπιεσμένους, τὸ μὲν ἐπιβοηθεῖν τούτοις, ἢ πάλιν εἰς τὴν ἑαυτῶν ἀπιέναι παρεμβολὴν, ἀπέγνωσαν· ὑφορώμενοι μὲν τὸ πλῆθος τῶν ἱππέων, κωλυόμενοι δὲ διὰ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν ἐπιφορὰν καὶ συστροφὴν τοῦ κατὰ κεφαλὴν ὄμβρου. τηροῦντες δὲ τὰς τάξεις, ἀθρόοι 6

[z] τὰ περὶ τὸν Vat. Flor. Aug. Reg. A. [a] πιεζούμενα Bav. et sic olim videtur fuisse in Vat.

bus utrimque stabat, satis diu paribus animis et æquo marte cominus decertavit.

LXXIV. Tum vero Numidæ, ex insidiis coorti, atque a tergo eos qui circa mediam aciem dimicabant ex improviso cædentes, tumultum ingentem atque perturbationem Romanorum exercitui injecere. Tandem qui in utroque cornu a *Sempronio* stabant, prementibus a fronte elephantis, ad latera vero circumcirca levibus armaturis, vertuntur in fugam; eosque Pœnus insequens in subjectum amnem compellit. Inter hæc, mediæ Romanorum aciei postremos ordines Numidæ, qui ex insidiis invaserant, cædunt maleque habent. At primi ordines, ipsa stimulati necessitate, Gallos et partem etiam Afrorum devincunt; magnaque eorum strage edita, Carthaginiensium aciem perrumpunt. Sed hi, ut vident, cornu jam utrumque suorum impulsum profligatumque esse; desperantes, posse illis a se opem ferri, aut castra sua repeti; quod et Punici equitatus multitudo ipsos terrebat, et flumen, atque imber, quo magna vi compluebantur, conata ipsorum impediebat; servatis or-

μετ' ἀσφαλείας ἀπεχώρησαν εἰς Πλακεντίαν, ὄντες οὐκ A. U. 536.
7 ἐλάττους μυρίων. Τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν πλεῖστοι περὶ Et Placentiam fugit.
τὸν ποταμὸν ἐφθάρησαν ὑπό τε τῶν θηρίων καὶ τῶν
8 ἱππέων. οἱ δὲ διαφυγόντες τῶν πεζῶν, καὶ τὸ πλεῖστον
μέρος τῶν ἱππέων, πρὸς τὸ προειρημένον σύστημα ποιού-
μενοι τὴν ἀποχώρησιν, ἀνεκομίσθησαν ἅμα τούτοις εἰς
9 Πλακεντίαν. Τὸ δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατόπεδον, ἕως Victores Pœni.
τοῦ ποταμοῦ [b] καταδιῶξαν τοὺς πολεμίους· ὑπὸ δὲ τοῦ
χειμῶνος οὐκ ἔτι δυνάμενον πορρωτέρω προβαίνειν,
10 ἐπανῆλθε πάλιν εἰς τὴν παρεμβολήν. καὶ πάντες ἐπὶ
μὲν τῇ μάχῃ περιχαρεῖς ἦσαν, ὡς κατωρθωκότες· συνέ-
βαινε γὰρ ὀλίγους μὲν τῶν Ἰβήρων καὶ Λιβύων, τοὺς δὲ
11 πλείους ἀπολωλέναι τῶν Κελτῶν. ὑπὸ δὲ τῶν ὄμβρων Elephantos omnes uno excepto amittunt.
καὶ τῆς ἐπιγενομένης χιόνος, οὕτω διετίθεντο δεινῶς,
ὥστε τὰ μὲν θηρία διαφθαρῆναι, πλὴν ἑνός· πολλοὺς
δὲ καὶ τῶν ἀνδρῶν ἀπόλλυσθαι καὶ τῶν ἵππων διὰ τὸ
ψῦχος.

LXXV. Ὁ δὲ Τιβέριος, εἰδὼς μὲν τὰ συμβεβηκότα, Frustra cladem celat Sempronius.
βουλόμενος δὲ κατὰ δύναμιν ἐπικρύπτεσθαι τοὺς ἐν τῇ
Ῥώμῃ τὸ γεγονὸς, ἔπεμψε τοὺς ἀπαγγελοῦντας, ὅτι,
μάχης γενομένης, τὴν νίκην αὐτῶν ὁ χειμὼν ἀφείλετο.
2 οἱ δὲ Ῥωμαῖοι παραυτίκα μὲν ἐπίστευον τοῖς προσπί-
πτουσι· μετ' οὐ πολὺ δὲ πυνθανόμενοι, τοὺς μὲν Καρ-
χηδονίους καὶ τὴν παρεμβολὴν [c] τὴν αὐτῶν τηρεῖν, καὶ

[b] Alii κατεδίωξαν. [c] Carent τὴν Aug. Reg. A.

dinibus, conserto agmine, sine periculo *Placentiam* se receperunt, non pauciores decem millibus. Reliquorum plerosque, circa *Trebiam*, partim belluæ partim equites contrucidaverunt. Qui ex illis evaserunt pedites, cum maxima parte equitum, prioris illius manus de qua diximus vestigia sequendo, una cum his Placentiam incolumes pervenerunt. Carthaginiensium exercitus, adversarios ad flumen usque insecutus, quum præ hieme pergere ulterius non posset, in castra est reversus. Atque omnes quidem quod bene rem gessissent, gaudio exultabant: pauci enim ex occisis Hispani aut Afri erant; plerique Galli. Verum imbribus ac permista nive adeo vexati fuerant, ut universi elephanti, uno excepto, absumerentur, multique et viri et equi frigore enecarentur.

LXXV. *Tiberius*, non quod acceptæ cladis magnitudinem ignoraret; verum ut, quantum posset, senatum populumque Romanum rem celaret; Romam misit qui nuntiarent, *pugna pugnata, hiemem sibi victoriam de manibus eripuisse*. Ei nuntio fidem initio habuerunt Romani: at mox, ut audierunt, *etiam suorum castra a Pœnis*

A. U. 536. τοὺς Κελτοὺς πάντας ἀπονενευκέναι πρὸς τὴν ἐκείνων
φιλίαν· τοὺς δὲ παρ' αὐτῶν, ἀπολελοιπότας τὴν παρεμ- 3
βολὴν, ἐκ τῆς μάχης ἀνακεχωρηκέναι καὶ συνηθροῖσθαι
πάντας εἰς τὰς πόλεις, καὶ χορηγεῖσθαι δὲ τοῖς ἀναγ-
καίοις [d]ἐκ θαλάττης ἀνὰ τὸν Πάδον ποταμόν· καὶ
λίαν σαφῶς ἔγνωσαν τὰ γεγονότα περὶ τὸν κίνδυνον.

Romanor. novi apparatus.

Διὸ καὶ παραδόξου φανέντος αὐτοῖς τοῦ πράγματος, 4
περὶ τὰς λοιπὰς παρασκευὰς διαφερόντως ἐγίγνοντο,
καὶ περὶ φυλακὴν τῶν προκειμένων τόπων· πέμποντες
εἰς Σαρδόνα καὶ Σικελίαν στρατόπεδα, πρὸς δὲ τούτοις
εἰς Τάραντα [e]προσφυλακὰς, καὶ τῶν ἄλλων τόπων εἰς
τοὺς εὐκαίρους· παρεσκεύασαν δὲ καὶ ναῦς ἑξήκοντα
πεντήρεις. Γνάϊος δὲ Σερουΐλιος καὶ [f]Γάϊος Φλαμίνιος, 5
οἵπερ ἔτυχον ὕπατοι τότε καθεσταμένοι, συνῆγον τοὺς
συμμάχους, καὶ κατέγραφον τὰ [g]παρ' αὐτοῖς στρατό-
πεδα. παρῆγον δὲ καὶ τὰς ἀγορὰς, τὰς μὲν εἰς 6
Ἀρίμινον, τὰς δ' εἰς Τυῤῥηνίαν, ὡς ἐπὶ τούτοις ποιησό-
μενοι τοῖς τόποις τὴν ἔξοδον. ἔπεμψαν δὲ καὶ πρὸς 7
Ἱέρωνα περὶ βοηθείας· ὃς καὶ πεντακοσίους αὐτοῖς
ἐξαπέστειλε Κρῆτας, καὶ χιλίους πελτοφόρους· πάντα
δὲ καὶ πανταχόθεν ἐνεργῶς ἡτοίμαζον. τότε γάρ εἰσι 8
φοβερώτατοι Ῥωμαῖοι, καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν, ὅταν
αὐτοὺς περιστῇ φόβος ἀληθινός.

Cn. Servilius C. Flaminius Coss. designati.

Hiero rex auxilia mittit Romanis.

[d] ἐκ τῆς θαλάττ. dant iidem. [e] Vulgo alii πρὸς φυλακὰς, haud dubie corrigendum προφυλακὰς quod agnoscunt omnes v. 3, 2. v. 95, 5. [f] Γάϊος Φλαμ. correxit Gronov. cum Ursin. Mendose libri omnes Γνάϊος. [g] παρ' αὐτῶν puto legendum.

teneri, et Gallos universos illorum partes esse amplexos; suos autem milites, desertis castris, in proximas urbes e prælio se recepisse, et eos solum habere commeatus, quos e mari naves Pado subveherent: tum vero, quisnam exstitisset prælii eventus, probe intellexerunt. Quare quum præter opinionem res cecidisset, in conquirendis reliquis apparatibus, et tutandis locis hosti objectis, diligentiam summam ponunt: exercitus in Sardiniam et Siciliam destinant: præsidia item Tarentum, et in alia opportuna omnia loca mittunt: naves præterea quinqueremes sexaginta parant. Adhæc *Cn. Servilius* et *C. Flaminius*, creati tunc consules, auxilia sociorum conscribunt, delectumque civium habent: et commeatus partim Ariminum, partim in Etruriam convehunt, utpote in illa loca exercitus ducturi. Auxiliares præterea copias ab *Hierone* petunt; qui Cretenses quingentos et cetratos mille iis misit. Denique omnia undique belli subsidia summo studio sibi comparant. Quippe *Romani, qua publice, qua privatim, maxime tunc sunt terribiles, quando præsentis alicujus periculi metu acri terrentur.*

A. U. 536. Cn. Scipio Hispaniam usque ad Iberum fluv. subigit.

LXXVI. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Γνάϊος Κορνήλιος, ὁ καταλειφθεὶς ὑπὸ τἀδελφοῦ Ποπλίου στρατηγὸς ἐπὶ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, ἀναχθεὶς ἀπὸ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων παντὶ τῷ στόλῳ, προσέσχε τῆς Ἰβηρίας πρὸς τοὺς
2 κατὰ τὸ καλούμενον [h]Ἐμπορεῖον τόπους. ἀρξάμενος δ' ἐντεῦθεν, ἀποβάσεις ἐποιεῖτο· καὶ τοὺς μὲν ἀπειθοῦντας ἐπολιόρκει τῶν τὴν παραλίαν κατοικούντων ἕως Ἴβηρος ποταμοῦ· τοὺς δὲ προσδεχομένους ἐφιλανθρώπει, τὴν
3 ἐνδεχομένην ποιούμενος περὶ αὐτῶν προμήθειαν. ἀσφαλισάμενος δὲ τοὺς προσκεχωρηκότας τῶν παραθαλαττίων, προῆγε παντὶ τῷ στρατεύματι, ποιούμενος τὴν
4 πορείαν [i]εἰς τὴν μεσόγαιον. πολὺ γὰρ ἤδη καὶ τὸ συμμαχικὸν ἠθροίκει τῶν Ἰβήρων. ἅμα δὲ προϊὼν, [k]ἃς
5 μὲν προσήγετο, τὰς δὲ κατεστρέφετο τῶν πόλεων. Τῶν δὲ Καρχηδονίων, οὓς ἔχων ἐπὶ τούτων ἀπελείφθη τῶν τόπων Ἄννων, ἀντιστρατοπεδευσάντων αὐτοῖς περὶ πόλιν προσαγορευομένην [l]Κίσσαν· συμβαλὼν ὁ Γνάϊος ἐκ παρατάξεως, καὶ νικήσας τῇ μάχῃ, πολλῶν μὲν ἐγένετο χρημάτων ἐγκρατὴς, ὡς ἂν ἁπάσης τῆς ἀποσκευῆς τῶν εἰς Ἰταλίαν ὁρμησάντων παρὰ τούτοις ἀπολελειμμένης·
6 πάντας δὲ τοὺς [m]ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ συμμάχους ἐποιήσατο καὶ φίλους· ζωγρείᾳ δὲ τόν τε Καρχηδονίων

Hannonem et Indibilem capit.

[h] Ἐμπόριον Flor. [i] εἰς τὸ μεσόγαιον edd. ex Bav. [k] τὰς μὲν Flor. et ex illo Reg. B. C. [l] An Σκίσσαν? [m] ἐκτὸς sua auctoritate edidit Casaub.

LXXVI. Dum hæc in Italia geruntur, *Cn. Cornelius Scipio*, classi a fratre præfectus, ut ante ostendimus, ab Rhodani ostiis cum universa classe profectus, in illa Hispaniæ parte, ubi *Emporiæ* sunt, portum tenuit. Inde orsus exercitum exponere, quotquot populi per omnem oram usque ad *Iberum* flumen ei resisterent, vi expugnavit; deditionem facientes singulari humanitate est complexus; et, ne quid hi detrimenti caperent, pro virili operam dedit. Deinde ubi præsidiis firmavit quidquid in ea ora Romanæ ditionis fecerat, cum omnibus copiis in mediterranea processit. Jam enim ex ipsis etiam Hispanis non paucas auxiliorum cohortes conscripserat. Eaque expeditione omnia oppida, quæ progredienti occurrebant, aut in amicitiam recepit, aut vi subegit. Quum vero Carthaginienses, quibus dux *Hanno* fuerat relictus, circa oppidum *Cissam* ex adverso illius castra posuissent; *Cn. Scipio* collatis signis pugnam cum his conseruit: eoque prælio victor, non solum opima potitus est præda; quoniam penes istos omnia sua impedimenta reliquerant ii qui in Italiam cum Hannibale erant profecti; verum etiam omnes *cis Iberum* populos amicitia et societate armorum sibi

A. U. 536. στρατηγὸν Ἄννωνα, καὶ τὸν τῶν Ἰβήρων Ἀνδοβάλην
ἔλαβε. τοῦτον δὲ συνέβαινε τύραννον μὲν εἶναι τῶν 7
κατὰ [n] τὴν μεσόγαιον τόπων, εὔνουν δὲ διαφερόντως ἀεί
ποτε τοῖς Καρχηδονίοις. Ταχὺ δὲ συνεὶς τὸ γεγονὸς 8
Ἀσδρούβας, ἧκε παραβοηθῶν διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποτα-
μόν. καὶ καταμαθὼν, [o] ἀπολελειμμένους τοὺς ἀπὸ τοῦ 9
στόλου τῶν Ῥωμαίων, ῥαθύμως καὶ κατατεθαῤῥηκότως
ἀναστρεφομένους διὰ τὸ προτέρημα τῶν πεζικῶν στρα-
τοπέδων· παραλαβὼν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως πεζοὺς 10
μὲν εἰς ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους, καὶ κατα-
λαβὼν ἐσκεδασμένους κατὰ τῆς χώρας τοὺς ἀπὸ τῶν
πλοίων, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς
ἠνάγκασε φυγεῖν ἐπὶ τὰς ναῦς. οὗτος μὲν οὖν ἀναχωρή- 11
σας, καὶ διαβὰς αὖθις τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, ἐγίγνετο
περὶ παρασκευὴν καὶ φυλακὴν τῶν ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ
τόπων, ποιούμενος τὴν παραχειμασίαν ἐν Καινῇ πόλει.
Ὁ δὲ Γναΐος, συνάψας τῷ στόλῳ, καὶ τοὺς αἰτίους 12
τῶν συμβεβηκότων κατὰ τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς ἐθισμοὺς
κολάσας, τὸ λοιπὸν ἤδη συναγαγὼν ἐπὶ ταυτὸ τήν τε
πεζὴν καὶ τὴν ναυτικὴν στρατιὰν, ἐν Ταῤῥάκωνι τὴν
παραχειμασίαν ἐποιεῖτο. διαδοὺς δὲ τὴν λείαν ἴσως τοῖς 13
στρατιώταις, μεγάλην εὔνοιαν καὶ προθυμίαν ἐνειρ-
γάσατο πρὸς τὸ μέλλον.

Asdrubal palantes Romanos cædit.

Cn. Scipio Tarracone hibernat.

[n] τὴν μεσόγαιαν edd. ex Bav. [o] ἀπολελυμένως edd. vett. ex Bav. Hinc ἀπολελυμένους Casaub. invitis MStis.

junxit: vivos etiam cepit *Hannonem* Carthaginiensium ducem, et Hispanorum *Indibilem;* qui inter mediterraneos regium dominatum usurpans, præcipua semper benevolentia Carthaginienses erat prosecutus. *Asdrubal,* ea re cognita, propere Iberum amnem, suppetias laturus, trajicit. Qui ut accepit, eos, qui ad custodiendam classem Romanorum erant relicti, negligenter agere, confidentiæ plenos ob secundam pedestrium copiarum pugnam; cum selectis e suo exercitu octo millibus peditum, et equitibus mille, palantes per agros nactus navales socios, magna ex parte trucidavit, reliquos ad naves compulit. Et hic quidem, quum inde se protinus recepisset, trajecto iterum *Ibero,* dum *Carthagine nova* est in hibernis, necessaria ad bellum gerendum, et locorum *trans Iberum* defensionem studiose prospiciebat. *Cn.* vero *Scipio,* ad classem reversus, in acceptæ cladis auctores pro more disciplinæ Romanæ animadvertit, et congregatis in unum pedestribus maritimisque copiis, *Tarracone* hiemabat. Idemque, præda ex æquo inter milites divisa, et benevolentiam illorum sibi conciliavit ingentem, et ad ea quæ restabant certamina promtos atque alacres reddidit.

A. U. 537. C. Flaminius Cn. Servilius Coss.

LXXVII. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἐν τούτοις ἦν. Ἐνισταμένης δὲ τῆς ἐαρινῆς ὥρας, Γάϊος μὲν Φλαμίνιος ἀναλαβὼν τὰς αὑτοῦ δυνάμεις, προῆγε [p]διὰ Τυῤῥηνίας, καὶ κατεστρατοπέδευσε [q]διὰ τῆς τῶν
2 Ἀῤῥητίνων πόλεως· Γναῖος δὲ Σερουΐλιος τοὔμπαλιν ὡς ἐπ' Ἀριμίνου, ταύτῃ παρατηρήσων τὴν εἰσβολὴν τῶν
3 ὑπεναντίων. Ἀννίβας δὲ, παραχειμάζων ἐν τῇ Κελτικῇ, τοὺς μὲν Ῥωμαίους τῶν ἐκ τῆς μάχης αἰχμαλώτων ἐν φυλακῇ συνεῖχε, τὰ μέτρια τῶν ἐπιτηδείων
4 διδούς· τοὺς δὲ συμμάχους αὐτῶν, τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῇ πάσῃ φιλανθρωπίᾳ διεξῆγε, μετὰ δὲ ταῦτα συναγαγὼν παρεκάλει, φάσκων· οὐκ ἐκείνοις ἥκειν πολεμήσων,
5 ἀλλὰ Ῥωμαίοις ὑπὲρ ἐκείνων. διόπερ, ἔφη, δεῖν αὐτοὺς, ἐὰν ὀρθῶς φρονῶσιν, ἀντέχεσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας.
6 παρεῖναι γὰρ, πρῶτον μὲν, τὴν ἐλευθερίαν ἀνακτησόμενος Ἰταλιώταις· ὁμοίως δὲ, τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν, ἣν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀπολωλεκότες ἕκαστοι
7 τυγχάνουσι, συνανασώσων. Ταῦτα δ' εἰπὼν ἀφῆκε πάντας χωρὶς λύτρων εἰς τὴν οἰκείαν, βουλόμενος ἅμα μὲν προκαλεῖσθαι διὰ τοιούτου τρόπου πρὸς αὑτὸν τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἰταλίαν, ἅμα δ' ἀπαλλοτριοῦν τῆς πρὸς Ῥωμαίους εὐνοίας, ἐρεθίζειν δὲ τοὺς δοκοῦντας πόλεσιν ἢ λιμέσιν ἠλαττῶσθαί τι διὰ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς.

Hannibal in Gall. Cisalp. hibernans.

Sociorum Romanor. benevolentiam captat.

[p] διὰ τῆς Τυῤῥ. Aug. [q] διὰ defendit Reisk. In πρὸ mutatum voluere alii.

LXXVII. Status igitur rerum in Hispania tunc temporis hic erat. Jam ver appetebat, cum *C. Flaminius*, legionibus suis assumtis, per Etruriam itinere facto, *Arretium* pervenit, ibique consedit. *Cn. Servilius* e diverso *Ariminum*, ut illo aditu hostem prohiberet, contendit. *Hannibal* in Cisalpina Gallia hibernans, Romanos in præliis nuper captos in vinculis habebat, modiceque illis necessaria subministrabat. Sociis vero illorum, qui in eadem caussa erant, omnem humanitatem exhibuit. Dein in unum coactos cohortatus est, dicens: *in Italiam se venisse, non ut cum ipsis, sed ut pro ipsis contra Romanos bellum gererct. Debere igitur illos, si modo saperent, amicitiam suam sequi. Id enim se in hac expeditione spectare, primum, ut Italicis hominibus libertatem restituat: deinde, ut singulos eorum in recuperandis urbibus atque agris, quos Romani ipsis eripuissent, adjuvet.* Hæc fatus, sine pretio cunctos domum quemque suam dimisit; cogitans, ea ratione et sibi benevolentiam incolentium Italiam conciliare, et a Romanorum partibus animos eorum abalienare; illosque sollicitare, qui aut oppidis aut portubus detrimentum aliquod per populi Romani imperium cepisse viderentur.

A. U. 537.

Capillamenta Hannibalis.

LXXVIII. Ἐχρήσατο δέ τινι καὶ Φοινικικῷ στρατη-
γήματι τοιούτῳ κατὰ τὴν παραχειμασίαν. ἀγωνιῶν 2
γὰρ τὴν ἀθεσίαν τῶν Κελτῶν, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς τὰς
περὶ τὸ σῶμα, διὰ τὸ πρόσφατον τῆς πρὸς αὐτοὺς
συστάσεως· κατεσκευάσατο περιθετὰς τρίχας, ἁρμο-
ζούσας ταῖς κατὰ τὰς ὁλοσχερεῖς διαφορὰς τῶν ἡλικιῶν
ἐπιπρεπείαις. καὶ ταύταις ἐχρῆτο, συνεχῶς μετατιθέ- 3
μενος· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐσθῆτας μετελάμβανε τὰς
καθηκούσας ἀεὶ ταῖς περιθεταῖς. δι' ὧν οὐ μόνον τοῖς 4
αἰφνιδίως ἰδοῦσι δύσγνωστος ἦν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν συν-
ηθείᾳ γεγονόσι. Θεωρῶν δὲ τοὺς Κελτοὺς δυσχεραίνον- 5
τας ἐπὶ τῷ τὸν πόλεμον ἐν τῇ παρ' αὐτῶν χώρᾳ λαμ-
βάνειν τὴν τριβὴν, σπεύδοντας δὲ καὶ μετεώρους ὄντας
εἰς τὴν πολεμίαν, προφάσει μὲν διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους
ὀργὴν, [r]τὸ δὲ πλεῖον διὰ τὰς ὠφελείας· ἔκρινε, τὴν
ταχίστην ἀναζευγνύειν, καὶ συνεκπληροῦν τὰς τῶν
δυνάμεων ὁρμάς. Διόπερ ἅμα τῷ τὴν ὥραν μεταβάλ- 6
λειν, πυνθανόμενος τῶν μάλιστα τῆς χώρας δοκούντων
ἐμπειρεῖν, τὰς μὲν ἄλλας ἐμβολὰς τὰς εἰς τὴν πολε-
μίαν μακρὰς εὕρισκε καὶ προδήλους τοῖς ὑπεναντίοις·
τὴν δὲ διὰ τῶν ἑλῶν εἰς Τυῤῥηνίαν φέρουσαν, δυσχερῆ
μὲν, σύντομον δὲ καὶ παράδοξον φανησομένην τοῖς περὶ
τὸν Φλαμίνιον. ἀεὶ δέ πως [s]οἰκεῖος ὢν τῇ φύσει τούτου 7

Diversi aditus ex Gallia Cisalp. in ditionem Romanor.

[r] τὸ δὲ πλεῖστον edd. ex Bav. [s] οἰκεῖος ὢν correxi cum Gron. Mendose MSti οἰκεῖον absque ὢν. Sua auctoritate Casaub. edidit οἰκεῖον ὂν τῇ φύσει τούτου τὸ μέρος.

LXXVIII. In iisdem hibernis hanc præterea *Punicam versutiam* est commentus. Quum levitatem Gallorum reformidaret, metueretque ne vitæ suæ insidiarentur, utpote recens contracto inter ipsos amicitiæ usu; *capillamenta* concinnavit, omnium ætatum formis, quæ notabilem differentiam homini afferunt, convenientia. His sic utebatur, ut alia aliis subinde mutaret: cum capillamentis autem et vestes congruas cuique eorum capiebat. Quo factum est, ut non ii solum, a quibus repente esset visus, eum ignorarent: sed ipsi quoque familiares ægre agnoscerent. Porro, animadvertens *Hannibal*, moleste Gallos ferre, quod in ipsorum regione bellum traheretur; eosdemque paratos esse, jamque adeo exspectatione illius diei suspensos, quo hostium fines essent invasuri; cui cupiditati quidem suæ Romanorum odium prætexebant, quum re vera prædæ spe maxime impellerentur: faciendum duxit, ut stativis quam primum educeret, ac militum aviditatem expleret. Igitur, statim ut anni tempus mutatum est, quum viarum rationem a peritissimis quibusque esset percunctatus; ceteros in ditionem hostium aditus longos esse comperit et adversariis notos; eum vero, qui *per paludes in Etruriam* ducebat, difficilem quidem, sed brevem, et qui *Flaminium* ipsa novitate incepti esset perculsurus. Itaque, quum naturali

τοῦ μέρους, ταύτῃ προέθετο ποιεῖσθαι τὴν πορείαν. A. U. 537.
8 Διαδοθείσης δὲ τῆς φήμης ἐν τῷ στρατοπέδῳ, διότι
μέλλει διά τινων ἑλῶν ἄγειν αὐτοὺς ὁ στρατηγός· πᾶς
τις εὐλαβῶς εἶχε πρὸς τὴν πορείαν, ὑφορώμενος βάραθρα
καὶ τοὺς λιμνώδεις τῶν τόπων.

Viam per paludes eligit Hannibal.

LXXIX. Ἀννίβας δ' ἐπιμελῶς ἐξητακὼς τεναγώδεις
καὶ στερεοὺς ὑπάρχοντας τοὺς κατὰ τὴν δίοδον τόπους,
ἀναζεύξας, εἰς μὲν τὴν πρωτοπορείαν ἔθηκε τοὺς Λίβυας
καὶ Ἴβηρας, καὶ πᾶν τὸ χρησιμώτερον μέρος τῆς
σφετέρας δυνάμεως· συγκαταμίξας αὐτοῖς τὴν ἀπο-
σκευήν, ἵνα πρὸς τὸ παρὸν εὐπορῶσι τῶν ἐπιτηδείων.
2 πρὸς γὰρ τὸ μέλλον εἰς τέλος ἀφροντίστως εἶχε περὶ
παντὸς τοῦ σκευοφόρου· λογιζόμενος, ὡς ἐὰν ἅψηται
τῆς πολεμίας, ἡττηθεὶς μὲν οὐ προσδεήσεται τῶν ἀναγ-
καίων, κρατῶν δὲ τῶν ὑπαίθρων, οὐκ ἀπορήσει τῶν
3 ἐπιτηδείων. ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις, ἐπέβαλε τοὺς
4 Κελτούς· ἐπὶ δὲ πᾶσι, τοὺς ἱππεῖς. ἐπιμελητὴν δὲ τῆς
οὐραγίας, τὸν ἀδελφὸν ἀπέλιπε Μάγωνα· τῶν τε
λοιπῶν χάριν, καὶ μάλιστα τῆς τῶν Κελτῶν μαλακίας
καὶ φυγοπονίας, ἵν', ἐὰν κακοπαθοῦντες τρέπωνται πάλιν
εἰς τοὐπίσω, κωλύῃ διὰ τῶν ἱππέων, καὶ προσφέρῃ τὰς
5 χεῖρας αὐτοῖς. Οἱ μὲν οὖν Ἴβηρες καὶ Λίβυες δι'
ἀκεραίων τῶν ἑλῶν ποιούμενοι τὴν πορείαν, μετρίως
κακοπαθοῦντες ἤνυον· ὡς ἂν καὶ φερέκακοι πάντες ὄντες,
6 καὶ συνήθεις ταῖς τοιαύταις ταλαιπωρίαις. οἱ δὲ

Hannibal per paludes Etruriam petit.

Molestum iter per paludes.

quadam inclinatione pronus esset ad ejusmodi consilia, hac iter facere constituit. Postea vero quam didita est per exercitum fama, in eo esse imperatorem, ut per palustria copias ducat; omnes ab eo itinere sibi metuere, quod paludum aut lacuum voragines profundas formidarent.

LXXIX. *Hannibal*, ut diligenter inquirendo didicit, vadosa atque solida esse loca per quæ transeundum erat, castra movet: ac in primo quidem agmine Hispanos et Afros ire jussit, et quidquid erat roboris in exercitu: admistis ipsorum impedimentis, ne ad præsentem usum necessaria illis deessent. Nam in posterum quidem nullam plane de supellectile militum curam habebat: quippe, simulac in hostico versari cœpisset, aut victo nulla re fore opus, aut, si regionem obtineret, nihil quidquam sibi defuturum. Post istos collocavit Gallos; et novissimos omnium equites. Cogendi agminis curam *Magoni* fratri commisit; cum reliquorum caussa, tum Gallorum maxime, quorum mollitiem et laboris impatientiam norat: ut, si tædio tam molestæ viæ pedem referrent, per equites eos cohiberet, et vim afferret. *Hispani* igitur et *Afri*, quum per intactas adhuc paludes ingrederentur, satis quidem laborum tolerantes, constanter pergebant: utpote genus hominum durum, et ejusmodi mala perpeti longo usu assuetum. *Galli* vero et procede-

A. U. 537. Molestum iter per paludes.

Κελτοὶ δυσχερῶς μὲν εἰς τοὔμπροσθεν προὔβαινον, [t]τε-
ταραγμένων καὶ διαπεπατημένων εἰς βάθος τῶν ἑλῶν·
ἐπιπόνως δὲ καὶ ταλαιπώρως ὑπέμενον τὴν κακοπάθειαν,
ἄπειροι πάσης τῆς τοιαύτης ὄντες κακουχίας. ἐκωλύ- 7
οντο δὲ πάλιν ἀπονεύειν εἰς τοὐπίσω, διὰ τοὺς ἐφεστῶτας
αὐτοῖς ἱππεῖς. Πάντες μὲν οὖν ἐκακοπάθουν, καὶ μά- 8
λιστα διὰ τὴν ἀγρυπνίαν, [u]ὡς ἂν ἑξῆς ἡμέρας τέτταρας
καὶ τρεῖς νύκτας συνεχῶς δι' ὕδατος ποιούμενοι τὴν
πορείαν· διαφερόντως γε μὴν ἐπόνουν καὶ κατεφθείροντο
ὑπὲρ τοὺς ἄλλους οἱ Κελτοί. τῶν δὲ ὑποζυγίων αὐτοῦ 9
τὰ πλεῖστα, πίπτοντα διὰ τοὺς πηλοὺς, ἀπώλλυντο,
μίαν παρεχόμενα χρείαν ἐν τῷ πεσεῖν τοῖς ἀνθρώποις·
καθεζόμενοι γὰρ ἐπ' αὐτῶν καὶ τῶν σκευῶν σωρηδὸν, 10
ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν ὑπερεῖχον, καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βραχὺ
μέρος τῆς νυκτὸς ἀπεκοιμῶντο. οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν 11
ἵππων τὰς ὁπλὰς ἀπέβαλον διὰ τὴν συνέχειαν τῆς διὰ
τῶν πηλῶν πορείας. Ἀννίβας δὲ μόλις ἐπὶ τοῦ περι- 12
λειφθέντος θηρίου διεσώθη μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας·
ὑπεραλγὴς ὢν διὰ τὴν βαρύτητα τῆς ἐπενεχθείσης
ὀφθαλμίας αὐτῷ, δι' ἣν καὶ τέλος ἐστερήθη τῆς μιᾶς
ὄψεως, οὐκ ἐπιδεχομένου τοῦ καιροῦ καταμονὴν ἢ
θεραπείαν, διὰ τὸ τῆς περιστάσεως ἀδύνατον.

Etruriam ingressus Hannibal.

LXXX. Διαπεράσας δὲ παραδόξως τοὺς ἑλώδεις τό-
πους, καὶ καταλαβὼν ἐν Τυῤῥηνίᾳ τὸν Φλαμίνιον στρατο-

[t] διατεταραγμ. Aug. [u] ἅτε Vat. Flor. Urs. Aug. Reg. A.

bant ægre, paludibus jam conturbatis, atque ad magnam altitudinem conculcatis; et hanc ærumnam graviter atque impatienter tolerabant, ut similium vexationem penitus inexperti. Quo minus autem retrocedendo dilaberentur, equites impediebant. Sane quidem tantorum malorum sensu omnes vehementer afficiebantur; et insomnia potissimum conficiebantur, quum quatuor continuos dies tresque noctes per aquam iter facerent: sed omnium maxime laborabant et absumebantur Galli. Et jumenta inibi pleraque, in luto passim prolapsa, periere; casu suo unum saltem usum hominibus præbentia: horum enim corporibus atque sarcinarum cumulis incumbentes, aquis exstabant, atque ita brevem aliquam noctis partem dormiebant. Equorum etiam multis, ob longum per paludes iter, ungulæ exciderunt. Ipse *Hannibal*, elephanto, qui unus superfuerat, vectus, ægre multaque passus evasit: dolore ille quidem magno conflictatus, propter ægritudinem oculorum, quæ tanta tunc illum invasit, ut altero tandem oculo sit captus; quum medendi moram tempus illud ac præsens rerum conditio nullo modo admitteret.

LXXX. Superatis tandem præter opinionem palustribus illis locis, et *Etruriam* ingressus *Hannibal*, quum *Fla-*

πεδεύοντα πρὸ τῆς τῶν Ἀῤῥητίνων πόλεως, τότε μὲν A. U. 537.
2 αὐτοῦ πρὸς τοῖς ἕλεσι κατεστρατοπέδευσε· βουλόμενος
τήν τε δύναμιν ἀναλαβεῖν, καὶ πολυπραγμονῆσαι τὰ
περὶ τοὺς ὑπεναντίους καὶ τοὺς προκειμένους τῶν τόπων.
3 Πυνθανόμενος δὲ, τὴν μὲν χώραν τὴν πρόσθεν πολλῆς
[x] γέμειν ὠφελείας, τὸν δὲ Φλαμίνιον ὀχλοκόπον μὲν καὶ
δημαγωγὸν εἶναι τέλειον, πρὸς ἀληθινῶν δὲ καὶ πολεμι-
κῶν πραγμάτων χειρισμὸν οὐκ εὐφυῆ, πρὸς δὲ τούτοις
4 καταπεπιστευκέναι τοῖς σφετέροις πράγμασι· συνελογί- Flaminium ad pugnam elicere cogitat.
ζετο, διότι παραλλάξαντος αὐτοῦ [y] τὴν ἐκείνου στρατο-
πεδείαν, καὶ καθέντος εἰς τοὺς ἔμπροσθεν τόπους, τὰ
μὲν ἀγωνιῶν τὸν ἐπιτωθασμὸν τῶν ὄχλων, οὐ δυνήσεται
περιορᾷν δῃουμένην τὴν χώραν· τὰ δὲ κατηλγηκὼς,
παρέσται προχείρως, εἰς πάντα τόπον ἑπόμενος, σπου-
δάζων δι' αὑτοῦ ποιήσασθαι τὸ προτέρημα, καὶ μὴ προσ-
5 δέξασθαι τὴν παρουσίαν τοῦ τὴν ἴσην ἀρχὴν ἔχοντος. Ἐξ
ὧν [z] πολλοὺς αὐτὸν ὑπελάμβανε παραδώσειν καιροὺς πρὸς
ἐπίθεσιν. [a] πάντα δ' ἐμφρόνως ἐλογίζετο ταῦτα, καὶ
πραγματικῶς· οὐ γὰρ εἰκὸς ἄλλως εἰπεῖν.

LXXXI. Ὡς εἴ τις οἴεται κυριώτερόν τι μέρος εἶναι Explorare indolem adversarii, summa virtus imperatoria.
στρατηγίας, τοῦ γνῶναι τὴν προαίρεσιν καὶ φύσιν τοῦ
2 τῶν ἐναντίων ἡγεμόνος, ἀγνοεῖ καὶ τετύφωται. Καθάπερ

[x] γέμουσαν Flor. [y] Alii vulgo τὴν ἐκείνων. [z] αὐτῶν Bav. Aug. Reg. A. αὐτοῦ Urb. Forsan αὐτῷ legendum. [a] πάντα in πάνυ cum Ursino mutavit Casaub.

minius jam cum exercitu circa *Arretii* mœnia consedisset, ubi primum in sicco potuit, castra locat: hoc spectans, ut et suum reficeret exercitum, et consilia hostium situmque regionum exploraret. Postquam vero inquirendo didicit, regionem illam, quam erat ingressurus, opibus abundare; *Flaminium* vero hominem esse popularem auram captantem, et qui ad populum dicendo supra modum valeret, ceterum ad rem bellicam administrandam et vera certamina ineptum; ad hoc, præ magna suarum virium fiducia ferocem: ita apud se statuit: *Si castra ejus prætergressus ulteriora peteret; Flaminium, partim quod convitia et sannas multitudinis esset veriturus, ad prohibendam populationem agrorum sese comparaturum; partim vero et per se indigne eam rem laturum, sponteque adfuturum, et, quocumque ipse duceret, cupide secuturum esse, eo consilio, ut per se solus quamprimum victoriam pararet, neque adventus collegæ esset ei exspectandus.* Quibus ex rebus, multas sibi opportunitates aggrediendi hominem per insidias præbitum iri ab eo sperabat. Et hæc quidem omnia quin prudenter sane et ex rerum usu perite secum reputaverit *Hannibal*, nemo facile dubitaverit.

LXXXI. Errat namque et stolidus est, si quis inter *imperatorias virtutes* ullam potiorem ducit *solertia explorandi ingenium ac naturam ducis ad-*

A. U. 537. γὰρ ἐπὶ τῶν κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνισμάτων, δεῖ
τὸν μέλλοντα νικᾷν συνθεωρεῖν, πῶς δυνατὸν ἐφικέσθαι
τοῦ σκοποῦ, καὶ τί γυμνὸν ἢ ποῖον ἔξοπλον μέρος φαίνε-
ται τῶν ἀνταγωνιστῶν· οὕτω χρὴ καὶ τοὺς ὑπὲρ τῶν 3
ὅλων προεστῶτας σκοπεῖν, οὐχ ὅπου τι τοῦ σώματος
γυμνὸν, ἀλλὰ ποῦ τῆς ψυχῆς εὐχείρωτόν τι παραφαί-
νεται τοῦ τῶν ἐναντίων ἡγεμόνος. Ἐπειδὴ πολλοὶ μὲν 4
διὰ ῥαθυμίαν καὶ τὴν σύμπασαν ἀργίαν, οὐ μόνον τὰς
κοινὰς πράξεις, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰδίους καταπροΐενται
βίους ἄρδην. πολλοὶ δὲ, διὰ τὴν πρὸς τὸν οἶνον ἐπιθυ- 5
μίαν, οὐδ' ὑπνῶσαι δύνανται χωρὶς ἀλλοιώσεως καὶ
μέθης. ἔνιοι δὲ, διὰ τὴν [b]πρὸς τὰ τῶν ἀφροδισίων ὁρμὴν 6
καὶ τὴν ἐν τούτοις ἔκπληξιν, οὐ μόνον πόλεις καὶ βίους
ἀναστάτους πεποιήκασιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ζῆν αὑτῶν
ἀφῄρηνται μετ' αἰσχύνης. Καὶ μὴν δειλία καὶ βλα- 7
κεία, κατ' ἰδίαν μὲν, αὐτοῖς ὄνειδος ἐπιφέρει τοῖς ἔχουσι·
περὶ δὲ τὸν τῶν ὅλων ἡγεμόνα γενομένη, κοινόν ἐστι καὶ
μέγιστον συμπτωμάτων. οὐ γὰρ μόνον ἀπράκτους 8
ποιεῖ τοὺς ὑποταττομένους, πολλάκις δὲ καὶ κινδύνους
ἐπιφέρει τοὺς μεγίστους τοῖς πεπιστευκόσι. προπέτειά 9
γε μὴν καὶ θρασύτης καὶ θυμὸς ἄλογος, ἔτι δὲ κενο-
δοξία καὶ [c]τύφος, εὐχείρωτα μὲν τοῖς ἐχθροῖς, ἐπισφα-
λέστατα δὲ τοῖς φίλοις. πρὸς γὰρ πᾶσαν ἐπιβουλὴν,

[b] Perperam vulgo omnes διὰ τὴν πρὸς τὰς τῶν ἀφροδισίων ὁρμάς. Correxi ex conject. [c] Alii τῦφος.

versariorum. Quemadmodum enim ubi vir cum viro, aut ordo cum ordine decertant, eum, qui victoriam reportare cogitet, diligenter attendere opus est, qua ratione voti compos fieri possit, et quid nudum, aut quænam pars adversariorum non satis tecta sit: sic eos oportet, qui summæ belli præsunt, in hostium duce observare, non quidem ecquid in corpore pateat, sed qua parte animi ille facilius capi queat. Multi siquidem, per ignaviam summamque socordiam, non publicarum dumtaxat rerum curam negligunt, sed rem familiarem quoque suam pessum ire sinunt. Alii adeo vini sunt avidi, ut ne somnum quidem capere, nisi alienata prius ebrietate mente, queant. Nonnulli, res venereas sectantes, et libidine furentes, non urbes solum ac domos suas everterunt, sed propriæ etiam vitæ jacturam cum dedecore fecerunt. Jam timor atque inertia, cum privatam, iis ignominiam, quibus insunt, solent conciliare; tum, si in imperatore fuerint, publicam eamque maximam calamitatem afferunt: quippe quæ non solum otio torpentem ejus exercitum faciunt, sed et in pericula persæpe maxima eos conjiciunt qui tali duce fidebant. Temeritas vero, ferocia, et præceps iracundia, nec non inanis gloriæ studium, et fastus, hostibus facilem victoriam præbent; amicis, ut plurimum perniciem: quum iis moribus præditi

10 ἐνέδραν, ἀπάτην ἕτοιμος ὅ γε τοιοῦτος. Διόπερ, εἴ τις A. U. 537.
δύναιτο συννοεῖν τὰ περὶ τοὺς πέλας ἁμαρτήματα, καὶ Qua parte
τῇδέ που προσιέναι τοῖς ὑπεναντίοις, ᾗ μάλιστα καὶ δι' peccat adversarius,
ὧν εὐχείρωτος ἔσται ὁ προεστὼς τῶν πολεμίων, τάχιστ' ea aggrediendus est.
11 ἂν τῶν ὅλων κατακρατοίη. Καθάπερ γὰρ νεὼς ἐὰν
ἀφέλῃ τις τὸν κυβερνήτην, τὸ ὅλον αὔτανδρι σκάφος
ὑποχείριον γίγνεται τοῖς ἐχθροῖς· τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐὰν
τὸν προεστῶτα ἐν πολέμῳ δυνάμεως χειρώσηταί τις
κατὰ τὰς ἐπιβολὰς καὶ συλλογισμούς, αὔτανδρι [d] γί-
12 γνεται πολλάκις κρατεῖν τῶν ἀντιταττομένων. Ἃ δὴ
καὶ τότε προϊδόμενος καὶ συλλογισάμενος Ἀννίβας
περὶ τοῦ τῶν ἐναντίων ἡγεμόνος, οὐ διεσφάλη τῆς ἐπι-
βολῆς.

LXXXII. Ὡς γὰρ θᾶττον, ποιησάμενος ἀναζυγὴν Fæsulam
ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Φαισόλαν τόπων, καὶ μικρὸν ὑπερά- prætergressus
ρας τὴν τῶν Ῥωμαίων στρατοπεδείαν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Hannibal vastat agros.
2 προκειμένην χώραν· εὐθέως μετέωρος ἦν ὁ Φλαμίνιος
καὶ θυμοῦ πλήρης, δοξάζων ἑαυτὸν ὑπὸ τῶν ἐναντίων
3 καταφρονεῖσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα πορθουμένης τῆς
χώρας, καὶ πανταχόθεν τοῦ καπνοῦ σημαίνοντος τὴν
καταφθορὰν αὐτῆς, ἐσχετλίαζε, δεινὸν ἡγούμενος τὸ
4 γιγνόμενον. Διὸ καί, τινῶν οἰομένων δεῖν μὴ προχείρως Frustra
ἐπακολουθεῖν, μηδὲ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις, φυ- monentibus aliis,
λάττεσθαι δὲ καὶ [e] προσέχειν τὸ πλῆθος τῶν ἱππέων,
μάλιστα δὲ καὶ τὸν ἕτερον ὕπατον προσλαβεῖν, καὶ

[d] An ἐκγίγνεται? [e] An προσέχειν δὲ καὶ φυλάττ. τὸ πλῆθος?

homines omnium machinationi, insidiis ac fraudi sint expositi. Quamobrem si quis aliorum peccata posset cognoscere, et ea parte eaque via ac ratione hostes aggredi, qua facillime dux illorum est expugnabilis; hic brevissimo tempore omnium potiretur. Ut enim, sublato gubernatore, navis universa cum ipsis vectoribus in potestatem hostium venit: sic, ubi in bello ducem hostilium copiarum astu et consilio circumveneris, non raro universum etiam exercitum in tuam redegeris potestatem. Quæ tunc *Hannibal* quum de *Flaminio* prævidisset, atque ita ratiocinatus esset, nequaquam ejus inceptum frustra fuit.

LXXXII. Simulac namque ex agro *Fæsulano* signa movisset, ac Romana ultra castra aliquantum progressus, in proximos agros incursionem fecisset; extemplo efferre animos *Flaminius*, graviterque indignari, quod se ab hoste spretum crederet. Deinde, ut regionem populari *Hannibal* cœpit, et maximam undique vastitatem fumus ei ostendit, rei indignitatem lamentis etiam est prosecutus. Igitur monentibus nonnullis, *non temere insequi hostem oportere, neque manus cum illo conserere, sed cautione magna opus esse ob multitudinem præsertim equitatus; ante omnia vero consulem alterum esse assumendum, nec nisi omnibus simul*

A. U. 537. πᾶσιν ἐπὶ ταὐτὸ τοῖς στρατοπέδοις ὁμοῦ ποιήσασθαι τὸν
κίνδυνον· οὐχ οἷον προσεῖχε τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' οὐδ' 5
ἀνείχετο τῶν ἀποφαινομένων ταῦτα. παρεκάλει δ' 6
αὐτοὺς, ἐν νῷ λαμβάνειν, τί λέγειν εἰκὸς τοὺς ἐν τῇ
πατρίδι, τῆς μὲν χώρας καταφθειρομένης σχεδὸν ἕως
πρὸς αὐτὴν τὴν Ῥώμην, αὐτῶν δὲ κατόπιν τῶν πολεμίων
ἐν Τυῤῥηνίᾳ στρατοπεδευόντων. Τέλος δὲ, ταῦτ' εἰπὼν, 7
ἀναζεύξας προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως, οὐ καιρὸν, οὐ
τόπον προορώμενος· μόνον δὲ σπεύδων συμπεσεῖν τοῖς
πολεμίοις, ὡς προδήλου τῆς νίκης αὐτοῖς ὑπαρχούσης.
τηλικοῦτον γὰρ προενεβεβλήκει [f] κατελπισμὸν τοῖς 8
ὄχλοις, ὥστε πλείους εἶναι τῶν τὰ ὅπλα φερόντων τοὺς
ἐκτὸς παρεπομένους τῆς ὠφελείας χάριν, κομίζοντας
ἁλύσεις καὶ πέδας, καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην παρα-
σκευήν. Ὅ γε μὴν Ἀννίβας ἅμα μὲν εἰς τοὔμπροσθεν 9
ὡς πρὸς τὴν Ῥώμην προῄει διὰ τῆς Τυῤῥηνίας· εὐώνυμον
μὲν πόλιν ἔχων τὴν προσαγορευομένην Κυρτώνιον, καὶ
τὰ ταύτης ὄρη, [g] δεξιὰ δὲ τὴν [h] Ταρσιμένην καλουμένην
λίμνην· ἅμα δὲ προάγων, ἐπυρπόλει καὶ κατέφθειρε 10
τὴν χώραν, βουλόμενος ἐκκαλέσασθαι τὸν θυμὸν τῶν
ὑπεναντίων. Ἐπεὶ δὲ τὸν Φλαμίνιον ἤδη συνάπτοντα 11
καθεώρα, τόπους δ' εὐφυεῖς συνεθεώρησε πρὸς τὴν χρείαν,
ἐγίγνετο πρὸς τὸ διακινδυνεύειν.

hostem sequitur Flaminius.

Cortona.

Tarsimenus lacus.

[f] κατεπελπισμὸν Bav. [g] δεξιὰν vel ἐν δεξιᾷ utique videtur scribendum. [h] Sic libri omnes veteres. Θρασιμένην Casaub. cum solis Reg. B. C.

junctis copiis dimicandum: tantum abfuit, ut horum consilio uteretur, ut ne ferre quidem ita disserentium vocem potuerit. Quin *ipsis potius cogitandum esse*, ait, *ecquid vulgo omnes in patria dicere par esset, si Pœnus, vastando urendoque omnia, ad ipsa prope jam mœnia urbis Romæ pervenisset, ipsis interim a tergo hostium in Etruria confidentibus.* Tandem, hæc locutus, castra movet; cumque omnibus copiis, nulla neque temporis neque loci ratione habita, pergit ire: hoc unum studens, ut quamprimum cum hoste concurreret, ceu parata certaque esset victoria. Nam vulgi animos tanta spe ante complerat consul, ut armatos numero superarent hi, qui prædæ avidi extra agmen sequebantur, catenis, vinculis, et id genus rerum apparatibus, onusti. *Hannibal* interea Romam versus per Etruriam suos ducere, habens ad lævam *Cortonam* oppidum, et adjacentes illi montes; ad dextram, *Tarsimenum* lacum. Simul, quo magis iram hostis acueret, qua qua iter faceret, agros urere, omnique belli clade pervastare. Jam appropinquabat. *Flaminius*, cum *Hannibal*, idoneis locis ad ea quæ parabat exploratis, in cogitationem prælii totus cœpit incumbere.

A. U. 537. Situs locorum.

LXXXIII. Ὄντος δὲ κατὰ τὴν δίοδον αὐλῶνος ἐπιπέδου, τούτου δὲ παρὰ μὲν τὰς εἰς μῆκος πλευρὰς ἑκατέρας βουνοὺς ἔχοντος ὑψηλοὺς καὶ συνεχεῖς· παρὰ δὲ τὰς εἰς πλάτος, κατὰ μὲν τὴν ἀντικρὺ, λόφον ἐπικείμενον ἐρυμνὸν καὶ δύσβατον· κατὰ δὲ τὴν ἀπ' οὐρᾶς λίμνην, τελείως στενὴν ἀπολείπουσαν πάροδον

Insidias disponit Hannibal.

2 ὡς εἰς τὴν αὐλῶνα παρὰ τὸν παρώρειαν· διελθὼν τὸν αὐλῶνα παρὰ τὸν λίμνην, τὴν μὲν κατὰ πρόσωπον τῆς πορείας λόφον αὐτὸς κατελάβετο, καὶ τοὺς Λίβυας καὶ
3 τοὺς Ἴβηρας ἔχων ἐπ' αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε· τοὺς δὲ Βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους κατὰ τὴν πρωτοπορείαν ἐκπεριάγων ὑπὸ τοὺς ἐν δεξιᾷ βουνοὺς τῶν παρὰ τὸν αὐλῶνα κειμένων, ἐπὶ πολὺ παρατείνας, ὑπέστειλε·
4 τοὺς δ' ἱππεῖς καὶ τοὺς Κελτοὺς ὁμοίως τῶν εὐωνύμων βουνῶν κύκλῳ περιαγαγὼν, παρεξέτεινε συνεχεῖς, ὥστε τοὺς ἐσχάτους εἶναι κατὰ ταύτην τὴν εἴσοδον, τὴν παρά τε τὴν λίμνην καὶ τὰς παρωρείας φέρουσαν εἰς τὸν
5 προειρημένον τόπον. Ὁ μὲν οὖν Ἀννίβας, ταῦτα προκατασκευασάμενος τῆς νυκτὸς, καὶ περιειληφὼς τὸν

Convallem insidiis clausam intrat Flaminius.

6 αὐλῶνα ταῖς ἐνέδραις, τὴν ἡσυχίαν ἦγεν. Ὁ δὲ Φλαμίνιος εἵπετο κατόπιν, [i]σπεύδων συνάψαι τοῖς
7 πολεμίοις. κατεστρατοπεδευκὼς δὲ τῇ [k]προτεραίᾳ πρὸς αὐτῇ τῇ λίμνῃ, τελέως ὀψὲ τῆς ὥρας, μετὰ ταῦτα τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης, εὐθέως [l]ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν ἦγε τὴν

[i] σπεύδων γε συνάψαι edd. ex Bav. [k] προτέρᾳ Vat. Flor. Aug. Reg. A.
[l] Vulgo omnes ἐπὶ τήν. Correxi cum Reisk.

LXXXIII. Erat in ipso transitu plana convallis, cujus utrumque latus, qua porrigitur ejus longitudo, tumuli præalti et continui claudunt: qua autem patet latitudo, habet a fronte collem imminentem, natura munitum et inaccessum; a tergo vero lacum, inter quem et montium radices via interest perangusta, per quam aditur convallis. Hanc igitur convallem *Hannibal* ingressus via secundum lacum, emensusque, collem ex adverso imminentem ipse insidet, ibique Afros atque Hispanos locat. Baleares et ceteram levem armaturam e primo agmine circumducit, et post tumulos, qui dextrum convallis latus continent, longa admodum serie extensos occultat: equites deinde ac Gallos similiter post lateris sinistri tumulos circumducit, et continua serie porrectos ita disponit, ut eorum novissimi ad illam viam pertinerent, quæ inter lacum et radices montium in demonstratum locum ducebat. His ita noctu præparatis, *Hannibal*, insidiis jam circumclusa convalle, silentio se continebat. Pone hunc sequebatur *Flaminius*, magno studio hostem consequi cupiens. Et quum priore die ad lacum ipsum, (erat enim plane serum diei) castris locum delegisset;

A. U. 537. πρωτοπορείαν παρὰ τὴν λίμνην εἰς τὸν ὑποκείμενον
αὐλῶνα, βουλόμενος ἐξάπτεσθαι τῶν πολεμίων.

Pugna ad Tarsimenum lacum.
LXXXIV. Οὔσης δὲ τῆς ἡμέρας ὁμιχλώδους διαφε-
ρόντως, Ἀννίβας, ἅμα τῷ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πο-
ρείας εἰς τὸν αὐλῶνα προσδέξασθαι, καὶ συνάπτειν πρὸς
αὐτὸν ἤδη τὴν τῶν ἐναντίων πρωτοπορείαν, ἀποδοὺς τὰ
συνθήματα, καὶ διαπεμψάμενος πρὸς τοὺς ἐν ταῖς
ἐνέδραις, συνεπεχείρει πανταχόθεν ἅμα τοῖς πολεμίοις.
Οἱ δὲ περὶ τὸν Φλαμίνιον, παραδόξου γενομένης αὐτοῖς 2
τῆς ἐπιφανείας, ἔτι δὲ δυσσυνόπτου τῆς κατὰ τὸν ἀέρα
περιστάσεως ὑπαρχούσης, καὶ τῶν πολεμίων κατὰ
πολλοὺς τόπους ἐξ ὑπερδεξίου καταφερομένων καὶ προσ-
πιπτόντων, οὐχ οἷον παραβοηθεῖν ἐδύναντο πρός τι τῶν
δεομένων οἱ ταξίαρχοι καὶ χιλίαρχοι τῶν Ῥωμαίων,
ἀλλ' οὐδὲ συννοῆσαι τὸ γιγνόμενον. ἅμα γὰρ οἱ μὲν 3
κατὰ πρόσωπον, οἱ δ' ἀπ' οὐρᾶς, οἱ δ' ἐκ τῶν πλαγίων
αὐτοῖς προσέπιπτον. Διὸ καὶ συνέβη [m] τοὺς πλείστους 4
ἐν αὐτῷ τῷ τῆς πορείας σχήματι κατακοπῆναι, μὴ
δυναμένους αὐτοῖς βοηθεῖν, ἀλλ' ὡσανεὶ προδεδομένους
ὑπὸ τῆς τοῦ προεστῶτος ἀκρισίας. ἔτι γὰρ διαβουλευό- 5
Perit Flaminius Cos. μενοι τί δεῖ πράττειν, ἀπώλλυντο παραδόξως. ἐν ᾧ 6
καιρῷ καὶ τὸν Φλαμίνιον αὐτὸν, δυσχρηστούμενον καὶ
περικακοῦντα τοῖς ὅλοις, προσπεσόντες τινὲς τῶν Κελτῶν

[m] Vulgo omnes τοὺς πλείστους τοὺς ἐν αὐτῷ. Delevi cum Reisk. articulum perperam repetitum.

postero die, primo statim diluculo præter lacum in subjectam convallem primum agmen ducit, lacessere hostes atque adoriri in animo habens.

LXXXIV. Erat forte admodum nebulosus dies, cum *Hannibal*, ubi partem majorem agminis Romani intra convallem sentit pervenisse, et jam primam aciem non longe a se abesse; signo dato invadendi, et ad eos etiam misso mandato qui in insidiis latebant, simul undique in hostem cooritur. Ita autem ex inopinato apparente Pœno, quum præsertim densa caligo prospectum eriperet, et hostis de superiore loco variis ex partibus ingrueret impetumque faceret; ductores ordinum *Flaminii* tribunique, adeo laborantibus suppetias ferre non poterant, ut ne quid ageretur quidem satis intelligere valerent. Simul enim alii a fronte, alii a tergo, alii abs lateribus in ipsos irruebant. Quo factum, ut plerique Romanorum, non in acie pugnantes, sed eo habitu quo in agmine fuerant deprehensi, obtruncarentur, prius quam defendere se possent; ut plane ab imperatoris sui stoliditate proditos diceres. Dum enim adhuc, quid opus facto, deliberant, improviso cædebantur. Quo tempore ipsum quoque *Flaminium*, hisce difficultatibus circumventum, et jam de summa rerum anxie sollicitum ac despondentem ani-

A. U. 537. Clades misera Romanorum.

7 ἀπέκτειναν. Ἔπεσον οὖν τῶν Ῥωμαίων κατὰ τὸν
αὐλῶνα σχεδὸν εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους, οὔτ'
εἴκειν τοῖς παροῦσιν, οὔτε πράττειν οὐδὲν δυνάμενοι·
τοῦτο δ' ἐκ τῶν [n] ἐθισμῶν αὐτὸ περὶ πλείστου ποιού-
8 μενοι, τὸ μὴ φεύγειν, μηδὲ λείπειν τὰς τάξεις. οἱ δὲ
[o] κατὰ πορείαν μεταξὺ τῆς λίμνης καὶ τῆς παρωρείας ἐν
τοῖς στενοῖς συγκλεισθέντες, αἰσχρῶς, ἔτι δὲ μᾶλλον
9 ταλαιπώρως διεφθείροντο. συνωθούμενοι μὲν γὰρ εἰς τὴν
λίμνην, οἱ μὲν, διὰ τὴν παράστασιν τῆς διανοίας
ὁρμῶντες ἐπὶ τὸ νήχεσθαι σὺν τοῖς ὅπλοις, ἀπεπνίγοντο·
τὸ δὲ πολὺ πλῆθος, μέχρι μὲν τοῦ δυνατοῦ προβαῖνον
εἰς τὴν λίμνην, ἔμενε τὰς κεφαλὰς αὐτὰς ὑπὲρ τὸ
10 ὑγρὸν ὑπερίσχον. ἐπιγενομένων δὲ τῶν ἱππέων, καὶ
προδήλου γενομένης ἀπωλείας, ἐξαίροντες τὰς χεῖρας,
καὶ δεόμενοι ζωγρεῖν, καὶ πᾶσαν προϊέμενοι φωνήν·
τὸ τελευταῖον, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων, τινὲς δὲ,
παρακαλέσαντες [p] αὐτοὺς, ὑπ' αὐτῶν διεφθάρησαν.
11 Ἑξακισχίλιοι δ' ἴσως τῶν κατὰ τὸν αὐλῶνα τοὺς κατὰ
πρόσωπον νικήσαντες, παραβοηθεῖν μὲν [q] τοῖς οἰκείοις καὶ
περιΐστασθαι τοὺς ὑπεναντίους ἠδυνάτουν, διὰ τὸ μηδὲν
συνορᾶν τῶν γιγνομένων· καίπερ μεγάλην δυνάμενοι
12 πρὸς τὰ ὅλα παρέχεσθαι χρείαν. ἀεὶ δὲ τοῦ πρόσθεν

Sex millia perruptis hostibus evadunt.

[n] Vel sic vel εἰθισμένων omnino scribendum. Mendose vulgo omnes εἰθισμῶν. [o] κατὰ πορείαν correxit Casaub. MSti omnes κατ' ἀπορίαν. [p] αὐτοὺς post παρεκάλεσαν dant scripti libri omnes, quod cum Ursino in ἑαυτοὺς mutavit Casaub. Verba autem ὑπ' αὐτῶν, quæ ignorantur vulgo ab omnibus, adjeci ex conject. [q] τοῖς ἰδίοις Vat. Flor. Urs. Aug. Reg. A.

mum, Galli quidam adorti interemerunt. Cecidere intra convallem ad quindecim millia Romanorum, qui neque præsenti fortunæ cedere, neque agere quidquam poterant; hoc unum, ex instituto disciplinæ illorum militaris, plurimi facientes, ut non fugerent, neque ordines desererent. At qui procedentes in agmine inter lacum et montes in ipsis faucibus sunt intercepti, fœde, vel potius misere, perierunt. Compulsi enim in lacum, partim repentino casu turbata mente, insilientes in aquam, cum armis enataturi, suffocabantur: partim, (ii autem plurimi fuere) in lacum progressi quantum vires ferebant, capite dumtaxat exstante manebant: deinde equitatu eos invadente, quum certa esset pernicies, manibus sublatis vitam poscentes, et omni deprecationum usi genere, vel ab hostibus occidebantur, vel, ipsi sese adhortati, mutuo sibi manus inferebant. Sex ferme millia eorum, qui convallem fuerant ingressi, hoste, qui ex adverso pugnabat, devicto, suis illi quidem ferre opem, aut a tergo cingere hostem, non potuerunt; ut qui nihil eorum, quæ fiebant, viderent: idonei alioquin, magnum ad summam rei momentum afferre. Sed tantisper in ulteriora pergunt ire, hos-

A. U. 537.

ὀρεγόμενοι, προῆγον, πεπεισμένοι συμπεσεῖσθαί τισιν, ἕως ἔλαθον ἐκπεσόντες πρὸς τοὺς ὑπερδεξίους τόπους.
13 γενόμενοι δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρων, καὶ τῆς ὁμίχλης ἤδη πεπτωκυίας, συνέντες τὸ γεγονὸς ἀτύχημα, καὶ ποιεῖν οὐδὲν ὄντες δυνατοὶ ἔτι, διὰ τὸ τοῖς ὅλοις ἐπικρατεῖν καὶ πάντα προκατέχειν ἤδη τοὺς πολεμίους, συστραφέντες ἀπεχώρησαν εἴς τινα κώμην Τυῤῥηνίδα.

Maharbali se dedunt.

14 Μετὰ δὲ τὴν μάχην, ἀποσταλέντος ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ μετὰ τῶν Ἰβήρων καὶ λογχοφόρων Μαάρβα, καὶ περιστρατοπεδεύσαντος τὴν κώμην, ποικίλης αὐτοῖς ἀπορίας περιεστώσης, ἀποθέμενοι τὰ ὅπλα, παρέδοσαν αὐτοὺς ὑποσπόνδους, ὡς τευξόμενοι τῆς σωτηρίας.
15 Τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν ὅλον κίνδυνον, τὸν γενόμενον ἐν Τυῤῥηνίᾳ Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις, τοῦτον [r]ἐπετελέσθη τὸν τρόπον.

Captivis Romanis fidem non servat Hannibal.

LXXXV. Ἀννίβας δὲ, πρὸς αὐτὸν ἐπαναχθέντων τῶν ὑποσπόνδων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων, συναγαγὼν πάντας, ὄντας πλείους τῶν μυρίων καὶ πεντακισχιλίων· πρῶτον μὲν διεσάφησεν, ὅτι Μαάρβας
2 οὐκ εἴη κύριος ἄνευ τῆς αὐτοῦ γνώμης διδοὺς τὴν ἀσφάλειαν τοῖς ὑποσπόνδοις· μετὰ δὲ ταῦτα [s]κατηγορίαν ἐποιήσατο Ῥωμαίων.
3 λήξας δὲ τούτων, ὅσοι μὲν ἦσαν Ῥωμαῖοι τῶν ἑαλωκότων, [t]διέδωκεν εἰς φυλακὴν ἐπὶ τὰ τάγματα· τοὺς δὲ συμμάχους ἀπέλυσε χωρὶς λύτρων

[r] ἀπετελέσθη edd. ex Bav. [s] κατηγορίας Flor. [t] ἔδωκεν edd. ex Bav. διώκειν mendose ceteri libri omnes, quod correxi cum Reiskio.

tem semper, quocum dimicent, exspectantes; donec, prius quam satis animadverterent, in superiora loca evaserunt. Exin ut ad summos colles perventum, et jam nebula fuit depulsa; clade suorum intellecta, quum jam tentare nihil amplius possent, quod omnia hostis late victor obtineret, conglobati vicum Etruriæ quemdam petunt. Sed ut, prælio facto, *Maharbal*, cum Hispanis et jaculatoribus adversus eos missus, vicum circumsedit; variis malis urgentibus victi, fidem dante Maharbale, salvam ipsis vitam fore, se dediderunt. Ac *prœlium* quidem *in Etruria inter Romanos et Carthaginienses* commissum, ita se in universum habuit.

LXXXV. *Hannibal*, perductis ad se Romanis, quibus data fides fuerat, et captivis item aliis, omnes in unum congregat, qui plures erant quindecim millibus. His ante omnia significat, *non fuisse in Maharbalis potestate, ut se inconsulto securitatem iis sponderet, quibus fidem dederat.* Deinde accusationem Romanorum instituit. Secundum hæc, quotquot e captivis Romani cives erant, inter militum ordines ad custodiendum ipsos distribuit: qui e

4 ἅπαντας εἰς τὴν οἰκείαν· ἐπιφθεγξάμενος τὸν αὐτὸν, ὃν
intrepide ad littus accedunt; et omnes quæ moveri potuerunt naves, religatas puppibus, secum abducunt: gaudio incredibili exsultantes, quod primo impetu hostes vicissent, et toto illius oræ mari potirentur, navesque adversariorum quinque et viginti in potestate haberent. Post hanc victoriam, meliore loco res Romanorum in Hispania esse cœperunt. At *Carthaginienses*, nuntio hujus cladis accepto, aptas extemplo instructasque remigio naves septuaginta emiserunt: necessarium ad omnia sua incepta rati, ut mare capesserent. Ea *classis* primo *in Sardiniam*, inde *Pisas* in Italia appulit: sperantibus qui vehebantur, se eo loci cum Hannibale sese conjungere posse. Sed quum Romani ex ipsa urbe centum viginti navium longarum quinqueremium classe adversus eos essent profecti; audita eorum profectione, Carthaginienses in Sardiniam mox, atque inde Carthaginem sunt reversi. *Cn. Servilius*, imperator classis Romanæ, assequi eos sperans, aliquamdiu est insecutus: sed quum jam longius essent provecti, incepto destitit. Ac primo quidem ad Lilybæum in Sicilia appulit: deinde in *Cercinam*, Africæ insulam, navigavit; ibique accepta pecunia ab incolis ne

A. U. 537. παρ' αὐτῶν χρήματα τοῦ μὴ πορθῆσαι τὴν χώραν,
ἀπηλλάγη. κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν γενόμενος κύριος 13
Cossyrus ins. νήσου Κοσσύρου, καὶ φρουρὰν εἰς τὸ πολισμάτων εἰσα-
γαγὼν, αὖθις εἰς τὸ Λιλύβαιον κατῆρε. καὶ τὸ λοιπὸν, 14
οὗτος μὲν αὐτοῦ συνορμίσας τὸν στόλον, μετ' οὐ πολὺν
χρόνον αὐτὸς ἀνεκομίσθη πρὸς τὰς πεζικὰς δυνάμεις.

P. Scipio cum nova classe mittitur in Hispaniam.

XCVII. Οἱ δ' ἐκ τῆς συγκλήτου, πυθόμενοι τὸ
γεγονὸς προτέρημα διὰ τοῦ Γναΐου περὶ τὴν ναυμαχίαν,
καὶ νομίσαντες, χρήσιμον εἶναι, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον,
τὸ μὴ προΐεσθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἀλλ' ἐνίστασθαι
τοῖς Καρχηδονίοις, καὶ τὸν πόλεμον αὔξειν· προχειρισά- 2
μενοι ναῦς [u] εἴκοσι, καὶ στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Πόπλιον
Σκιπίωνα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, [x] ἐξαπέστελλον
μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γνάϊον, κοινῇ πράξοντα
μετ' ἐκείνου τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν. Πάνυ γὰρ ἠγωνίων, 3
μὴ κρατήσαντες Καρχηδόνιοι τῶν τόπων ἐκείνων, καὶ
περιποιησάμενοι χορηγίας ἀφθόνους καὶ [y] χεῖρας, ἀντι-
ποιήσωνται μὲν τῆς θαλάττης ὁλοσχερέστερον, [z] συνεπί-
θωνται δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν, στρατόπεδα πέμπον-
τες καὶ χρήματα τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν. Διόπερ ἐν 4
μεγάλῳ τιθέμενοι καὶ τοῦτον τὸν πόλεμον, ἐξαπέστειλαν

Conjunctim agunt Cn. et P. Scipiones.

τάς τε ναῦς καὶ τὸν Πόπλιον. ὃς καὶ παραγενόμενος εἰς
Ἰβηρίαν, καὶ συμμίξας τἀδελφῷ, μεγάλην παρεῖχε
χρείαν τοῖς κοινοῖς πράγμασιν. Οὐδέποτε γὰρ πρότε- 5

[u] *Triginta* habet Livius. [x] ἐξαπέστειλαν edd. ex Bav. [y] χρείας edd. ex Bav. [z] συνεπιθῶνται Flor. Aug. Reg. A.

agrum popularetur, cursum repetiit. In transitu vero *Cossyrum* insulam cepit, et in oppidulum illius præsidium imposuit; atque Lilybæum rediit, navesque ibi in statione locavit. Ceterum inde, haud ita multo post, idem *Servilius* ad pedestres copias est reversus.

XCVII. Senatus, cognita victoria quam *Cnæus* e navali prælio reportaverat, utile rebus suis, imo necessarium ratus, ne res Hispaniæ negligerentur, sed aucto in ea parte bello Carthaginienses premerentur: classe viginti navium parata, cui *P. Scipionem* præfecerunt, quod jam ab initio factum fuerat, summo studio ad fratrem eum miserunt; ut communi cum eo consilio res Hispaniæ administraret. Non enim mediocriter anxius et sollicitus erat senatus, ne Carthaginienses, si in potestatem ea loca semel redegissent, nacti copiam commeatuum rerumque omnium necessariarum, et majore conatu ad vindicandum sibi mare accingerentur, et simul Italiam quoque adorirentur, exercitus ac pecuniam Hannibali suppeditantes. Idcirco Romani, hoc quoque bellum ad profectum rerum suarum maximum momentum esse allaturum arbitrati, et classem et Publium in Hispaniam miserunt. Qui

ρον θαῤῥήσαντες διαβῆναι τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, ἀλλ' ἀσμενίζοντες τῇ τῶν ἐπὶ τάδε φιλίᾳ καὶ συμμαχίᾳ, τότε διέβησαν, καὶ τότε πρῶτον ἐθάῤῥησαν ἀντιποιεῖσθαι τῶν πέραν πραγμάτων· μεγάλα καὶ τοῦ αὐτομάτου συνεργήσαντος σφίσι πρὸς τοὺς περιεστῶτας καιρούς.
6 ἐπειδὴ γὰρ καταπληξάμενοι τοὺς περὶ τὴν διάβασιν οἰκοῦντας τῶν Ἰβήρων, ἧκον πρὸς τὴν τῶν Ζακανθαίων πόλιν, ἀποσχόντες σταδίους ὡς τετταράκοντα περὶ τὸ
7 τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν κατεστρατοπέδευσαν· λαβόντες τόπον εὐφυῶς κείμενον πρός τε τὴν ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀσφάλειαν, καὶ πρὸς τὴν ἐκ τῆς θαλάττης χορηγίαν·
8 ὁμοῦ γὰρ αὐτοῖς συνέβαινε καὶ τὸν στόλον ποιεῖσθαι τὸν παράπλουν. Ἔνθα δὴ γίγνεταί τις πραγμάτων περιπέτεια τοιάδε.

A. U. 537. Iberum transeunt.

XCVIII. Καθ' οὓς καιροὺς Ἀννίβας ἐποιεῖτο τὴν πορείαν εἰς τὴν Ἰταλίαν, ὅσαις πόλεσιν ἠπίστησε τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἔλαβε παρὰ τούτων ὅμηρα τοὺς υἱοὺς τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν· οὓς πάντας εἰς τὴν Ζακαν-
2 θαίων ἀπέθετο πόλιν, διά τε τὴν ὀχυρότητα, καὶ διὰ τὴν τῶν ἀπολειπομένων ἐπ' αὐτῆς ἀνδρῶν πίστιν. Ἦν δέ τις ἀνὴρ Ἴβηρ, Ἀβίλυξ ὄνομα, κατὰ μὲν τὴν δόξαν, καὶ τὴν τοῦ βίου περίστασιν, οὐδενὸς δεύτερος Ἰβήρων· κατὰ δὲ τὴν πρὸς Καρχηδονίους εὔνοιαν καὶ πίστιν,
3 πολύ τι διαφέρειν δοκῶν τῶν ἄλλων. οὗτος, θεωρῶν τὰ

Sagunti servantur obsides Pœnorum.

Abilyx, nobilis Hispanus.

ubi eo pervenit, et fratri est conjunctus, publicam rem plurimum adjuvit. Nam qui transgredi Iberum numquam antea erant ausi, et bene agi secum putaverant, si populis cis amnem amicis ac sociis uterentur; tunc primum *ultra Iberum* belli gerendi caussa procedere ausi sunt: in quo incepto non mediocriter etiam casus aliquis conatum eorum adjuvit. Ut enim iis perterrefactis, qui ad *Iberi* transitum habitabant, *Saguntinorum* urbi appropinquarunt, quinque fere millia ab oppido circa Veneris ædem castra communiunt; locum nacti et ab hostili incursione tutum, et ad commeatus mari subvehendos percommodum: nam quantum ipsi terra, tantum et classis oram legens, mari progrediebatur. Ibi tum rerum mutatio contigit ejuscemodi.

XCVIII. Quo tempore in Italiam *Hannibal* profectus est, quotquot fere civitates erant, quarum fidem suspectam haberet, obsides ab his acceperat, clarissimorum virorum filios: quos omnes *Sagunti* custodiri jusserat, partim quia locus erat probe munitus, partim etiam fidem eorum secutus quos ad præsidium urbis ibi reliquit. Erat autem Hispanus quidam, nomine *Abilyx*, celebritate nominis et conditione vitæ nemini suorum popularium secundus; benevolentia vero et fide in Carthaginiensem populum longe alios omnes creditus

A. U. 537. πράγματα, καὶ νομίσας ἐπικυδεστέρας εἶναι τὰς τῶν
Ῥωμαίων ἐλπίδας, συνελογίσατο παρ' ἑαυτῷ περὶ τῆς
τῶν ὁμήρων προδοσίας συλλογισμὸν Ἰβηρικὸν καὶ βαρ-
βαρικόν. πεισθεὶς γὰρ, διότι δύναται μέγας γενέσθαι 4
παρὰ Ῥωμαίοις, προσενεγκάμενος ἐν καιρῷ πίστιν ἅμα
καὶ χρείαν· ἐγίγνετο [a] πρὸς τὸ, παρασπονδήσας τοὺς
Καρχηδονίους, ἐγχειρίσαι τοὺς ὁμήρους τοῖς Ῥωμαίοις.

Bostar, dux Carthagin. sub Asdrubale.

Θεωρῶν δὲ, τὸν Βώστορα, τὸν τῶν Καρχηδονίων στρατη- 5
γὸν, (ὃς ἀπεστάλη μὲν ὑπ' Ἀσδρούβου κωλύσων τοὺς
Ῥωμαίους διαβαίνειν τὸν ποταμὸν, οὐ θαῤῥήσας δὲ
τοῦτο ποιεῖν, ἀνακεχωρηκὼς ἐστρατοπέδευε τῆς Ζα-
κάνθης ἐν τοῖς πρὸς θάλατταν μέρεσι,) τοῦτον μὲν
ἄκακον ὄντα τὸν ἄνδρα καὶ πρᾷον τῇ φύσει, πιστῶς δὲ
τὰ πρὸς αὐτὸν διακείμενον· ποιεῖται λόγους ὑπὲρ τῶν 6

De obsidibus cum Bostare agit Abilyx.

ὁμήρων πρὸς τὸν Βώστορα· φάσκων, ἐπειδὴ διαβεβήκασι
Ῥωμαῖοι τὸν ποταμὸν, οὐκ ἔτι δύνασθαι Καρχηδονίους
φόβῳ συνέχειν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, προσδεῖσθαι δὲ
τοὺς καιροὺς τῆς τῶν ὑποταττομένων εὐνοίας· νῦν οὖν 7
ἠγγικότων Ῥωμαίων, καὶ προσκαθεζομένων τῇ Ζα-
κάνθῃ, καὶ κινδυνευούσης τῆς πόλεως, ἐὰν ἐξαγαγὼν
τοὺς ὁμήρους ἀποκαταστήσῃ τοῖς γονεῦσι καὶ ταῖς
πόλεσιν, ἐκλύσειν μὲν αὐτὸν τῶν Ῥωμαίων τὴν φιλοτι-
μίαν· τοῦτο γὰρ αὐτὸ καὶ μάλιστα σπουδάζειν ἐκείνους

Abilyx cum Bostare.

πρᾶξαι, κυριεύοντας τῶν ὁμήρων· ἐκκαλέσασθαι δὲ τὴν 8

[a] πρὸς τῷ Flor. Aug. Reg. A.

superare. Hic, præsentem rerum statum cernens, meliore loco spes Romanorum esse ratus, de *obsidum proditione* consilium apud se iniit, homine Hispano et barbaro dignum. Persuasus enim, magnum se apud Romanos fieri posse, si opportuno tempore et fidem suam illis probasset, et magnum simul aliquod emolumentum conciliasset; id agebat omni studio, ut, proditis Carthaginiensibus, obsides Romanis traderet. Missus fuerat in hæc loca ab Asdrubale *Bostar*, unus e Carthaginiensium ducibus, Romanos impediturus, ne flumen transgrederentur: quod quum ille tentare non esset ausus, ab Ibero recedens, ad *Saguntum* qua parte ejus agrum mare alluit, castra communiverat. Hunc virum norat *Abilyx*, minime callidum, natura mitem, et qui fidem ipsi haberet. Itaque de obsidibus cum Bostare agit: et, *quoniam Iberum jam transierint Romani, non posse amplius*, ait, *Carthaginienses metu Hispaniam obtinere: benevolentia subditorum in hoc periculoso rerum statu illis opus esse. Nunc igitur, quando Romani Sagunto appropinquaverint, jamque adeo illam obsideant, et sit urbs in periculo: si eductos inde obsides parentibus restituat, et conatum Romanorum frustraturum, qui id vel maxime studeant, ut, obsidibus potiti, gratiam*

τῶν Ἰβήρων πάντων πρὸς Καρχηδονίους εὔνοιαν, προϊδό- A. U. 537.
μενον τὸ μέλλον, καὶ προνοηθέντα τῆς τῶν ὁμήρων
ἀσφαλείας· τὴν δὲ χάριν αὐξήσειν, ἔφη, πολλαπλα-
9 σίαν, αὐτὸς γενόμενος χειριστὴς τοῦ πράγματος. ἀπο-
καθιστάνων γὰρ εἰς τὰς πόλεις τοὺς παῖδας, οὐ μόνον
τὴν παρ' αὐτῶν εὔνοιαν ἐπισπάσασθαι τῶν γεννησάντων,
ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν πολλῶν, ὑπὸ τὴν ὄψιν τιθεὶς διὰ
τοῦ συμβαίνοντος τὴν Καρχηδονίων πρὸς τοὺς συμμά-
10 χους αἵρεσιν καὶ μεγαλοψυχίαν. προσδοκᾶν δ' αὐτὸν
ἐκέλευσε καὶ δώρων πλῆθος ἰδίᾳ παρὰ τῶν τὰ τέκνα
κομιζομένων· παραδόξως γὰρ ἑκάστους ἐγκρατεῖς γι-
γνομένους τῶν ἀναγκαιοτάτων, ἅμιλλαν ποιήσασθαι τῆς
11 εἰς τὸν κύριον τῶν πραγμάτων εὐεργεσίας. Παραπλήσια
δὲ τούτοις ἕτερα καὶ πλείω πρὸς τὸν αὐτὸν τρόπον δια-
λεχθεὶς, ἔπεισε τὸν Βώστορα, συγκαταθέσθαι τοῖς
λεγομένοις.

XCIX. Καὶ τότε μὲν ἐπανῆλθε, ταξάμενος ἡμέραν, Abilyx cum Scipionibus agit de obsidibus.
ᾗ παρέσται μετὰ τῶν ἐπιτηδείων πρὸς τὴν ἀνακομιδὴν
2 τῶν παίδων. Παραγενόμενος δὲ νυκτὸς ἐπὶ τὸ τῶν
Ῥωμαίων στρατόπεδον, καὶ συμμίξας τισὶ τῶν συστρα-
τευομένων ἐκείνοις Ἰβήρων, διὰ τούτων εἰσῆλθε πρὸς τοὺς
3 στρατηγούς. ἐκλογιζόμενος δὲ διὰ πλειόνων τὴν ἐσομένην
ὁρμὴν καὶ μετάπτωσιν πρὸς αὐτοὺς τῶν Ἰβήρων, ἐὰν
ἐγκρατεῖς γένωνται τῶν ὁμήρων, ἐπηγγείλατο παρα-

parentum demereantur; et Hispanorum omnium animos in amorem Carthaginiensium pellecturum, quod, futuri providus, obsidum securitati consuluisset. Se quoque beneficii gratiam multis partibus aucturum, si ejus negotii administratio sibi fuisset demandata. Obsides enim in suam quemque patriam restituendo, non parentum modo benevolentiam Pœnis conciliaturum; sed et ipsorum quoque populorum, dum ob oculos cuique in tam memorabili exemplo positurus esset egregiam Carthaginiensium erga socios voluntatem et munificentiam. Ipsi quoque Bostari magna privatim munera esse exspectanda, confirmabat, *ab iis qui liberos recepissent suos: scilicet omnes illos, charissimis sibi pignoribus præter spem potitos, de remunerando tantæ rei auctore, cum æmulatione inter se certaturos.* Hæc et plura in eamdem sententiam locutus *Abilyx*, tenuit, ut, quæ dixerat, *Bostari* probaret.

XCIX. Post hæc, die constituto, quo rediturus esset cum hominibus idoneis ad pueros reportandos, domum revertitur. Noctu clam deinde progressus ad Romana castra, conventis quibusdam auxiliaribus Hispanis, per hos ad *Scipiones* est productus. Quibus postquam pluribus verbis demonstravit, *si obsides in potestate sua haberent, fore omnino, ut ad eorum partes His-*

A. U. 537. δώσειν αὐτοῖς τοὺς παῖδας. Τῶν δὲ περὶ τὸν Πόπλιον 4 ὑπερβολῇ προθυμίας δεξαμένων τὴν ἐλπίδα, καὶ μεγάλας ὑπισχνουμένων δωρεὰς, τότε μὲν εἰς τὴν [b]οἰκείαν ἀπηλλάγη, συνθέμενος ἡμέραν καὶ καιρὸν καὶ τόπον, ἐν ᾧ δεήσει τοὺς ἐκδεξομένους αὐτὸν ὑπομένειν. μετὰ δὲ 5 ταῦτα παραλαβὼν τοὺς ἐπιτηδείους τῶν φίλων, ἧκε πρὸς τὸν Βώστορα· καὶ, παραδοθέντων αὐτῷ τῶν παίδων ἐκ τῆς Ζακάνθης, νυκτὸς ποιησάμενος τὴν ἔξοδον, ὡς θέλων λαθεῖν, παραπορευθεὶς τὸν χάρακα τῶν πολεμίων, ἧκε πρὸς τὸν τεταγμένον καιρὸν καὶ τόπον, καὶ πάντας ἐνεχείρισε τοὺς ὁμήρους τοῖς ἡγεμόσι τῶν Ῥωμαίων.

Obsides tradit Romanis.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Πόπλιον ἐτίμησάν τε διαφερόντως τὸν 6 Ἀβίλυγα, καὶ πρὸς τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ὁμήρων εἰς τὰς πατρίδας ἐχρήσαντο τούτῳ, συμπέμψαντες τοὺς ἐπιτηδείους. ὃς ἐπιπορευόμενος τὰς πόλεις, καὶ διὰ τῆς 7 τῶν παίδων ἀποκαταστάσεως τιθεὶς ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν τῶν Ῥωμαίων πρᾳότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, παρὰ τὴν Καρχηδονίων ἀπιστίαν καὶ βαρύτητα, καὶ προσπαρατιθεὶς τὴν αὐτοῦ μετάθεσιν, πολλοὺς Ἰβήρων παρώρμησε πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων φιλίαν. Βώστωρ δὲ, παιδικώτερον 8 [c]ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν δόξας ἐγκεχειρικέναι τοὺς ὁμήρους τοῖς πολεμίοις, οὐκ εἰς τοὺς τυχόντας ἐπεπτώκει κινδύνους. Καὶ τότε μὲν, ἤδη τῆς ὥρας κατεπειγούσης, 9 διέλυον εἰς παραχειμασίαν ἀμφότεροι τὰς δυνάμεις·

Obsides Romani remittunt ad suos.

[b] ἰδίαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. et margo Bav. quod recipi fortasse debet.
[c] Adjeci partic. ἢ, quæ vulgo abest ab omnibus.

pani transitum faciant; pueros ipsis se traditurum, pollicetur. Publio cum incredibili alacritate spem ostensam accipiente, magnaque ei præmia pollicente; die, tempore ac loco constituto, ubi præstolaturi ipsum essent, qui excepturi erant, domum redit. Posthæc, assumtis secum amicis quos maxime idoneos putabat, ad *Bostarem* venit; traditisque sibi pueris, nocte *Sagunto* egreditur, ut hostium custodias falleret: quorum castra prætergressus, ad compositam horam locumque venit, et omnes obsides Romanis ducibus tradit. *Publius* magno in honore Abilycem habuit: ejusque opera ad restituendos in suam quemque patriam obsides usus est, missis cum eo suorum nonnullis. *Abilyx*, singulas urbes obiens, argumento istius puerorum restitutionis usus, hinc clementiam et magnanimitatem Romanorum, hinc diffidens et atrox Carthaginiensium ingenium, ob oculos omnibus ponens; adhæc exemplum suum, qui socios mutasset, in medium afferens; ad Romanorum amicitiam amplectendam multos Hispanorum incitavit. *Bostar*, qui Abilyci obsides tradiderat, judicatus pro puero se gessisse, non pro ea ætate qua erat, magnis postea implicitus est periculis. Tunc vero,

ἱκανοῦ τινος ἐκ τῆς τύχης γεγονότος συνεργήματος τοῖς A. U. 537.
Ῥωμαίοις, τοῦ περὶ τοὺς παῖδας, πρὸς τὰς ἐπικει-
μένας ἐπιβολάς. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἐν
τούτοις ἦν.

C. Ὁ δὲ στρατηγὸς Ἀννίβας, ὅθεν ἀπελίπομεν, Hannibalis castra ad Gerunium.
πυνθανόμενος παρὰ τῶν κατασκόπων, πλεῖστον ὑπάρχειν
σῖτον ἐν τῇ περὶ τὴν [d] Λουκερίαν καὶ τὸ καλούμενον
Γερούνιον χώρᾳ, πρὸς δὲ τὴν συναγωγὴν εὐφυῶς ἔχειν τὸ
2 Γερούνιον· κρίνας ἐκεῖ ποιεῖσθαι τὴν παραχειμασίαν,
προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν παρὰ τὸ Λίβυρνον ὄρος, Mons Liburnus.
3 ἐπὶ τοὺς προειρημένους τόπους. ἀφικόμενος δὲ πρὸς τὸ
Γερούνιον, ὃ τῆς [d] Λουκερίας ἀπέχει διακόσια στάδια,
τὰς μὲν ἀρχὰς διὰ λόγων τοὺς ἐνοικοῦντας εἰς φιλίαν
4 προυκαλεῖτο, καὶ πίστεις ἐδίδου τῶν ἐπαγγελιῶν. οὐδε-
νὸς δὲ προσέχοντος, πολιορκεῖν ἐπεβάλετο. ταχὺ δὲ Gerunium capit Hannibal.
γενόμενος κύριος, τοὺς μὲν οἰκήτορας κατέφθειρε, τὰς
δὲ πλείστας οἰκίας ἀκεραίους διεφύλαξε καὶ τὰ τείχη,
βουλόμενος σιτοβολίοις χρήσασθαι πρὸς τὴν παραχει-
5 μασίαν. τὴν δὲ δύναμιν πρὸ τῆς πόλεως παρεμβαλὼν,
ὠχυρώσατο τάφρῳ καὶ χάρακι τὴν στρατοπεδείαν.
6 Γενόμενος δ' ἀπὸ τούτων, τὰ μὲν δύο μέρη τῆς δυνάμεως Frumentum eo convehit.
ἐπὶ τὴν σιτολογίαν ἐξέπεμπε· προστάξας, καθ' ἑκάστην
ἡμέραν τακτὸν ἀναφέρειν μέτρον ἕκαστον [e] τοῖς ἰδίοις,

[d] Λουκαρίαν h. l. et mox v. 3. Λουκαρίας dant edd. ante Casaub. cum omnibus MStis et Steph. Byz. [e] Casaubonus sic edidit τοῖς ἰδίοις * ἐπιβολὴν, et corrigendum putavit τοῖς σιτοβόλοις vel τοῖς σιτοβολεῦσι.

quia jam instabat hiems, utrique in hiberna suos exercitus dimiserunt: quum Romani ad ea, quæ deinceps parabant, beneficio fortunæ haudquaquam pœnitendo, per illos pueros plurimum essent adjuti. Ac in *Hispania* quidem eo loco res erant.

C. *Hannibal*, inde enim excessit oratio, ab exploratoribus admonitus, *Luceriæ* ac *Gerunii* magnam frumenti esse copiam, et præterea *Gerunium* ad usum horreorum aptum esse locum; in eo tractu hibernare statuit, et præter montem *Liburnum* ad prædictas urbes ducit. Ut ventum ad *Gerunium* est, quod oppidum a Luceria millia passuum quinque et viginti abest; verbis primo ad suam amicitiam incolas conatus est pellicere, paratus fidem dare super eis quæ pollicitus fuisset. Quum hac non succederet, obsidionem parat: et, capta mox urbe, incolas delevit, tecta vero pleraque servavit integra cum mœnibus, ut pro horreis illis uteretur ad hiberna. Copias pro mœnibus locat, fossaque et vallo castra communit. His perfectis, duas exercitus partes frumentatum emisit, dato mandato, ut quotidie quisque ad suos certam frumenti mensuram referret; tantam nempe, quantam singulis ordinibus in singulos dies

A. U. 537. ἐπιβολὴν τοῦ τάγματος, τοῖς προκεχειρισμένοις ἐπὶ τὴν
οἰκονομίαν ταύτην. τῷ δὲ τρίτῳ μέρει, τήν τε στρατο- 7
πεδείαν ἐτήρει, καὶ τοῖς σιτολογοῦσι παρεφήδρευε κατὰ
τόπους. οὔσης δὲ τῆς μὲν χώρας τῆς πλείστης εὐεφόδου 8
καὶ πεδιάδος, τῶν δὲ συναγόντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀναριθμήτων, ἔτι δὲ τῆς ὥρας ἀκμαζούσης πρὸς τὴν συγκομιδὴν, ἄπλετον συνέβαινε καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀθροίζεσθαι τοῦ σίτου τὸ πλῆθος.

Minucius copias ducit absente Fabio.

CI. Μάρκος δὲ, παρειληφὼς τὰς δυνάμεις παρὰ Φαβίου, τὸ μὲν πρῶτον ἀντιπαρῆγε ταῖς ἀκρωρείαις· πεπεισμένος ἀεὶ, περὶ τὰς ὑπερβολὰς συμπεσεῖσθαί
ποτε τοῖς Καρχηδονίοις. Ἀκούσας δὲ, τὸ μὲν Γερούνιον 2
[f]τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν ἤδη κατέχειν, τὴν δὲ χώραν σιτολογεῖν, πρὸ δὲ τῆς πόλεως χάρακα προβεβλημένους στρατοπεδεύειν· ἐπιστρέψας ἐκ τῶν ἀκρωρειῶν, [g]κατέβαινε κατὰ τὴν ἐπὶ τὰ πεδία κατατείνουσαν ῥάχιν.

Calela arx in agro Larinate.

ἀφικόμενος δ' ἐπὶ τὴν ἄκραν, ἣ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς 3
Λαρινάτιδος χώρας, προσαγορεύεται δὲ [h]Καλήλη, κατεστρατοπέδευσε περὶ ταύτην, πρόχειρος ὢν ἐκ παντὸς
τρόπου συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις. Ἀννίβας δὲ 4
θεωρῶν ἐγγίζοντας τοὺς πολεμίους, τὸ μὲν τρίτον μέρος τῆς δυνάμεως εἴασε σιτολογεῖν· τὰ δὲ δύο μέρη λαβὼν, καὶ προελθὼν ἀπὸ τῆς πόλεως ἑκκαίδεκα σταδίους πρὸς

[f] τοὺς Καρχηδονίους edd. ex Bav. [g] κατὰ post κατέβαινε abest a Bav. [h] Alii Καλήνη.

præbere tenebantur rei frumentariæ administratores. Ipse cum tertia parte simul castris præsidio erat, et dispositis passim stationibus, nec unde impetus in frumentatores fieret, circumspectabat. Igitur quum esset regio ferme omnis plana et campestris, et qui convehebant numero prope infiniti, anni præterea tempus ad fruges comportandas opportunum; infinitus propemodum frumenti numerus quotidie convehebatur.

CI. *Minucius*, postquam a Fabio exercitum accepit, principio quidem per juga montium e regione hostis agmen ductabat: persuasus semper, fore tandem aliquam sibi in ipsis jugis potestatem dimicandi eum Carthaginiensibus. Ubi vero audivit, Annibalem *Gerunium* jam occupasse, frumentum tota regione metere, et pro oppidi mœnibus castra vallo cinxisse: ilicet e montium cacuminibus flectit iter, et per proximum dorsum, quod sensim in planitiem protenditur, descendit. Deinde ubi ad arcem venit, in *Larinati* agro sitam, cui *Calela* (sive *Calena*) nomen est, castra circa illam posuit; paratum habens, quacumque ratione cum hoste confligere. *Hannibal*, propinquare Romanos cernens, tertiam partem militum frumentari sinit: ipse cum duabus partibus propius hostem castris motis, duo ferme a

τοὺς πολεμίους, ἐπί τινος βουνοῦ κατεστρατοπέδευσε· A. U. 537.
βουλόμενος ἅμα μὲν καταπλήξασθαι τοὺς ὑπεναντίους, Hannibal ad Gerunium.
ἅμα δὲ τοῖς σιτολογοῦσι τὴν ἀσφάλειαν παρασκευά-
5 ζειν. Μετὰ δὲ ταῦτα, γεωλόφου τινὸς ὑπάρχοντος
μεταξὺ τῶν στρατοπέδων, ὃς εὐκαίρως καὶ σύνεγγυς
ἐπέκειτο τῇ τῶν πολεμίων παρεμβολῇ, τοῦτον ἔτι νυκτὸς,
ἐξαποστείλας περὶ δισχιλίους τῶν λογχοφόρων, κατε-
6 λάβετο. οὓς, ἐπιγενομένης τῆς ἡμέρας, συνιδὼν Μάρ-
κος, [i]ἐξῆγε τοὺς εὐζώνους, καὶ προσέβαλε τῷ λόφῳ.
7 Γενομένου δὲ ἀκροβολισμοῦ νεανικοῦ, τέλος ἐπεκράτησαν Minucius velitatione superior.
οἱ Ῥωμαῖοι· καὶ μετὰ ταῦτα τὴν ὅλην στρατοπεδείαν
8 μετεβίβασαν εἰς τοῦτον τὸν τόπον. Ὁ δὲ Ἀννίβας, ἕως
μέν τινος, διὰ τὴν ἀντιστρατοπεδείαν, συνεῖχε τὸ πλεῖ-
9 στον μέρος τῆς δυνάμεως [k]ἐπ' αὐτόν. πλειόνων δὲ γενο-
μένων ἡμερῶν, ἠναγκάζετο τοὺς μὲν ἐπὶ τὴν νομὴν τῶν
θρεμμάτων ἀπομερίζειν, τοὺς δ' ἐπὶ τὴν σιτολογίαν·
10 σπουδάζων, κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ πρόθεσιν, μήτε τὴν
λείαν καταφθεῖραι, τόν τε σῖτον [l]ὡς πλεῖστον συναγα-
γεῖν· ἵνα πάντων ᾖ κατὰ τὴν παραχειμασίαν δαψίλεια
τοῖς ἀνδράσι, μὴ χεῖρον δὲ τοῖς ὑποζυγίοις καὶ τοῖς
11 ἵπποις. εἶχε γὰρ τὰς πλείστας ἐλπίδας τῆς αὑτοῦ
δυνάμεως ἐν τῷ τῶν ἱππέων [m]συντάγματι.

CII. Καθ' ὃν δὴ καιρὸν Μάρκος, συνθεωρήσας τὸ Cædit frumentatores Hannibalis.
πολὺ μέρος τῶν ὑπεναντίων ἐπὶ τὰς προειρημένας χρείας
κατὰ τῆς χώρας σκεδαννύμενον, λαβὼν τὸν ἀκμαιότατον

[i] Mendose MSti vett. ἐξῆρε. [k] ἐφ' αὐτὸν Vat. Flor. Reg. A. ἐφ' ἑαυτὸν Aug.
[l] εἰς πλεῖστον edd. ex Bav. [m] τάγματι Vat. Flor. Bav.

Gerunio millia tumulum quemdam obsidet; ut et adversariis terrori esset, et frumentatoribus suis præsidio. Dein quum tumulus esset alius inter amborum munimenta, castris hostium ex propinquo imminens; missis noctu jaculatorum duobus millibus, eum cepit. Hos postera die ut vidit *Minucius*, expeditos et ipse educit, et tumulum adoritur. Post acrem velitationem, obtinent tandem Romani; et mox omnibus copiis eum ipsum locum insident. *Hannibal*, quia castra castris erant collata, aliquamdiu secum maximam militum partem retinuit. Sed crescente numero dierum, coactus est alios ad pascenda pecora, alios ad frumentandum dimittere; quoniam, sicut ab initio proposuerat, neque prædam suis perire volebat, et frumenti quantum posset maximum modum convehere cupiebat, ut in hibernis commeatuum tam homines quam jumenta atque equi largam copiam haberent. Spem enim victoriæ suæ plurimam in equitatu positam habebat.

CII. Per id tempus *Minucius*, quum majorem Punici exercitus partem, ob eas quas commemoravimus caussas, palari animadvertisset per agros; op-

A. U. 537. καιρὸν τῆς ἡμέρας, ἐξῆγε τὴν δύναμιν. καὶ συνεγγίσας
τῇ παρεμβολῇ τῶν Καρχηδονίων, τὰ μὲν βαρέα τῶν
ὅπλων ἐξέταξε, τοὺς δ' ἱππεῖς καὶ τοὺς εὐζώνους κατὰ
μέρη διελὼν, ἐπαφῆκε τοῖς προνομεύουσι, παραγγείλας
μηδένα ζωγρεῖν. Ἀννίβας δὲ, τούτου συμβάντος, εἰς 3
ἀπορίαν ἐνεπεπτώκει [n]μεγίστην· οὔτε γὰρ ἀντεξάγειν
τοῖς παρατεταγμένοις ἀξιόχρεως ἦν, οὔτε παραβοηθεῖν
τοῖς ἐπὶ τῆς χώρας διεσπαρμένοις. τῶν δὲ Ῥωμαίων, οἱ 4
μὲν ἐπὶ τοὺς προνομεύοντας ἐξαποσταλέντες, πολλοὺς
τῶν ἐσκεδασμένων ἀπέκτειναν· οἱ δὲ παρατεταγμένοι,
τέλος εἰς τοῦτ' ἦλθον καταφρονήσεως, ὥστε καὶ διασπᾷν
τὸν χάρακα, καὶ [o]μονονουχὶ πολιορκεῖν τοὺς Καρχη-
Castra sua ægre defendit Hannibal. δονίους. Ὁ δ' Ἀννίβας ἦν μὲν ἐν κακοῖς, ὅμως δὲ 5
χειμαζόμενος ἔμενε, τοὺς πελάζοντας ἀποτριβόμενος,
καὶ μόλις διαφυλάττων τὴν παρεμβολήν· ἕως Ἀσδρού- 6
βας ἀναλαβὼν τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας συμπεφευγότας εἰς
τὸν χάρακα τὸν περὶ τὸ Γερούνιον, ὄντας εἰς τετρακισ-
χιλίους, ἧκε παραβοηθῶν. [p]τότε δὲ μικρὸν ἀναθαῤῥή- 7
σας ἐπεξῆλθε· καὶ βραχὺ πρὸ τῆς στρατοπεδείας
παρεμβαλὼν, μόλις [q]ἀπετρίψατο τὸν ἐνεστῶτα κίνδυνον.
Lætitia et spe exsultat Minucius. Μάρκος δὲ πολλοὺς μὲν ἐν τῇ περὶ τὸν χάρακα συμ- 8
πλοκῇ τῶν πολεμίων ἀποκτείνας, ἔτι δὲ πλείους ἐπὶ τῆς

[n] μεγάλην Flor. Aug. Reg. A. [o] μονονοὺ Vat. Flor. Aug. Reg. A. An μονονοῦ ἐκπολιορκεῖν? [p] τότε δὴ edd. ex Bav. [q] ἀπετρέψατο edd. cum Bav. et (ni fallor) Vat. et Flor. ἀπεστρέψατο Aug. Reg. A. Correxi cum viris doctis.

portunissimam diei partem seligens, copias educit. Tum, ubi breve spatium ab hostium vallo abest, gravem armaturam in aciem instruit: equitatum et leviter armatos in plures manus dividit, et in pabulatores immittit, ac vivum quemquam vetat capere. Turbavit ea res *Hannibalem* non mediocriter: ut cui neque ad occurrendum adversæ aciei satis virium erat, neque ad opem suis passim toto agro dispersis ferendam. Romani, qui in pabulatores ire jussi fuerant, multos huc illuc effusos trucidarunt: qui in acie dispositi stabant, usque eo Pœnum contemnere tandem cœperunt, ut et vallum proruere, et tantum non oppugnare Carthaginienses auderent. Malo interim loco res Hannibalis erant: qui tamen, quantumvis hac quasi procella agitatus, loco non cedebat, propius accedentes repellens, et castra ægre tutans: donec *Asdrubal*, iis assumtis, qui ex agris in castra pro *Gerunii* mœnibus posita confugerant, quatuor fere millibus hominum, suppetias venit. Tum vero nonnihil confirmatus *Hannibal*, in Romanos exiit: et, non longe a castris instructa acie, præsens periculum ægre quidem, sed tamen avertit. *Minucius*, postquam multos hostium in pugna circa vallum occidisset, plu-

χώρας διεφθαρκὼς, τότε μὲν ἐπανῆλθε, μεγάλας ἐλ- A. U. 357.
9 πίδας ἔχων ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος. Τῇ δ' ἐπαύριον,
ἐκλιπόντων τὸν χάρακα τῶν Καρχηδονίων, ἐπέβη καὶ
10 κατελάβετο τὴν ἐκείνων παρεμβολήν. ὁ γὰρ Ἀννίβας
διαγωνιάσας τοὺς Ῥωμαίους, μὴ καταλαβόμενοι νυκτὸς
ἔρημον ὄντα τὸν [r] ἐπὶ τῷ Γερουνίῳ χάρακα, κύριοι
γένωνται τῆς ἀποσκευῆς καὶ τῶν παραθέσεων, ἔκρινεν
αὐτὸς ἀναχωρεῖν, καὶ πάλιν ἐκεῖ ποιεῖσθαι τὴν στρατο-
11 πεδείαν. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν, οἱ μὲν Καρχηδό-
νιοι ταῖς προνομαῖς εὐλαβέστερον ἐχρῶντο καὶ φυλακτι-
κώτερον· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τἀναντία, θαῤῥαλεώτερον καὶ
προπετέστερον.

CIII. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, προσπεσόντος σφίσι τοῦ
γεγονότος μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἀλήθειαν, περιχαρεῖς
ἦσαν· διὰ τὸ, πρῶτον μὲν, ἐκ τῆς προϋπαρχούσης ὑπὲρ
τῶν ὅλων δυσελπιστίας οἱονεὶ μεταβολήν τινα πρὸς τὸ
2 βέλτιον αὐτοῖς προφαίνεσθαι· δεύτερον δὲ, καὶ διὰ τὸ
δοκεῖν, τὸν πρὸ τούτου χρόνον, τὴν [s] ἀπραγίαν καὶ
κατάπληξιν τῶν στρατοπέδων μὴ παρὰ τὴν τῶν δυνά-
μεων ἀποδειλίασιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ προεστῶτος
3 εὐλάβειαν, γεγονέναι. διὸ καὶ τὸν μὲν Φάβιον ᾐτιῶντο
καὶ κατεμέμφοντο πάντες, ὡς ἀτόλμως χρώμενον τοῖς
καιροῖς· τὸν δὲ Μάρκον ἐπὶ τοσοῦτον ηὖξον διὰ τὸ
συμβεβηκὸς, ὥστε τότε γενέσθαι τὸ μηδέποτε γεγονός.
4 αὐτοκράτορα γὰρ κἀκεῖνον κατέστησαν, πεπεισμένοι

Romæ Minucium laudant omnes, Fabium vituperant.

[r] ἐν τῷ Γερουν. edd. ex Bav. [s] δυσπραγίαν Bav.

resque in agris absumsisset, magnæ spei in posterum plenus, se recepit. Postero die, quum Carthaginienses vallo excessissent, secutus ipse, castra eorum cepit. *Hannibal* enim, metuens sibi a Romanis, ne forte castra ad *Gerunium* præsidio nudata noctu occuparent, et supellectile atque omnibus quos congesserat commeatibus potirentur, signa eo movere, atque iterum ibi castra metari constituerat. Ab eo tempore Carthaginienses parcius et cautius pabulari: Romani contra, audacius atque inconsultius.

CIII. Rei gestæ nuntio magnificentius, quam verius, Romam perlato, omnes gaudio exultabant; primum quidem, quod, quum paullo ante de summa rerum pæne desperassent, nunc mutatio quasi quædam in melius ostendebatur; deinde, quod torpor pavorque, qui legiones ante id tempus tenuerat, non a timiditate militum, verum ab ingenio ducis omnia timentis, profectus videbatur. Itaque *Fabium* omnes accusare, eique graviter succensere, ut qui parum audendo occasiones rei gerendæ prætermitteret. *Magistri* vero *equitum*, ob ea quæ fecerat, laudes adeo exaggerabant, ut novum exemplum numquam antea visum in Remp. introducerent. Nam

A. U. 537. Res inaudita, duo simul Dictatores.

ταχέως αὐτὸν τέλος ἐπιθήσειν τοῖς πράγμασι· καὶ δὴ
δύο Δικτάτορες ἐγεγόνεισαν ἐπὶ τὰς αὐτὰς πράξεις, ὃ
πρότερον οὐδέποτε συνεβεβήκει παρὰ Ῥωμαίοις. Τῷ δὲ 5
Μάρκῳ διασαφηθείσης τῆς τε τοῦ πλήθους εὐνοίας, καὶ
τῆς παρὰ τοῦ δήμου δεδομένης ἀρχῆς αὐτῷ, διπλασίως
παρωρμήθη πρὸς τὸ παραβάλλεσθαι καὶ κατατολμᾷν
τῶν πολεμίων. ἧκε δὲ καὶ Φάβιος ἐπὶ τὰς δυνάμεις, 6
οὐδὲν ἠλλοιωμένος ὑπὸ τῶν συμβεβηκότων, ἔτι δὲ βεβαι-
ότερον μένων ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς διαλήψεως. θεωρῶν δὲ 7
τὸν Μάρκον ἐκπεφυσημένον, καὶ πρὸς πάντα ἀντιφιλο-
νεικοῦντα, καὶ καθόλου [t]πληθύνοντα [u]πρὸς τὸ διακινδυ-
νεύειν, αἵρεσιν αὐτῷ προὔτεινε τοιαύτην· ἢ κατὰ μέρος
ἄρχειν, ἢ, διελόμενον τὰς δυνάμεις, χρῆσθαι τοῖς σφε-
τέροις στρατοπέδοις κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν. τοῦ δὲ 8
καὶ λίαν ἀσμένως δεξαμένου τὸν μερισμὸν, διελόμενοι
τὸ πλῆθος, χωρὶς ἐστρατοπέδευσαν ἀλλήλων, ἀπέχοντες
ὡς δώδεκα σταδίους.

Fabius et Minucius inter se dividunt legiones.

Dissidium Romanorum commodum Hannibali.

CIV. Ἀννίβας δὲ, τὰ μὲν ἀκούων τῶν ἁλισκομένων
αἰχμαλώτων, τὰ δὲ θεωρῶν ἐκ τῶν πραττομένων ἤδη,
τήν τε τῶν ἡγεμόνων πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμίαν, καὶ
τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν φιλοδοξίαν τοῦ Μάρκου· διόπερ οὐ 2
[x]κατ' αὐτοῦ, πρὸς αὐτοῦ δὲ νομίσας εἶναι τὰ συμβαί-

[t] πλύνοντα Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod ex πολὺν ὄντα corruptum videtur.
[u] πρὸς τῷ διακινδ. Flor. Aug. Reg. A. [x] καθ' αὐτοῦ Flor. Aug. Reg. A.

et illi absolutæ potestatis jus detulerunt; persuasi, brevi finem bello ab eo impositum iri. Itaque *duo Dictatores* idem bellum administrabant, quod ad eam diem apud Romanos nemo umquam viderat. Quam multitudinis erga se benevolentiam ut cognovit *Minucius*, et delatum sibi a populo honorem; duplo factus est animosior ad pericula omnia spernenda, et adversus hostem quidvis audendum. Redit vero et *Fabius* ad exercitum, propter illa quæ acciderant nihil quidquam immutatus: sed tanto confirmatior in eo, quod semel destinatum animo habuerat. Et quoniam Marcum videbat secundis rebus inflatum, in omnibus sibi præ æmulatione repugnantem, et totum in id incumbentem ut acie quamprimum decerneret; *optionem* ei dedit, *ut vel partitis temporibus imperarent, vel, diviso exercitu, suis legionibus uterque, prout vellet, uteretur.* Quum adprime sibi placere *Minucius* ostendisset, ut dividerentur legiones; facta divisione, castra separatim posuerunt, mille et quingentorum fere passuum intervallo.

CIV. *Hannibal* partim ex captivorum sermonibus, partim vero jam nunc ex eis, quæ agebantur, videns, ducum Romanorum æmulationem, et *Minucii* temeritatem atque ambitionem notam habebat. Itaque præsentem rerum apud

νοντα περὶ τοὺς ἐναντίους, ἐγίγνετο περὶ τὸν Μάρκον, A. U. 537.
σπουδάζων τὴν τόλμαν ἀφελέσθαι, καὶ προκαταλαβεῖν
3 αὐτοῦ τὴν ὁρμήν. Οὔσης δέ τινος ὑπεροχῆς μεταξὺ τῆς
αὐτοῦ καὶ τῆς τοῦ Μάρκου στρατοπεδείας, δυναμένης
ἑκατέρους βλάπτειν, ἐπεβάλετο καταλαβεῖν ταύτην.
σαφῶς δὲ γινώσκων ἐκ τοῦ προγεγονότος κατορθώματος,
ὅτι παρέσται βοηθῶν ἐκ χειρὸς πρὸς ταύτην τὴν ἐπιβο- Minucio insidias parat Hannibal.
4 λήν, ἐπινοεῖ τι τοιοῦτον. Τῶν γὰρ τόπων, τῶν περὶ τὸν
λόφον, ὑπαρχόντων ψιλῶν μέν, πολλὰς δὲ καὶ παντο-
δαπὰς ἐχόντων περικλάσεις καὶ κοιλότητας, ἐξέπεμψε
τῆς νυκτὸς εἰς τὰς ἐπιτηδειοτάτας [y] ὑποβολάς, ἀνὰ
διακοσίους καὶ τριακοσίους, [z] πεντακοσίους μὲν ἱππεῖς,
ψιλοὺς δὲ καὶ πεζοὺς τοὺς πάντας εἰς πεντακισχιλίους.
5 ἵνα δὲ μὴ πρωῒ κατοπτευθῶσιν ὑπὸ τῶν εἰς τὰς προνομὰς
ἐκπορευομένων, ἅμα τῷ διαυγάζειν κατελάμβανε τοῖς
6 εὐζώνοις τὸν λόφον. Ὁ δὲ Μάρκος θεωρῶν τὸ γιγνόμε- Fraudem non sentit Minucius.
νον, καὶ νομίσας ἕρμαιον εἶναι, παραυτίκα μὲν ἐξαπέ-
στειλε τοὺς ψιλούς, κελεύσας ἀγωνίζεσθαι καὶ διαμά-
χεσθαι περὶ τοῦ τόπου, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς·
7 ἑξῆς δὲ τούτοις, κατόπιν αὐτὸς ἦγε συνεχῆ τὰ βαρέα
τῶν ὅπλων, καθάπερ καὶ πρότερον, [a] ἑκάστων ποιούμενος
παραπλήσιον τὸν χειρισμόν.

[y] Vulgo omnes ὑπερβολάς. Correxi cum Reisk. [z] Vulgo omnes καὶ πεντακοσ. Conjunctionem ex conject. delevi. [a] ἑκάστων ex Reg. B. adscivit Casaub. Veteres libri omnes ἑκάστῳ.

hostes statum non damno sibi, verum commodo potius, cessurum ratus, Marcum observabat; ut audaciam illius comprimeret, et conatus præveniret. Quum igitur tumulus esset inter Pœnorum et Marci castra, qui alterutris incommodare poterat; hunc occupare decrevit. Ac quoniam *Minucium*, ob rem paullo ante prospere gestam, e vestigio adcursurum ad obsistendum huic conatui non dubitabat, talem fraudem excogitavit. Nempe quum circa eum collem nuda quidem loca essent, sed quæ multos variosque anfractus et cavitates habebant; noctu de suis ducenos vel trecenos, ut quique locus ad tegendos milites aptissimus erat, in universum quingentos equites, levis armaturæ et aliorum peditum ad quinque millia, præmisit: ac, ne mane ab iis, qui pabulatum exirent, conspicerentur; primo diluculo per expeditos suos collem occupat. Id cernens *Marcus*, occasionem præsentis lucri sibi datam existimans, velites confestim emisit, et de illo tumulo certamen serere ac dimicare jubet; deinde etiam equites submittit: tum ab equitum tergo mox sequitur ipse, conferto agmine legiones ducens; omnia simili modo, atque antea fecerat, administrans.

A. U. 537. CV. Ἄρτι δὲ τῆς ἡμέρας διαφαινούσης, καὶ πάντων
ταῖς τε διανοίαις καὶ τοῖς ὄμμασι περιεσπασμένων περὶ
τοὺς ἐν τῷ γεωλόφῳ κινδυνεύοντας, ἀνύποπτος ἦν ἡ τῶν
ἐνεδρευόντων ὑποβολή. τοῦ δ' Ἀννίβου συνεχῶς μὲν 2
ἐπαποστέλλοντος τοῖς ἐν τῷ λόφῳ τοὺς βοηθήσοντας,
ἑπομένου δὲ κατὰ πόδας μετὰ τῶν ἱππέων αὐτοῦ καὶ
τῆς δυνάμεως, ταχέως συνέβη καὶ τοὺς ἱππεῖς συμπεσεῖν
Minucius premitur ab hoste. ἀλλήλοις. οὗ γενομένου, καὶ πιεζομένων τῶν Ῥωμαίων 3
εὐζώνων ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἱππέων, ἅμα μὲν οὗτοι
καταφεύγοντες εἰς τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, θόρυβον ἐποί-
ουν· ἅμα δὲ, τοῦ συνθήματος ἀποδοθέντος τοῖς ἐν ταῖς 4
ἐνέδραις, πανταχόθεν ἐπιφαινομένων καὶ προσπιπτόντων
τούτων, οὐκ ἔτι περὶ τοὺς εὐζώνους μόνον, ἀλλὰ καὶ
περὶ πᾶν τὸ στράτευμα, μέγας κίνδυνος συνειστήκει
Minucius servatur a Fabio. τοῖς Ῥωμαίοις. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Φάβιος, 5
θεωρῶν τὸ γιγνόμενον, καὶ διαγωνιάσας, μὴ σφαλῶσι
τοῖς ὅλοις, ἐξῆγε τὰς δυνάμεις, καὶ κατὰ σπουδὴν
ἐβοήθει τοῖς κινδυνεύουσι. ταχὺ δὲ συνεγγίσαντος αὐ- 6
τοῦ, πάλιν ἀναθαῤῥήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, καί περ λελυ-
κότες ἤδη τὴν ὅλην τάξιν, αὖθις ἀθροιζόμενοι περὶ τὰς
σημαίας, ἀνεχώρουν, καὶ κατέφευγον ὑπὸ τὴν τούτων
ἀσφάλειαν· πολλοὺς μὲν ἀπολωλεκότες τῶν εὐζώνων,
ἔτι δὲ πλείους ἐκ τῶν ταγμάτων καὶ τοὺς ἀρίστους
ἄνδρας. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀννίβαν, καταπλαγέντες τὴν 7
ἀκεραιότητα καὶ σύνταξιν τῶν παραβεβοηκότων στρατο-

cv. Luce orta, quum essent mentes atque oculi omnium circa eos occupati, qui in tumulo pugnabant; de eis, qui in insidiis latebant, nihil suspicabantur Romani. Quum vero *Hannibal* confligentibus in colle alia atque alia continue submitteret auxilia, atque ipse horum a tergo cum equitibus ac reliquis copiis sequeretur, cito equites etiam inter se concurrerunt. Quo facto, quum expediti Romanorum vim Punici equitatus non sustinerent; simul hi, dum ad gravem armaturam suam se recipiunt, aciem turbant: simul, dato iis signo qui in insidiis sedebant, quum omni ex parte se ostenderent isti atque irruerent, non jam circa expeditos solos, sed circa universam aciem Romanam, certamen atrox est accensum. Hoc est tempus, quando *Fabius*, animadverso quid ageretur, veritus ne universæ *Minucii* copiæ delerentur, ipse suas educit, et periculose laborantibus propere suppetias venit. Eoque mox appropinquante, Romani, quorum universa jam solutis ordinibus dissipata acies erat, ad signa quisque sua denuo coeunt, sensimque recedentes ad horum præsidium se recipiunt; multis expeditorum, sed pluribus etiam legionariorum amissis, iisque viris fortissimis. *Hannibal*, adventu legionum auxiliantium, quæ et recentes erant et ad prælium scite dis-

8 πέδων, ἀπέστησαν τοῦ διωγμοῦ καὶ τῆς μάχης. Τοῖς μὲν οὖν παρ' αὐτὸν γενομένοις τὸν κίνδυνον ἦν ἐναργὲς, ὅτι διὰ μὲν τὴν Μάρκου τόλμαν ἀπόλωλε τὰ ὅλα, διὰ δὲ τὴν εὐλάβειαν τοῦ Φαβίου, σέσωσται καὶ πρὸ τοῦ
9 καὶ νῦν. τοῖς δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε ἐγένετο φανερὸν ὁμολογουμένως, τί διαφέρει στρατιωτικῆς προπετείας καὶ κενοδοξίας στρατηγικὴ πρόνοια, καὶ λογισμὸς
10 ἑστὼς καὶ νουνεχής. Οὐ μὴν, ἀλλ' οἱ μὲν Ῥωμαῖοι, διδαχθέντες ὑπὸ τῶν πραγμάτων, καὶ βαλόμενοι χάρακα [b] πάλιν ἕνα πάντες, ἐστρατοπέδευσαν ὁμόσε· καὶ λοιπὸν ἤδη Φαβίῳ προσεῖχον τὸν νοῦν, καὶ τοῖς ὑπὸ
11 τούτου παραγγελλομένοις. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὸν μὲν μεταξὺ τόπον τοῦ βουνοῦ καὶ τῆς σφετέρας παρεμβολῆς διετάφρευσαν· περὶ δὲ τὴν κορυφὴν τοῦ καταληφθέντος λόφου, χάρακα περιβαλόντες, καὶ φυλακὴν ἐπιστήσαντες, λοιπὸν ἤδη πρὸς τὴν χειμασίαν ἀσφαλῶς ἡτοιμάζοντο.

A. U. 537. Dictatori reconciliatur Magister equitum.

CVI. Τῆς δὲ τῶν [c] ἀρχαιρεσιῶν ὥρας συνεγγιζούσης, εἵλοντο στρατηγοὺς οἱ Ῥωμαῖοι, Λεύκιον Αἰμίλιον καὶ Γάϊον Τερέντιον. ὧν κατασταθέντων, οἱ μὲν δικτάτορες
2 ἀπέθεντο τὴν ἀρχήν. οἱ δὲ [d] προϋπάρχοντες ὕπατοι, Γνάϊος Σερουΐλιος, καὶ Μάρκος Ῥηγοῦλος, ὁ μετὰ τὴν Φλαμινίου τελευτὴν ἐπικατασταθεὶς, τότε προχειρισθέντες ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Αἰμίλιον ἀντιστράτηγοι, καὶ

A. U. 538. Novi Coss. L. Æmilius C. Terentius.

Cn. Servilius M. Regulus Procoss.

[b] Perperam vulgo πάλιν ἅπαντες.

[c] ἀρχαιρεσίων h. l. penacute edd. et MSti.

[d] προϋπάρξαντες Aug.

positæ, perterritus, persequi hostem et pugnare destitit. Igitur qui periculo interfuerant, iis liquido constabat, *per Minucii audaciam profligatum penitus Romanorum exercitum fuisse; cauta vero cunctatione Fabii, et antea, et nunc, rem esse restitutam.* Sed et iis, qui Romæ erant, manifesto tunc claruit, *imperatoria prudentia et judicium firmum ac sapiens quid præstet militari temeritati et inani jactationi.* Ceterum Romani, experimento meliora edocti, commune rursus vallum jecere, et iisdem omnes castris consedere: *Fabium*que dehinc respicientes cuncti, imperiis illius paruere. Carthaginienses, fossa ducta inter illum tumulum et castra sua, summum collem occupatum vallo cinxerunt; ibique posito præsidio, nullo amplius periculo imminente, ad hiberna se comparabant.

CVI. Appetebat jam comitiorum consularium dies. Creati sunt a Romanis consules *L. Æmilius* et *C. Terentius:* deinde magistratu Dictatores abierunt. Prioris anni consules vero, *Cn. Servilius*, et *Marcus Regulus*, (qui in locum defuncti Cos. Flaminii fuerat suffectus,) proconsulari imperio ab Æmilio ornati, accepta exercituum qui in ca-

A. U. 538. παραλαβόντες τὴν ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἐξουσίαν, ἐχείριζον κατὰ τὴν ἑαυτῶν γνώμην τὰ κατὰ τὰς δυνάμεις. Οἱ 3 δὲ περὶ τὸν Αἰμίλιον, βουλευσάμενοι μετὰ τῆς συγκλήτου, τὸ μὲν ἐλλεῖπον πλῆθος ἔτι τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὴν ὅλην ἐπιβολὴν παραχρῆμα καταγράψαντες, ἐξαπέστειλαν. τοῖς δὲ περὶ τὸν Γναϊον διεσάφησαν, 4 ὁλοσχερῆ μὲν κίνδυνον κατὰ μηδένα τρόπον συνίστασθαι, τοὺς δὲ κατὰ μέρος ἀκροβολισμοὺς ὡς ἐνεργοτάτους ποιεῖσθαι καὶ συνεχεστάτους, χάριν τοῦ γυμνάζειν καὶ παρασκευάζειν εὐθαρσεῖς τοὺς νέους πρὸς τοὺς ὁλοσχερεῖς ἀγῶνας· τῷ καὶ τὰ πρότερον αὐτοῖς συμπτώματα 5 δοκεῖν οὐχ ἥκιστα γεγονέναι διὰ τὸ νεοσυλλόγοις καὶ τελέως ἀνασκήτοις κεχρῆσθαι τοῖς στρατοπέδοις. Αὐτοὶ 6 δὲ Λεύκιον μὲν Ποστούμιον, ἐξαπέλεκυν ὄντα στρατηγὸν, στρατόπεδον δόντες, εἰς Γαλατίαν ἐξαπέστειλαν, βουλόμενοι ποιεῖν ἀντιπερίσπασμα τοῖς Κελτοῖς τοῖς μετ' Ἀννίβου στρατευομένοις. πρόνοιαν δ' ἐποιήσαντο 7 καὶ τῆς ἀνακομιδῆς τοῦ παραχειμάζοντος ἐν τῷ Λιλυβαίῳ στόλου· διεπέμψαντο δὲ καὶ τοῖς ἐν Ἰβηρίᾳ στρατηγοῖς πάντα τὰ κατεπείγοντα πρὸς τὴν χρείαν. οὗτοι μὲν οὖν περὶ ταῦτα καὶ περὶ τὰς λοιπὰς ἐγίγνοντο 8 παρασκευὰς ἐπιμελῶς. Οἱ δὲ περὶ τὸν Γναϊον, κομισάμενοι παρὰ τῶν ὑπάτων ἐντολὰς, πάντα τὰ κατὰ 9 μέρος ἐχείριζον κατὰ τὴν ἐκείνων γνώμην. διὸ καὶ τὸ 10 πλείω γράφειν ὑπὲρ αὐτῶν παρήσομεν. ὁλοσχερὲς μὲν

L. Postumius prætor mittitur in Galliam.

Cn. Servilius bene rem administrat.

stris erant potestate, copias pro arbitrio regebant. *Æmilius*, re cum patribus communicata, quod deerat legionibus ad summam propositam, novis delectibus protinus supplevit, et ad exercitum misit. Scriptum et ad *Servilium* est, *totis quidem viribus dimicare ut abstineret: minuta vero passim prælia quam acerrime posset ac frequentissime consereret; quo tirones exercerentur, et ad justa certamina audenda præpararentur.* Priorum enim cladium eam vel præcipuam caussam fuisse censebant, quod recens conscripto atque usus militaris penitus rudi milite essent usi. *Lucium* quoque *Postumium*, prætorem, in Galliam patres eo consilio cum exercitu miserunt, ut Gallos, qui Hannibali militabant, in suam retraherent patriam. Curæ etiam fuit senatui, ut classis, quæ Lilybæi hiemabat, in Italiam reduceretur. Adhæc hoc *Scipionibus*, qui in Hispania bellum gerebant, omnia quæ postulabat usus miserunt. Ita Consules et senatus cum hæc, tum reliquos omnes belli apparatus, enixe curabant. *Cn. Servilius*, ut accepit consulum mandata, ita ex eorum sententia omnia, quæ ad curam suam pertinerent, gerebat. Quamobrem plura de iis rebus scribere supersedebimus: prorsus enim

γὰρ ἢ μνήμης ἄξιον ἁπλῶς οὐδὲν ἐπράχθη διὰ τὴν A. U. 538.
11 ἐντολὴν, καὶ διὰ τὴν τοῦ καιροῦ περίστασιν. ἀκρο-
βολισμοὶ δὲ μόνον καὶ συμπλοκαὶ κατὰ μέρος ἐγίγνοντο
πλείους, ἐν αἷς εὐδοκίμουν οἱ προεστῶτες τῶν Ῥω-
μαίων· καὶ γὰρ ἀνδρωδῶς καὶ νουνεχῶς ἐδόκουν ἕκαστα
χειρίζειν.

CVII. Τὸν μὲν οὖν χειμῶνα καὶ τὴν ἐαρινὴν ὥραν Hannibal arcem Cannæ occupat.
διέμειναν ἀντιστρατοπεδεύοντες ἀλλήλοις. ἤδη δὲ
παραδιδόντος τοῦ καιροῦ τὴν ἐκ τῶν ἐπετείων καρπῶν
χορηγίαν, ἐκίνει τὴν δύναμιν ἐκ τοῦ περὶ τὸ Γερούνιον
2 χάρακος Ἀννίβας. κρίνων δὲ συμφέρειν τὸ κατὰ πάντα
τρόπον ἀναγκάσαι μάχεσθαι τοὺς πολεμίους, κατα-
λαμβάνει τὴν τῆς [e]Κάννης προσαγορευομένης πόλεως
3 ἄκραν. εἰς γὰρ ταύτην συνέβαινε τόν τε σῖτον καὶ τὰς Hannibal Romanis commeatum eripit.
λοιπὰς χορηγίας ἀθροίζεσθαι τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ τῶν
περὶ Κανύσιον τόπων· ἐκ δὲ ταύτης ἀεὶ πρὸς τὴν χρείαν
4 ἐπὶ τὸ στρατόπεδον παρακομίζεσθαι. τὴν μὲν οὖν
πόλιν [f]ἔτει πρότερον ἑνὶ συνέβαινε κατεσκάφθαι· τῆς
παρασκευῆς δὲ καὶ τῆς ἄκρας τότε καταληφθείσης, οὐ
μικρὰν συνέπεσε ταραχὴν γενέσθαι περὶ τὰς τῶν Ῥω-
5 μαίων δυνάμεις. οὐ γὰρ μόνον διὰ τὰς χορηγίας
ἐδυσχρηστοῦντο ἐπὶ τῷ κατειλῆφθαι τὸν προειρημένον
τόπον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ [g]κατὰ τὴν πέριξ εὐφυῶς

[e] Κάννης correxit Casaub. Ante eum edd. et MSti καινῆς. Et προσαγορευομένην MSS. omnes, excepto Reg. B. [f] Sic edd. ex Bav. Sed Vat. Flor. Aug. Reg. A. dant ἔτι πρότερον συνεβ. *superiori tempore*. [g] Abest κατὰ ab Aug. Reg. A.

in summam belli nihil profectum, neque gestum quidquam dignum memoria; sive propter illa ipsa mandata, sive quod ita tulerit temporis ratio. Leviter dumtaxat, et per partes sæpius est pugnatum: quibus ex præliis laudem Romani duces reportarunt, quod fortiter prudenterque singula administrarint.

CVII. Ac per hiemem quidem et ver totum castra castris opposita habentes manserunt. Sed ubi novarum frugum tempus advenit: castra, quæ ante *Gerunium* habebat, movit *Hannibal*. Qui, expedire suis rebus judicans, ut omnibus artibus hostem ad pugnandum cogeret, arcem oppidi, cui *Cannæ* nomen est, occupat. In eam enim Romani et frumentum et reliquos commeatus e Canusio convehebant; atque inde rursus, prout usus postulabat, ad exercitum deferebant. Oppidum quidem ipsum superiori anno dirutum fuerat: tunc vero belli apparatibus simul cum arce amissis, non mediocriter Romanus exercitus ea re est perturbatus. Non solum enim propter commeatus magnis ex eo difficultatibus afficiebantur, quod is locus in potestatem hostis venisset; verum

A. U. 538. Prælio decernere constituunt Romani.

κεῖσθαι χώραν. πέμποντες οὖν εἰς τὴν Ῥώμην συνεχῶς, 6
ἐπυνθάνοντο, τί δεῖ ποιεῖν· ὡς ἐὰν ἐγγίσωσι τοῖς πολεμίοις, οὐ δυνησόμενοι φυγομαχεῖν, τῆς μὲν χώρας καταφθειρομένης, τῶν δὲ συμμάχων πάντων μετεώρων ὄντων ταῖς διανοίαις. [h]Οἱ δὲ ἐβουλεύσαντο μάχεσθαι, 7
καὶ [i]συμβάλλειν τοῖς πολεμίοις. τοῖς μὲν οὖν περὶ τὸν Γναΐον, ἐπισχεῖν ἔτι διεσάφησαν· αὐτοὶ δὲ τοὺς ὑπάτους ἐξαπέστελλον.

Omnium spes in Æmilio.

συνέβαινε δὲ, πάντας εἰς τὸν Αἰμίλιον 8
ἀποβλέπειν, καὶ πρὸς τοῦτον ἀπερείδεσθαι τὰς πλείστας ἐλπίδας, διά τε τὴν ἐκ τοῦ λοιποῦ βίου καλοκαγαθίαν, καὶ διὰ τὸ μικροῖς πρότερον χρόνοις ἀνδρωδῶς ἅμα καὶ συμφερόντως δοκεῖν κεχειρικέναι τὸν πρὸς Ἰλλυριοὺς πόλεμον.

Octo legiones Consulares.

Προέθεντο δὲ, στρατοπέδοις ὀκτὼ διακινδυ- 9
νεύειν, ὃ πρότερον οὐδέποτ' ἐγεγόνει παρὰ Ῥωμαίοις· ἑκάστου τῶν στρατοπέδων ἔχοντος ἄνδρας εἰς πεντακισχιλίους, χωρὶς τῶν συμμάχων. Ῥωμαῖοι γὰρ, 10
[k]καθά που καὶ πρότερον εἰρήκαμεν, ἀεί ποτε τέτταρα στρατόπεδα [l]προχειρίζουσι.

Legio Romana.

τὸ δὲ στρατόπεδον, πεζοὺς μὲν λαμβάνει περὶ τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους. ἐπὰν δέ τις ὁλοσχερεστέρα προφαίνηται χρεία, 11
τοὺς μὲν πεζοὺς ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ ποιοῦσι περὶ πεντακισχιλίους, τοὺς δ' ἱππεῖς τριακοσίους. τῶν δὲ 12

[h] Verba Οἱ δὲ ab omnib. absunt codd. Solus Reg. B. in marg. habet ἴσως, οἱ δὲ, unde adscivit Casaub. [i] συμβαλεῖν Flor. Aug. Reg. A. [k] καθάπερ edd. invitis MStis. [l] Vulgo omnes προχειροῦσι. Correxi cum Reisk.

eo etiam nomine, quod vicino tractui arx illa opportune imminebat. Romam igitur crebro missitantes, *quid opus esset facto* sciscitabantur: *sibi namque, si hosti semel proximassent, detrectandi certaminis facultatem nullam futuram; pervastato omni agro, et erectis omnium sociorum animis, atque eventus exspectatione suspensis.* Censuere tum patres, *dimicandum esse.* Sed Cnæo quidem per literas significatum, ut pugna adhuc abstineret: ipsos vero Consules ab urbe senatus mittit. Erant autem omnium animi in *Æmilium* conversi, suasque spes cuncti in hoc innixas habebant; cum propter reliquam vitæ illius probitatem, tum quia paucis ante annis bellum adversus Illyrios fortiter atque ex utilitate Reipubl. credebatur administrasse. Placuit vero *octo legionibus* rem gerere, quod numquam antea populus Romanus fecerat: et cuique legioni ad quina hominum millia attributa erant, præter sociorum auxilia. Nam Romani, quod et ante diximus, quatuor quotannis legiones conscribunt. *Legio* autem, peditum circiter quatuor millia, equites ducentos capit. At quoties major aliqua necessitas existit, unicuique legioni assignantur fere quina millia, equites treceni. In *sociorum au-*

συμμάχων, [m] τὸ μὲν τῶν πεζῶν πλῆθος, πάρισον ποιοῦσι A. U. 538.
τοῖς [n] Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις· τὸ δὲ τῶν ἱππέων ὡς
13 ἐπίπαν τριπλάσιον. τούτων δὲ τοὺς ἡμίσεις τῶν συμμά-
χων καὶ τὰ δύο στρατόπεδα δόντες ἑκατέρῳ τῶν ὑπάτων,
14 ἐξαποστέλλουσιν ἐπὶ τὰς πράξεις. καὶ τοὺς μὲν πλεί-
στους ἀγῶνας δι' ἑνὸς ὑπάτου καὶ δύο στρατοπέδων, καὶ
τοῦ προειρημένου πλήθους τῶν συμμάχων κρίνουσι·
σπανίως δὲ πᾶσι πρὸς ἕνα καιρὸν καὶ πρὸς ἕνα χρῶνται
15 κίνδυνον. [o] τότε δὲ οὕτως ἐκπλαγεῖς ἦσαν καὶ κατάφο-
βοι τὸ μέλλον, ὡς οὐ μόνον τέτταρσιν, ἀλλ' ὀκτὼ στρα-
τοπέδοις Ῥωμαϊκοῖς ὁμοῦ προῄρηντο διακινδυνεύειν.

CVIII. Διὸ καὶ παρακαλέσαντες τοὺς περὶ τὸν Æmilius Cos. hortatur milites.
Αἰμίλιον, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν θέντες τὸ μέγεθος τῶν εἰς
ἑκάτερον τὸ μέρος ἀποβησομένων ἐκ τῆς μάχης, ἐξαπέ-
στειλαν· ἐντειλάμενοι, σὺν καιρῷ κρίνειν τὰ ὅλα γεν-
2 ναίως, καὶ τῆς πατρίδος ἀξίως. Οἳ καὶ παραγενόμενοι
πρὸς τὰς δυνάμεις, καὶ συναθροίσαντες τὰ πλήθη, τήν
τε τῆς συγκλήτου γνώμην διεσάφησαν τοῖς πολλοῖς, καὶ
παρεκάλουν τὰ πρέποντα τοῖς παρεστῶσι καιροῖς· ἐξ
3 αὐτοπαθείας τοῦ Λευκίου διατιθεμένου τοὺς λόγους. ἦν
δὲ τὰ πλεῖστα τῶν λεγομένων πρὸς τοῦτον τείνοντα τὸν
νοῦν, [p] τὸν ὑπὲρ τῶν νεωστὶ γεγονότων συμπτωμάτων.
[q] ὧδε γὰρ καὶ τῇδέ που συνέβαινε διατετράφθαι, καὶ

[m] τὸ μὲν πεζὸν Bav. Aug. [n] Alii vulgo Ῥωμαίοις. [o] Vulgo omnes τότε μὲν, sed in Flor. superscr. δὲ. Aliâs mallem τότε μὲν οὖν. [p] Alii τῶν ὑπὲρ. [q] An οἶδε γὰρ ὅτι τῇδέ που?

xiliis peditum numerum æquant legionibus Romanis; equitum triplo majorem, ut plurimum, constituunt. Horum auxiliorum dimidia pars cum duabus legionibus dari solent utrique consulum, quando ad res gerendas mittuntur. Ad pleraque autem bella alter tantum Consulum cum duabus legionibus et ea, quam diximus, copia sociorum adhibetur: raro omnibus viribus simul et ad unum bellum utuntur. At hoc tempore usque adeo perculsi perterritique erant metu impendentis mali, ut non solum quatuor, sed etiam octo legionibus simul, rem gerere constituerint.

CVIII. Igitur *Æmilium* collegamque cohortati, ubi ob oculos illi posuissent, *quanti in utramvis partem momenti hæc pugnæ esset futura;* profectum ab urbe, *fortiter et pro majestate Romani nominis, simulatque occasio oblata fuerit, rem cernere* jubent. Consules ut ad exercitum venerunt, concione advocata, senatus voluntatem multitudini exponunt, et, prout res postulabat, eos adhortantur; *L. Æmilio* mandata patrum ita referente, ut vere sentire ipsum quæ loqueretur intelligeres. Ejus pleraque oratio eo tendebat, ut acceptas nuper clades excusaret. Harum quippe memoria territus miles,

A. U. 538. Æmilius hortatur milites.

προσδεῖσθαι παραινέσεως τοὺς πολλούς. Διόπερ ἐπει- 4
ρᾶτο συνιστάνειν, ὅτι τῶν μὲν ἐν ταῖς προγεγενημέναις
μάχαις ἐλαττωμάτων οὐχ ἓν, οὐδὲ δεύτερον, καὶ πλείω
δ' ἂν εὕροι τις [r]αἴτια, δι' ἃ τοιοῦτον αὐτῶν ἐξέβη τὸ
τέλος. Ἐπὶ δὲ τῶν νῦν καιρῶν, οὐδεμία λείπεται 5
πρόφασις, ἐὰν ἄνδρες ὦσι, τοῦ μὴ νικᾷν τοὺς ἐχθρούς.
τότε μὲν γὰρ οὔτε τοὺς ἡγεμόνας ἀμφοτέρους οὐδέποτε 6
συνηγωνίσθαι τοῖς στρατοπέδοις, οὔτε ταῖς δυνάμεσι
κεχρῆσθαι γεγυμνασμέναις, ἀλλὰ νεοσυλλόγοις καὶ
ἀοράτοις παντὸς δεινοῦ. τό τε μέγιστον, ἐπὶ τοσοῦτον 7
ἀγνοεῖσθαι παρ' αὐτοῖς πρότερον τὰ κατὰ τοὺς ὑπεναν-
τίους, ὥστε σχεδὸν μηδ' [s]ἑωρακότας τοὺς ἀνταγωνιστὰς
παρατάττεσθαι, καὶ συγκαταβαίνειν εἰς τοὺς ὁλοσχε-
ρεῖς κινδύνους. οἱ μὲν γὰρ περὶ τὸν Τρεβίαν ποταμὸν 8
σφαλέντες, ἐκ Σικελίας τῇ προτεραίᾳ [t]παραγενηθέντες,
ἅμα τῷ φωτὶ τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ παρετάξαντο. τοῖς 9
δὲ κατὰ Τυῤῥηνίαν ἀγωνισαμένοις, οὐχ οἷον πρότερον,
ἀλλ' οὐδ' ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ συνιδεῖν ἐξεγένετο τοὺς
πολεμίους, διὰ τὸ περὶ τὸν ἀέρα γενόμενον σύμπτωμα.
νῦν γε μὴν πάντα τἀναντία τοῖς προειρημένοις ὑπάρχει. 10

CIX. Πρῶτον μὲν γὰρ ἡμεῖς ἀμφότεροι πάρεσμεν, οὐ μόνον αὐτοὶ κοινωνήσοντες ὑμῖν τῶν κινδύνων· ἀλλὰ καὶ τοὺς [u]ἐκ τοῦ πρότερον ἔτους ἄρχοντας ἑτοίμους

[r] Vulgo omnes αἰτίας διὸ. Correxi cum Reisk. [s] ἑωρακότες edd. invitis MStis. [t] παραγεγονότας Flor. [u] ἐκ τοῦ πρότερον ἔτους. Varie depravata erant hæc verba, partim in MStis, partim in editis.

adhortatione ejusmodi opus habebat. Probare igitur nitebatur; *quod superioribus prœliis victi fuissent, non unam, neque alteram, sed vero plures rationes afferri posse, cur ita acciderit. Nunc vero, si viri fuerint, nihil caussæ dici posse, cur de hoste victoriam non sint reportaturi. Ad id enim temporis neque ambos Consules umquam legionibus junctis decertasse; neque militem habuisse exercitatum, sed tironem, et omnium, quæ militiæ occurrunt dura et terribilia, inexpertum: quodque maximum erat, in tantum priores illos naturam hostis sui ignorasse, ut prius ferme, quam eos umquam vidissent quibuscum pugnandum erat, in aciem contra illos prodirent, et ad certandum cum ipsis de summa rerum descenderent. Nam qui ad Trebiam,* ait, *parum prospere pugnarunt, quum ex Sicilia pridie venissent, ubi illuxit postridie ejus diei in acie* steterunt. *Qui in Etruria dimicarunt, iis, non dicam ante, sed ne in ipsa quidem pugna, propter aeris caliginem, videre licuit hostem. Nunc vero omnia contraria se ratione habent.*

CIX. *Etenim primum quidem, ecce nos Consules ambos, qui non solum ipsi ejusdem vobiscum periculi futuri sumus participes; sed hoc amplius effecimus, ut proximi quoque Consules, qui ma-*

παρεσκευάκαμεν πρὸς τὸ μένειν καὶ μετέχειν τῶν αὐτῶν A. U. 538.
2 ἀγώνων. Ὑμεῖς γε μὴν οὐ μόνον ἑωράκατε τοὺς καθο- Æmilius hortatur
πλισμοὺς, τὰς τάξεις, τὰ πλήθη τῶν πολεμίων· ἀλλὰ milites.
καὶ διαμαχόμενοι μονονοὺ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, δεύτε-
3 ρον ἐνιαυτὸν ἤδη διατελεῖτε. πάντων οὖν τῶν κατὰ
μέρος ἐναντίως ἐχόντων ταῖς προγεγενημέναις μάχαις,
εἰκὸς καὶ τὸ τέλος [x] ἐναντίον ἐκβήσεσθαι τοῦ νῦν ἀγῶνος.
4 Καὶ γὰρ ἄτοπον, μᾶλλον δ', ὡς εἰπεῖν, ἀδύνατον, ἐν
μὲν τοῖς κατὰ μέρος ἀκροβολισμοῖς, ἴσους πρὸς ἴσους
συμπίπτοντας, τὸ πλεῖον, ἐπικρατεῖν· ὁμοῦ δὲ πάντας
παραταξαμένους, πλείους ὄντας ἢ διπλασίους τῶν ὑπ-
5 εναντίων, ἐλαττωθῆναι. Διόπερ, ὦ ἄνδρες, [y] πάντων
ὑμῖν παρεσκευασμένων πρὸς τὸ νικᾷν, ἑνὸς προσδεῖται
τὰ πράγματα, τῆς ὑμετέρας βουλήσεως καὶ προθυμίας·
ὑπὲρ ἧς οὐδὲ παρακαλεῖσθαι πλείω πρέπειν ὑμῖν ὑπολαμ-
6 βάνω. τοῖς μέν γε μισθοῦ παρά τισι στρατευομένοις, ἢ
τοῖς κατὰ συμμαχίαν ὑπὲρ τῶν πέλας μέλλουσι κινδυ-
νεύειν, οἷς κατ' αὐτὸν τὸν ἀγῶνα καιρός ἐστι δεινότατος,
τὰ δ' ἐκ τῶν ἀποβαινόντων βραχεῖαν ἔχει διαφορὰν,
7 ἀναγκαῖος ὁ τῆς παρακλήσεως γίγνεται τρόπος. οἷς δὲ,
καθάπερ ὑμῖν νῦν, οὐχ ὑπὲρ ἑτέρων, ἀλλ' ὑπὲρ σφῶν
αὐτῶν καὶ πατρίδος καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων ὁ κίνδυνος
συνέστηκε, καὶ πολλαπλασίαν τὰ μετὰ ταῦτα συμβαί-

[x] Vocab. ἐναντίον in fine post ἀγῶνος ponit Bav. [y] Perperam edd. et MSti πάντων ὑμῶν.

gistratu exierunt, manere, et in societatem hujus certaminis venire non recusaverint. Vos deinde non solum armorum genus hostium, aciem instruendi modum, numerum, notum habetis; sed alterum jam annum inter quotidianas prope cum adversariis pugnas egistis. Quandoquidem igitur secus nunc singula quæque se habent atque in superioribus prœliis; eventum quoque certaminis contrarium futurum necesse est. Absurdum enim foret, imo vero ne fieri quidem potest, ut, qui, pari numero dimicantes, e minutis prœliis superiores fere semper discessistis; iidem nunc, universi signis collatis pugnantes, plus quam dimidia parte hostibus numero superiores, ab iis vincamini. Itaque, milites, quum cetera omnia ad victoriam vobis sint parata, illud unicum superest, ut vincendi voluntatem et alacritatem ad pugnam vos adferatis: quod quidem ut faciatis, ne decere quidem arbitror, ut pluribus verbis admoneamini. Iis nempe sunt necessariæ adhortationes, qui mercede aliis militant, aut ex lege fœderis pericula pro sociis sunt obituri; quibus, sicut ipsum pugnæ tempus periculosissimum est, sic ea, quæ post pugnam sunt eventura, exiguum in utramlibet partem momentum habent. At quibus, quemadmodum nunc vobis, pro se ipsis, pro patria, pro conjugibus ac liberis, propositum est certamen; quibus ea, quæ pugnatam pugnam consequentur, multis partibus majora gravioraque sunt, quam

A. U. 538. Æmilius hortatur milites.

νοντα τὴν διαφορὰν ἔχει τῶν ἐνεστώτων ἀεὶ κινδύνων,
ὑπομνήσεως μόνον, παρακλήσεως δ᾽ οὐ, προσδεῖ. τίς 8
γὰρ οὐκ ἂν βούλοιτο, μάλιστα μὲν νικᾷν ἀγωνιζόμενος·
εἰ δὲ μὴ τοῦτ᾽ εἴη δυνατὸν, τεθνᾶναι πρόσθεν μαχόμενος,
ἢ ζῶν ἐπιδεῖν τὴν τῶν προειρημένων ὕβριν καὶ κατα-
φθοράν; Διόπερ, ὦ ἄνδρες, χωρὶς τῶν ὑπ᾽ ἐμοῦ λεγο- 9
μένων, αὐτοὶ λαμβάνοντες πρὸ ὀφθαλμῶν τὴν ἐκ τοῦ
λείπεσθαι καὶ τοῦ νικᾷν διαφορὰν, καὶ τὰ συνεξακολου-
θοῦντα τούτοις, οὕτως ἑαυτοὺς παραστήσασθε πρὸς τὴν
μάχην, ὡς τῆς πατρίδος οὐ κινδυνευούσης νῦν αὐτοῖς τοῖς
στρατοπέδοις, ἀλλὰ τοῖς ὅλοις. τί γὰρ ἔτι [z] προσθεῖσα 10
τοῖς ὑποκειμένοις, ἐὰν ἄλλως πως τὰ παρόντα κριθῇ,
περιγενήσεται τῶν ἐχθρῶν, οὐκ ἔχει. πᾶσαν γὰρ τὴν 11
αὐτῆς προθυμίαν καὶ δύναμιν, εἰς ὑμᾶς ἀπήρεισται,
καὶ πάσας τὰς ἐλπίδας ἔχει τῆς σωτηρίας ἐν ὑμῖν. ὧν
ὑμεῖς αὐτὴν μὴ διαψευσθῆτε νῦν· ἀλλ᾽ ἀπόδοτε μὲν τῇ 12
πατρίδι τὰς ἁρμοζούσας χάριτας, φανερὸν δὲ πᾶσιν
ἀνθρώποις ποιήσατε, διότι καὶ τὰ πρότερον ἐλαττώματα
γέγονεν, οὐ διὰ τὸ Ῥωμαίους χείρους ἄνδρας εἶναι
Καρχηδονίων, ἀλλὰ δι᾽ ἀπειρίαν τῶν τότε μαχομένων,
καὶ διὰ τὰς ἐκ τῶν καιρῶν περιστάσεις. Τότε μὲν οὖν 13
ταῦτα [a] καὶ τοιαῦτα παρακαλέσας ὁ Λεύκιος, διαφῆκε
τοὺς πολλούς.

[z] Vulgo προσθήσω, et deinde περιγενέσθαι pro περιγενήσεται. [a] καὶ τὰ τοιαῦτα Aug. Reg. A.

præsentia pericula; hos monuisse sufficit, adhortari non est necesse. Quis est enim, quin malit, maxime quidem pugnando vincere; aut, si hoc non licet, in prælio certe mori potius, quam vivus hos, quos modo commemoravi, hostis libidini et crudelitati misere expositos videre? Agite igitur, milites, ipsi per vos, tacente me, facite diligenter cogitetis, quam diversa vos victores aut victos maneant; quæ vel præmia sperare, vel mala metuere habeatis: atque ita comparati animis ad prælium accedite, ut memineritis, non solis legionibus periclitari hic patriam, sed universum imperium agi. Quod enim, si secus ceciderit instans certamen, amplius ad præsentes adparatus adjiciat patria, quo hostibus superior evadat, nihil reliquum habet. In vobis enim omne studium omnesque vires suas reposuit; in vobis omnes spes salutis suæ locatas habet. Quæ spes ne eam fallant, videte, quæso, milites: et prout de vobis patria merita est, ita nunc erga ipsam vos gerite: faciteque, ut omnes mortales intelligant, etiam superiorum temporum detrimenta non ideo fuisse accepta, quod virtute Romanus Carthaginiensi cedat; sed partim propter illorum exercituum, qui tunc pugnarunt, imperitiam, partim propter locorum ac temporum iniquitatem. Hæc et similia his alia postquam *Æmilius* ad excitandos multitudinis animos dixisset, concionem dimisit.

CX. Τῇ δ' ἐπαύριον ἀναζεύξαντες, ἦγον τὴν δύναμιν, οὗ τοὺς πολεμίους ἤκουον στρατοπεδεύειν. δευτεραῖοι δ' ἐπιβάλλοντες, παρενέβαλον, περὶ πεντήκοντα σταδίους
2 ἀποσχόντες τῶν πολεμίων. Ὁ μὲν οὖν Λεύκιος, συνθεασάμενος ἐπιπέδους καὶ ψιλοὺς ὄντας τοὺς πέριξ τόπους, οὐκ ἔφη δεῖν συμβάλλειν ἱπποκρατούντων τῶν πολεμίων, ἀλλ' ἐπισπᾶσθαι καὶ προάγειν μᾶλλον εἰς
[b] τόπους τοιούτους, ἐν οἷς τὸ πλέον ἔσται διὰ τῶν
3 πεζικῶν στρατοπέδων ἡ μάχη. τοῦ δὲ Γαΐου, διὰ τὴν ἀπειρίαν, ὑπὲρ τῆς ἐναντίας ὑπάρχοντος γνώμης, ἦν ἀμφισβήτησις καὶ δυσχρηστία περὶ τοὺς ἡγεμόνας· ὃ
4 πάντων ἐστὶ σφαλερώτατον. τῆς δ' ἡγεμονίας τῷ Γαΐῳ καθηκούσης εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, διὰ τὸ παρὰ μίαν ἐκ τῶν ἐθισμῶν μεταλαμβάνειν τὴν ἀρχὴν τοὺς ὑπάτους, ἀναστρατοπεδεύσας προῆγε, βουλόμενος ἐγγίσαι τοῖς πολεμίοις, πολλὰ διαμαρτυρομένου καὶ κωλύοντος τοῦ
5 Λευκίου. Ὁ δ' Ἀννίβας ἀναλαβὼν τοὺς εὐζώνους καὶ τοὺς ἱππεῖς, ἀπήντα· καὶ προσπεσὼν ἔτι κατὰ πορείαν οὖσι, παραδόξως συνεπλέκετο, καὶ πολὺν
6 ἐν αὐτοῖς ἐποιεῖτο θόρυβον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν μὲν πρώτην ἐπιφορὰν ἐδέξαντο, προθέμενοί τινας τῶν ἐν τοῖς βαρέσι καθοπλισμοῖς· μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἀκοντιστὰς καὶ τοὺς ἱππεῖς ἐπαφέντες, ἐπροτέρουν

A. U. 538. Romani ad Cannas.

Dissident inter se Coss. Æmilius et Terentius.

Alternis diebus imperant Consules.

Levi prælio victores Romani.

[b] τόπους τοιούτους ex conject. posui. Vulgo omnes τοὺς τοιούτους.

CX. Postridie ejus diei Consules, motis castris, eo duxere, ubi castra esse hostium cognoverant. Quo ut alteris castris ventum est, paullo amplius sex millium intervallo ab hoste consident. Ibi tum *L. Æmilius*, plana et nuda omnia circumcirca esse videns, quia superior equitatu Pœnus erat, abstinendum prælio censebat; et in ejusmodi loca deducendum exercitum attrahendumque hostem esse, ubi pedestribus copiis plurimum res geretur. Huic sententiæ quum pro sua imperitia refragaretur *C. Terentius*, accidit, quod omnium periculosissimum est, ut dissiderent animis inter se duces, neque in commune consulerent. Proximo die Terentius, cujus imperium tunc erat, (moris enim habent Consules Romani alternis diebus imperare:) motis castris, multum obtestante et renitente collega, propius hostem accedit. *Hannibal* cum expeditis et equitibus obviam illis procedit: quos ducentes adhuc agmen subito nec opinantes adortus, pugnamque capessens, magno tumultu complevit. At hi, postquam primum hostis impetum, objecta gravis armaturæ aliqua manu, sustinuerunt, deinde, jaculatoribus atque equitibus in hostem immissis, ita rem gesserunt, ut universi certaminis

A. U. 538.

κατὰ τὴν [c]ὅλην συμπλοκὴν, διὰ τὸ τοῖς μὲν Καρχηδο-
νίοις μηδὲν ἐφεδρεύειν ἀξιόλογον, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις
ἀναμεμιγμένας τοῖς εὐζώνοις ὁμόσε κινδυνεύειν τινὰς
σπείρας. τότε μὲν οὖν ἐπιγενομένης νυκτὸς, ἐχωρίσθησαν 7
ἀπ' ἀλλήλων, οὐ κατὰ τὴν ἐλπίδα τοῖς Καρχηδονίοις
ἐκβάσης τῆς ἐπιθέσεως. Εἰς δὲ τὴν ἐπαύριον ὁ Λεύκιος, 8
οὔτε μάχεσθαι κρίνων, οὔτε μὴν ἀπάγειν ἀσφαλῶς τὴν
στρατιὰν ἔτι δυνάμενος, τοῖς μὲν δυσὶ μέρεσι κατεστρα-
τοπέδευσε παρὰ τὸν Αὔφιδον ποταμὸν καλούμενον· (ὃς
μόνος [d]διαῤῥεῖ τὸν Ἀπέννινον· τοῦτο δ' ἐστὶν ὄρος 9
συνεχὲς, ὃ διείργει πάσας τὰς κατὰ τὴν Ἰταλίαν
ῥύσεις, τὰς μὲν εἰς τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος, τὰς δὲ εἰς
τὸν Ἀδρίαν· δι' οὗ ῥέοντα συμβαίνει τὸν Αὔφιδον τὰς
μὲν πηγὰς ἔχειν ἐν τοῖς πρὸς τὸ Τυῤῥηνικὸν κλίμασι
τῆς Ἰταλίας, ποιεῖσθαι δὲ τὴν ἐκβολὴν εἰς τὸν Ἀδρίαν·)
τῷ δὲ τρίτῳ πέραν, ἀπὸ διαβάσεως πρὸς τὰς ἀνατολὰς, 10
ἐβάλετο χάρακα, τῆς μὲν ἰδίας παρεμβολῆς περὶ δέκα
σταδίους ἀποσχὼν, τῆς δὲ τῶν ὑπεναντίων μικρῷ πλεῖον·
βουλόμενος διὰ τούτων προκαθῆσθαι μὲν [e]τῶν ἐκ τῆς 11
πέραν παρεμβολῆς προνομευόντων, ἐπικεῖσθαι δὲ τοῖς
παρὰ τῶν Καρχηδονίων.

Duplicia castra Romanor. ad Aufidum.

Hannibal hortatur suos.

CXI. Ἀννίβας δὲ, κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν θεωρῶν, ὅτι καλεῖ τὰ πράγματα μάχεσθαι καὶ συμβάλλειν

[c] πρώτην συμπλ. edd. ex Bav. [d] διαιρεῖ edd. ex Bav. [e] τῶν ἐκ τῆς πέραν ex conject. correxi. MSti omnes τῆς ἐκ τῶν Ἰβήρων παρεμβολῆς, quod Casaub. in τῶν ἐκ τῶν ἰδίων παρεμβολῶν mutavit.

penes ipsos victoria staret; quandoquidem Carthaginiensium acies omni propemodum subsidio erat nudata, quum Romani levi suæ armaturæ nonnullos legionariorum manipulos immixtos haberent, qui simul pugnarunt. Tunc igitur superveniente nocte invicem sunt separati; haud sane eo dimicationis eventu, quem speraverant Carthaginienses, cum hostem sunt adorti. Die sequenti *Æmilius*, quum neque pugnandi consilium probaret, neque tamen exercitum inde absque periculo posset abducere, cum duabus copiarum partibus castra ad *Aufidum* amnem communit. (Hic unicus est fluvius, qui *Apenninum* montem permeat; quo monte omnes, qui Italiam rigant, fluvii separantur, aliis superum, aliis inferum mare petentibus: hic vero amnis per Apenninum fluens, fontes quidem in ea regione Italiæ, quæ in Etruscum mare vergit, habet, ostium vero in Adriaticum exit.) Tertiam partem exercitus trans *Aufidum*, ad ortum ejus loci ubi fluvius transibatur, ex MCCL passuum intervallo a suis castris, paullo vero amplius ab hoste, castra metari jussit: hoc consilio, ut per hos simul præsidio esset suis, qui ex ulterioribus castris pabulatum exirent, simulque illis immineret, qui ob eamdem caussam e vallo Carthaginiensium prodirent.

CXI. *Hannibal* vero, tempus adesse cernens, quo manus conserere et dimi-

τοῖς πολεμίοις, εὐλαβούμενος δὲ, μὴ διατέτραπται τὸ πλῆθος ἐκ τοῦ προγεγονότος ἐλαττώματος· κρίνας προσδεῖσθαι παρακλήσεως τὸν καιρὸν, συνῆγε τοὺς πολλούς. A. U. 538. Hannibal hortatur suos.
2 ἀθροισθέντων δὲ, περιβλέψαι κελεύσας πάντας εἰς τοὺς πέριξ τόπους, ἤρετο, τί μεῖζον εὔξασθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τοὺς παρόντας ἐδύναντο καιροὺς, δοθείσης αὐτοῖς ἐξουσίας, τοῦ, παρὰ πολὺ τῶν πολεμίων ἱπποκρατοῦντας, ἐν
3 τοιούτοις τόποις διακριθῆναι περὶ τῶν ὅλων. Πάντων δὲ τὸ ῥηθὲν ἐπισημηναμένων, διὰ τὴν ἐνάργειαν [f] τούτου· Τοιγαροῦν, ἔφη, πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς ἔχετε χάριν· ἐκεῖνοι γὰρ ἡμῖν συγκατασκευάζοντες τὴν νίκην, εἰς
4 τοιούτους τόπους [g] ἤχασι τοὺς ἐχθρούς· δεύτερον δ' ἡμῖν, ὅτι καὶ μάχεσθαι τοὺς πολεμίους συνηναγκάσαμεν, (οὐ γὰρ ἔτι δύνανται τοῦτο διαφυγεῖν,) καὶ
5 μάχεσθαι προφανῶς ἐν τοῖς ἡμετέροις προτερήμασι. Τὸ δὲ παρακαλεῖν ὑμᾶς νῦν διὰ πλειόνων, εὐθαρσεῖς καὶ προθύμους εἶναι πρὸς τὸν κίνδυνον, οὐδαμῶς μοι δοκεῖ
6 καθήκειν. ὅτε μὲν γὰρ ἀπείρως διέκεισθε τῆς πρὸς Ῥωμαίους μάχης, ἔδει τοῦτο ποιεῖν· καὶ μεθ' ὑποδει-
7 γμάτων ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς πολλοὺς διεθέμην λόγους. ὅτε δὲ κατὰ τὸ συνεχὲς τρισὶ μάχαις τηλικαύταις [h] ἐξ ὁμολογουμένου νενικήκατε Ῥωμαίους, ποῖος ἂν ἔτι λόγος ὑμῖν ἰσχυρότερον παραστήσαι θάρσος αὐτῶν τῶν

[f] Τούτου τοιγαροῦν maluit Reisk. [g] Vulgo alii ἦγον. [h] ἐξ ὁμολόγου edidit Casaub. invitis MStis.

care cum hostibus oporteret; veritus, ne recens damnum animis militum aliquam attulisset consternationem, suos sibi esse alloquendos ratus, concionem advocavit. Qui ubi convenere, jubet omnes loca circumjecta circumspicere: deinde quærit ex illis, *ecquid impræsentiarum, si facta sibi a diis esset potestas, optare majus ab iis potuissent, quam ut, qui hostem equitatu longe superent, talibus in locis periculum summæ rerum facerent?* Quum, in re tam manifesta, omnium assensu comprobata ejus vox esset: *Vos igitur,* inquit, *diis primo gratias agite, qui, victoriam vobis parantes, in ejuscemodi loca hostes deduxerunt: deinde et nobis, qui ad necessitatem pugnandi eos compulimus; (pugnam enim jam declinare amplius non possunt;) et quidem loco iniquo ipsis, nobis autem palam opportuno. Ut autem pluribus vos horter, quo fidente atque alacri animo pugnam capessatis, nequaquam nunc convenire mihi videtur. Tunc fuit ei orationi locus, quando pugnæ cum Romanis nullum adhuc periculum feceratis: quo tempore multa ego apud vos in eam sententiam, exemplis etiam sub oculos positis, disserui. Nunc, cum tribus continuis prœliis tantas tamque professas victorias de Romanis reportavistis; quæ vis dicendi plus valere queat ad animos vobis faciendos, quam res ipsæ quas*

A. U. 538 Hannibal hortatur suos.

ἔργων; Διὰ μὲν οὖν τῶν πρὸ τοῦ κινδύνων κεκρατήκατε 8
τῆς χώρας καὶ τῶν ἐκ ταύτης ἀγαθῶν, κατὰ τὰς
ἡμετέρας ἐπαγγελίας, ἀψευστούντων ἡμῶν ἐν πᾶσι τοῖς
πρὸς ὑμᾶς εἰρημένοις· ὁ δὲ νῦν ἀγὼν ἐνέστηκε περὶ τῶν
πόλεων, καὶ τῶν ἐν αὐταῖς ἀγαθῶν. οὗ κρατήσαντες, 9
κύριοι μὲν ἔσεσθε παραχρῆμα πάσης Ἰταλίας· ἀπαλ-
λαγέντες δὲ τῶν νῦν πόνων, γενόμενοι συμπάσης ἐγ-
κρατεῖς τῆς Ῥωμαίων εὐδαιμονίας, ἡγεμόνες ἅμα καὶ
δεσπόται πάντων γενήσεσθε διὰ ταύτης τῆς μάχης.
διόπερ οὐκ ἔτι λόγων, ἀλλ' ἔργων [i] ἐστὶν ἡ χρεία. θεῶν 10
γὰρ βουλομένων, ὅσον οὔπω βεβαιώσειν ἡμῖν πέπεισμαι
τὰς ἐπαγγελίας. Ταῦτα δὲ [k] καὶ τούτοις παραπλήσια 11
διαλεχθεὶς, προθύμως αὐτὸν ἐπισημαινομένου τοῦ πλή-
θους, ἐπαινέσας καὶ δεξάμενος αὐτῶν τὴν ὁρμὴν, ἀφῆκε·
καὶ παραχρῆμα κατεστρατοπέδευσε, ποιούμενος τὸν
χάρακα παρὰ τὴν αὐτὴν πλευρὰν τοῦ ποταμοῦ τῇ
μείζονι στρατοπεδείᾳ τῶν ὑπεναντίων.

Pugnam detrectat Æmilius.

CXII. Τῇ δ' ἐχομένῃ περὶ παρασκευὴν καὶ θερα-
πείαν παρήγγειλε γίγνεσθαι πᾶσι. τῇ δ' ἑξῆς παρὰ
τὸν ποταμὸν ἐξέταττε τὰ στρατόπεδα, καὶ δῆλος ἦν
μάχεσθαι σπεύδων τοῖς ὑπεναντίοις. Ὁ δὲ Λεύκιος, 2
δυσαρεστούμενος μὲν τοῖς τόποις, ὁρῶν δ' ὅτι ταχέως
ἀναγκασθήσονται μεταστρατοπεδεύειν οἱ Καρχηδόνιοι
διὰ τὸν πορισμὸν τῶν ἐπιτηδείων, εἶχε τὴν ἡσυχίαν,

[i] ἐστὶ χρεία Bav. absque artic. [k] καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια Aug. Reg. A.

gessistis? Igitur præcedentibus quidem victoriis regione potiti estis, et omnibus ejus bonis, sicut vobis promiseramus; et quæcumque vobis dixeram, ea omnia res ipsæ comprobarunt: nunc vero de urbibus, et earum opibus, superest certamen. Ex quo si victores discesseritis, ilicet vestra erit universa Italia: et vos unicum hoc prælium, omnibus perfunctos laboribus, imperio atque divitiis universis Romanorum potitos, principes ac dominos omnium efficiet. Quare non jam verbis est opus; sed manu res gerenda. Etenim, diis volentibus, brevi temporis momento promissa mea effecta vobis me daturum confido. Hæc et in hanc sententiam alia postquam dixerat *Hannibal;* multitudine approbationis signum voce manuque dante, ipse, egregia suorum voluntate laudata, concionem dimisit: statimque ab eadem parte amnis, ubi majora castra hostium erant, ipse quoque castra communivit.

CXII. Postridie curari corpora et parari omnes ad pugnam præcipit. Tum sequenti die secundum fluvium aciem instruxit, et pugnandi potestatem Romanis facit. *Lucius,* cui iniquus admodum locus displicebat, quum non dubitaret brevi Carthaginienses commeatuum expediendorum caussa coactum iri signa transferre, intra castra suos continuit, firmioribus statio-

3 ἀσφαλισάμενος ταῖς ἐφεδρείαις τὰς παρεμβολάς. Ἀν- A. U. 538.
νίβας δὲ, χρόνον ἱκανὸν μείνας, οὐδενὸς ἀντεξιόντος, τὴν
μὲν λοιπὴν δύναμιν αὖθις εἰς χάρακα κατέστησε· τοὺς
δὲ Νομάδας ἐπαφῆκε τοῖς ὑδρευομένοις ἀπὸ τῆς ἐλάτ-
4 τονος παρεμβολῆς. τῶν δὲ Νομάδων ἕως πρὸς αὐτὸν τὸν
χάρακα [l] προσπιπτόντων, καὶ διακωλυόντων τὴν ὑδρείαν,
ὅ τε Γάϊος ἐπὶ τούτοις ἔτι μᾶλλον παρωξύνετο, τά τε Pugnandi studio ardet Varro.
πλήθη πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμὴν εἶχε, καὶ δυσχερῶς ἔφερε
5 τὰς ὑπερθέσεις. Βαρύτατος γὰρ δὴ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ Moræ impatientes mortales.
[m] τοῦ μέλλειν γίγνεται χρόνος. [n] ὅταν δ' ἅπαξ κριθῇ,
ὅ τι ἂν ᾖ πάσχειν πάντων τῶν δοκούντων εἶναι δεινῶν
6 ὑπομενετέον. Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην προσπεπτωκότος, ὅτι
παραστρατοπεδεύουσιν ἀλλήλοις, καὶ συμπλοκαὶ γί-
γνονται τῶν προκινδυνευόντων ἀνὰ ἑκάστην ἡμέραν, ὀρθὴ
7 καὶ περίφοβος ἦν ἡ πόλις· δεδιότων μὲν τῶν πολλῶν τὸ Romæ omnes timent.
μέλλον, διὰ τὸ πολλάκις ἤδη προηττῆσθαι, προορωμένων
δὲ καὶ προλαμβανόντων τὰ συμβησόμενα ταῖς ἐννοίαις,
8 ἐὰν σφάλλωνται τοῖς ὅλοις. πάντα δ' ἦν τὰ παρ'
αὐτοῖς λόγια πᾶσι τότε διὰ στόματος, σημείων δὲ καὶ
τεράτων πᾶν μὲν ἱερὸν, πᾶσα δ' ἦν οἰκία πλήρης· ἐξ ὧν
εὐχαὶ καὶ θυσίαι καὶ θεῶν ἱκετηρίαι καὶ δεήσεις ἐπεῖχον
9 τὴν πόλιν. Δεινοὶ γὰρ ἐν ταῖς περιστάσεσι Ῥωμαῖοι, Superstitiosi Romani.

[l] Fors. προπιπτ. quod maluit Reisk. [m] τοῦ μέλλοντος edd. ex Bav. [n] ὅταν γ' ἅπαξ sua auctoritate edidit Casaub. hæc cum prioribus connectens.

nibus pro vallis utrorumque castrorum locatis. *Hannibal*, quum aliquamdiu stetisset in acie, hoste non educente, reliquas copias intra vallum reducit; Numidas in eos immittit, qui e minoribus castris aquabantur. Numidis vero ad ipsum usque vallum Romanorum procursantibus, et aquationem intercludentibus, majore adhuc pugnæ cupiditate flagrare *Terentius* cœpit; et milites quoque ipsos, omnis jam moræ impatientes, præliandi ardor invasit. Adeo nullum mortalibus tempus est longius atque molestius, quam ubi *mora* nobis nectitur. Postquam vero semel jacta est alea, non recusandum est pati quidquid tandem evenerit eorum quæ dura hominibus videntur. Ubi *Romam* est allatus nuntius, castra castris esse collata, et velitationes inter stationes quotidie fieri; erecta animis et *plena metus civitas* fuit; eventum prælii, propter memoriam tot recentium cladium, cunctis horrentibus; ac facile intelligentibus, cogitationeque sibi fingentibus, quis, fractis ibi rebus, futurus esset Reip. status. Et erant in ore omnibus omnia fatidicis ipsorum libris comprehensa oracula: ostentorum item ac *prodigiorum* templa cuncta et cunctas privatorum domos cerneres refertas. Omnes igitur per universam urbem vota concipere, rem divinam facere, diis immortalibus supplicia ac preces agitare. Solent namque Romani periculosis temporibus miram quamdam industriam ad deûm hominumque iram avertendam adhi-

A. U. 538.

καὶ θεοὺς [o]ἐξιλάσκεσθαι καὶ ἀνθρώπους, καὶ μηδὲν
ἀπρεπὲς μηδ' ἀγεννὲς ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἡγεῖσθαι
τῶν περὶ ταῦτα συντελουμένων.

Terentius aciem instruit ad Aufidum prope Cannam.

CXIII. Ὁ δὲ Γάϊος, ἅμα τῷ παραλαβεῖν [p]τῇ κατὰ
πόδας ἡμέρᾳ τὴν ἀρχὴν, ἄρτι τῆς κατὰ τὸν ἥλιον
ἀνατολῆς ἐπιφαινομένης, ἐκίνει τὴν δύναμιν ἐξ ἑκατέρας
ἅμα τῆς παρεμβολῆς. καὶ τοὺς μὲν ἐκ τοῦ μείζονος 2
χάρακος διαβιβάζων τὸν ποταμὸν, εὐθέως παρενέβαλε·
τοὺς δ' ἐκ θατέρου συνάπτων τούτοις, ἐπὶ τὴν αὐτὴν
εὐθεῖαν ἐξέταττε, λαμβάνων [q]πᾶσι [r]τὴν ἐπιφάνειαν τὴν
πρὸς μεσημβρίαν. τοὺς μὲν οὖν τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς 3
παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος κατ-
έστησε· τοὺς δὲ πεζοὺς συνεχεῖς τούτοις ἐπὶ τῆς αὐτῆς
εὐθείας ἐξέτεινε, πυκνοτέρας ἢ πρόσθεν τὰς [s]σημαίας
καθιστάνων, καὶ ποιῶν πολλαπλάσιον τὸ βάθος ἐν ταῖς
σπείραις τοῦ μετώπου. τοὺς δὲ τῶν συμμάχων ἱππεῖς 4
εἰς τὸ λαιὸν κέρας παρενέβαλε. πάσης δὲ τῆς δυνάμεως
προέστησε τοὺς εὐζώνους ἐν [t]ἀποστάσει. ἦσαν δὲ σὺν 5
τοῖς συμμάχοις, πεζῶν μὲν εἰς ὀκτὼ μυριάδας, ἱππεῖς

Hannibalis acies.

δὲ μικρῷ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων. Ἀννίβας δὲ κατὰ 6
τὸν αὐτὸν καιρὸν τοὺς μὲν Βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους
διαβιβάσας τὸν ποταμὸν, προεβάλετο τῆς δυνάμεως·
τοὺς δὲ λοιποὺς ἐξαγαγὼν ἐκ τοῦ χάρακος, καὶ περαι-

[o] ἐξιλάσασθαι Urb. Flor. Aug. Reg. A. ἐξιλάσεσθαι videtur esse in Vat. [p] τὴν κατὰ πόδας ἡμέραν edd. ex Bav. [q] πᾶσαν edd. ex Bav. [r] Fors. τὴν ἐπιφ. πρὸς τὴν μεσημβρ. Reisk. [s] Alii σημείας, ut passim alibi. [t] ἀποσπάσει Vat. Flor. Aug. Reg. A. et superscr. in Bav.

bere; neque eorum, quæ in ejusmodi casibus fieri amant, quidquam aut parum decorum, aut parum ex sua dignitate esse arbitrantur.

CXIII. At *Varro* postero die, (cujus sors ejus diei imperii erat,) susceptis statim fascibus, vix dum illucescente sole, ex utrisque simul castris copias educit. Et majoribus quidem egressos, statim, ut quosque traduxerat, ita in acie locat: tum alteros ex minoribus castris his jungit, et continuata serie dirigit; ita quidem, ut frons totius aciei meridiem spectaret. Romanos igitur equites ad ipsum flumen in dextro cornu locat: pedites his continuos in eadem serie porrigit: confertos magis, quam aliàs, manipulos statuens, et multo majorem ordinum altitudinem faciens quam frontem. Sociorum equitatum in lævum cornu disponit. Ante universam aciem leviter armatos ex modico intervallo constituit. Erant autem omnino in exercitu Romanorum cum sociis, peditum octoginta millia: equites paullo amplius millia sex. Per idem tempus *Hannibal* Baleares et jaculatores *Aufidum* transmisit, et ante signa constituit; reliquasque copias castris eductas, ac duobus locis flu-

ὥσας κατὰ διττοὺς τόπους τὸ ῥεῖθρον, ἀντετάττετο τοῖς A. U. 538.
7 πολεμίοις· ἐτίθει δὲ ἐπ' αὐτὸν μὲν τὸν ποταμὸν, ἐπὶ τῶν Lunata Hannibalis acies.
εὐωνύμων, τοὺς Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς ἱππεῖς, ἀντίους
τοῖς τῶν Ῥωμαίων ἱππεῦσι· συνεχεῖς δὲ τούτοις, πεζοὺς,
τοὺς ἡμίσεις τῶν ἐν τοῖς βαρέσι καθοπλισμοῖς Λιβύων·
ἑξῆς δὲ τοῖς εἰρημένοις, Ἴβηρας καὶ Κελτούς· παρὰ δὲ
τούτοις, τὸ λοιπὸν μέρος ἔθηκε τῶν Λιβύων· ἐπὶ δὲ τοῦ
8 δεξιοῦ κέρως, ἐπέταξε τοὺς Νομαδικοὺς ἱππεῖς. Ἐπεὶ
δὲ πάντ' ἐπὶ μίαν εὐθείαν ἐξέτεινε, μετὰ ταῦτα λαβὼν
τὰ μέσα τῶν Ἰβήρων καὶ Κελτῶν τάγματα, προῆγε,
καὶ τἄλλα τούτοις ἐκ τοῦ κατὰ λόγον [u]παρίστανε
ζυγοῦντα, μηνοειδὲς ποιῶν τὸ κύρτωμα, καὶ λεπτύνων
9 τὸ τούτων αὐτῶν σχῆμα· βουλόμενος ἐφεδρείας μὲν
τάξιν ἐν τῇ μάχῃ τοὺς Λίβυας [x]αὐτῶν ἔχειν, προκινδυ-
νεῦσαι δὲ τοῖς Ἴβηρσι καὶ Κελτοῖς.

CXIV. Ἦν δ' ὁ καθοπλισμὸς τῶν μὲν Λιβύων Arma militum Hannibalis.
Ῥωμαϊκὸς, οὓς πάντας Ἀννίβας, ἐν τοῖς τῆς προγε-
γενημένης μάχης σκύλοις ἐκλέξας, κατακεκοσμήκει.
2 τῶν δ' Ἰβήρων καὶ Κελτῶν ὁ μὲν θυρεὸς ἦν παρα-
3 πλήσιος· τὰ δὲ ξίφη τὴν ἐναντίαν εἶχε διάθεσιν. τῆς Gladii Hisp. et Gall.
μὲν γὰρ οὐκ ἔλαττον τὸ κέντημα τῆς καταφορᾶς ἴσχυε
πρὸς τὸ βλάπτειν· ἡ δὲ Γαλατικὴ μάχαιρα μίαν εἶχε
χρείαν τὴν ἐκ καταφορᾶς, [y]καὶ ταύτην ἐξ ἀποστάσεως.

[u] παρίστανε ex conject. posui. Vulgo omnes παριστᾶναι vel παριστάναι.
[x] αὐτῷ Reg. B. quod et malim cum Reiskio. In Bav. est αὐτὸν, et superscr. ῶν.
[y] καὶ ταύτην dedi ex Reiskii conject. Vulgo mendose κατ' αὐτὴν τὴν. Possis et καὶ αὐτὴν τὴν suspicari.

vium transire jussas, ex adverso hostium instruit. In lævo cornu, (id erat amni proximum,) Hispani et Galli equites contra Romanum equitatum dispositi: proxime istos locati sunt pedites; primum quidem dimidia pars Afrorum gravioris armaturæ, tum juxta hos Hispani et Galli, dein rursus reliqua pars Afrorum: dextro cornu Numidæ equites circumfusi. Postquam vero omnes copias æquata fronte recta serie produxisset; tum vero ipse cum mediis Hispanorum et Gallorum ordinibus præ ceteris progressus, reliquos utrimque ordines juxta hos ita constituit, ut lunata efficeretur, convexitas, et altitudo horum ordinum pro portione minueretur. Id eo consilio fecit, ut primis in prælio concurrentibus Hispanis et Gallis, in subsidium parati manerent Afri.

CXIV. Erant autem *Afri* omnes *Romano more armati*, armis ab Hannibale ex superioris prælii spoliis selectis. Hispanorum et Gallorum scuta ejusdem formæ erant: dispares ac dissimiles *gladii*. *Hispanorum* enim, non minus ad punctim feriendum hostem valebant, quam ad cæsim petendum: *Gallorum gladii* ad cæsim dumtaxat feriendum utiles; quam ad rem opus erat aliquo intervallo. Quum autem

A. U. 538. [z]ἐναλλὰξ δὲ ταῖς σπείραις αὐτῶν παρατεταγμένων, καὶ 4
τῶν μὲν Κελτῶν γυμνῶν, τῶν δὲ Ἰβήρων λινοῖς περιπορ-
φύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων κατὰ τὰ πάτρια,
ξενίζουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικὴν συνέβαινε γίγνεσθαι
τὴν πρόσοψιν. Ἦν δὲ τὸ μὲν τῶν ἱππικῶν πλῆθος τὸ 5
σύμπαν τοῖς Καρχηδονίοις εἰς μυρίους· τὸ δὲ τῶν πεζῶν,
Duces utriusque aciei. οὐ πολὺ πλεῖον τετρακισμυρίων σὺν τοῖς Κελτοῖς. Εἶχε 6
δὲ τὸ μὲν δεξιὸν τῶν Ῥωμαίων Αἰμίλιος· τὸ δὲ εὐώνυμον
Γάϊος· τὰ δὲ μέσα Μάρκος καὶ Γνάϊος, οἱ τῷ πρότερον
ἔτει στρατηγοῦντες. τῶν δὲ Καρχηδονίων τὸ μὲν εὐώνυμον 7
Ἀσδρούβας εἶχε· τὸ δὲ δεξιὸν Ἄννων· ἐπὶ δὲ τοῖς
μέσοις αὐτὸς ἦν Ἀννίβας, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ Μάγωνα
τὸν ἀδελφόν. βλεπούσης δὲ τῆς μὲν τῶν Ῥωμαίων 8
τάξεως πρὸς μεσημβρίαν, ὡς ἐπάνω προεῖπον, τῆς δὲ
τῶν Καρχηδονίων πρὸς τὰς ἄρκτους· ἑκατέροις ἀβλαβῆ
συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν κατὰ τὸν ἥλιον ἀνατολήν.

Pugna Cannensis. CXV. Γενομένης δὲ τῆς συμπλοκῆς τῆς πρώτης ἐκ
τῶν προτεταγμένων, τὰς μὲν ἀρχὰς αὐτῶν τῶν εὐζώνων
ἐπίσος ἦν ὁ κίνδυνος. ἅμα δὲ τῷ τοὺς Ἴβηρας καὶ 2
Κελτοὺς ἱππεῖς ἀπὸ τῶν εὐωνύμων πελάσαι τοῖς Ῥω-
μαίοις, ἐποίουν οὗτοι μάχην ἀληθινὴν καὶ βαρβαρικήν.
οὐ γὰρ ἦν κατὰ νόμους ἐξ ἀναστροφῆς καὶ μεταβολῆς ὁ 3
κίνδυνος· ἀλλ' εἰσάπαξ συμπεσόντες, ἐμάχοντο συμ-

[z] Particulam δὲ ex conject. adjecit Casaub.

utrorumque manipuli alternatim essent dispositi, et Galli quidem nudi, Hispani vero pro more gentis suæ linteis tunicis purpura prætextis adornati starent; novam ac terribilem præ se speciem ferebant. Equites a parte Carthaginiensium erant omnino decies mille: pedites, cum auxiliis Gallorum, non multo plures quadraginta millibus. Cornua tenebant apud Romanos, *Æmilius* dextrum: lævum *Terentius Varro:* mediam pugnam *Regulus* et *Servilius*, superioris anni consules, tuebantur. Apud Carthaginienses, lævum *Asdrubal* regebat; in dextro curabat *Hanno:* mediam aciem *Hannibal* ipse cum fratre *Magone* tenebat. Et quum Romana acies meridiem spectaret, quod ante diximus, Carthaginiensis septemtrionem; neutros exorti solis radii offendebant.

cxv. Commissa pugna ab iis qui ante signa stabant, principio soli leviter armati pari utrimque discrimine decertarunt. Ubi vero, qui in lævo cornu erant, equites Hispani et Galli congressi sunt cum Romanis, vere atrox et barbaricum prælium per hos est editum. Neque enim, ut in legitimis pugnis fieri solet, aversione ab hoste, et rursus conversione in eumdem, dimicabatur; sed ut semel erant

A. U. 538. Pugna Cannensis.

πλεκόμενοι κατ' ἄνδρα, παρακαταβαίνοντες ἀπὸ τῶν
4 ἵππων. ἐπειδὴ δὲ ἐκράτησαν οἱ παρὰ τῶν Καρχηδονίων, καὶ τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν ἐν τῇ συμπλοκῇ, πάντων ἐκθύμως καὶ γενναίως διαγωνιζομένων τῶν Ῥωμαίων, τοὺς δὲ λοιποὺς ἤλαυνον παρὰ τὸν ποταμὸν φονεύοντες, καὶ προσφέροντες τὰς χεῖρας ἀπαραιτήτως· τότε δὴ τὰ πεζικὰ στρατόπεδα, διαδεξάμενα τοὺς
5 εὐζώνους, συνέπεσεν ἀλλήλοις. Ἐπὶ βραχὺ μὲν οὖν τῶν Ἰβήρων καὶ τῶν Κελτῶν ἔμενον αἱ τάξεις, καὶ διεμάχοντο τοῖς Ῥωμαίοις γενναίως· μετὰ δὲ ταῦτα τῷ βάρει θλιβόμενοι, κλίνοντες ὑπεχώρουν εἰς τοὐπίσω,
6 λύσαντες τὸν μηνίσκον. αἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων σπεῖραι, κατὰ τὴν ἐκθυμίαν ἑπόμεναι τούτοις, διέκοψαν ῥᾳδίως τὴν τῶν ὑπεναντίων τάξιν· ἅτε δὴ τῶν μὲν Κελτῶν ἐπὶ λεπτὸν ἐκτεταγμένων, αὐτοὶ δὲ πεπυκνωκότες ἀπὸ τῶν
7 κεράτων ἐπὶ τὰ μέσα καὶ τὸν κινδυνεύοντα τόπον. οὐ γὰρ ἅμα συνέβαινε τὰ κέρατα καὶ τὰ μέσα [a] συμπίπτειν, ἀλλὰ πρῶτα τὰ μέσα· διὰ τὸ τοὺς Κελτοὺς ἐν μηνοειδεῖ σχήματι τεταγμένους, πολὺ προπεπτωκέναι τῶν κεράτων, ἅτε τοῦ μηνίσκου τὸ κύρτωμα πρὸς τοὺς
8 πολεμίους ἔχοντος. Πλὴν [b] ἑπόμενοί γε τούτοις οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ συντρέχοντες ἐπὶ τὰ μέσα καὶ τὸν εἴκοντα τόπον τῶν πολεμίων, οὕτως ἐπιπολὺ προέπεσον,

[a] συνάπτειν edd. ex Bav. [b] ἑπόμενοί τε voluit Reisk.

congressi, ad pedes desilientes, vir cum viro decertabant. Vicerunt autem Carthaginiensium equites: ac plerosque Romanorum in conflictu, quantumvis forti atque obstinato animo pugnantes, occiderunt; reliquos secundum flumen propulsos contrucidarunt, et, nulla cuiquam venia data, omnes interemerunt. Ac tunc demum gravis armaturæ pedites, in locum expeditorum succedentes, inter se concurrunt. Et Hispani quidem Gallique, quum Romanorum impetum aliquamdiu, servatis ordinibus acriter dimicando, sustinuissent; mox hostium mole ipsa obruti, terga vertere ac pedem referre, soluta figura lunulæ, quam prius effecerant, cœpere. Quos Romanorum manipuli ingenti animorum ardore secuti, hostilem aciem facile perrupere: quandoquidem Gallorum acies exigua altitudine erat instructa, Romani autem confertis ordinibus e cornibus versus mediam pugnam et locum discriminis sese contulerant. Non enim Carthaginiensium cornua cum media acie simul concurrerunt, sed media primo acies: quia Galli, in lunulæ formam dispositi, multum ultra cornua prominebant; pars quippe lunulæ convexa hosti erat obversa. Quum igitur hos Romani sequerentur, et in medium cedentemque hostium sinum irruerent; in tantum sese præcipita-

A. U. 538. Pugna Cannensis.

ὥστ᾽ ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους κατὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων
ἐπιφανείας τοὺς Λίβυας αὐτῶν γενέσθαι, τοὺς ἐν τοῖς
βαρέσι καθοπλισμοῖς. ὧν οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος 9
κλίναντες ἐπ᾽ ἀσπίδα, καὶ τὴν ἐμβολὴν ἐκ δόρατος
ποιούμενοι, παρίσταντο παρὰ πλευρὰν τοῖς πολεμίοις.
οἱ δ᾽ ἀπὸ τῶν εὐωνύμων, ἐπὶ δόρυ ποιούμενοι τὴν κλίσιν, 10
ἐξ ἀσπίδος ἐπιπαρενέβαλλον· αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ὃ
δέον ἦν ποιεῖν, ὑποδεικνύντος. Ἐξ οὗ συνέβη κατὰ τὴν 11
Ἀννίβου πρόνοιαν, μέσους ἀποληφθῆναι τοὺς Ῥωμαίους
ὑπὸ τῶν Λιβύων, κατὰ τὴν ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς παρά-
πτωσιν. οὗτοι μὲν [c]οὖν οὐκ ἔτι φαλαγγηδὸν, ἀλλὰ 12
κατ᾽ ἄνδρα καὶ κατὰ σπείρας στρεφόμενοι πρὸς τοὺς ἐκ
τῶν πλαγίων προσπεπτωκότας, ἐποιοῦντο τὴν μάχην.

CXVI. Λεύκιος δὲ, καίπερ ὢν ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τοῦ
δεξιοῦ κέρατος, καὶ μετασχὼν [d]τοῦ τῶν ἱππέων ἀγῶνος,
ὅμως ἔτι τότε διεσώζετο. βουλόμενος δὲ τοῖς κατὰ τὴν 2
παράκλησιν λόγοις ἀκολούθως ἐπ᾽ αὐτῶν γίγνεσθαι τῶν
ἔργων, καὶ θεωρῶν τὸ συνέχον τῆς κατὰ τὸν ἀγῶνα
κρίσεως ἐν τοῖς πεζικοῖς στρατοπέδοις κείμενον· παριπ- 3
πεύων ἐπὶ τὰ μέσα τῆς ὅλης παρατάξεως, ἅμα μὲν
αὐτὸς συνεπλέκετο, καὶ προσέφερε τὰς χεῖρας τοῖς
ὑπεναντίοις, ἅμα δὲ παρεκάλει καὶ παρώξυνε τοὺς παρ᾽
αὐτοῦ στρατιώτας. τὸ δὲ παραπλήσιον Ἀννίβας ἐποίει·

[c] οὖν ante οὐκ ἔτι ignorant vulgo omnes. Inserui cum Reisk. [d] Ante τοῦ τῶν ἱππίων inserunt ἐπὶ MSti omnes. Forsan ἐπί τι legend. ut suspicatus est Reisk.

verunt spatii, ut ex utraque parte ad latera consistentes graviores armis pedites Afros haberent. Horum enim illi, qui in dextro cornu erant, levi flexione ad sinistram facta, in hostem a dextra incurrentes, lateri ejus imminebant; qui in sinistro cornu erant, inclinatione facta ad dextram, a sinistra alii aliis sese adplicabant: et res quidem ipsa, quid facto opus esset, illos admonuerat. Ita accidit, quod prudenter viderat *Hannibal*, ut Romani, dum Gallos temere insequuntur, medii interciperentur ab Afris. Hi igitur, non jam tota simul acie, sed viritim et manipulatim in hostem undique a lateribus ipsos invadentem conversi, pugnabant.

CXVI. *L. Æmilius*, etsi ab initio in dextro cornu steterat, et equestri prælio interfuerat, adhuc tamen erat in vivis. Hic quum, quemadmodum in cohortatione ad milites prædixerat, rebus ipsis ubique vellet interesse; cernens universæ pugnæ eventum in legionario pedite verti, in mediam aciem adacto equo, simul obvios hostium manu trucidabat, simul suos milites ad pugnam cohortabatur atque accendebat. Idem pariter *Hannibal*

καὶ γὰρ οὗτος ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τούτοις τοῖς μέρεσιν A. U. 537.
5 [e]ἐπέστη τῆς δυνάμεως. Οἱ δὲ Νομάδες ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ Pugna Cannensis.
κέρατος προσπίπτοντες τοῖς ὑπεναντίοις ἱππεῦσι, τοῖς ἐπὶ
τῶν εὐωνύμων τεταγμένοις, μέγα μὲν οὔτ' ἐποίουν οὐδὲν,
οὔτ' ἔπασχον, διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς μάχης· ἀπράκτους
γε μὴν τοὺς πολεμίους παρεσκεύαζον, περισπῶντες, καὶ
6 πανταχόθεν προσπίπτοντες. Ἐπεὶ δ' οἱ περὶ τὸν Ἀσ-
δρούβαν, ἀποκτείναντες τοὺς περὶ τὸν ποταμὸν ἱππεῖς
πλὴν παντελῶς ὀλίγων, παρεβοήθησαν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων
τοῖς Νομάσι· τότε προϊδόμενοι τὴν ἔφοδον αὐτῶν οἱ
σύμμαχοι τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς, [f]ἐκκλίναντες ἀπεχώ-
7 ρουν. ἐν ᾧ καιρῷ πραγματικὸν δοκεῖ ποιῆσαι καὶ
φρόνιμον ἔργον Ἀσδρούβας. θεωρῶν γὰρ τοὺς Νομάδας
τῷ τε πλήθει πολλοὺς ὄντας, καὶ πρακτικωτάτους καὶ
φοβερωτάτους τοῖς ἅπαξ ἐγκλίνασι, τοὺς μὲν φεύγοντας
παρέδωκε τοῖς Νομάσι· πρὸς δὲ τὴν τῶν πεζῶν μάχην
ἡγεῖτο, σπεύδων παραβοηθῆσαι τοῖς Λίβυσι. προσπεσὼν
8 δὲ τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις κατὰ νώτου, καὶ
ποιούμενος ἐκ διαδοχῆς ταῖς ἴλαις ἐμβολὰς ἅμα κατὰ
πολλοὺς τόπους, ἐπέρρωσε μὲν τοὺς Λίβυας, ἐταπείνωσε
9 δὲ καὶ [g]κατέπληξε ταῖς ψυχαῖς τοὺς Ῥωμαίους. Ἐν L. Æmilius cadit in prælio.
ᾧ καιρῷ καὶ Λεύκιος Αἰμίλιος, περιπεσὼν βιαίοις
πληγαῖς, ἐν χειρῶν νόμῳ μετήλλαξε τὸν βίον· ἀνὴρ

[e] Vulgo omnes ἐπέστησε. Correxi cum Reisk. [f] ἐγκλίναντες edd. ex Bav.
[g] κατέπληξε τὰς ψυχὰς τῶν Ῥωμαίων edd. ex Bav.

faciebat, qui et a principio eam partem aciei regendam susceperat. Numidæ qui e dextro cornu cum oppositis in sinistro Romanorum equitibus pugnabant; licet, propter genus pugnæ quo utuntur, nullum memorabile detrimentum aut intulerint, aut ipsi acceperint; hostem tamen undique invadentes tenuere sic occupatum, ut subvenire suis non posset. Ubi vero *Asdrubal*, omnibus, (paucis oppido exceptis) qui prope flumen steterant, equitibus occisis, auxiliatum Numidis e lævo cornu venit; tum enimvero socii Romanorum equites, ut irruentem illum præsenserunt, inclinati retrocessere. Quo tempore singularis sollertiæ atque prudentiæ facinus ab *Asdrubale* editum memorant. Nam, qui Numidarum magnum esse numerum videret, sciretque, semel in fugam versis maxime omnium infestos ac terribiles eos esse; persequendos fugientes *Numidis* tradit: ipse ad peditum pugnam suis præit, suppetias Afris ferre properans. Tum Romanorum aciem a tergo invadens, atque pluribus simul locis per intervalla cum alis equitum in eos invehens; eadem opera Afris animos addidit, Romanis dejecit, magnumque pavorem incussit. Ibi tunc *L. Æmilius*, gravibus vulneribus acceptis, in ipso prælio occubuit: vir, omnibus boni civis officiis, tum in ce-

A. U. 538.

πάντα τὰ δίκαια τῇ πατρίδι κατὰ τὸν λοιπὸν βίον,
καὶ κατὰ τὸν ἔσχατον καιρὸν, εἴ καί τις ἕτερος,
ποιήσας. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, μέχρι μὲν ἐμάχοντο κατὰ 10
τὰς ἐπιφανείας στρεφόμενοι πρὸς τοὺς κεκυκλωκότας,
ἀντεῖχον. ἀεὶ δὲ τῶν πέριξ ἀπολλυμένων, καὶ κατὰ 11
βραχὺ συγκλειόμενοι, τέλος [h] αὐτοῦ πάντες, ἐν οἷς καὶ

Cadunt Regulus et Servilius.

Μάρκος καὶ Γνάϊος, ἔπεσον· οἱ τὸ πρότερον ἔτος ὕπατοι
γεγονότες, ἄνδρες ἀγαθοὶ, καὶ τῆς Ῥώμης ἄξιοι γενό-
μενοι κατὰ τὸν κίνδυνον. Κατὰ δὲ τὸν τούτων φόνον 12
καὶ τὴν συμπλοκὴν, οἱ Νομάδες, ἑπόμενοι τοῖς φεύγουσι
τῶν ἱππέων, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ
κατεκρήμνισαν ἀπὸ τῶν ἵππων. Ὀλίγοι δέ τινες εἰς 13

Vivus evadit Terentius.

Οὐενουσίαν διέφυγον· ἐν οἷς ἦν καὶ Γάϊος Τερέντιος, ὁ
τῶν Ῥωμαίων στρατηγός· ἀνὴρ, αἰσχρὰν μὲν τὴν
ψυχὴν, ἀλυσιτελῆ δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοῦ τῇ πατρίδι
πεποιημένος.

Clades Cannensis.

CXVII. Ἡ μὲν οὖν περὶ Κάνναν γενομένη μάχη
Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων, ἐπετελέσθη τὸν τρόπον
τοῦτον· μάχη γενναιοτάτους ἄνδρας ἔχουσα, καὶ τοὺς
νικήσαντας καὶ τοὺς ἡττηθέντας. δῆλον δὲ τοῦτ᾽ ἐγένετο 2
ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων. τῶν μὲν γὰρ ἑξακισχιλίων
ἱππέων, ἑβδομήκοντα μὲν εἰς Οὐενουσίαν μετὰ Γαΐου
διέφυγον, περὶ τριακοσίους δὲ τῶν συμμάχων σποράδες
εἰς τὰς πόλεις ἐσώθησαν. ἐκ δὲ τῶν πεζῶν μαχόμενοι 3

[h] *αὐτοὶ πάντες* iid. ex cod.

tera vita, tum in hoc ultimo certamine, si quis alius, præclare functus. Romani, quamdiu quidem in orbem pugnare cum circumfusis undique hostibus potuerunt, fortiter restiterunt. Sed quum orbis collecti semper extremi perirent, ac breviore proinde circulo includerentur omni ex parte, ad extremum omnes ibi ceciderunt. In his fuere superioris anni consules, *Marcus Atilius* et *Cn. Servilius*; viri probi, et qui in eo certamine Romanæ virtutis specimen eximium ediderant. Dum isti pugnant atque cæduntur; interim Numidæ, qui fugientes equites insequebantur, plerosque illorum contruncarunt, alios de equis suis deturbarunt. Pauci quidam *Venusiam* confugerunt: in quibus erat *C. Terentius Varro*, Romanus consul; pravi fœdique homo animi, et qui maximo reip. damno magistratum in patria sua gessit.

CXVII. Atque hoc modo *Cannensis Romanorum et Carthaginiensium pugna* est peracta: pugna a fortissimis viris, sive qui vicere, sive qui victi sunt, pugnata: quod quidem satis res ipsa per se arguit. Nam e sex equitum millibus, septuaginta cum Caio Venusiam evaserunt; trecenti ferme e sociis, alius in aliam urbem, profugerunt.

μὲν ἑάλωσαν εἰς μυρίους· οἱ δ', ἐκτὸς ὄντες τῆς μάχης. A. U. 538.
ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ κινδύνου, τρισχίλιοι μόνον ἴσως εἰς τὰς
4 παρακειμένας πόλεις διέφυγον. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, Romanorum pereunt LXX millia.
ὄντες εἰς ἑπτὰ μυριάδας, ἀπέθανον εὐγενῶς· τὴν με-
γίστην χρείαν παρεσχημένου τοῖς Καρχηδονίοις εἰς τὸ
νικᾷν, καὶ τότε καὶ πρὸ τοῦ, [i]τοῦ τῶν ἱππέων ὄχλου.
5 καὶ δῆλον ἐγένετο τοῖς ἐπιγενομένοις, ὅτι κρεῖττόν ἐστι
πρὸς τοὺς τῶν πολέμων καιροὺς, ἡμίσεις ἔχειν πεζοὺς,
ἱπποκρατεῖν δὲ τοῖς ὅλοις μᾶλλον, ἢ πάντα πάρισα τοῖς
6 πολεμίοις ἔχοντα διακινδυνεύειν. Τῶν δὲ μετ' Ἀννίβου,
Κελτοὶ μὲν ἔπεσον εἰς τετρακισχιλίους, Ἴβηρες δὲ καὶ
Λίβυες εἰς χιλίους καὶ πεντακοσίους, ἱππεῖς δὲ περὶ
7 διακοσίους. Οἱ δὲ ζωγρηθέντες τῶν Ῥωμαίων, ἐκτὸς Capiuntur x millia.
8 ἐγένοντο τοῦ κινδύνου· καὶ διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Λεύκιος
ἀπέλιπε μυρίους πεζοὺς ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ παρεμβολῆς,
ἵν', ἐὰν μὲν Ἀννίβας ὀλιγωρήσας τοῦ χάρακος ἐκτάξῃ
πᾶσι, παραπεσόντες οὗτοι κατὰ τὸν τῆς μάχης καιρὸν,
9 ἐγκρατεῖς γένωνται τῆς τῶν πολεμίων ἀποσκευῆς· ἐὰν
δὲ, προϊδόμενος τὸ μέλλον, [k]ἀπολίπῃ φυλακὴν ἀξ-
ιόχρεων, πρὸς ἐλάττους αὐτοῖς ὁ περὶ τῶν ὅλων γένηται
10 κίνδυνος. Ἑάλωσαν δὲ τοιούτῳ τινὶ τρόπῳ. καταλι-
πόντος Ἀννίβου φυλακὴν ἀρκοῦσαν ἐπὶ τοῦ χάρακος·

[i] Articulum τοῦ adjeci, monente Casaub. et Reisk. [k] ἀπολείπῃ Flor. Aug. Reg. A.

E peditibus, pugnantes capti sunt ad decem millia; sed ii quidem huic prælio non interfuerant. Qui vero ex ipsa pugna in proxima oppida sparsim fuga pervenerunt, ad tria fortasse millia erant. Reliqui omnes, numero ad septuaginta millia, forti animo omnes mortem oppetierunt. Carthaginiensibus vero ad victoriam parandam, maximo et tunc et semper antea usui fuit ingens equitatus copia. Et clarum posteris documentum est traditum; præstare belli tempore, ut dimidiam peditum partem habeas, sed equitatu omnino prævaleas; quam ut paria omnia cum hoste habens in aciem descendas. Desideravit e suis *Hannibal* Gallorum ad quatuor millia; Hispanos vero et Afros ad mille et quingentos; equites ferme ducentos. Romani illi qui in hostium potestatem vivi venerunt, extra prælium fuerant: cujus rei hæc fuit caussa. Reliquerat *L. Æmilius* in castris suis peditum decem millia, eo consilio; ut, si, neglecta suorum castrorum cura, omnes in aciem copias Hannibal educeret, impetum isti facerent, interea dum pugnaretur, et supellectilis adversariorum potirentur: sin, ut huic periculo præverteret, præsidium relinqueret idoneum; cum minoribus hostium copiis de summa rerum Romani dimicarent. Capti autem sunt in hunc fere modum.

A. U. 538. Capiuntur x millia Romanorum.

ἅμα τῷ κατάρξασθαι τὴν μάχην, κατὰ τὸ συνταχθὲν,
ἐπολιόρκουν οἱ Ῥωμαῖοι, [l] προσβάλλοντες, τοὺς ἀπο-
λελειμμένους ἐν τῷ τῶν Καρχηδονίων χάρακι. τὸ μὲν 11
οὖν πρῶτον ἀντεῖχον· ἤδη δ' αὐτῶν πιεζομένων, ἐπειδὴ
κατὰ πάντα τὰ μέρη τὴν μάχην Ἀννίβας ἔκρινε, [m] καὶ
τότε παραβοηθήσας, καὶ τρεψάμενος συνέκλεισε τοὺς
Ῥωμαίους εἰς τὴν ἰδίαν παρεμβολὴν, καὶ δισχιλίους
μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τῶν δὲ λοιπῶν ἐγκρατὴς ἐγένετο
ζωγρείᾳ πάντων. Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἐπὶ τὰ κατὰ 12
τὴν χώραν ἐρύματα συμπεφευγότας ἐκπολιορκήσαντες
οἱ Νομάδες ἐπανῆγον, ὄντας εἰς δισχιλίους τῶν εἰς
φυγὴν τραπέντων ἱππέων.

Effectus pugnæ Cannensis. Inferior Italia ad Hannibalem deficit.

CXVIII. Βραβευθείσης δὲ τῆς μάχης τὸν προειρημέ-
νον τρόπον, ἀκόλουθον εἰλήφει τὰ ὅλα κρίσιν τοῖς ὑπ'
ἀμφοτέρων προσδοκωμένοις. Καρχηδόνιοι μὲν γὰρ διὰ 2
τῆς πράξεως ταύτης παραχρῆμα τῆς μὲν λοιπῆς [n] πα-
ραλίας σχεδὸν πάσης [o] καὶ Μεγάλης καλουμένης Ἑλ-
λάδος ἦσαν ἐγκρατεῖς. Ταραντῖνοί τε γὰρ εὐθέως 3
ἐνεχείριζον αὐτοὺς, Ἀργυριππανοὶ δὲ καὶ Καπυανῶν
τινὲς ἐκάλουν τὸν Ἀννίβαν· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἀπέβλε-
πον ἤδη τότε πρὸς Καρχηδονίους. [p] μεγάλας δ' εἶχον 4
ἐλπίδας ἐξ ἐφόδου καὶ τῆς Ῥώμης αὐτῆς ἔσεσθαι

[l] προσβάλλ. τοῖς ἀπολελειμμένοις Bav. [m] Fors. τότε καὶ, aut τότε absque conjunctione. [n] Mendose vulgo omnes Παλαιᾶς. [o] τῆς Μεγ. malim, aut καὶ τῆς Μεγάλης. Sed quatuor ista verba καὶ Μεγ. καλουμ. Ἑλλάδος plane ignorant Vat. Flor. Perott. Reg. A. et Aug. a pr. manu. [p] μεγάλας δ' αὐτοὶ εἶχον malim.

Quum sufficiente præsidio castra Pœnus munisset; simul ac principium pugnæ factum est, Romani, uti fuerant jussi, ea obsident, et relictos intra vallum milites Carthaginiensium adoriuntur. Illi primo egregie se tueri: deinde ubi laborare incipiunt, *Hannibal*, prælio jam omni ex parte profligato, tunc demum fert illis auxilium; et Romanos, in fugam compulsos, castris suis inclusit; interfectisque eorum duobus millibus, reliquos deinde omnes in potestatem vivos redegit. Similis fuit eorum fortuna, qui per agros palati, in loca munita se receperant: nam et hos Numidæ expugnarunt, et captivos abduxerunt, numero fere bis mille, ex equitibus quos fusos fugatosque fuisse ostendimus.

CXVIII. Hancce prælii istius fortunam, quæ a nobis est declarata, excepit rerum status apud populum utrumque, amborum exspectationi consentaneus. Carthaginienses enim parta hac victoria, reliquam protinus ferme omnem Italiæ oram, quæ *Magna Græcia* nominatur, obtinuerunt. Nam et *Tarentini* statim eis se tradiderunt, et *Arpani* et *Campanorum* nonnulli ultro advocarunt Hannibalem; et jam tum ceteri omnes ad Carthaginiensium partes animos inclinare cœperunt. Magna quin etiam in spe tunc Pœni erant, ipsius quoque Romæ impetu subito occupandæ. *Romani* contra,

A. U. 538. Romani de retinenda Italia desperant.

5 κύριοι. Ῥωμαῖοί γε μὴν τὴν Ἰταλιωτῶν δυναστείαν
παραχρῆμα διὰ τὴν ἧτταν ἀπεγνώκεισαν· ἐν μεγάλοις
δὲ φόβοις καὶ κινδύνοις ἦσαν περί τε σφῶν αὐτῶν καὶ
περὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους, ὅσον οὔπω προσδοκῶντες
6 ἥξειν αὐτὸν τὸν Ἀννίβαν. Καὶ γὰρ, ὥσπερ ἐπιμετρούσης
καὶ συνεπαγωνιζομένης τοῖς γεγονόσι τῆς τύχης, συνέβη
μετ᾽ ὀλίγας ἡμέρας, τοῦ φόβου κατέχοντος τὴν πόλιν,
καὶ τὸν εἰς τὴν Γαλατίαν στρατηγὸν ἀποσταλέντα, εἰς
ἐνέδραν ἐμπεσόντα παραδόξως, ἄρδην ὑπὸ τῶν Κελτῶν
7 διαφθαρῆναι μετὰ τῆς δυνάμεως. Οὐ μὴν, ἥ γε
σύγκλητος οὐδὲν ἀπέλειπε τῶν ἐνδεχομένων· ἀλλὰ
παρεκάλει μὲν τοὺς πολλοὺς, ἠσφαλίζετο δὲ τὰ κατὰ
τὴν πόλιν, ἐβουλεύετο δὲ περὶ τῶν ἐνεστώτων ἀνδρωδῶς.
τοῦτο δ᾽ ἐγένετο φανερὸν ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα συμβάντων.
8 Ὁμολογουμένως γὰρ τῶν Ῥωμαίων ἡττηθέντων τότε,
καὶ παραχωρησάντων τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ἀρετῆς·
9 τῇ τοῦ πολιτεύματος ἰδιότητι, καὶ τῷ βουλεύεσθαι
καλῶς, οὐ μόνον ἀνεκτήσαντο τὴν τῆς Ἰταλίας δυ-
ναστείαν, νικήσαντες μετὰ ταῦτα Καρχηδονίους· ἀλλὰ
καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἐγκρατεῖς ἐγένοντο μετ᾽
10 ὀλίγους χρόνους. Διόπερ ἡμεῖς ταύτην μὲν τὴν βίβλον
ἐπὶ τούτων τῶν ἔργων [q] καταστρέψομεν· ἃ περιέλαβεν
Ἰβηρικῶν καὶ τῶν Ἰταλικῶν ἡ τετταρακοστὴ πρὸς ταῖς
11 ἑκατὸν Ὀλυμπιάσι δηλώσαντες. Ὅταν δὲ, τὰς Ἑλλη-

Prætor Rom. in Gallia Cisalp. cum exercitu perit.

Brevi tamen se recipit Romanorum Respublica.

[q] κατεστρέψαμεν Flor.

propter hanc cladem, Italiæ populorum dominationem retinere se posse confestim desperarunt: magnisque in terroribus ac periculis versantes, cum de propria salute, tum de patrio solo anxii, *ipsum Hannibalem jamjam exspectabant adventurum*. Nam, quasi cumulum adversis illorum adjicere atque intendere fortuna vellet, post paucos dies accidit, cum omnes in urbe metu trepidarent, ut Prætor, qui in *Galliam Cisalpinam* fuerat missus, in inopinatas insidias illapsus, cum universo exercitu a Gallis occidione occideretur. Patres enimvero nihil eorum quæ fieri poterant prætermittere: sed omnes hortari, urbem præsidiis firmare, fortibus animis rebus præsentibus consulere. Quod quidem ex iis apparuit, quæ postea contigerunt. Nam quum ex omnium confesso victi tum fuerint Romani, et virtute militarique laude cesserint; ipso tamen genere Reipublicæ, ac consiliorum prudentia, non imperium dumtaxat Italiæ, victis postmodum Carthaginiensibus, recuperarunt; verum etiam post non ita multos annos universo terrarum orbe sunt potiti. Nos igitur librum hunc harum rerum commemoratione claudemus: postquam *res* exposuimus *in Hispania atque Italia gestas*, quæ *Olympiade centesima quadragesima* continentur. Ubi vero, enarratis rebus Græcanicis

A. U. 538. νικὰς πράξεις τὰς κατὰ τὴν αὐτὴν Ὀλυμπιάδα γενομένας διεξιόντες, ἐπιστῶμεν τοῖς καιροῖς τούτοις, τότ' ἤδη προθέμενοι ψιλῶς τὸν ὑπὲρ αὐτῆς [r] τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ποιησόμεθα λόγον· νομίζοντες, οὐ μόνον πρὸς 12 τὴν τῆς ἱστορίας σύνταξιν οἰκείαν εἶναι τὴν περὶ αὐτῆς ἐξήγησιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τῶν πολιτευμάτων διορθώσεις καὶ κατασκευὰς μεγάλα συμβάλλεσθαι τοῖς φιλομαθοῦσι καὶ πραγματικοῖς τῶν ἀνδρῶν.

[r] Alii τῆς τῶν Ῥωμαίων.

quæ in eamdem Olympiadem incidunt, insistemus paulisper his temporibus; tunc ad *Reipublicæ Romanæ formam* per se explicandam ex professo stilum convertemus. Neque enim solum ad Historiæ tractationem pertinere putamus illam explicationem; verum etiam ad emendandas instituendasve Respublicas, studiosis hominibus, et iis qui in administrandis rebus versantur, adprime futuram utilem.

EXCUDEBAT W. BAXTER, OXONII.

2

2



